LUCAE DE LINDA DESCRIPTIO ORBIS & OMNIUM EJUS...

Lucas : de Linda, Jacob : van Meurs, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
6
19 C
3
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LVCÆ DE LINDA

DESCRIPTIO

ORBIS ET OMNIVM RERVMPVBLICARVM.

Amstelodami.

Apud IACOBUM DE ZETTER, *Ao* 1665.

Digitized by Google

LUCÆ DE LINDA

DESCRIPTIO

ORBIS

& omnium ejus

RERUMPUBLICARUM.

IN QUA

Præcipua omnium Regnorum & Rerumpublicarum.

Ordine & methodice pertractantur quorum seriem versa ostendit Pagina.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

AMSTELODAMI,

Apud JACOBUM DE ZETTER, 1665.

Digitized by Google

Exhibetur in hoc Libro.

Omnium Regnorum, & Rerumpublicarum, Ditionumque &c. tam Occidentalium, quam Orientalium

I. Geographica, & per Tabellas ſuccincta delineatio.
II. Natura & qualitates locorum.
III. Mores omnium Gentium & populorum, Veteres quam Novi.
IV. Religio & Sacra.
V. Status Politicus, cum ratione Regiminum, & miniſtrorum publicorum ſeorſim deſignatis officiis & quæ alia ſimilis ſunt argumenti.
VI. Divitiæ, Vires, reditus potentia, cum ſpeciali in multis conſignato calculo.
VII. Series Imperatorum, Regum, Principum, & Illuſtrium Familiarum.
VIII. Prætenſiones & Controverſiæ Illuſtres illarumque fundamenta.
IX. Ratio Status cujuſlibet Regni & Reipub.
X. Judicium Politicum paucis ad mentem magnorum Virorum adjectum.

Ex probatiſſimis, & recentioribus documentis optimorum Auctorum, Latinorum, Italicorum, Gallicorum, Hiſpanicorum, Germanicorum, Polonicorum, Belgicorum, Anglicorum,

Adhibitis adhuc exſtantium Rerump. libellis.

In publicum rei literariæ uſum, & ſubſidium illorum valde neceſſarium, qui peregrinationes inſtituunt, Præſertim vero in illorum gratiam, & amorem, qui ſe in politicis ſtudiis occupant, olimque Regimini & negotiis publicis Rerumpublicarum admovendi ſunt.

Celſiſſ.

Digitized by Google

Celsiſs: & Illuſtriſs: Domini,

Domini Gratioſiſſimi;

UOD ſi illis qui Virtuti & literis nomina dederunt, & per illas clariùs explendeſcere conituntur, ita eſſent in certo Mecænates, quam certæ laborum ſemper ſunt occupationes, nullum ſane foret dubium, magnam publicis rebus inde accedere poſſe felicitatis partem, ſi ex bonis docti, ex doctis utiles, ex utilibus meritis conſpicui, publico magnorum favore adjuti, in commune collaborarent. At vero illa eſt ſeculi noſtri conditio, in quo per obnixas rerum viciſſitudines, & ex illis ortas calamitates trahimur Celſiſſ. & Illuſtriſſ. Domini, ut vix reperiantur illi, qui vel ſolo Patronorum Vero nomine, quo Virtutem, & bonæ mentis, literarumque cultores amplecti debuerunt, gaudere poſſint: adeo ſane ut multa excellentia ingenia intra tenebras ſpretæ Virtutis, veluti contabeſcerent, niſi illorum arbiter Deus, quædam ex occulto produceret, & ſingulari bonorum ſucceſſuum felicitate bearet. Quemadmodum vero in omnibus terris, non eadem eſt Virtutis & literarum reverentia, ita nec par earum cultorum exiſtimatio. Quidam enim ſe Virtutem & literas, quamvis illarum rudes profitentur amare, quia idem facere vel potius dicere alios obſervant, & ſimulatus ille amor fucique plenus eſt, quidam leviter illis tinc-

cti,

cti, ſpecioſâ potius illarum ſectantur nomina, quam ex animo illis bene cupiendi deſiderium, & talium novercalis amor eſt, quidam, qui penitus dulcedinem tanti boni humanæ mortalitatis deguſtarunt, paterno & conſtantiſſimo illas colunt amore, & hic amor optimus eſt, tam rarus, quam ipſa rarior Virtus. Nunc mihi iter per orbem inſtituendum eſſet Celſiſſ. & Illuſtriſ. Domini, quæſitum, quibus in terris ille paternus Virtutis & literarum amor, & apud quos latitet, niſi feliciſſimam omnium Virtutum & literarum, totque inſignium ingeniorum *Poloniam* matrem jam dudum intimius noſcerem, quæ utriuſque Virtutis togatæ pariter ac ſagatæ non filios ſolum, verum etiam patres, magnis rerum incrementis & nunc etiam nutantibus patriæ fulcris obnixos obices deſtinatos, felici partu progenuit. Vos illi eſtis inter paucos alios Celſiſſ. & Illuſtriſſ. Domini, Patres Patriæ eminentiſſimi, qui in ſupremo patriæ Veſtræ honorum, quia & Virtutis culmine collocati eſtis, & paterna veſtra benivolentia, bonam mentem & innocuas literas, illorumque cultores fovetis, nec immerito, cum in univerſa Sarmatica Nobilitate, (non ſolum olim ſecundis feliciſſima, quam nunc adverſis fortiſſima & mox quod faxit D. O. M. alternantis fortunæ mitiore vice beata) ut curis publicis & meritis, in Sereniſſimam Rempub. Polonam patres, ita omnium exterorum & indigenarum concordi conſenſu omnis Virtutis & eruditionis Principes, ſitis. Fali ſunt illi, qui cœca fortunæ forte familias magnorum ſurgere & cadere exiſtimant. Non magis Regnorum quam familiarum dextra vel ſiniſtra fata ſunt, & idem qui bonorum compenſator, etiam malorum ultor eſt Deus, in Virtutis, Vitiorum malorumque architectos pro meritis juſtus.

Quod

DEDICATORIA.

Quod ſi ulla Regnorum (quæ Europa novit) familia Celſiſſ. & Illuſtriſſ. Domini, hoc ſeculo inter tot horrenda caſuum decurrente, felicibus incrementis caput extulit, certe illa veſtra eſt, pervetuſta & Illuſt. Leczczingiorum familia. Hæc quicquid ſummum eſt in Regali gratia, quicquid in honoribus patriis, quicquid in fortuna politica, id omne vel una tenet, tenet jure meritoque quia & in Virtute ſummum meritum & in literis ſummum decus. Hæc una digna hactenus viſa eſt, ut in ſua gente Archiepiſcopos, Epiſcopos Theſaurarios, & aliarum ſupremarum dignationem Proceres enumeraret, illaſque dignitates illo jure hereditario, quo & magnam Virtutem ad poſteros demitteret. Quæ omnia cum non tam peregrinis, quam vero indigenis mirari & ſuſpicere fas ſit, quid obſtabit, quod minus & ego Veſtræ Illuſtriſſimæ Domus me cultorem profitear, cui omnia mea ſtudia & obſequia quoad vixero ſubmiſſe devoveam. A qua cum etiamnum me trahi ſentiam, non peccabo ſpero, ſi illi in præſens hunc mediocris ingenii laborem meum veluti æterni cultus obſidem humilime conſacrem. Favete quæſo Celſiſſ. & Illuſtriſſ. Domini his parvis conatibus illius, qui, pro Vobis, patriaque dulciſſima, pacis ſalutiſque publicæ æternitate tum omni rerum feliciſſimo incremento ea quæ ſancta boni civis ſunt Vota quotidie facio.

Celſiſſ. & Illuſtriſſ. Domini

Veſter

Devotiſſimus cliens

L. DE LINDA.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QUI per annum, & quod excedit ſub incude fuit liber, nunc demum lucem publicam appetit lector benevole, nec vero magis lucem publicam, quam potius publicam rei literariæ, cui deſtinatus eſt utilitatem, ex ſe deſiderat. Mens erat quondam ejus authori, in ſubſidium memoriæ brevem aliquam epitomem omnium Rerumpublicarum ſuis privatis ſtudiis parare, certo quodam, & ab aliis præſertim Gallis antea ſervato ordine, quem etiam in tractatione ſequi conſultius viſum fuit. Ubi in hoc argumento jam bonam operæ partem inſumſiſſem, ecce ſuaſores amicos, acrius inſtantes, curatius omnia veſtigarem, & privatas meas curas in publicum conferrem emolumentum. Enimvero quantocunque deſiderio omnibus prodeſſe volendi flagrarem, quo etiam ſecundum honorem Dei omnia mea ſtudia unico deſtinavi, vix tamen hoc à me impetrare potui, ut partem hanc ſtudii mei, à mediocri provectam ingenio, publico auderem præſentare. Nimirum non deerant mihi in his dudum ambiguo ſatis magnæ nolendi rationes. Hic equidem reverebar magnorum Virorum graviſſima judicia, quibus nihil non limatum, ibi ſciolorum quorundam ſolicitam animadverſionem, quibus nihil bonum. Tandem ſicut illos plurimi ſemper, ita hos nihili feci, apud me conſtitui, potius omnibus, quanquam infra expectationem, prodeſſe, quam omnibus placere velle. Igitur favente Divinâ gratia, telam quam orſus eram, porro texere duravi, inveniique mox inſperatos ſuſcepti laboris fautores, qui tam ſponte ſua curam imprimendi libri in ſe ultro ſuſciperent, quam vero in hoc ſatis arduo occupatum argumento, optimorum auctorum ſubſidio & bonis conſiliis adjuvarent. Hos inter nominandi mihi eſſent quidam præcipui & Clariſſimi Illuſtris hujus Academiæ Domini Profeſſores, quorum ſingularem his in meis conatibus expertus ſum benevolentiam, & librorum opti-

Digitized by Google

optimorum copiam, ut me vel hoc ſolo nomine ſeliciter Lugduni aliquamdiu vixiſſe merito ſateri cogar. Omnis vero hujus qualiſcunque laboris, Lector benivole, ſcopus hic eſt, ut illis qui longinquas exterorum oras viſum eunt, per hunc aliquod compendium paratur rerum illarum, quæ ad pinitiorem Rerumpublicarum cognitionem, re in tot alias impeditæ multitudinis volumina diffuſam, & ideo itineri incommodam, maxime videntur eſſe neceſſariæ. Erit igitur hic liber peregre euntibus, velut comes itineris, cujus auxilio ubicunque locorum fuerint quælibet curatius inveſtigare, quæ mutata, vel prorſus abolita, corrigere, augere, adeoque in hoc ſtudii genere aliquid accurati certique condiſcere & habere non nequeant. Neque vero vitio ipſi vertent, ſi minus ubique cultus & ſuccinctus inveniatur, morem comitum itineris ſequi debuit, qui rudem in itinere corporis amant habitum. At videor mihi audire vocem illorum, qui mihi objiciunt quod de illis ſcripſerim, quæ mihi nunquam ſunt viſa. Velim vero his placide reſponſum, quemadmodum Mathematici, lunæ maculas & aliorum ſiderum conditionem exploraturi, dum pedibus in illa conſcendere nequeunt, tubi optici adminiculo rei Veritatem explorant, & quod proprio nequeunt, conductitio aſſequuntur viſu, ita mihi per alienos fide tamen dignos oculos in remotiſſimas vidiſſe oras, Regionumque longe lateque diſſitarum deſcriptionem ab aliorum proprio teſtimonio mutuaße, ad errorem ut ſpero adſcribi non poterit, quia & hoc magni facit arunt viri. Cæterum hoc te, Lector benevole, latere nolim, quod in deductione hujus argumenti ſecutus ſim, probatiſſimorum auctorum illorumque recentium, doctis recepta ſcripta, in quacunque occidentali linguæ conſignata, ita tamen ut cujuſlibet Nationis ſcriptori, illius ſtatum diſcribenti, præcipua haberetur fides, tum vero aliis, qui longinquis peregrinationibus, terrarum Regiones ſcrutati, & emenſi ſunt, nobiſque accuratam illarum deſcriptionem reliquerunt. Cum vero res mundanæ continuo velut vertantur

orbe, quia nihil firmum fluxa novit mortalitas, ideoque ipsorum Regnorum & Rerumpublicarum ſtatus, non quidem nunc per certas periodos, ſed in annum mutetur, illæ vero mutationes & harum cauſæ (quæ nunc proh dolor! multis Rebuspublicis tot fœdo calamitatum minari videntur) accurate omnibus perſpectu eſſe nequeant; Igitur, ſtatum omnium Rerumpub. talem hic præſertim repræſentare conſulto duximus, qualem intra quinquaginta proxime elapſos annos ex documentis auctorum publicis obſervare licuit, licet & multa alia, quæ in multis Rebuſpub. noviter creverunt, haberique potuerunt, hic pariter notata reperiantur. Elaborabo impoſterum cupide, ut illa quæ hactenus breviora prodierunt ob compendii ſervatam rationem, poſtea fuſiora, accuratiora & quoad fieri perfectiora B. C. D. ſecundæ viæ vulgentur. Ultimum quod te valde rogem Lector benevole hoc eſt, uti mendis typographicis ignoſcas quæ ſatis multæ (quod ægre fateor) in hunc irrepſerunt librum tam ex incuria quam linguæ ignorantia illorum, qui mihi in hoc ſuam navabant operam Interim bene his conatibus, bene prodeſſe volendi deſiderio bene Reypub. literariæ, bene univerſo orbi Chriſtiano Tibique bene Lector benevole!

Vale.

Digitized by Google

Ad Virum Nobiliſſ.

LUCAM DE LINDA.

ARcana mundi, limites regnantium,
Urbes & altis caſtra cincta mœnibus
Seriemque Regum LINDIUS dum nobili
Deſcribit arte demeretur Principum
Auguſta jura noſque cunctos erudit.

G. HORNIUS.

In Librum Nobiliſſimi Viri

D. LUCÆ DE LINDA.

SIccine quod magnis alii docuere libellis
Hoc docte & breviter dexteritate doces
LINDANE, *Optatam valeas ut tangere metam*
Conatus foveat Numinis aura tuos.

Amico ſuo præfulgido
benivolentiæ ergo tranſmiſit
MARTIN. FREDERICH SEYDELL.
Conſilarius p. t. Brandenburgicus &
Marchici Conſiſtorii Aſſeſſor.

Ad Generoſum

LUCAM DE LINDA,

Cum Orbem Rerumpublicarum edere pararet.

QUicquid decorum vota, quicquid nobile
Humana poſſunt, id laboris plurimi
Mercede conſtat. Intimo terræ ſinu
Flavens metalli delitescit aurei
Maſſa, unde magno quæritur moli mine,
Lucemque difficulter accipit ſuam.
Intra pro fundum clauſus Unio latet,

Et

Et decoloris laſſat Indi non parum
Solertiam, dum tollitur conchylii
Sui latebris. Armat Hyblæum roſæ
Florem cruento ſpina trux aculeo.
Sic omne Pulchrum ſentibus circumdatur.
Nec expedito clara Virtus tramite
Incedit: obvio ve calle gloriæ
Cacumen altioris alſequi datur.
Et Laureatæ dulce Pallados decus
Non abſque multo comparatur pulvere.
Nec vana celſo collocat faſtigio
Antiquitas ſcientiarum præſides
Muſas, viamque ad culmen illud arduam
Inglorioque finxit inviam otio.
Tu culte LINDIANÆ gentis ſurcule,
Et literati ſuave Corculum gregis,
Generoſe LUCA, hanc inſtitiſti ſemitam
Laborioſo ſemper, at fauſto pede.
Nunquam voluptas avocavit devia,
Non & veternus deſidem te ſopiit.
Inſtas tibi uſque nil moratus tædii
Moleſtias, *Nullique* * *cedens arduo.*
Lucerna docti te Cleanthis excitat,
Et Rhetoris lampas celebris Attici.
Hinc eruditis perpes incubas libris,
Pectuſque creber ipſe concutis tuum,
Pulchros ut ignis prodat occulti faces,
Secloque cogitata monſtret publico.
Sic univerſi mente jam perambulas
Diffuſa curioſus *Orbis* climata,
Sedeſque gentium, & ſimul potentiam.
Ediſſeris, moreſque & imperii modum.
Quod parturis, dilecte LUCA, nobili
Accenſus impetu, ſecundis perfice
Muſis, & addicente profer æthere:

* Alluditur ad Anagr: *LUCAS von der LINDE.*

Nil

Nil ambigens, arrecta ſtare pectora,
Pronoſque calculos Tibi faventium,
Amuſſitatæ prædicent ut indolis
Uber perenne & elegantiæ decus.
Pulchramque *Centri* colligant præſtantiam,
Ex quo tot effluunt venuſtæ *Lineæ*,
Magnumque prodit *Orbis* Orbem continens.

JOACHIMUS PASTORIUS.
Med. & Hiſtor. Reg. Honorarius
Gedani Profeſſor Hiſtoriar.

IN ORBEM
Nobiliſſimi Domini
L. DE LINDA.

SI quod habet Regimen ſcitu digniſſima, rari
Omnibus, ecce, patent hâc brevitate Libri.
Res non eſt nihili, paucis includere multum,
Et tamen, ut ſatis eſt, maxima quæque loqui.
Non hîc innumeras (nam major viribus auſus)
Enarrem laudes, quas Labor iſte meret.
Quin nimis eſt, hederam ſapido ſuſpendere Vino;
Optima ſe quævis Utilitate probant.
Hoc modò, quod dicam, ſupereſt, hunc eſſe Laborem,
Qui fuit in Votis. Qui cupis ergo, cape.
Nulli deficient hîc affectura palatum,
Hîc benè conditis quiſque juvandus erit.
Cui non eſt animus peregrinas viſere Terras,
Attamen & Mundi cognitione fruî;
Applicet his ſtudium Scriptis, pellecta docebunt
Singula, quæ neſcit, vel quoque dememinit.
Quem generoſa magis, quàm ſecum poſſe teneri,
Quid peregrinus agat, cernere cura movet:
Hunc habeat Comitem, ſuperabit Gratia Linguam,
Quam benè conſulto laude reverſus aget.

BERNHARDUS FRIDERICUS,
à CZETTRITZ.

Amplum

Amplum illud mundi diverſorium

In quo continua peregrinatio inſtituitur,

QUID ALIUD EST

Quam ſedes, multis quidem perſpecta, à paucis tamen notata,

IN QUO SÆPIUS

Peregrini accolæ, alium colimus agrum,
Noſtrum deſcrimus

ET LICET

Deſiderium videndi oras alienas unicum hoc ſit ſtudium quo homines ducuntur

TAMEN

Non omnium eadem vera, & conſtans intentio eſt.
Valeant hi qui plus alibi quam alii vivunt
Ineſt aliis corporis vigor; animi deſidia
Nec merentur nomen, multis regionibus noti
ſibi autem ignoti

QUI

Corpus quidem motu animum veterno abſumunt.

IGITUR

Ingenio peregrinari, uti maxime ſecurum
Ita maxime utile decorumque eſt

NAM

Quo præſtantior ac nobilior illa animi peregrinatio
Non vago errore inconſtans
Sed ingentia Regnorum & Rerumpublicarum
volvens incrementa,

HANC

Digitized by Google

HANC TU

Nobiliſſime Domine Agnate
Felici ingenio tuo agreſſus feliciſſime reſpiciens ex
Longinquo omnes terræ angulos evolvens animo,
diffuſa
Orbis climata quod multi fruſtra tentarunt, per
ignota
Tot librorum itinera Salvus, portum appellis
Orbem & nunc Orbi repreſentas

ET

Quicquid in illo magnum & memorabile noſcendum
viſendumque proponis
Felix qui ita in ignotis degit tertis
Ut illæ ipſi patria eſſe non recuſent
Felix que ita redux revidet patriam
Ut dignus ſemper ad peregrinos remittit queat

ERGO

Gratulor amice fortunato operi
Precorque animo tibi Germaniſſimo

Ut

Is quem nunc dixiſti orbem univerſum
Te dicat iterum univerſus orbis.

Ita vovet

Jam jam abituriens

SIGISMUNDUS DE LINDA.

Multa

Digitized by Google

Multa ſine Luce vident Lucem, manentque
tenebræ: Tuæ verò egregiæ induſtriæ
hic feliciſſimus partus.

NOBILISSIME DE LINDA.

VIdet lucem, non ſine luce ſua, neque
etiam Tua,
quòd eo lucem luce adhuc reples,
dum
Singulari judicio, inventis non neglecta ſolum
adjicis
Sed novo etiam perpolis cultu pene ſepulta,
Majeſtate ſui honoris renovans RESPUBLICAS
omnes,
Earum omnium admodum gnarus, noſtræ in
ſuper ſtudioſus.
Opus, profecto, Auguſtum: Et quod demorſos
ungues oleumque ſapit,
Probis probatum omnibus.
Certè
Publica, ominor, exinde erit Tua, dum Res
ſtant PUBLICÆ, *fama,*
Modo fac fiant publica porro, privata Tibi.

Deproperabat
jam jam abituriens

ADRIANUS STODERTUS.

DESCRI-

Digitized by Google

DESCRIPTIO
ET
DIVISIO GEOGRAPHICA
HISPANIÆ,

Junctis locorum naturalibus.

HÆC primum dicta fuit *Iberia*, ab *Ibero* fluvio; poſtea *Heſperia*, ab *Heſpero* ſtella lucida. Tandem, ab *Hiſpali* Urbe, *Hiſpalia*. Quidam illam à Σπανία derivant. propter aſperitatem locorum ſterilem. Hiſpania conſideratur ut continens, & contentum. Continens eſt ipſa Regio, cujus ſitus, quantitas, qualitas, & diviſio ſpectantur. Situs eſt reſpectu terræ & aquæ.

Ratione ſitus, termini illius ſunt ab Ortu Pyrenæa juga, quibus à Gallia ſeparatur, ab Occaſu Oceanus Atlanticus, à Septentrione Cantabricus, à Meridie mare Herculeum, & Fretum Gaditanum. Ejus figura refert corium bubulum humi protenſum, cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem ei Galliam porriguntur. Terra habet montes, promontoria, & ſylvas. Montes Præcipui ſunt. 1. *Pyrenæi*. Eorum longitudo xv. eſt milliar. quæ diverſis nominibus montes dividit. In *Guipuſcoa* eminet mons S. Adriani; aſcenſu periculoſus, nec niſi unum admittit mulum. In antro ejus fons eſt, taberna vinaria, & Sacellum. Hinc non procul eſt *Rocida vallis* (Roncevalles) celebris ab interitu Rolandi. 2. *Montes d'Occa*, olim Idubeda, qui ad mare mediterraneum Tortoſam verſus deſcendunt. 3. *Mons Oroſpeda*. qui originem à Moncajo ducens, deorſum ad Fretum Herculeum ſe extendit. Famam habet à memorabili amoris exemplo. Incolis dicitur *la penna de los enamorados*, amantium rupes. 4. *Mons Calpe*, ad fauces Freti Gaditani, hodie (Eſtrecho de Gibraltar) nobis dicitur Ceuta, olim columnæ Herculis. 5. *Mons Ivi*, penes Barcinonem, quaſi

mons Judeæorum; quorum ibi ſepulchra ſignis reliſtis conſpiciuntur. Promontoria diverſa obtinent nomina. In Oceano Cantabrico olim Promontor. Scythicum hodie eſt: 1. *Cabo de las pennas de Guzan.* 2. *Cabo d'Ortegal*, in Oceano occidentali. *Cabo de finu terræ*, olim Nerium promontorium. *Cabo de Caſcais* prope Ulyſipponem. *Cabo de Vincente* in Algarbia, olim ſacrum promontorium, &c. In mari mediterraneo, *Cabo de Gates*, olim Claridenum promontorium *Cabo de Palos*, olim Scombraria prom, *Cabo Martin*, olim *Ferraria*; *Cabo de Creus*, ad mare Gallicum, &c.

Sylvæ cæduæ multæ ſunt, unde materia ſtruendis navibus. Nemora item pulchra. Ad aquam refertur *Mare, ſinus, Portus, Lacus, Fontes, Flumina, Pontes.* Mare eſt *Oceanus Cantabricus* occidentalis, & mare mediterraneum, quibus Hiſpania fere omnis, excepta parte ad Pyrenæos montes, cingitur. Sinus ſunt 4. celebres, *Sucromenſis*, non longe à Valentia, *puerto d'Alicante*, alias *Illicitanus* ſinus dictus, *Virgitanus* ſinus non longe à Cartagena in mari mediterraneo, & *Boja de Cadiz*, hoc eſt, ſinus Gaditanus. Portus famoſiores ſunt,

S. Sebaſtian, Bilbao, Ribadeo, Ferol, Corunna, Ciudad di puerto, Liſabona, Setubal, ſive *S. Yves, Porto S. Maria, S. Lucas de Barameda, Calis Malis, Gibraltar, Malaga, Cartagena, Alicanta, Grajopenes Valentiam, Tarragona, Barcelona.*

Lacus ſunt 1. prope oppidum Bejaram admirabilis, qui futuram pluviam turbinemque, magno aëris concitati ſonitu prænunciat, ut ejus murmur quaſi tauri mugitus ſæpe ad XIIX. milliaria paſſuum fuerit auditum. 2. In Cacumine Montis *Stellæ* lacus eſt, in quo fragmenta navium ſæpe reperiuntur; diſtat à mari plus XII. leucis, quoties mare intumeſcit, ibi exæſtuat. 3. Lacus *Cantabriæ*, in quem fulmen decidit, & repertæ ſunt XII. ſecures, Suetonio in Galba teſte. Item ſtagnum *Albufera* prope Valencias.

Ad fontes referuntur thermæ & ſalubres aquæ.

Ad oppidum *Orenſe in Gallicia* ad fluvium Minium fons eſt nomine *Burgo*, ejus aquæ inſerviunt ovis coquendis. Prope Civitatem Burgos fons eſt profluvium alvi ſiſtens, quod etiam fons Xenit præſtat.

Penet

Penes Antequeram alius est, calculum infringens. Alij sunt in Galliciæ oppido *Lugo*, salubres morbis depellendis. Badajoz oppidum numerat 1500. fontes.

Flumina in Hispania notantur CL. Sed omnia non sunt navigabilia. Majora sunt sequentia; *Iberus* (hodie *Ebro*) ex Idubeda monte apud Cantabros erumpens, illincque undas trahens, labitur in Mare mediterraneũ, penes Tortosam *Durius* (*Duero*) maximus Hispan. fluvius, se miscet Oceano, dicitur *Sierra de Cogollo*, supra Numantiam ortus, ad Portugalliæ oppidum rapidus descendit. *Tagus* (hodie *Tajo*) aurifer piscium ostrearumque ferax, Toletum petit, mediam secans Portugalliam, ultra Olysipponem se in occiduum exonerat Oceanum, natus in Orospedæ jugis. *Anas* (hodie *Rio Guadiana*) ex agro Laminitano, hodie campo de Montiel, originem trahens, ad Metallinum oppidum terræ penetralibus sepelitur (hoc tamen secundum vulgi opinionem) post aliquot leucas erumpit ad oppidum Willartam, diversasque urbes præterfluens, ad oppidum Ayamonte Oceanum ingreditur. Adeo aquam trahit insalubrem, ut nec pisces ipsius probentur, præter anguillas. *Batis* (hodie Guadalquivir) ex Orospeda monte, ubi ipsi nomen *Sierra* de Alcaraz, oriens; Cordubam & Hispalin præterlabitur, & S. Lucar de Barameda, non procul à Gadibus, in mare Atlanticum influit. *Minius* (hodie Mino) in Gallicia prope oppidum Castel-verde oritur. Oppida, Lugo, Orense, præterfluens, infra Valentiam in occiduum Oceanum se exonerat, ad oppidum Camina. *Sicoris* (hodie Segre) sub Pyrenæis montibus nascitur, Ilerdam oppidum præterlabens *Ibero flumini* se jungit.

Pontes in Hispania septingenti & plures numerantur, pauci lignei, plurimi lapidei, structuræ elegantis. Inter illos eminet *Aquæductus Segoviæ*, nobile Romanum opus, & *Pons Alcãtaræ*, Majestate & Antiquitate celebris. *Madritti*, propter piscium inopiam, licitum est carnibus die Saturni vesci, peculiari Papæ dispensatione, Testante Golnitzio, vivo olim rerum teste, l. 2. de Hisp. Compend. Geogr. p. 53.

Quantitas Hispaniæ in exteriorem, & interiorem dividitur. Exterior in circuitu continet 600. leucas & amplius. Ab Oriente habet montes Pyrenæos, à Septentr. mare Cantabricum, ab Occid. Atlanticum, à Meridie Mediterraneum.

Interior consideratur in longitudine, & latitudine.

Longitudo maxima eſt, 200. millarium Hiſpanicorum, & plus; incluſa Portugallia. Principium à ſacro promontorio, vulgo *Cabo de S. Vincente*, & finem ad fontem uſque Salſulæ ſive Salſas, in finibus Galliæ ad mare Gallicum habens.

Latitudo eſt milliar. C L. à *Nerio* promontorio, ſive Cabo finis terræ, ad promontorium *Cabo de Palos*. Qualitas ejus commoda & incommoda continet. Incommoda ſunt, quod verſus Arctον frigidior & aſperior ſit, Oceano ibi obnoxia. Commoda ſunt & à cœli temperie, & ſoli fertilitate, quæ in animantibus ſoloque ipſo ſpectatur. Verſus Auſtrum Hiſpania maxime fertilis eſt. *Andaluzia* equos producit forma præ ellentes. Fortiores habet Aſturia. Luſitania veloces, ut vento conceptos crediderint veteres. Juſtin. l. XLIV. c. III. p. mihi 275. & Varro. l. 2. de re ruſt. c. 1. Mulos optimos Caſtilia dat; Verveces, illis Cerneros, Mardritum pingues vendit. Carnes bubulæ vitulinæque raræ ſunt, galli, capi, volatilia, magni numeri, majoris tamen pretii ſunt. Frumentum ex Gallia vehitur. Loco avenæ, hordeum equis datur. Vini Hiſpania abundans, ſed aſperi, odoriſque ingrati: vinum non doliis ſed utribus pice illitis ſervatur. Vina tamen, ad mare Mediterraneum creſcentia, doliis ſervantur. Vinum Petri Simonis plantatum eſt à Car. V. qui vites ex agro Rhenano ſumptas in Caſtiliam invexit, ibique opera illius Petri Simonis implantavit. Frugum ubique fœcundus proventus; mala aurea, punica, citria, ficus, cappares, aſparagi, in magna ſunt copia. Olei affluens eſt copia. Herbæ, radices, lactucæ, raphanus, opipara nobiliorum ſunt opſonia: unde proverbium Hiſpan.

Unas aZeytunas, una ſalada, y ravanillos,
Son comida de Cavalleros.

Nobiles jubentur abſtinere cæpis, & porro, ex lege Alphonſia Aº. 1312. Equitibus della banda, vel faſciæ rubræ, data, ſub pœnâ ut vitent aulam per 8. dies, nec victum cum equite habeant. Salinis Hiſpania multis gaudet. Regi ex ſale effoſſo & cocto magnum accreſcit vectigal. Ferax eſt metalli, auri, argenti, æris, ferri, ſtanni, plumbi: auri & argenti effoſſio lege prohibetur, quod Indiæ ſuppeditant. Ferri & cupri magnus eſt uſus. Inde multum laminæ & arma Hiſpanica æſtimantur. Ex cupro moneta conficitur,

ex

Digitized by Google

ex qua grandiſſimæ ſummæ computantur. Inter varia ejus encomia, hoc tantum apponemus. Hiſpania eſt fœcunda frugibus, amœna fructibus, delicioſa piſcibus, ſapida lacticiniis, clamoſa venationibus, guloſa armentis & gregibus, ſuperba equis, commoda mulis, privilegiata caſtris, curioſa vino, deſes pane, dives metallis, glorioſa ſericis, dulcis melle, copioſa oleo, læta croco, præcellens ingenio, audax in prælio, agilis exercitio, fidelis domino, facilis ſtudio, pollens eloquio, fertilis in omnibus, frequens habitationibus, ſcripſit de ea Archiepiſc. Toletanus, Rodericus Rerũ Hiſp.

Sequitur diviſio Hiſpaniæ in ſua Regna, quæ numero tria, PORTUGALLIÆ, CASTILIÆ, ARRAGONIÆ, quibus adijcitur Regnum NAVARRÆ.

Romanorum tempore Hiſpania per fluvium Iberum diſcriminata fuit in citeriorem, & ulteriorem; poſtea in Tarraconenſem, Bæticam, Luſitaniã: Tandem in 12. Regna, quæ ſunt, Gallæcia, Legio, Arragonia Navarra, Toledo, Caſtilia vetus & nova, Portugallia, Algorbia, Granada, Corduba, Valencia, Murcia. hæc contracta in tria coiere. Quodlibet Regnum habet ſuas Provincias & Inſulas. Regnum Portugall, duas habet { PORTUGALLIAM, hodie ab Hiſpano deficientem, ALGARBIAM.

Olim dicta fuit *Luſitania* à Luſo Rege: *Portugallia* vero quaſi Galæciæ portus. Limites hujus Regni ſunt à Septentrione Gallicia, fluvius Minius; ab Occidente & Meridie Oceanus Occidentalis; ab Oriente Caſtilia, Andaluſia & Eſtrema Dura. Circuitus 879. milliarium, longitudo 320. latitudo 60. eſt: ad computationem Boteri, part. 1. *delle Relat. Univerſ.* l. 1. c. 28. Portus tres habet famoſos, Olyſipponenſem ad Tagum, Porto ad Durium, Setubal ad mare Occidentale.

PORTUGALLIÆ Urbes primariæ ſunt.
- 1. *Lisbona*, quæ 5 habet Caſtella.
  - Belem.
  - S. Juliani.
  - Cabeca Secca.
  - S. Antonii.
  - Caſcajis.
- 2. *Bracara*, ubi ſedes Archiepiſcopalis de primatu Hiſpaniæ cum Toletana diſputans.

3. *Ebora*, Romanorum tempore Liberalitas Julia vocata, ubi ſedes Archiepiſc. & Academ.
4. *Conimbria* ſive, Coimbra, ubi collegium Conimbricenſe.
5. *Santarenum*, olim Scalabis, ad Tagi ripam. Ager olei, vini, & tritici ferax.
6. *S. Jago de Cazem.*
7. *Sinus*, oppidum maritimum.
8. *Braganza*, cujus opulentiſſimus Dux Juan anno 1640. 3. Decemb. Gregorii die, titulum Portugalliæ Regis & coronã, inſcio Philipo 4. Hiſpan. Rege, uſurpare cœpit.
9. *Tomar*, olim Neobantia.
10. *Beja*, olim Pax Julia, ubi ſalubres thermæ.
11. *Setubal*, Belgis *S. Yves.*
12. *Almada.*
13. *Viſeo.*
14. *Porto.*
15. *Lamego.*
16. *Portalegre.*
17. *Leira.*
18. *Elvas.* Scripſit Viperanus & Andreas Reſendius & Nonius de Portegall. qui vid.

Regnum ſive provincia ALGARBIA 4. habet Civitates.
- Tavilam.
- Lagos.
- Sylves.
- Faro. his additur Villa nova.

Algarbia longitudo eſt 27. Leucarum, longitudo tantum 8. omnium Hiſpaniæ Provinciarum anguſtiſſima & tenuiſſima.

Inſulæ ad Portugalliam pertinentes ſunt.
- Azores.
- Inſulæ falconum, ab accipitrum copia.
- Flandricæ, quia à Belgis inventæ.

Earum numerantur 9. primæ tres à Divis nomen habent.
1. *S. Michaëlis.*
2. *S. Mariæ.*
3. *S. Georgii.*
4. *Tercera*, ubi urbs Angra.
5. *Pico*, à monte qui globos ignitos vomit.
6. *Fayal*, à fagis.
7. *Las Flores*, à florum copia.
8. *Del Cuervo*, à cervorũ multitudine.
9. *Gratioſa*, ab Amœnitate. Sequi-

Digitized by Google

Sequitur CASTILIA. Ejus Provinciæ ſunt,

- *Andaluzia.*
- *Eſtremadura.*
- *Granata.*
- *Murcia.*
- *Caſtilia Nova.*
- *Caſtilia Vetus.*
- *Gallacia.*
- *Aſturia.*
- *Legio.*
- *Biſcaja.*
- *Guipuſcoa*, cum Provincia *Alava.*

ANDALUZIA continet diſtrictum Hiſpalenſem, cujus metropolis

1. Hiſpalis, hodie Sevilla. Limites habet ab Oriente Granatam, à Septentr. Caſtiliam novam, ab Occaſu fluvio Guadiana, à Meridie mare Ibericum, & Fretum Herculeum. Terra frugum feraciſſima eſt; dicitur Granarium & equile Hiſpaniæ. Hiſpalis, ad Bætim ſive Guadalquivir fluvium ſita, emporium dives eſt, Academiâ & mercaturâ florens. Huc inferuntur occiduæ inſulæ theſauri. Hinc Regi quotannis ſequimillionem aureorum, vectigalium ergò pendit. De Sevilla Hiſpanis eſt proverbium, Cui Deus favet, ei dat domum Hiſpali: & quando alicui bene volunt, dicunt; faxit DEUS, ut Hiſpali victum & amictum habeas. Item, *Quien no ha viſto Sevilla, no ha viſto maravilla*, h. eſt. Qui non vidit Sevillam, non vidit miraculum.
2. *Corduba* ad Bœtim ſita, urbs ampla, ſed minus populoſa, patria Lucani, Senecæ, Avicennæ, &c. Invenit primum artem præparandi corii, Germanis *des Corduaniſchen Lederſch.* Eccleſia Cathedralis *la Meſquita*, Maurorum opus, inter præcipuas Europæ ſtructuras numeratur, habet 24 portas, 365. columnas è nigro marmore inſignes.
3. *Jaen* oppidum, vino, oleo, tritico, farina, carne & fructibus abundans, ſitum ſub collibus, gaudet amœnis fontibus.
4. *Baëza*, olim Vatie, in qua Joannes Avila Collegium fundavit, quod poſtea Academiæ Baëzenæ titulo inſignitum eſt.

5. *Ecya* ad fluvium Xenil in valle ſita, ponte & lanificio inſignis.
6. *Lebrixa*, olim Nebriſſa, oppidum cum vetuſta arce, patria Antonii Æliani, qui res geſtas Ferdinandi Catholici ſcripſit.
7. *Oßuna*, aquis deſtituitur, oleæ ferax, Academiam habet, quæ fundata eſt à Comite Urenna.
8. *Xeres de la frontera*. Ager hic vineis arviſque lætiſſimus, olea ſegeteque abundans, generoſiſſima vina ferens. Hinc non longe Rodericus ultimus Gothorum Rex à Mauris cœſus, tranſlato ad Saracenos imperio. Nonio teſte.
9. *Niebla*, antiquum oppidum, parens Duci de Medina Sidonia.
10. *El puerto de S. Maria*, ad Guadalete flumen. hinc magna ſalis copia candidi, ad alia Europæ Regna evehitur.
11. *S. Lucas de Barrameda*, ad æſtuarium maris, clavis eſt Sevillæ, nobilem exhibet navibus ſtationem, paret Duci de Medina Sidonia.
12. *Medina Sidonia*, paret eidem Duci. Arx antiquitatem oſtendit.
13. *Arcos*, in ſumma rupe.
14. *Carmona*, in monte ſita, unde aquæductus.
15. *Vaëna*, ſubjecta eſt Duci de Seſſi.
16. *Alcalà real*, in colle optimi Vini ferace ſita.
17. *Gibraltar*, ad radices montis Calpe,
18. *Cadiz*, hodie Calis Malis, cum ſinu Gaditano.

Imperator Carol. V. filio ſuo Philipoo II. tres Hiſpaniæ claves bene cuſtodire juſſit; Gulettam in Africa, Vliſſingam in Zelandia, & hoc Cadiz in Hiſpania. Verum omnes tres fere amiſſæ ſunt, Gulettam Turca, Vliſſingam Belgæ, Angli Cadiz expugnarunt, quam tamen Rex Hiſpaniæ poſtea recuperavit. teſte Cambd. par 4. Annal. Angl. Cætera municipia apud chartas & auctores videri poſſunt.

ESTREMA-DURA, pars Bæticæ, Nonio Bæturia dicta, provincia extremæ ſiccitatis in æſtate, hyeme vero ab incolis inhabitata, læta paſcuis & frugibus: confines habet ab Occaſu Luſitaniam, ab Occidenti Caſtiliam novam, ab Oriente Granatam, à Meridie Oceanum.

Metro-

Metropolis ejus est
- BADAJOZ, olim Pax Augusta, dives frugibus, malis aureis, oleis, aliisque fructibus. habet Castellum eminens.
- *Merida*, olim Emerita Augusta, quam Aug. Cæsar dicitur condidisse, emeritosque illuc misisse milites. Sita est ad fluvium Guadianam, opulenta antiquitatibus & aquæductibus.
- *Medellinum*, ubi Anas se abscondit.
- *Villarta Trugillo*, *Caceres*, *Guadalupe*, reliquæ sunt.

GRANATA, tertia CASTILIÆ Provincia, nomen habet à Granata Metropoli. Confines habet ab Oriente Murciam, à Septentrione Castiliam N. ab Occidente Andaluziam, à Meridie mare Ibericum. Longitudo ejus continet L x. latitudo xxv. ambitus ccxxx. leucas. pro Insigni malum habet punicum. Domos densissimas exhibet.

Dividitur in 4. Regiones separatas
1. Retinet nomen Granatæ, ubi maximum templum.
2. *Alhambra* dicitur, in qua vetus Regium Palatium & novum; à Castilianis Regibus extructum.
3. *Alvesim* est, in qua ædium frequentia & serici textrina.
4. *Antiquerula*, reliquis splendore habitationum non cedens. Præter Academiam, habet Parlamentum Regium: gaudet salubri æstivo aëre. Fontes decem cro in ipsa numerantur. Vide Nonium, Marinum, Merulam, Boter.

Malaga Armamentarium totius est Hispaniæ, & propugnaculum contra Africam. Vini ferax, & olei optimi. Duo habet castella; quæ sibi invicem imminent; superius Giblalfaro, inferius Alcavazza dicitur.

Velesium Malagæ, Velez Malaga. ubertas hic magna frugum.
Alhama. Undique rupibus munita.
Ronda sive *Arunda*, sita in monte, cincta flumine.
Zahara, rupi incumbens, difficilis aditu.
Almeria, fertili solo sita.
Antiquera, ubi Castellum edito loco situm.
Cartama, Oppidum & Castellum.
Guadix. asperis montibus cincta, frumenti, vini fructuumque dives.
Baza, in valle sita, paret Episcopo Gaudicensi.
Almuguecar & *Salubregna*, duo sunt munitissima Castella.

MURCIA nomen habet à Civitate Murcia, quæ hortus audit Hispaniæ. Limites ejus sunt: ab Occidente Granata, à Septentrione Castilia nova, à Meridie & Ortu Mare mediterraneum, ad sinum Virgitanum & promontorium Cabo de Palos.

Civitates ejus sunt:
MURCIA metropolis Regni, ad fluvium Seguram, sita in planitie amœnissima, malis citreis, oleis, &c. plena. Hic visitur sepulchrum Alphonsi Castellæ Regis.
Cartagena, quasi nova Carthago, ubi optimus portus, 200. triremibus tuta est statio, bene munita à Philippo 2. contra Piratas.
Almacarron. *Castellum* est *VI* leucis à Cartagena, ubi aluminis uber proventus.
Lorca, in summitate sita, ad fluviũ Gaudalantinũ.
Guardamar, *Portilla*, *Vera*, reliqua sunt.

CASTILIA NOVA ET VETUS.

Hæ invicem separantur altissimis montibus, qui à finibus Navarræ usque ad mare Mediterraneum excurrunt.

CASTILIA NOVA confinem habet Castiliam Veterem à Septentrione, à reliquis oris Portugalliam, Estremaduram. Andaluziam, Granadam, Valenciam. Superat salubritate cœli solique Castiliam Veterem; invidiâ verò apud alios laborat, ob asperius in alia Regna regimen. Castiliæ Novæ

Urbes:
Metropolis est TOLETUM. Cingitur Tago fluvio, majori ex parte. Hic Alphonsus Arragoniæ Rex tabulas confecit Astronomicas. Academia hic florens, & antiqua. Tria vero hic præcipue notantur.

1. Tem-

1. Templum Cathedrale, reliqua longè ſuperans Hiſpaniæ templa. 2. Aquæductus, quibus aquæ ad ſumma aſcendunt cacumina. 3. Palatium Regium à Carolo V. cœptum, ſed nondum abſolutum. Laminæ Toletanæ quoque in pretio magno ſunt.

Madritum (olim Mantua Carpetanorum) ſitum in clivo ad Septentrionem, cujus radices alluit amnis Xarama. Aër hic maxime ſalubris. Hic Academia Jeſuitis conceſſa. Monaſterium S. Laurentii, in quod Philipp. II. 20. milliones auri inſumpſit. Non procul Mardrito delicioſus eſt Regis hortus Fardo.

Cuenza, aſpera duo inter flumina & montes.

Guadalajara, ubi Ducis Infantado palatium & armamentarium.

Civitas Regalis, Ciudad real, vini ferax, ſed in ſalubris.

Alcantara, ad Tagi ripas, ponte inſignis.

Medina cœli, olim Civitas, nunc caput Ducatus.

Aranjuez locus amœniſſimus, Tago, & Xarama fluviis irriguus.

Præter hæc alia quoque ſunt oppida, { Cifuentes, Hipes, Ocanna, Talavera, de la Regna, Puente del Arzobiſpo, Tembleque, Conſuegra, Alcaſſar, Rueda, Albacete, Cinciglia, Villar, Clemente, Vigliana, Almagrum, Caſlona, Lebazuza.

CASTILIA VETUS. Cujus limites à Septentrione Aſturia & Biſcaja, ab Occidente Luſitania, à Meridie Caſtilia nova, ab Oriente Aragonia & Navarra.

Civitates ejus:

Metropolis eſt BURGOS, ſita ad rapidum flumen. Hic cernitur Caſtellum, & palatium, templum cathedrale, artificioſi operis.

Valedoletum ſive Valladolid, ad flum. Piſurgam. hic Academia, hortique & fontes amœni, & rerum abundantia.

Salamanca ſive Salamantica adjacet fluvio Tormis. Hic Academia floreniſſima, ab Alphonſo VIII. Caſtiliæ Rege fundata, quæ 30000. ducatorum pro penſione habet.

Siguenza

Siguenza, sive Seguntia, quam Henares alluit. Muris, arce, & Academia clara.

Segovia munita, ob lanificium & pannos celebris. Tria hic notantur. 1. Palatium Regium. 2. Fabrica monetæ in valle infima, quæ aquaticis molis agitatur, in qua 30. millia Ducatorum argenti, uno conficiuntur die. 3. Aquæductus mirandi operis, habens 177. fornices. Hæc Urbs laborioſa eſt, in qua nemo conſpicitur mendicus.

Oſma, ad fluvium Durium, ubi Academia.

Lerma, ad fluvium Arlanza, edito ſita loco, frumento vinoque plena, hodie caput eſt Ducatus.

Molina, quæ 800. caſas numerat.

Numantia, ad Durium flumen. Hæc olim fortes genuit milites, quæ 4. millibus Celtiberorum 40. millibus Romanorum per 14. annos ſola reſiſtere potuit.

Avila, in planitie ſita, cincta montibus Viniferis.

Alva, ſive Alba, unde Duces Albani ſuam trahunt originé.

Cocca, editiori poſita loco, ſedes Gentis Alcalæ, dicitur Principum mala manſio. Hinc non longe abeſt arx, in qua Philippus Auriacus frater Mauritii, à Duce Albano, Lovanio abductus, incluſus, detentuſque fuit.

Logronno, Juliobriga Veteribus, olim ad Navarram, hodie Ibero fluvio ab illa diſcriminatur. Pertinet ad Caſtiliam Veterem, celebre oppidum. Propter fidem à Carolo V. Privilegia meruit.

Caſtilia Veteri Terra Camporum annumeratur (terra de campos)

in qua municipia { *Medina*, *Aguilar*, *Carnon*, &c. *Frias*, *Birbreſca* (*ubi familia de Velaſco orta*) *S. Domingo de Silos*, *Miranda*, *Scria*, *Almazzan*, *Barlanga*, *Aranga*, *Pennafiel*, *Roa*, *Olmedo*, *Martimugnoz*, *Arenalo*, *Sepulveda*, *&c.*

Ad mare Cantabricum oppida ſita huc referuntur: S. Andero & Laredum, piſcatura quoque hic dives eſt.

Sequitur GALLÆCIA. Hæc habet à Septentrione & Occaſu Oceanum Cantabricum & Occidentalem, à Meridie Luſitaniam, ab Ortu Aſturiam & Regnum Leonis. Hic opes Provinciæ invehuntur: portus habet Corunnam, & Ferol. Terra montoſa & aſpera ſatis. Amnes hic

hic 4. eminent, Sil, Migno, Ulla, Tambra. Piſcium, tam recentium quàm ſalſorum, copiâ metalli præcipue, ferri & æris dives eſt.

Quinque præcipua habet Oppida,

1. *Compoſtellam*, Veteribus Flavium Brigantium,
2. *Lugo*, ubi antiqui muri & ſalubres thermæ.
3. *Orenſe*, ad Minii ripas, nobiliſſima vina & fructus producens, Aquas calidas habet. Suevi hunc locum dixerunt Warmſee, unde mutata dialecto Orenſee.
4. *Tuy*, ad fluvium Minium, alias Tyde & Tude; hinc oriundus Lucas Tudenſis, Epiſcopus & Hiſtoricus.
5. *Mondogneto*, ſive Mondonnedo,

Reliqua municipia ad mare ſita ſunt,

Bajona, Vigo, Ponte Vedra, Padron, Muros, Céa, Finis terræ, Mongia, Corunna, Pontdeaume, Ferrol, Sancta Martha, Vivero, Ribadeo: Flumina tangunt, Sarria, Betanços. Rivadavia, Monterei, Viana, & reliqua apud Authores extantia.

Ordo poſcit ASTURIAM, quæ eſt Regio aſpera, montibus ſylviſque horrida. Confines habet ab Occaſu Gallæciam, à Meridie Caſtiliam Veterem, ab Oriente Biſcajam, à Septentrione mare Cantabricum.

Dividitur in

Aſturiam de Oviedo, ubi oppidum Oviedum, receptaculum Hiſpan.

Aſturiam de Santillana, ubi Lanes & S. Andero oppida. Dives auro, equiſque fœcunda provincia.

LEGIONIS Regnum ſequitur, cui à Meridie & Oriente ſunt Caſtiliæ Veteris fines, ab Occidente Gallæcia, à Septentrione Aſturia.

Oppida

Oppida ejus sunt,

- *Legio* metropolis, à qua Regio possidet nomen. Hanc Pelagius, è Gothorum Regio natus sanguine, primum Mauris eripuit, castellumque ibi struxit adversus hostium incursiones, dictusque est primus Comes Castiliæ. Templum ibi insigne; sepulchra habet 73. Regum, ac unius Imperatoris.
- *Zamorra*, olim Zentica, ad ripam Durii fluminis.
- *Astorga*, exiguum sed munitum oppidum, hanc amnis Torto alluit.
- *Palencia*, ad fluvium Carnicon, divite Episcopatu & Academia celebris.
- *Ciudad Rodrigo*, à Ferrando Legionis condita, opposita incursionibus Lusitanorum.
- *Medina del Campo*, dives nundinis & mercatura, immunis à tributis & vectigalibus.

Illis Urbibus populosa & opulenta municipia annumerantur.

- *Villa Franca*, ad fluvium Burviam, solo frugifero eminens.
- *Betanzos*, ad fluvium Manden.
- *Cacabelos*, *Ponferrada*, ad fluvium Aviã.
- *Villalpando*, *Benezentum*.
- *Soldagna*, *Tordesillas*.

CANTABRIA sequitur: dividitur in { BISCAJAM & GUIPUSCOAM.

BISCAJA confines habet Navarram, Guipuscoam, mare Cantabricum, & Asturiam. Pars illa, quæ ad Bajonam pertinet, & Regi Galliæ paret, extendit sese usque ad fluvium Iron; hinc altera pars Hispano subjecta 11. habet milliaria, in longitud. & latit. Cantabrica lingua antiqua est, multumque differt ab Hispana. Regio montosa, asperaque est.

Biscaja metropolis est *Bilbao* sive *Bilvao*.

Municipia ibi quoque sunt murata XXI. è quibus *Laredo*, *Vermeja*, & *Ordugna* eminent.

GUIPUSCOA. Hujus termini sunt ab Oriente fluvio Vidoso (aliis Vidorso) Alduida, Huria, Berivia, sive Beoyvia, & montes Pyrenæi, à Meridiè Regnum Navarræ, ab Occidente Biscaja, à Septentrione mare Cantabricum.

Circel-

Digitized by Google

Circuitus ejus est 36. milliar. Regio ferri chalybisque dives est. Metropolis ejus est TOLOSA, ad Araxin & Oriam sita.

Civitates ejus.
- *Placentia*, ubi fabrorum ferrariorum est multitudo.
- *Montrico*, sive Monte de Trico.
- *Fuentarabia*, exiguum oppidum, sed naturâ & arte munitum.
- *Fanum* Divi Sebastiani, hodiè Donastien. Portu gaudet amplissimo, naturâ, non arte facto.
- *Passage* portu habet angustum, sed profundum.
- Oppida reliqua sunt, *Segura*, *Villa Franca*, *Renteria*, *Denia*, *Eria*, sive *Oria*, & alia, frumento fructibusque abundantia, montibus passim circumdata, nec nimio calori nec frigori obnoxia.

Supereſt ALAVA, ultima in Castilia Provincia. Regio longitudinis est 28. leucarum, Latitudinis 18. fructibus vinoque beata.

Ejus metropolis est. *Vittoria*, ubi Nobiles familiæ, mercatores & opifices sunt. vino, lana, ferro, abundat.

Civitates ejus. *Salvatterra*, & *Trevigno*, caput Comitatus.

Insulæ Castiliæ sunt. *Porto Santo*, *Madera*, *Canaria seu fortunata* 7.
- *Canaria magna*.
- *Teneriffa*.
- *Palma*.
- *Gomera*.
- *Elhierro*.
- *Lanzarrotta*.
- *Forta Ventura*.

PORTO SANTO, MADERA. Madera Vitium maximè ferens. Regi Hispaniæ XII. millia Vini dolia decimarum nomine solvit. Ejus Urbes sunt, *Fouchal*, *Machico*.

CANARIÆ MAGNÆ longitudo est. 12. milliar. Metropolis, est Canaria, reliquæ sunt
- *Telde*,
- *Galder*,
- *Guja*.

Fortunata nominatæ sunt ab affluenti rerum copia, vini imprimis & sacchari purissimi. TENERIFFA formam habet triangularem & longitudinem 17. leucar. Solum est colliferum, ubi in ejus medio altissimus mons *Tereyra* 15. leucar. flammas eructans. Vina fert, ut & frumenta optima.

Urbes

Urbes in illa ſunt. { *Laguna*, *Santa Cruz*, *Larotava*, } { *Rioleio.* *Garachico.* }

PALMA orbicularem habet formam, continet 25. leucas, vini ſaccharique copiam habet.

GOMERA longitudinis eſt 8. leucarum.

ELHIERRO ſive Ferro, ſex milliar. habet ambitum, inopia aquæ dulcis laborat.

LANZEROTTA, Longitudinis XII. leucarum, exiguum habet proventũ, nimirum ex carne caprarum ſiccata.

FORTAVENTURA Longitudinem continet XI. latitudinem X. leucarum, fœcunda armentis & frugibus.

Expoſita ſunt duo Hiſpaniæ Regna: ſequitur tertium.

ARRAGONIA, cujus Provinciæ & Inſulæ videndæ.

Provinciæ ejus ſunt { ARRAGONIA, CATALAUNIA, VALENTIA, }

Arragonia maxima ſui parte ſicca, & aſpera eſt. Termini ejus ſunt à Septentr. & Ortu, Navarra, montes Pyrenæi, & Catalonia, à Meridie Valentia, ab Occaſu Caſtilia.

Arragon. metropolis eſt. { SARAGOZA, ſive Saragoſſa, ubi, Academia, arx, curia.

Reliqua municipia ſunt,
- *Balbaſtro*, ad amnem Vérum, dives agri, olei.
- *Hueſca*, olim *Oſca*, ubi Academ. antiqua.
- *Jaca*, ſita ad fluv. Arragon. ſub montib. Pyrenæis.
- *Venaſca*, contermina Galliæ.
- *Fraga*, ubi croci magnus proventus.
- *Calatajud*, non procul ab antiqua Bilbili, dives frumento, oleo, vino, opificibus, paret Epiſcopo Tarrazonenſi.
- *Tarrazona*, vel Turiaſſo, non procul à monte Canno.
- *Tervel*, clara Epiſcopatu & dives mercatura.
- *Albarazina*, olim dicta Turia, in colle ſita.
- *Monſonium*, ubi Conventus Procerum Arragoniæ.
- *Gurrea*, *Agrada*, *Binavari*, *Graus*, &c.

CATA-

CATALAUNIA. Ejus præcipua loca ſunt, *Barcelona*, *Tarragona*, *Tortoſa*, *Girona*, olim Gerunda, *Lerida* olim Ilerda, *Cardona*, *Comitatus Ruſcinonenſis*, *Monſerrate*, *Urgel*, *Vich*, *Salſona*, reliqua ſunt municipia.

Confines habet, *Aragoniam*, Montes Pyrenæos, & mare Mediterran. Habet I. *Ducatum Cardona*, III. *Marchionatus*, XI. Comitatus, multas *Baronias*, & Dominia. LVI. Civitates, inhabitantium DC. millia dicuntur eſſe: quos inter ſupra 100. millia Gallorum, aut Gallicæ originis; agriculturam, pecuariam, arteſque mechanicas exercentes. Ejus igitur.

I. BARCELLONA Metropolis provinciæ eſt, & Emporium celebre; habet 2. amnes, ab Oriente *Betullum*, hodie *Beſontem*, ab occid. *Rubricatum*, ſive *Lobrogatum*. Academiâ, mercaturâ, hortorum amœnitate, tituloque Comitatus clara.

Tarragona, Antiquorum monumentorum repoſitorium: agrum feracem, oleum, frumentum, vinum habet. Archiepiſcopatu & Academia celebris eſt.

Tortoſa, ad Iberum ſita, duo in monte caſtella habet, & Academiam.

Girona, olim *Gerunda*, Auſſetanorum caput fuit, in colle ſita, alluitur Fluminibus, *Unda*, *Ontiar*, & *Ter*.

Lerida, olim *Ilerda* in modico ſita colle, *Cignam* fluvium habet: Vino & frumento dives eſt, Epiſcopali & Academiæ gaudet dignitate.

Cardona, ubi 3. notanda: mons, cujus terra ſimilis farinæ, fons, vini rubri colorem exhibens, Sal, diverſiſſimorum colorum.

Monſerrate, (*Monteſerrato*) editiſſima rupes: hic ſe Ignatius Lojola devovit Deo, Mariæque Virgini; hinc ad Societatem Jeſu fundandam proceſſit.

Comitatus Ruſcionenſis concluditur inter duo Pyrenæi brachia. Hunc Johann. II. Aragon. Rex, ærarii inopiâ adductus, Ludovico XI. Galliæ Regi 300. aureor. millib. oppignoravit; quem Caroli VIII. A. 1494. Ferdinando Regi reſtituit. vid. Boter. part. 1. delle relat. Univ. l. 1.

Ejus caput eſt *Perpinianum*, in quo 4000. ædes numerantur. Valdè lanificio dives, amœnaque urbs eſt.

Salſas, latinis *Salſula*, fortalitium Hiſpan. celebre.

Helna, olim caſtrum *Helena*, oppidum Epiſcopale.

Colibre, olim *Illiberis*.

Roſa, vulgò *Roſas*, *Ampurias*, *Palamos*, *Blanos*, &c.

VALENTIA. Hæc limites ſuos habet, ad Orientem mare Mediterraneum, ad Septentrion. Arragoniam, ad Occidentem, utramque Caſtellam, ad Merid. Regnum Murciæ.

Longitudo ejus eſt LX, latitudo XVII. leucarum.

Portus habet 4. { *Vineri*, *Deniæ*, *Xabiæ*, *Alicantæ*.

Quinque fluvios Principales { *Migliar*, *Moruedre*, *Guadalviar*, *Xucar*, *Segura*.

Metropolis ejus. Urbs VALENTIA, fructuũ varietate amœniſſima.

Hortus Hiſpaniæ dicitur, unde dicitur Valentia formoſa. Illuſtris eſt Nobilitate, & Academia. Claros quoque genuit Viros; Ludovicum Vivem, 2. Pontifices, Calixtum III. & Alexandr. VI.

Morviedro, olim *Saguntum*. Nobilis à conſtantiâ & fame.

Gandia, ubi celebre Jeſuitarum collegium, à Franciſco Borgia inſtitutum.

Denia, ubi Arx munitiſſima.

Alicante, ad mare Mediterran. generoſi vini ferax, caſtellum edito ſitum loco habet.

Xativa, fontibus, fructibus, malis punicis abundans.

Guardamar, ad mare, à proventu ſalis dives.

Biar,

Digitized by Google

Biar, fert mellis copiam candidiſſimam.
Orihuela, lat. Orcelis, *S. Matthæo*, *Peniſcola*.
Reliqua municipia ſunt, *Xerica*, *Elche*, *Traiguerra*, *Talets*, *Villareal*, *Lac Cuevas*, *Salſadella*. &c.

Poſt viſa ARRAGONIÆ Regna Urbeſque, ſequuntur Inſulæ; quæ ad eam pertinent. Hæ ſunt 1. Duæ BALEARES, vulgò MAJORICA, & MINORICA dictæ.

Majorica 100. millia paſſuum in longitud. 480. millia in circuitu habet: cujus deſcriptionem fuſius habet Mariana.

Abundat fructibus, & animalibus.

Urbs ejus præcip. *Majorica*, 10. patens portis. *Minor Balearis*, vel *Minorica*.

Inſula ambitum CL. millium paſſuum continet, duos habet portus, *Maon* & *Formelle*, & *Minoricam* Urbem unicam.

Supereſt REGNUM NAVARRÆ, quod à montibus Pyrenæis incipit, ad flumenque Iberum deſcendit. Hoc Regnum ante 100. & plures annos à Ferdinando Catholico propemodum omne occupatum fuit, cum Johannes Albretanus Navarræ Rex, Ludovico XII. Regi Gall. opem ferens, à Papa Julio II. proſcriptus, excommunicatuſque eſſet. Eâdem formâ adhuc ab Hiſpano tenetur, niſi quod pauca loca Galliarum Regi, legitimo Regni hæredi, ſuperſint.

Caput Regni eſt PAMPELONA, olim Pompejopolis, ad flumen *Argam*, non procul à Pyrenæis montibus ſita: firmo muro, duobuſque caſtellis munita. Hîc Ignatius Lojola ſclopeto, ad pœnitentiam, & vitam monaſticam adductus eſt.

Ejus oppida reliqua ſunt; *S. Johannis, Pedis portus S. Juan de pie de porto.* Situm in altiſſimis jugis montium, quorum aſcenſus XII. mill. paſſuum, fontes habet frequentes, ferrique fodinas.

Roncevalles, *Rocida Vallis*, ubi Rolandus Caroli Magni agnatus eſt interfectus, locumque fecit celebrem.

Alia municipia sunt { *Tievas, Tafalla, Olite, Arguedas, Tudela, Stella, Sanguezza, Alfaro.* &c.

Huc usque actum de continente Hispaniæ: sequitur contentum: quod est ipsa Hispaniæ gens, de qua in titul. de moribus Hisp. agitur.

DE GALLIA.

GAllia consideratur ut continens, & contentum. Continens ipsa Regio est, sive Regnum; cujus situm, quantitatem, qualitatem, & divisionem expendemus.

Gallia ab Ortu habet Germaniam superiorem, cum Alpibus, & partem Italiæ: à Meridie, partim mare Ligusticum, partim Hispaniam, & montes Pyrenæos: ab Occidente, partim oceanum Aquitanicum, & Britannicum, partim magnam Britanniam: à Septentrione, inferiorem Germaniam, & partem Angliæ.

Situs terram & aquam complectitur. Ad terram spectant montes, & sylvæ.

Montes præcipui tres numerantur; { *Gebenna*, sive Montaignes d'Auvergne. *Vogesus*, Mont de Faucilles, ou mont Rouland. Horum montium pars Tarara dicitur. *Iura.*

Sylvæ non magis sunt spatiosæ, quam frequentes: maxima est *Arduenna*, tendens ad Germaniam & Belgium, *der Lutticher Walt.*

Reliquæ parvæ sunt, { La fóreſt d'Orleans, La foreſt de Fontaine, La foreſt de Compiegne. vide Atlantem.

Aqua comprehendit { *Mare*, *Sinus*, *Portus*, } { *Lacus*, *Flumina.*

Mare habet Oceanum Britannic. Aquitanic. partemque maris Mediterranei, quod mare dicitur Gallicum. Sinus ad Ocean. Britan. sunt in recessibus, ubi *Diepa*, & *Caux*: ad Ocean. Aquitanic. ipse est sinus *Aquitanicus*; ad mare Mediterr. du-

duplex, major, ubi *Rhodanus* ingreditur mare Mediterr. minor, ad promont. montis Pyrenæi, ubi *Salſes Portus*, in Picardia, *Caletanus*, *Bolognienſis*, item ad fanum S. Audomari, olim dictus *Itius*. In Normandia, *Caën*, *Diepe*, *Havre de grace*, Structura Franciſci oppoſita irruptionibus Angelorum, *Rouen*, *Honfleur*, *S. Sauveur*, *Quarentin*, *Caumont*, *Auranche*. In Britannia, *S. Malo*, *Secar*, *Nantes*, *S. Paul de Lyon*, *Roſcou*, ver. merid. *Breſt*. In Pictonibus, *Luſſon*. In Santonibus, *La Rochelle*, In Aquitania, *Bourdeaux*, *Bayonne*. In Narbonenſi Gallia, *Narbona*. In Provincia, *Aigues mortes*, *Arles*, *Marſeille*, *Toulon*, ubi ſtatio triremium. *Antibo*, ad mare Liguſticum. Portuum ſatis habet, modo Galli iis rectè uti poſſent, expedire per omnia mariq; claſſes poſſent.

Lacus: Inter quos primus
- *Lacus Lemanus ad Genevam.*
- In *Arvernia* in monte non procul à *Beſſo* oppido. hic audiuntur fulmina, tonitrua.
- *Creux de Soulcis*, abyſſus ſine fundo.
- *Lacus* inter Maſſiliam & Arelatem.
- *Lacus Abitatinus* non procul à Clarmontia.

Flumina Galliæ Nobiliora ſunt:
- *Moſa*, *la Meuſe*. *Sequana*, *la Seine*.
- *Ligeris*, *la loire*.
- *Garumna*, *la Garonne*, Rodanus le Rhoſne ſecum vehit *Ararim*.

Minora flumina ſunt
- *Araris*, *la Saone*.
- *Druentia*, *Durance*.
- *Durantius*, *ſive D' ordogne*.
- *Elaverus*, *Iſaris*, *Charente*, *Dracus*, &c.

Sequitur Quantitas Galliæ; quæ eſt exterior, & interior. Exterior, in ambitu complectitur MXX. milliaria. Interior, in longitudine & latitudine ſpectatur. Longitudo habet ab Occaſu, in Ortum, mill. Gall. paulo plus CCC. Latitudo eſſe dicitur 255. milliar. Cluver. computationem fecit ſecundum milliaria German. l. 2. Geogr. c. 14. longitudinem ſtatuens CLXXX. latitud. CXL. mill.

Sequitur Qualitas; quæ cõmoda, & incommoda complectitur. Incommoda inde eſtimantur, quod Gallia ventis Septentrionalibus expoſita ſit. Inter commoda verò, Cæli mira temperies numeratur, qua de cauſa, optimis Europæ annumeratur Regionibus. Ita Claudiano feliciſſima, Cæſari ſaluberrima audit. Reliqua ejus Elogia vide apud Lanſ. in orat. pr. Gall.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Terra eſt fertiliſſima hominum mater, & ideo omnium Regionum, ad Occidentem ſitarum, feliciſſima.

Omnium rerum abundat proventu, adeò ut bene de ipſa quidam dixerit; *La France, eſt le petit oeil, & la perle du monde.* Veteres dixere Galliam habere 4. magnetes, qui foris omnem ad ſe trahunt pecuniam: ut ſunt, Frumentum, Vinum, Sal, Linum. Nec immeritò creditricem ditionum omnium, debitricem nullius, illam dixerit Boter. in Relat. univ. l. 2. Ex ſola Portugall. IV. milliones pro frumento in Galliam feruntur. Nonnulli volunt, Galliam reditus ex frumento quotannis percipere CL. tonnas auri. Fama eſt, Gallum Lisbonam intrantem, clamantemque, *traho tritico*, (fero triticum,) ab omni apprehenſione immunem eſſe. Ex vini quoque abundantia, Rex reditus percipit XX. tonn. auri, & plures. Laudes vini Gallici vid. *ap. auctor l' Hiſtoire des. Eſtats* In Gallia, Salinæ quoque magni ſunt apud Gallos pretii. Has Rex quotannis elocare ſolet, pro immenſa pecunia; quomodo autem ſal ibi præparetur, vid. Golnitz. in compend. Geogr. l. 2. p. 120. Præter hæc bona, Gallia quoque pecorum, armentorum, ovium, equorum, piſcium, ferarum, volatilium, fructuum, ſerici, panni, immenſâ dives eſt copiâ. Vereque dictum, *Que la France ne cede en richeſſe au Peru, ni en fertilité à pays, qui ſoit ſoubs la chaſſe du ciel.*

Diviſio Galliæ fit in { *Provincias*, *Inſulas*.

Inſulæ Galliæ, ſunt in Occeano Britannico multæ, verùm parvæ.

- *S. Malo*, in Oceano Aquitanico.
- *L' Iſle*, Noirmonſtier, ubi Abbatia Blanca.
- *L' Iſle de Dieu.*
- *L' Iſle de Rez*, non procul à Rupella, in quâ oppidum S. Martin.
- *L' Iſle de Oleron*, vini excellentis ferax.

In mari Mediterraneo ſunt { *Magellona*, *Toulon ſive Hieres*, *De Fres* (Hieres) *Stoechades*, *Martigia*, *Camargue*, *Inſula Pequenſium.*

Provinciæ Gall. apud Veteres diſtribuebantur in { GALLIAM CIS ALPINAM, TRANS-ALPINAM.

Cis-Alpina autem dicta pars Italiæ, quam Galli, Alpes tranſ-

transgressi, occuparant. Eos quoque, qui in Italia consederant, propter togas, quibus ad Romanorum utebantur morem, *Togatos*, dicebant, & *Galliam Togatam*. Propinquos verò mari Mediterraneo, à vestibus brevioribus, variique coloris, quas patrio nomine braccas dicebant, *Braccatos Gallos*, & *Braccatam Gallicam* vocitabant. Reliquos Gallos ad Oceanum longius sitos, à promissis capillis, *Comatos* dicebant. Crescente autem potentia Urbis Romæ, cum Fabius cum Allobrogibus ardua gereret bella, tractus à Genevâ ad Pyrenæos montes, Provincia est appellatus. Tempore vero Jul. Cæsaris, in tres distinguebatur partes; Una ab *Aquitanus*, 2. à *Belgis*, 3. à *Celtis*, inhabitata fuit. Augustus Cæsar rerum potitus, illam in 4. partes distinxit. Hinc à subsequentibus scriptoribus 4. Galliæ numerantur partes,

Hodiè, Geographis distinguitur in { *Aquitanica*, *Belgica*, *Lugdunensis*, *Narbonensis*. / *Narbonensem*, *Aquitanicam*, *Celticam*, *Belgicam*.

Narbonensis, aliàs *Braccata*, ab Occasu habet montes Pyrenæos, ab Ortu Alpes, à Septentrione partem Celticæ & Belgicæ: à Meridie. mari Gallico includitur.

Regiones continet 4. { *Narbonensem*, propriè dictam, sive Languedoccam. / *Provinciam*, *Delphinatum*, / Et *Sabaudiam*.

Languedocca, sive *Languedocia*, ad Occidentem habet Vasconiam & Armeniacos, ad Septemtrionem Cadurcos & Arvernos, ad Ortum, tam Delphinatum, quam Provinciam, Rhodano à se discretam, ad Meridiem, ex parte mare Gallicum, ex parte Pyrenæos montes.

LANGUEDOCIÆ insigniores Civitates sunt.

- *Tholosa*, ad Garumnam, ubi Parlamentum & Academia.
- *Nabona*, ad Fl. Atacem.
- *Carcassona*.
- *Monspessulum*, ubi Academia.
- *Nemausus*, sive Nismes, clara ab antiquitat. Rom.
- *Aleth*, ad radices Pyren.
- *Besiers*, ad fluvium *Orbam*, *Pezenas*, *Agde*, *S. Pons*,
- *Lodeve*, *Usez*, *Pont du Card*, *Beaucaire*, *Eauine*,

Lavaur, Viviers, Nonnay, Pont S. Esprit, Aigues mortes, Cazeres, Rieux, Foxum, in Comit. *Foxensi, Pamiers, Saverdun, Maizieres, Mirepoix, S. Papoul, Castelnau D'Arri, Castres, Albus, Mande, Quesac, Chirac, Le puy, Tournon, le Doux, &c.*

Provincia, inter *Languedocam* ab Occidente, & è regione inter Pedemontanam Regionem inclusa, à Septentrione includit Delphinatum, vel potius attingit, à Meridiè verò tota est maritima. Ejus duplex est respectus, parsque altera Regi paret Galliæ, altera non. Quæ non paret, est *Comitatus Venusinus*, ubi *Avignon* ad Rhodanum, Papam agnoscens Romanum; in quo Academia. 2. *Principatus Arausionensis*. ubi *Urbs* & *Castrum Orenge*, Academiâ gaudens, hodie ad Celsissimum Princip. Auriacum spectans, in quò Gubernatoris munere fungitur Illustrissimus Comes de Donau. Quæ verò Regi Galliæ paret, habet Civitates,

Aix, ubi Parlamentum, *Arles, Massiliam* aliquot 100. annis ante Christum natum factã, ubi Acad. Minora sunt reliqua muncipia *Digne, Grasse, Glandeves, Senas* in Alpibus maritim.

S. Paul, de Vences, Apt. Pesus, Teriuls, Cisteron, Antibo ad mare S. Maximini.

DELPHINATUS est vel *Superior*, *Inferior.*

Contiguam habet ab Ortu partim *Sabaudiam*, partim Pedemontanam Regionem, à Septentr. partim Brellanensem, partim Lugdunen. Delphinatus nomen habet, à Castello Dolphin. Quibus ante paruerit, vid. Göln. l. 2. pag. 125 Humbertus verò Princeps illum, tanquam feudum, A. 1349. primogenito Galliæ Reg. Filio, pro quadragies mille coronatis Gallicis vendidit.

Superioris *Delphinat.* metropol. est, *Embrun*, ad *Alpes marit.* *Valence* ad Rhodan ubi Academ. *Die, Gap, S. Paul.* & *Briancon.*

Inferior habet *Gratianopolim*, ubi Parlamentum, ad Isaram *Magnam Carthusam, Montlimar, Viennam*, ad *Rhodan. Muram, Romans*, ad *Isaram, Crest, S. Valier de Coste, S. Anthoine de Viennois, Le Monestier, Chasteau, Daulphin.*

SABAU-

SABAUDIA, ex parte Regem Galliæ Dominum agnoscit, ex parte ducem Sabaudium; ex parte liberæ Reip. gaudet titulo. Includitur ab Ortu Alpibus, à Meridie Pedemontio & Delphinatu, ab Occidente, Delphinatu Bressanensique ditione, à Septentrione, Burgundiorum Helvetiorumque finibus.

Regi Galliæ parens, *Sebusianorum Provincia*, vulgo Bresse, dicitur. Quæ à Reg. Henric. IV. an. 1601. Sabaudo erepta. & pro Saluziarum principatu postmodum immutata.

Metropolis ejus est { BOURG, EN BRESSE.

Trans Rhodanum sunt, { *Seisel, Dari..., Chausse, Arlepons, Chava, Prafectura, Gexensis*, quæ omnia Gallo Sabaudus coactus est dare, teste Thuan. l. 125.

Quæ Sabaudo subjectæ sunt, sunt { *Chambery*, ubi Parlamentum. *Tarantasia*, *Mommelian*, ad Isaram, *Turris Carbonaria*, *Aigue Belle*, *S. Jean de morienne.*

Libero imperio Optimatum Geneva regitur, à quâ titulum comitatus Regio habet, multotiesque ab hostium imminente potestate vindicata est.

Quæ sequitur, secunda pars Galliæ AQUITANICA est. Hæc à montibus Pyrenæis incipiens, extenditur usque ad Ligerim. Nomen ab aquis accepit, propter magnam earum ibi copiam, tum crebriorem exundationem. Ejus fines vergunt ab Occidente ad Ocean. Aquitanicum, à Septentr. & Ortu ad Ligerim, à Meridie habet tum Pyrenæos montes, tum Narbonens. Galliam.

Hujus Regiones aliæ collocantur ad partem sinistram, seu cis Garumnam fluvium, aliæ ad dextram, sive ultra Garumnam.

Cis Garumnam sunt Provinciæ, { *Bearnia, Bigornia, Vasconia, Guienna*, & quatuor Comitatus, { *Comingia, Armeniacus, Foix, Albretanus.*

BEAR.

BEARNIA: pro appendice Regni Navarrei est;
Cujus metropolis est { PAU, natalis locus Henrici IV. Gall. R. ubi Parlamentum.
Oleron, Luescar. Serrances, Orthes, ubi Academ.
Morlas, Pontac, Codeich, Navarrina arx.

Hæc, ex Regno Navarræ, Regi Galliæ restant; reliqua Hispanus possidet. Hîc homines tam bonæ dicuntur esse valetudinis, ut communiter CL. annos vivant.

Bigorria Comitatus habet metropolin { TARBAM.
Bayonnam,
Fanum S. Joannis de Lutz,
Dacs,
Archiep. Baigueres opidum,
Lourde, Trie,
Malbourget.

Vasconia habet Provicias { *Aginnensem,* *Condomensem.*

In illa sunt *Agin*, ad *Garumnam, Ville neufue, Clairac, Marmanda, Tonins, Castelmoron, Lemast, Ville Franche. S. Foy.*
In hac sunt *Condomum* ad fluv. *Baise, Valentia, Lavrac.*

Guienna loca sunt, { *Bourdeaux*, ubi Parlamentum & Academ.
Blaye, Liburnum, Bourg sur mer, Condat,
S. Mataire, Larmont, Carbonnieres, Carbon blanc,
Fronsac, Bazas, S. Bazeille, la Reolle, Monsegur,
S. Ferme, Castelmoru, Geronde, Sauveterre, &c.

Comitatus Comingiæ, dividitur in superiorem, ubi oppidum Episcopale. { *S. Bertrand*, Conserans. *S. Beat. S. Fregeou.*
Menregeau, Saliers.

Et Inferiorem, ubi sunt { *Lombes,*
L'isle de Dodon,
S. Matan, Muret, Riumes.

Armeniacus Comitatus habet *Aux*, oppid. Archiep. Letoure.
Foix habet oppidum *Foix* ejusdem nominis.
Albretanus Comitatus habet *Nerac.*

Sequitur jam *Gallia Aquitanica* ultra Garumnam, quæ IX. continetur Provinciis.

Prima est { *Pictonia*, Urbes ejus sunt, { *Poictiers*, ad Clanũ fl. ubi Acad.
Niort, ad Suram.
Fontenay. Lusignan,
Mont.

Montmorillon,
La Basse marche, Dorat,
S. Maixent, Sivray.

Ad eandem Provinciam refertur:
- Principatus Vicecõ.: Talmon, Chastelraud, Touärs, Tremoulliorum;
- Baronatus: De Mainlers Partenay, Meste, Chizay, Chavigny Lussac, Chastenerage, S. Mesmin, S. Gilles, &c.

P. Secund.
- Angolisme mensis. Urbis ejus est: Angoulesme, Martou, Chasteau-Neuf, Blaisse, Chabannes, Confeulãt, Ruffec, Aigres, Courville, Rochefaucaut, Marevil, Lansac, Villebois, Mombrum, Bouteville familie Mommorãcia
- 2. Santonia cum Alnesia.

Santoniæ Principale oppidum est: Xainctes ad fl. Carentum, S. Jean d'Angely, Lorgaire, Archaut, Pont Loublezе, Taillabourg, Jarnac, Coignac, Barbesieux, Josac, Brouage, Royan, Pons, Soubize.

Alnesia, Aulnis, præcipua Urbs est: La Rochelle, à qua prope abest l'iste de Re.

3. Provincia est, Perigorium, perigord. ejus oppida sunt: Perigeux, Bergerac, Liberac, Nontron, Sarlat, Limeil, Biron, Brantbomme, La Roche, Miraumont, La Linde, Limolium, Liburnum.

4. Provincia Quericum ubi sunt: Cahors, ad fluv. Lot. Montauban, ad Tarnum, ubi Accadem. Castel Sarazin, Montech. Moissac, Lauserte, Soüillac ad Dordonam, Burelle, Nazareth, Gourdon. Martel.

Limo-

5. Provincia	LIMOSIN divisum in superiorem, quæ habet,	*Limoge* Metropol. ad Vigenn. fluv. *La Soubterraine*, *Le Boisson*, *Barat*, *Dorat*, *Confoulant*, *S. Yrier*, *la Perche*, *S. Iunien*, *S. Leonard*, & *Chalus*.
	Inferiorem, cujus oppida	*Tulle*, *Usarcha*, *ad Vezeram* flum. *Brive*, *Treignac*, *Donzenac*, *Allasac*, *Meissac*, *Usset*, *Beaumont*.
6. Provincia	AUVERGNE, *cum* Ducatu *Montpensier.*	
Illa dividitur in superiorem, cujus oppida.		*S. Flour*, *Aurillac*, *Charlat*, *Murat*, *Billon.*
Et inferiorem, quæ dicitur *la* LIMAINE, *habet*		*Clarimont*, *Rion*, *Montferrant*, *Yssoire*, *ad fluv. Elaverum*, *Brioude*, *Aigueperse.*
7. Provincia BERRY *cum* Comitatibus, *Sancerra*, *S. Aignan*, & Baronia *Montfaucon*, habet	*Bangy*, & *Gron*, *Bourges* ubi Academ. *Issoudun*, *Dũleroy*, *Vierzon*, *Mehun*, *Aubigni*, *Concressat*, *d'Angillon.*	Sub hujus præfectura sunt: *Chasteau roux ad Indrum*, *Argenton ad* Creusam, *Chastres en Berry.*
8. Provincia Est SALONIA, ubi Ducatus Sully.		
9. Provincia *Borbonia* dividitur in superiorem & inferior. Infer. Urbes.	*Molins*, *Bourbon l'archambaut*, *Borbon l'ancy*, *Montmarant*, *Mont Luzon*, *Chancell*, *Charroux*, *Verneul*, *Varennes*, *Genat.*	

Su-

Superior habet Regionem { *Combraille*, ubi oppidum *Montaigu*.

Pars Gall. CELTICA, Cujus Provinc. {
Lugdunenſis, ubi Urbs *Lyon*, & Principat. *Dombes*.
Foreſt, *Beaujolois*, *Burgundia*, *Nivernia*, *Campania*,
Francia ſpecialiter ſic dicta, *Belſia*, *Britannia*,
Normannia.

Foreſt oppida ſunt {
Montbriſon, *Feurs* ad *Ligerim*. *S. Eſtienne*, *S. Galmier*,
S. Germain, *Laval*, *S. Bonnet le Chaſtel*, *Roanne*, *ad Liger*. *S. Rambert*: in hac Provincia Nobilis arx *d'Urſé* & *Coſan*.

Beaujolois habet *Beaujeu*.

Burgundia vel ſuperior eſt, diciturque Comitatus, qui paret Regi Hiſpan. habens *Dolam* & *Beſanzon*.

Vel inferior, diciturque Ducatus, parens Regi Galliæ, cujus metropolis eſt

DYON, ubi parlam. { *Autun*, Chalon ſur Saone, Beaune, Auxerre, Maſcon, ad Ararim.

Nivernia habet { *Nivers*, *Dezize*, *Clameſy*, *Drouzy*, *Milin*, *Angilberth*, *Corbigni*.

CAMPANIA, eſt Superior, & Inferior.

Ad ſuperiorem pertinent, { *Vitry le Francois*, *Reims*, *Langres*, *Chalon*, *Laigny*, *Comitatus la* Brye in quo *Chaſteau Thierry*, *Meaux*, *Provins*.

Ad Inferiori pertinent { *Stroye* ad Sequan. *Chaumont*, *Montigny*, *Vaſſy*. *S. Diſier*, *Joinville*, *Sens*, *Juignis*

Sub Francia ſpecialiter ſic dicta ſunt { *Lutetia*, ubi Parlament. & Academ. *S. Denys*, *Poſſiacum*, *Senlis*, *Melun*, *Corbeil*, *Milly*, *Montargis*.

BELSIA tres partes habet {
Superiorem cujus oppida { *Angiers* ad fluv. Meduan. ubi Academ. / *Saumur ad Liger*. / *Montreneau*, *Bauge*, *la Fleſche*, *Segre* &c.
Mediam cujus oppida { *Blois*, *Tours*, *Caſtello*, ad fluv. Indre. / *Amboiſe*, *Chaumont*,

Cet-

- *Cormery*, *Loches*, ad fl. Indre.
- *Paulmy*, *Chinon*, ad Vigennam,
- *Champigny*, *Loudin*, *Chasteaudun*, *Ancy le Franc.*

Inferiorem, quæ habet:
- *Orleans*, ubi Academ.
- *Estampe*, *Remorantin*, *Gergeau*, *La Fertè*, *Clery*, *S. Laurent.*

BRITANNIA quoque alia est

Superior cujus Urbes:
- *Nantes* ad *Ligerim*,
- *Condal*, *Rennes*, ubi Parlament.
- *Doul*, *S. Brieu*, *S. Malo*, *Dinan*, *Rieulx*, *Chasteau*, *Briant*, *Lambal*, *Vitray*, *Jugon*, *S. Aubin*, *du Cormier*, *Montcontour*, *Plorel*, *Jocelin*, *Malestroit*, *Pontigny*, *S. Julien*. *Encenu.*

Vannes, *Hannebout*,

Inferior cujus Urbes:
- *Quimperle.*
- *Quimpercorantin*,
- *Breſt*, *S. Matthè* promontorium
- *Insula Oeſſant* & Sayn. *oppida*: *S. Paul.*, *Trigues.*

NORMANDIA dividitur in

Superiorem quæ habet:
- *Roüen*, ubi Parlamentum
- *Auranches* ad mare
- *Harcourt-Eureux*, *Vernon*, *Tancarville*, *Malevrier*, *Mortain*, *Montgommery*, quibus additur *Vexin le Normand*, in quo Giſortium, *Baronatus l'Aigle*, *Paſſey*, *Jurey*, *Tuillieres*, *Conches*, *Bretueil*, *Rugles*, *Bruin*, *Hermeinville*, *Bajeux*, inſignis Epiſcopatu, ad quem *refertur Caen ubi* Acad. *Seez Alencon.*

Inferior habet:
- *Diepam*, *Harfleur*, *Havre de Grace*, *Conſtances*, *Valoigne*, *Cheriburgum*, *Regnum Ivetot*, *Falaiſe*, *Gibraum.*

Quar-

Quarta pars Gall. BELGICA, ſive PICARDIA, quæ complectitur *Ducatus* & *Comitatus*.

- *Ducatus* ſunt 2.
  - *Tierache*, in quo *Guiſa* & *vervin*.
  - *Laon*, continens Comitatus & Urbes.
- Comitatus ſunt
  - *Comitatus ſunt*
    - *Ambianenſis*, in quo *Amiens* ad Somonam.
    - 2. *Ponthieu*, in quo
      - *Abbeville*,
      - *Dourlens*,
      - *Crotoy*, *Crequi*,
      - *Pecquigny*, *Rue*, *Monſtrueil*,
      - *Auri*, *Renty*, *Heſdin*.
    - 3. *Bolonienſis* in quo
      - *Boulongne*, *S. Paul*, & *portus le portet*,
      - *Eſtaples*, ad mare
      - *S. Riquier*, *la Chapelle*, *Fren*, *Neufchaſtel*,
      - *Pont de Brique*, *le mont S. Eſtienne*.
    - 4. Comitatus *Guynes*, in quo fortalitia
      - *Guiſnes*, *Blanes*, & *oppid. S. Ingleve*. *Harincourt*
      - *Penplinge*, *Conquelie*, portus *Nivellet*. *Huic Comitatui tres* annumerantur *Baronia*,
        - *Ardres*,
        - *Courtẽbrone*,
        - *Fiennenſis*.
    - 5. *Comitat.* *D'Oye*, in quo *Calais*, ubi
      - *Lefort Riſbank*.
      - *Oppidum d'oye*.
    - 6. *Comit.* *Retelois*, *ubi Rethel*. Hic terminatur Gallia.

Regni diviſioni annumerantur 3. ſub Henrici II. Gall. R. acquiſita loca, *Mets ad Moſellam*, *Verdun ad Moſam*. & *Toul*. Hucuſque de Continente *Gallie*; Contentum ejus, videlicet Gens ipſa, moreſque ejus, & loci naturalia, ſuis expoſita ſunt locis.

GERMANIÆ

Descriptio Generalis.

De Situ & Limitibus German.

GERMANIA olim sic fuit divisa, ad Occidentem Rheno, ad Meridiem Alpibus, ad Orientem Vistula, ad Septentrionem mari Balthico. Sed hi termini postea dilati, hodieque multo latius extenditur, hunc in modum. Ad Occidentem attingit Mosam in Belgio, ad Meridiem Alpes, ad Orientem Ungariam & Poloniam, ad Septentrionem Oceanum Germanicum. Circumferentia ejus ferme est 465. Milliarium Germanicorum, quæ aliquis expeditus intra dies 93. peragrare potest. Germanorum nomen Veteribus ignotum fuit, pro quo Teutones, vel Thuiscones habuerunt; aliis Cimbri, Suevi vocati. Dicti vero sunt Germani, non multo ante Jul. Cæsarem. Romani illos subjugare voluerunt sed nunquam potuerunt. A Thuiscone Germani dicti sunt Thuiscones. Thuiscon Deum notat Terrà genitum, idemque est qui Ascenes, natus anno post Diluvium 130. A Noacho collocatur inter Pontum Euxinum, & Rhenum. Teutones, à Rege IX. Germanorum Dieth, dicti sunt. Antiquitus verò Galli simul & Germani Celtæ seu Galutæ fuerunt dicti. At sicut Germani toti Viriles, ita Alemanni Nobiles, & ingenui Viri nominati sunt. Fuit populus mixtus ex Gentibus variis, Suevis, Boiis, Marcomannis. Consederunt primùm inter Rhenum, Danubium, & Mœnum. Ejus

CIRCULUS AUSTRIACUS continet Epicopos ut *Tridentinum*, *Brixiensem*, *Labacensem*, *Viennensem*.

2. Archi-

- 2. Archi-Ducatum *Austriæ*, qui vel
  - Superior, ubi
    - *Lintz*,
    - *Wels*.
  - Inferior, ubi
    - VIENNA, sedes Imperat.
    - *Krembs*,
    - *Newstadt*, &c.
- 3. Ducatus ut sunt
  - 1. *Styria*, quæ vel
    - Superior *Pruck an der Mure*.
    - Inferior
      - GRATZ Sedes Archi-Ducis,
      - *Canisia*.
  - 2. *Carinthia*, ubi siv. Kerrndten
    - *Villach*,
    - *Clagenfurt*,
    - *S. Veit*,
    - *Judenburg*.
  - 3. *Carnia* seu *Carniola*, ubi
    - *Laubach*, caput Ducatus,
    - *Crainburg*,
    - *Cilly*.
  - His adduntur *Croatia*, & *Vinidorum* Marchia, ubi Seissenberg.
- 4. Unus Comitatus *Tyrolensis*, in quo
  - *Oenipons*,
  - *Inspruck*,
  - Archi-Ducum Sedes,
  - *Tridentum*,
  - *Botzen*, *Brixen*.
  - His annumerantur Com. *Schönberg*, *Hardeck*, *Weckenstein*.

CIRCULUS BAVARICUS continet

- 1. Archiepiscopum *Salizburgensem*.
- 2. Episcopos
  - *Ratisbonensem*,
  - *Passaviensem*,
  - *Frisingensem*,
- 3. Ducem *Bavariæ*, cujus territorium dividitur in
  - *Bavariam* superiorem, ubi
    - *Ingolstadium*,
    - *Monachium*.
  - Inferiorem, ubi
    - *Straubinga*,
    - *Landshutum*.

Annumeratur ei Palatinatus superior, ubi

- *Amberga*,
- *Neoforum*,
- *Reetza*,
- *Waldtmunchen*;
- *Neoburgum* ad Danubium.
- *Landgrafiatus Leichtenbergius*,
- Cujus sedes *Pfreimbt*.

4. Comites & Barones
- *Orienburgici*,
- *Zu Stauffen*,
- *Reinfels*,
- *Deggenberg*,
- *Wolffstein*,
- *Zu Obern Sultzberg.*

Reliqui sunt

Palatini Rheni, Landgrafius Leuchtenbergius: Civitates
- RATISBONA,
- *Freistadium.*

CIRCULUS RHENANUS superior continet Episcopos
- *Wormatiensem*,
- *Spirensem*,
- *Argentinensem*,
- *Basiliensem.*

2. *Principatus, qui sunt* 5. 1. *Landgrafiatus Alsatiæ super. ubi oppida, &c,* 2. *Ducatus Lotharingiæ.* 3. *Ducatus Sabaudiæ,* 4. *Ducatus & Palatinatus Bipontinus cũ coherẽtiæ Palatinatu Sponheimensi & Veldenz.* 5. *Landgrafiatus Hassiæ, cũ urbibus.*

3. *Comites, qui sunt* Die in der Witteraw, Nassaw, Sarbrucken, und Weisbaden, Solms, Hanaw, Lichtenbergk, Munizenberg, und Bitschen, Isenburgk zu Budingen, alle Reingraffen, Salm, Merspurg Leiningen, Falckenstein, Witgenstein, Waldeck, Rapeltzkircken, Krieckingen, Befort, Rapolstein, Hohenrechberg, Itzstein Mynsingen, Blanckenberg.

Civitates Circuli sunt
- *Mulhusum*, in Alsatia,
- *Colmaria*,
- *Keisersberga*,
- Argentina,
- *Hagenoa*,
- *Spira*,
- Wormatia,
- *Francofurtum*, ad Mœnum,
- Wetteraviæ Turckheimium,
- *Wetzlarium*, &c.
- Huc referebantur olim
  - *Genff*, Basilea,
  - *Losanna*, *Metũ*,
  - *Tuhl*,
  - *Verdunum*, quæ nunc membra J. R. esse desierunt.

CIRCULUS SAXONICUS Superior, ubi sunt Episcopi
- *Misnensis*,
- *Martuburgensis*,
- *Naumburgensis*,

Bran-

Brandenburgenſis,
Havelburgenſis,
Libuſenſis, & Caminenſis.

Abbates, *Saltzfeldenſis, Patershauſen, Walckenriedt.*

Abbatiſſæ, *Quedlinburg*, & *Geringerode*, 2. Principes Secul.

Dux Saxoniæ, Elector. Marchio Brandenburgenſis; Duces Pomeraniæ, Principes Anhaltini; Comites, Barones. Reſpectu Saxoniæ ſunt *Wittenberg* & *Torgaw*. Reſpectu Thuringiæ *Erfurt*; *Weimar* Ducum ſedes, *Iſenacum*, Ducum ſedes, *Jena* & *Gotha*. Ad *Thuringiam* refertur Comitatus Mansfeldicus, in quo *Iſlebium*, *Miſnia* cum *Voigtlandia*, *Lipſia*, Dreſda, Saxonic. Elector. ſedes.

Civitates ejus ſunt: *Miſena, Torga, Freiberga, Naumburgum, Martiburgum. Voigtlandiæ oppida ſunt, Voigtlandia, Plava, Curia, Olſnicium.*

Marchia Brandeburg. dividitur in *Veterem*, *Mediam*, *Novam*, *Et Ukeram.*

Veteris caput eſt STENDALIUM; reliqua ſunt, *Tangermond*, *Soltwedel*, *Garleben*, *Eſterburg*, *Werben*, *Sehnhauſen*, *Arnburg*, *Biſmarck*, *Kalbe*, *Boſter*, *Buck.*

Mediæ caput eſt BRANDEBURG; reliqua ſunt, *Rarenaw*, *Spandaw*, *Berlin & Coln*, fluvio Suevo ſeparata, *Franckfurt*, ad Oderam, *Trewen Brietzen*, *Bernaw*, *Belitz*, *Bellin*, *Munchberg*, *Freijenwaldt.*

Nova caput est FRANCOFORTUM reliqua sunt, Custrin, Landsberg, Konigsberg, Berrwalde, Bernstein, Berlinchen, Arnswalde, Tham, Soldin, Furstenfelde. Bramburg, Driesen, Falckenberg, Kartaw, Lepen, Morin, Schiefelbein, Schonflies, &c.

Vkera habet oppida, Prenlaw, Templin, Stratzborch, Lichem, Furstenbergk, &c. His adduntur Provinciæ, 1. PRIGNITZ. In qua Hævelberg, Rapin, Perleberg, Wilstock, Prutzwalck, Dalmin, &c. 2. STERNBERG, ubi Sternberg, Reiprzigk, Drossen, Konigswalde.

3. POMERANIÆ cujus Duces esse desiêre, in qua STETINUM, Gryphswaldũ, Wolgast, Stralsunda, Anclam, Stargard, Newgarten, Golnaw, Bart, Wollin, Teiptaw, Camin, Colberg, Coslin, Stolpe, &c. His adjiciuntur Cassubria, ubi Lawenburg, & Insulæ 2. Rugia Vsedom.

4. Principes Anhaltini, sub quibus sunt Sedes suorum Principum Dessaw, Bernburg, Cothena, Serveſta.

5. Comites, qui sunt Schwartzburg, Mansfeldt. Stolberg, Hohnstein. Beuchlingen, Rappin, Barby & Mulingen, Gleichen, Gleisneck, Wildenfels.

6. Sunt Barones, qui sunt Plawen, Giraw, Gretz, Schonburg, Tautenburg.

CIRCU-

CIRCULUS SAXONIÆ INFERIORIS

1. Ubi sunt 2. Archiepiscopi { *Magdeburgensis*, Bremensis,
His adnumerantur 4. Episcopi { *Hildesheimensis*, *Lubecensis*, *Sueverinensis*, *Ratzeburgensis*.

2. Principes Seculares, inter quos { 1. Rex Daniæ, respectu ditionum ad imperium pertinentium. 2. Duces Slesvicenses, & Holsatiæ, qui præter Holsatiam sub se habent { *Stormariam*, *Dithmarsiam*, *Wagriam*.

Civitates sunt præcipuæ, { HAMBURGUM, *Gluckstadium*, *Gottorpium*, sedes Ducum, *Chilonium*, *Flensburgum*, *Rensburgum*, Schlesvicum ubi arx. *Haderslebium*, *Segeberga*, *Itzehoa*, *Crempa*, *Ecklenford*, *Meldorp*, *Husem*, *Schwanzē*, *Ploene*, *Oyting*, &c

3. Duces Lawenburgici, ubi { *Lawenburg*, Ducum sedes. *Beuzenburg*, *Ratzenburg*.

4. Duces Brunsvicens. ubi { *Brunsvicum*, *Wolfenbuttel*, Ducum sedes, *Helmstadium*, Academ. *Halberstadt*, *Hildesheim*, *Quedlinburg*, *Hannover*.

5. Duces Luneburgici, cum Principatu, Comitatu { *Grubenhagen*, & *Eschfeldt*, *Dannenburg*, ubi { *Celle*, *Luneburg*, *Ulitzen*, *Gifhorn*.

6. Duces Megapolitani, ubi { *Wismar*, *Rostochium*, Acad. *Gustrau*, *Schwerin*, Ducum sedes.

Accedunt Circulo Comites in *Delmenhorſt*,

Tum Urbes Imperiales { LUBECA,
Mulhauſen, in Thuringia,
Northauſen,
Goſlaria,
Gottinga.

CIRCULUS FRANCONIÆ habet

1 Epiſcopos, qui ſunt { *Bambergenſis*, *Herbipolenſis*, *Eichſtadienſis*, Cui annumeratur magiſter Ordinis Teutonici.

3. Principes Imperii, qui ſunt { *Marchiones Brandeburgici*, lineæ { *Onolsbacenſis*. *Culmbacenſis*, Habent titulum Burggrafiat. Noribeſg. *Duces Saxoniæ Coburgenſes*.

3. Comites & Barones, hi ſunt illi ſunt { *Barones Limpurgici*, *Comites Hennebergici*, qui hodie ſunt Duces Saxoniæ, *Schwarzenburgici*, *Hohenloenſis*, *Erpachenſis*, *Wertheimenſis*, *Reineccenſis*, *Caſtellenſis*.

4. Civitates liberæ { NORIMBERGA, *Rottenburga*, ad Tubarim, *Winsheimium*, *Swinfurtum*.

CIRCULUS SUEVIÆ.

Hic 3. ſunt Epiſcopi, { *Auguſtanus*, *Conſtantienſis*, *Curienſis*, *Augsburg*, *Coſtnitz* & *Chur*.

1. His

1. His annumerantur XXIX. *Abbates*, VI. Abbatissæ. Abbates sunt
   - *Kempten*,
   - *Reichenaw*,
   - *S. Gallen*,
   - *Salmansweiler*,
   - *Weingarten*,
   - *Weissenau*,
   - *S. Blasii*,
   - *S. Peter* in *Schwartzwaldt*,
   - *Maulbrun*,
   - *Schafhausen*,
   - *Stein am Rhein*,
   - *Petershausen*,
   - *Creutslingen*,
   - *Einsiedel*,
   - *Pfeffers*,
   - *Diessen*,
   - *S. Johannis in Thurthal*,
   - *Schüssenriedt*,
   - *Rockenburg*.
   - *Ochsenhausen*,
   - *Conirgsbrun*,
   - *Margthal*,
   - *Elchnigen*,
   - *Issne*,
   - *Munchreth*,
   - *Auspergk*,
   - *Hirsaw*,
   - *Gengenbach*,
   - *Schüttern*.
   - His additur der Probst zu Elwangen.

   Abbatissæ sunt
   - *Lindaw*,
   - *Rethmunster*,
   - *Buchaw*,
   - *Luttenzell*,
   - *Brunde*,
   - *Hegebach*.

2. Duo Principatus,
   - Ducatus Wirtenbergicus, ubi
     - STUDTGARDT, Ducum sedes,
     - *Tubingen*,
     - *Haidenheim*,
     - *Canstat*,
     - *Scherrëdorf*,
     - *Aurach*, &c
   - Marchionatus Badensis, ubi
     - *Baden*,
     - *Pfertzheim*.
     - *Durlach*, sedes Marchionum.

3. Sedecim Comitatus,
   - *Helfenstein*,
   - *Wittenberg*,
   - *Otingen*,
   - *Lauffen*,
   - *Montfort*,
   - *Furstenberg*,
   - *Eberstein*,
   - *Hohenzollern*
   - *Sultz*,
     - *Löwenstein*,
     - *Tubingen*,
     - *Kirchberg*,
     - *Brandisz*,
     - *Zimmern*,
     - *Tingen*,
     - *Sonnenberg*.

4. Novem *Baronatus* { *Juſtingen*, *Gundelfingen*, *Dieſſen*, *Trachſeſſen von Waldtpurg*; *Staufen*, *Flackenſtein*, *Konigſeck*, *Geroltzeck*, *Hoſchowen*.

5 Civitates liberæ, num. XXXV. { AUGSBURG, *Kaufbeuren*, *Ulm*, Domina 3. Comitatuum. *Memmingen*, *Kempten*, *Bibrach*, *Leuttkirch*, *Yſſuc*, *Wangen*, *Lindavv*, *Ravenſpurgk*, *Buchorn*, *Uberlingen*, *Coſtnitz*, *Pfullendorf*, *S. Gall.*, *Schaffhauſen*, *Reutlingen*, *Eßlingen*, *Gemundt*, *VVeill*, *Heilbrum*, *VVimpfen*, *Hal in Schvva.ben*, *Dinckelſpühl*, *Boſſingen*, *Gengen*, *Alen*, *Norlingen*, *Donavverd*, *Buchauvv*, *Offenburgk*, *Elzengenbach*, *Zell im Hamersbach*, *Rottweill*.

CIRCULUS RHENI ſive ALSATIÆ.

In hoc 1. ſunt XI. Epiſcopi, { *Wormbs*, *Speyer*, *Straſzburg*, *Baſel*, *Biſantz*, *Wallis*, *Genff*, *Loſanna*, *Metz*, *Thul*, *Verdun*.

Ex his primi tres hodie Romano Imperio ſubjacent, reliqui ad Helvetios & Gallos tranſlati ſunt,

Annumerantur ſuperioribus v. Abbates, { *Fuldenſis in Buchovia*, *Hirſchfeldenſis*, *Mürbacenſis*, *Munſter in S. Gregorienthal*, *Pfrindt*. & duo Præpoſiti { *Weiſſenburg*, *Edenheim*.

2. Prin-

2. Principatus, qui sunt { Landtgraviatus Alsatiæ,

V. Dividitur alias *Alsatia* { In superiorem ubi { *Rubeaqua, Rufach,* *Colmaria,* *Cæsaremontum,* *Schletstadium.*

Inferiorem ubi { ARGENTORATUM, { *Taberna,* *Benfeldum,* *Dachsteinium,* *Molsheimium.* *Hagenoa,* *Weissenburgum,*

Cum hoc cohæret { *Brigsgovia,* ub oppida { *Friburg,* *Brisach,* *Sundovia,* ubi oppida { *Altkirch,* *Pfirt.*

2. Principatus est Ducatus Lotharingiæ septentrionalis & meridionalis. ubi { NANCY, Ducum sedes, *S. Nicolas,* *Bayon,* *Vaudemont,* &c.

3. Principatus est Ducatus Sabaudiæ. {

4. Princip. Ducatus, & Palatinatus Bipontinus, ubi { *Zweibrucken,* *Meysenheim,* *Bergzabern.*

Cum hoc cohæret Palatinatus *Sponheimensis* & *Veldenz.*

5. Principal. est Landgraviatus Hassiæ tam superioris, quàm inferioris, ubi { CASSEL, Sedes Landgraviorum, *Marpurgum,* *Giessa.*

Ad hos referuntur Comitatus *Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda.*

3. Sunt Comites, qui sunt { *Die in der Wetteraw,* *Nassaw,* *Sarbrucken* und *Weissbaden,* *Solms,* *Hanaw,* *Lichtenbergk,* *Muntzenberg,* *Butschen,* *Isenburg zu Budingen,* *Alle Rheingraffen,*

Salm

Salm, Merſzpurg, Leiningen, Falckenſtein, Wittgenſtein, Waldeck, Kriechnigen-Befort, Rapoltſtein, Hohenrechberg, Itzſtein, Mynſingen, Blanckenberg.

4. Sunt Civitates Imperiales
- Mulhausen in *Elſaſs*,
- *Colmar*,
- *Keyſersberg*,
- *Turckheim*,
- *Munſter in S. Gregorien-thal*,
- *Eberneheim*,
- *Straſzburg*,
- *Roſzheim*,

Olim his annumerabantur
- *Schletſtadt*,
- *Hagenaw*,
- *Weiſſenburg*,
- *Landaw*,
- *Speyer*,
- *Wormbs*,
- *Franckfurt* am *Mein*,
- *Friedberg* in der *Wetteraw*.
- *Gelnhauſſen*,
- *Wetzlar*.

Genff, *Loſanne*, *Baſel*, *Metz*, *Thul*, *Verdun*, *Kaufmans Sarbruck*, *Biſantz*; ſed hæ circulo exemptæ ſunt.

Circulus Westphaliæ.

Ubi ſunt 1. Epiſcopatus
- *Leodienſis*,
- *Paderbornenſis*,
- *Monaſterienſis*,
- *Oſnabrugenſis*,
- *Verdenſis*,
- *Mindenſis*.

His adjiciuntur *Abbates*,
- *Andernach*,
- *Corbey*.

Abbatiſſæ
- *Hervorden*,
- *Eſſen*.

2. Principatus.
1. Juliæ ubi oppida
   - *Gulich*,
   - *Duren*.
2. Cliviæ, ubi
   - *Weſel*,
   - *Emmerich*,
   - *Reeſz*,
   - *Cleve*.
3. Bergæ, ubi
   - *Duſſeldorp*,
   - *Duisburg*.

3. Comitatus *Marcke*, *Friſia Orientalis*, *ſive Emdanus*, *Lippienſis*, *Schaumburgenſis*, *Bentheimenſis*, *Steinfurt*, *Oldenburgenſis*, *Mors*, *Manderſcheidt*, *Sain*, *Weide*, *cum Runckel*, *Iſenberg*, *Bruncknorſt*, *Ridberg*, *Hoya*, *Arnberg*, *Spiegelberg*, *&c.*

Civitates

4. Civitates liberæ { *Aquisgranum, Duisborch, Dortmund, Soſt, Herford, Lemgow, Wartburg.*

CIRCULUS BURGUNDICUS.

Olim hic habuit Ducem Burgundiæ & Comites Naſſaw in *Breda, Egmont Horn, Yſelſtein, Berg.* Hodie nihil præter comitatum habet

Diviſus eſt in 3. partes:
- 1. Superiorem, ubi { *Gray, Veſoul.*
- 2. Inferiorem, ubi { *Arbois, Salins.*
- 3. Dolonam, ubi { *Dola.* Huic adjacet Comitatus Montbelgardendenſis & urbs Beſanzon, quæ tamen circulo adempta.

Extra circulos Imperii ſunt Regiones BOHEMIA, & HELVETIA.

Bohem. à Carolo IV. in XII. Regiones diviſa fuit: caput ejus eſt PRAGA { *Vetus, Nova, Parva.*

Reliqua oppida ſunt { *Pilſen,* *Carlſtein*, ubi ornamenta Regis & corona. *Koniegin Grätz, Kuttenberg, Ozoſla, Thabor, Budweiſs, Egra, Leutmeritz, Limburg,* *Laun, Schlã, Satz, Cõmetaw, Carlsbadt.*

Ejus Fœderatæ Provinciæ ſunt { MORAVIA, SILESIA, LUSATIA.

Moravia, tirulum habet Marchionatus, cujus caput eſt BRINNA.

Proxima huic eſt { *Olmutz, Znaim*, ad Taiſam, *Cremſier, Iglaw, Kromaw, Tirnaw, Niclasburg, Wiſcha Auſterlitz, Meſeritſch.*

Sileſia dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Hæc habet XVII. Principatus, 1. Comitatum & 4. Dominia.

1. Principatus VRATISLAVIA, cujus urbes { BRESLAW, *Neumarck, Namſlaw, Liſſa.*

2. SCHWEIDNITZ, ſub quo ſunt urbes { *Schweidnitz, Strigaw,* *Reichen-*

Reichenbach,
Bolkenhayn,
Landshutt,
Freyberg,
Zobten,
Friedberg,
Friedland,
Waltberg,
Gottsberg,
Luben,
Jahansberg.

3. JAUR. Hic principatus & Schweidnitz ſunt deſtinata primogenito Regis Bohemiæ filio.

Sub hoc ſunt — *Jaur*, *Lemberg*, *Buntzlaw*, *Schönaw*, *Greiffenberg*, *Lahn*, *Friedberg*, *Lubenthal*, *Schmiedeberg*, *Naumburgam Queiſſ*, *Kupperberg*, *Hirſchbergk*.

Pr.

4. GLOGOVIENSIS, ſub quo ſunt — *Groſſ Glogaw*, *Freyſtad*, *Cuhraw*, *Sprottaw*, *Grunberg*, *Schwibuſſen*, *Pelekwitz*, *Beuten*, *Schlawa*, *VVartenberg*, *Newſtadt*, *Primkaw*, *Koben*.

Pr.

5. SAGANUS, ubi — *Sagen*, *Prebus*, *Naumburgk*, *Freywaldt*.

6. TROPPAVIENSIS, ſub quo — *Troppaw*, *Laſta*, *Oder*, *Kranowitz*, *Holſthin*, *VVagſtadt*, *Kunßberg*, *Wigſtadt*, *Newkirchen*, *Freudenthal*.

7. OPPELN, ubi — *Oppeln*, *Klein Glogaw*, *Koſel*, *Beuten*, *Gleibitz*, *Toſt*, *Neuſtadt*, *Strelitz*, *Falckenbergk*, *Roſenbergh*, *Zulch*, *Lublinitz*, *Schirgaſt*, *Krapitsh*, *VVeiſſkretſcham*, *Leſſnitz*, *Tarnowitz*, *Schigleu*, *Steinaw*, *Friedland*, *Soſnicowitz*, *Groſmuck*.

8. RATIBOR, ubi — *Ratibor*, *Oderberg*, *Sora*, *Libeneck*, *Pillewitz*.

5. TE-

9. TESCHEN, ubi | *Teſchen. Freyſtadt, Bielitz, Fredeck, Schkezaw, Strumen, Miſchkaw, Fablunka.*

10. NEISSA & Grotka, ubi ſunt | *Neiß, Grotka, Otmachaw, Patshka, Javernick, Weida, Ziegenhals, Wanſen, Zuckmantel, Freywalde, Oyzieſt, Hozeplotz.*

11. LIGNICENSIS, ubi | *Lignitz, Goldberg, Hayn, Luben, Parchwitz, Grotzberg, Nicklſtadt, Walſtadt.*

12. BRIEGENSIS, ubi | *Brieg, Ohlaw, Wohlaw, Streben, Steina, Rauden, Wintzigk, Hernſtadt, Pitſchin, Creutzberg, Nimbtsh, Reichſtein, Silberbergk.*

13. MUNSTERBERG ubi | *Munſterberg, Franckenſtein, VVarte.*

14. OLSSENSIS, ubi | *Olſſ, Trebnitz, Strupen, Feſtenberg.*

15. BERNSTADENSIS, ubi | *Bernſtadt, Khienſtadt,*

16. JAGERNDORFENSIS, ubi | *Jagerdorff, Lubſchutz, Beuthen, Tarnowitz, Oderberg, Zandtz, Boberaw.*

17. CROSSENSIS, ubi | *Croſſen, Zollich, Bobersberg,* & Dominium Sommerfeldt.

His 17. Principatibus adjicitur Comitatus GLACENSIS.

Dominia ſunt IV. reliqua, | *Pleſſ, Mikolaw,*

1. PLESSENSE, ubi | *Braun, Miſchlowitz.*

2. WARTENBERGENSE, ubi | *Wartenberg, & Brallin.*

3. MILITZENSE, ubi | *Militſch, Freyhan, Zulauf.*

4. TRACHENBERG, ubi | *Trachenberg, & Prauſſnitz.*

Reſtat LUSATIA.

Hæc eſt Superior quæ 6. habet Civitates: *Bautzen, Gorlitz, Sittaw, Camitz, Lauben, Liebe.*

Inferior habet: *Soram, Cotbus, Spremberg.*

Seqni-

Sequitur HELVETIA, alias *Swizia*.

Hæc divisa est in XIII. Pagos Cantons dictos, quibus adjiciuntur duæ confines Provinciæ, *Rhætia* & *Vallesia*. Pagi illi hodie sunt,

Civitates potentes Reformatæ, { *Berna, Tigurum*, (*Zurich*) *Basilea, Schaffhausen.*

Pontificiæ sunt, { *Lucerna, Friburgum, Solothurn, Zug, Uri, Unterwalden, Schwitz; Glaris & Appenzell* Utriusque sunt Religionis: his additur Badena, sedes conventuum.

RHŒTIA, incolæ Grisones dicti, divisa est in 3. Fœdera; fœdus { *Antiquum, Domus Dei, Decem judiciorum.*

Metropolis est { CURIA, CHUR' *Majenfeld, Ilantz.* Comitatus ei parent *Clavenna, & Vallis Telina*: in illa sunt *Chiavenna*, in hac *Tirano & Morbengo*; itemque *Bormio* Comitatus.

VALESIA superior & inferior.

Super. 7. habet Desenas, sive Diœceses, ubi { *Sedunum* sedes Episc. *Naters, Syder, Leuck, Raren, Visp, Brig, Gombs.*

Inferior 6. habet Communitates dictas Baneria. { *Gundis, Ardon, Sallien, Martinacht,* { *Intremont, S. Mauritz.*

BELGII

Descriptio Geographica.

PRæcessit Germania superior: sequens Belgium, Germania inferior dicitur. Dividitur Belgium in 17. Provincias, nimirum in 4. Ducatus, 7. Comitatus, 5. Dominia, & 1. Imperii Marchionatum. Has Provincias Rex Hispaniæ titulo Regni jam dud[illegible] donare voluit, quoniam potentiâ cum Regno certare possunt: at vero quoniam singulæ distinctis idiomatibus, variis privilegiis, & immunitatibus, quas quælibet sartas tectasque observat, item-

Digitized by Go

itemque consuetudinibus & moribus dissimilibus pollent, & Dominis Patronisque separatis gaudent, per connubia sub unum tandem Dominum redactæ sunt, qui unicuique Provinciæ ratione Privilegiorum juramento sese obligare coactus est, Nam fieri non potest, ut singulæ provinciæ iisdem adstringantnr legibus, de quibus Guicciard. Strada & alii Belgii scriptores.

Ducatus sunt, BRABANTIA, LIMBURGUM, LUCENBURGUM, GELDRIA.

Comitatus sunt: *Flandria*, *Arthesia*, *Hannonia*, *Hollandia*, *Zeelandia*, *Namurcum*, *Zutphania*.

Dominia sunt, *Frisia*, *Mechlinia*, *Ultrajectum*, *Transisulana*, *Groninga*,

Marchionatus Imperii est ANTVERPIA.

Majores Brabantiæ urbes sunt, *Lovanium*, *Bruxella*, *Sylva Ducis*, *Trajectum ad Mosam*, *Breda*, *Berga ad Zooman*,

Minores, *Tienen*, *Lier*, *Diest*, *Arschoten*, *Nivelle*, *Vilvorden*, *Gemblours*

Herentals, *Eindhoven*, *Helmont*, *Grave*, *Steenbergen*, *Sichenē &c.*

2. DUCATUS LIMBURGICUS, ubi urbs *Limburg*: huic adjecti Comitatus *Falcoburgum* & *Dalem*, cum oppidis eorundem nominum. Prope Limburgum sunt Spadani fontes.

3. DUCATUS LUCENBURGICUS, nbi urbs *Lucenburgum*; Minora oppida sunt *Arlon*, *Theonville*, *Rodemachera*, *Gravemachera*, *Koningsmachera*.

4. DUCATUS est GELDRIA, sunt hujus primariæ Urhes *Neomagum*, *Ruremonda*, *Arnheimium*, Reliqua sunt *Thiel*, *Bommelen*, *Gelre*, *Venlo*, *Stralen*, *Wachtendonck*, *Harderwijck*, *Wageningen*, *Hattum*, *Elborch*, &c.

Sequitur

Sequuntur Comitatus, quorum præcipuus eſt FLANDRIA. urbes ejus
- *Gandavum*,
- *Bruga*,
- *Ypren*,
- *Duacum*,
- *Tournay*,
- *Ryſſel*,
- *Rupelmũda*.

Reliquæ minores ſunt
- *Audenarde*,
- *Sluſa*,
- *Ardenborg*,
- *Nieport*,
- *Dunkercken*,
- *Ooſtende*, *Grevelingen*,
- *Aelſt*, *Biervliet*, *Yſendijk*, &c.

2. *Comitatus* eſt ARTHESIA, cujus metropolis ARRAS: reliquæ ſunt
- *S. Omer*,
- *Bethune*,
- *Heſdin*,
- *Bapaume*,
- *Arien*,
- *Renty*,
- *S. Paul.*

3. *Comitatus* eſt HANNONIA: hujus primariæ Urbes
- *Mons ſive Bergen*,
- *Valenchines*,
- *Camerick*;

Reliqua ſunt
- *Chimay*,
- *Mariaburgum*,
- *Philippevil.*
- *Avenes*,
- *Hallen*, &c

4. *Comitatus* eſt HOLLANDIA diviſa in
- Septentrionalem,
- Meridionalem.

Septentrionalis vulgo Weſt-Frieſlandt ſive Noordt-Hollandt dividitur

1. In Civitates, quæ ſunt
- *Enckhuſa*,
- *Horna*,
- *Alcmaria*, *Purmerenda*, *Medenblickum*.
- *Edamum*,
- *Monachodamum*,

2. Dominia *Beverwijck*, quæ cum Civitatibus iiſdem gaudet privilegiis.

3. Inſulas, quę ſunt
- *Texel*,
- *Vlieland*,
- *Wieringen*,
- *Urck*, *Ens*.

MERIDIONALIS HOLLANDIA, *Zuydt-Hollandt*, dividitur in
- *Comitatum*, qui eſt *Egmond*,
- *Baronatum* Vianen,
- *Civitates*,
- *Inſulas*, *Libertates*,
- *Pagos*.

Civi-

Civitates sunt, vel priores: *Dordracum*, *Harlemum*, *Delphi*, *Lugdunum*, *Amstelodamum*, *Gouda*.

Vel posteriores, uti: *Roterodamum*, *Gorcum*, *Schiedam*, *Schoonhoven*, *Wesop*, *Naerden*, *Muyden*, *Woerden*, *Oudewater*, *Iselstein*, *Leerdam*, *Asperen*, *Heuckelom*, *Worckum*, *Heusden*, *Geertrudenberg*, *Sevenbergen*.

Insulæ sunt: 1. *Oostvorn*, ubi Briela, *Geervliet*, *Beyerland*, &c. 2. *Westvorn*, ubi Goree. 3. *Over-Flackee*, ubi *Somerdijck*, *Oeltgisplaet*, *Oude & Nieuwe Tonge*, *Dircxlandt*, &c.

Libertates in Meridionali Hollandia sive *Freyheiten* sunt: *Nieport*, *Vlaerdingen*, *Gravesande*.

Pagi utriusque Hollandiæ numerantur CCCC. quos inter Haga præcipua, tametsi jus Civitatis habeat.

Quintus Comitatus est *Zeelandia*, cujus

Walachriæ urbes sunt: *Middelburgum*, *Vlissinga*, *Veera*, *Armuyden*, *Domburg*, *Rammeken*, cum arce *Seeburg* à Carolo V. structa, & *Suytborch*.

7. Insulæ: 1. *Walachria*, 2. *Schaldia sive Schouwen*, 3. *Zuydbevelandia*, 4. *Nordbevelandia*, 5. *Duvelandia*, 6. *Wolfersdijck*, 7. *Ter Tolen*.

2. Habet: *Zirickzee*, *Brouwershaven*.

3. Habet: *Ter-Goes*, *Romerswalde*.

4. Habet: *Colynsplate*, *Catz-Hoeck*.

Sextus Comitatus est *Namurcum*, cujus oppida sunt { *Namur*, *Charlemont*, *Ardenne*, *Bovines*.

Septimus Comitatus est *Zutphania* ubi { *Zutphen*, *Lochum*, *Doesburg*, *Grolle*, *Doetecom*, *Bronckhorst*.

Sequuntur Dominia, ubi agmen ducit

1. FRISIA, ubi sunt { *Leowardia*, *Dockum*, *Worckum*, *Fraenkera*, *Staveren*, *Bolswaert*; *Leowardia* { *Sneeck*, *Harlingen*, *Hindeloopen*, *Slooten*, *Ilst*.

2. MECHLINIA, cui Urbs ejusdem nominis, ubi summa Curia, ad quam ultima provocatio.

3. ULTRAIECTUM hodie sub se habens { *Trajectum*, *Amersfordiam*, *Batavodurum*, *Rhenen*, *Montfort*.

4. TRANSISULANIA, ubi Civitates principales { *Daventria*, *Campodunum*, *Swolla*.

Reliquæ sunt { *Steenwijck*, *Vollenhoven*, *Hasselt*, *Coevorden*, *Geelmuyden*, *Hardenberg*; *Meppel*, *Ootmarsen*, *Oldezeel*, *Omme*, *Block-Ziel*, *Swarte-Sluys*.

Super-

Supereſt unus Imperii Marchionatus Antverpia, de qua in Ulyſſe Golnitius egit. Hujus XVII. Provinciæ olim Domui Burgundiæ ſuberant; hodie diviſæ ſunt in duas formas, altera Hiſpano paret, altera libertate gaudet.

Illa pars Belgii, quæ ab unitis Provinciis poſſidetur, ſecundum partes ſuas hæc eſt

- DUCATUS qui habet
  - 1. BRABANTIÆ partem, ubi ſunt
    - *Hertzogenboſch*, *Maeſtricht*,
    - *Berga ad Soomam*,
    - *Breda*, Princip. Arauſion.
    - *Steenberga*,
    - *Geertrudenberg*, Princ. Arauſ.
    - *Wilhelmſtadt*, Princ. Arauſ.
    - *Grave*, ſive *'T Land van Cuyck*, Princ. Ar.
    - *Crevecœur. Lillo*, *Gennep.*
  - 2. GELDRIÆ partem, quæ dividitur in
    - 1. VELAVIAM, ubi ſunt
      - *Arnheim*,
      - *Wageningen*,
      - *Hattem*,
      - *Harderwijck*,
      - *Elburg.*
    - 2. BETAVIAM, ubi
      - Comitatus duo
        - *Buren*, Pr. Arauſ.
        - *Culenburg.*
      - Civitates & Oppida
        - *Noviomagum*,
        - *Bommel*,
        - *Lovenſtein*,
        - *Tiel*,
        - *Schencken-Schantz*,
        - *Voorn-Schantz*,
        - *S. Andries Schantz*,
        - *Rees*, *Emmerick*,
        - *Weſel*, *Rheinberg*,
        - *Orſoy*, *Goch.*
    - *Comitatum* ZUTPHANIENSEM, de quo ſupra

2. COMITATUS
- FLANDRIÆ pars, ubi
  - *Cadſant*, *Sluſa*,
  - *Ardenburg*, *Iſendijck*,
  - *Liefkenshoeck*, *Ooſtburg*,
  - *Terneuſe*,
  - *Biervliet*,
  - *Philippine* *Coxie*, fortalitia.
- HOLLANDIÆ, qui dividitur in
  - *Septentionalẽ*, vulgo Weſt-Frieſlandt, a. Noord-Hollandt,
    - *Enckhuſa*,
    - *Horna*,
    - *Alcmar*,
    - *Edam*,
    - *Monachodamum*,
    - *Purmerenda*,
    - *Medenblickum*.
  - Cujus Civitates
  - Dominia
    - *Beverwijck*. & *Schagen*.
  - Inſulæ
    - *Texel*,
    - *Vlieland*,
    - *Wieringen*,
    - *Urck*, *Ent*.

MERIDIONALEM, Zuyd-Hollandt, qui dividitur in
- *Comitatum Egmont*,
- *Baronatum Vianen*,
- Civitates quæ iterum ſunt
  - Priores ſcilicet
    - *Dordracum*,
    - *Harlemum*,
    - *Delphi*,
    - *Lugdunum*,
    - *Amſtellodamum*.
    - *Gouda*.
  - Poſteriores nimirum
    - *Rotterdam*,
    - *Gorcum*,
    - *Schiedam*,
    - *Schoonhoven*,
- Inſulas quæ ſunt
  - *Ooſtvorne*, ubi *Briela*, & *Geervliet*.
  - *Weſt-Vorne*, ubi *Goree*.
  - *Over Flacke*, ubi *Somersdijck*, *Olkẽſplaet*, *Oude* &
    - *Narden*,
    - *Weſop*,
    - *Muyden*,
    - *Woerden*,
    - *Oudewater*,
    - *Iſelſtein*,
    - *Leerdam*,
    - Utrumque

Nien-

Digitized by Google

- *Nieuwe Tonge*, *Direxlandi*.
- Libertates ſive *Freyhoyten* ubi *Nieuport*, *Vlaerdingen*, *Gravesande*, Princ. Auri. — Princ. Arauſ. *Aſperen*, *Heuckelom*, *Worckum*, *Heuſden*, *Sevenbergen*.
- Pagos qui ſunt CCCC. quos ſuperat omnes HAGA.

5. Comitat. ZEELANDIÆ, Cujus 7. Inſulæ,

- 1. WALACHRIA, *Middelburg*, in qua *Vliſſing*, *Veera*, — Princip. Auriaci utraque. *Armuyden*, *Domburg*, *Rammekens*, *Suydtboech*.
- 2. SCALDIA, in qua *Zirick-Zee*, *Brouwers-Haven*.
- 3. BEVELANDIA auſtrina, ubi *Goes*, *Romerſwale*.
- 4. BEVEL. Septentr. ubi *Colinſplat*, *Catzhoeck*.
- 5. DUVELANDIA,
- 6. WOLFERSDYCK,
- 7. TOLEN, ubi *Tolen* & *S. Martenſdijck*, cum domin. *Scherpeneſſe* Princ. Arauſion.

Dominia quæ ſunt

- 1. *Epiſcopatus* TRAJECTANUS, in quo *Trajectum*, *Amersfordia*, *Batavodurum*, *Rhenen*, *Montfort*.
- 2. FRISIA, ubi ſunt *Leevarden*, *Dockum*, *Worcum*, *Franekera*, *Stavera*, *Bolſwaert*, *Ilſt*, *Hindeloopen*, *Sneeck*, *Harlingen*, *Sloten*.
- 3. TRANSISULANIA, in qua Civitat. Principal. *Daventria*. Minus pr. *Putaum Campi*, *Swolla*.

4. GRONINGA, ubi { *Groninga*, *Damme*, *Delfziel*, *Bourtangne*.

Civitates Transyſulaniæ expoſitæ ſunt ſuperius.

DESCRIPTIO

Geographica Italiæ.

HÆC, varia olim habebat nomina: *Saturnia* dicebatur à Saturno, qui in ea latitans *Latium* dixit; *Auſonia*, *Oenotria*, & *Heſperia* magna. Italiæ autem nomen quidam ab Italo Rege, quidam à bobus Græcis ἰτάλοις dictis derivant. Quâ ſitum, & formam, ſimilis eſt querno folio, manui, cruri, & tibiæ humanæ. Habet ab Occaſu *Alpium* & Franciæ partes, & mare Tyrrhenum; à Meridie mare Inferum ſive *Tuſcum*: ab Oriente mare Superum ſive *Adriaticum*; A Septrentr. Alpium juga. Longitudo ejus numeratnr ab Auguſta in finibus Alpium ad promontorium *Capo delle arme* infra *Rhegium Julium* oppidum in extremitate Calabriæ CCXXV. Mill. Ger. Latitudo maxima in Confinio Alpium eſt CXL. media ab *Ancona* ad *Oſtia* uſque *Tiberina* XXXIV. Mill. Germ. Sequitur diviſio. Dividitur Italia in Veterem, & Novam. Nova dicebatur olim *Gallia Cis-Alpina*, cujus Provinciæ aliæ ſitæ ſunt cis Padum, *di*

quà

quà dal Po, aliæ trans Padum fluvium, *di là dal Po*. Cis Padum sunt 1. Flaminia, vulgò *Romania* & *Romaniola* dicta.

In ROMANIOLA Civitates sunt:

- *Bononia*, in qua prima Academia, Urbs Ædificiis, Palatiis, splendens. Legatus Papalis ibi habet domicilium.
- *Ravenna*, antiquitate celebris.
- *Ferraria*, quæ Pontifici paret, mortuo Duce.
- *Ariminum*, Rimino, ad mare situm.
- *Forli*, *Forum Livii*, Urbs agro fertilis.
- *Forinpopolo*, Cesena.
- *Sarsina*, Plauti patria.
- *Faventia*, (*Faenza*) famosa ab albis vasis fictilibus, paret Papæ, ut & Imola.
- *Mirandula*, quæ titulo gaudet Comitatus.

2. ÆMILIA, alias LONGOBARDIA CIS-ALPINA.

Hæc tribus clara est Ducatibus,

1. *Parmensi*, ubi elegans Urbs: *Parma*, *Placentia*, *Fiorenzuola*,
2. *Mutinensi*, ubi sunt: *Modena*, & *Regium Lepidum* (Reggio)
3. *Montis ferracensi*, ubi *Casalis*, duplici arce munita.

3. LIGURIA.

Hæc habet Urbes

Genua, quæ gaudet titulo Ducatus, quæ libera est, nec agnoscit. Superior. Imper. Germ.

Alba, *Acqui*, *Alexandria*, *Asti*, *Nicæa Palea*, *Mõcalvo*, *S. Salvadore*, *Bassiniana*, *Valentia*, *Polentia*, *Ceva*.

Savonam, *Albengam*, *Vintimiliã*, *Nizzam*, Sabaudo parentem. *Serezzanam*, ubi præsidium habent Germani. *Sestri*, &c.

4. PEDEMONTIUM

Piemonte, quasi ad pedem montium, cujus caput est *Augusta Taurinorum*, ubi sedes Ducis Sabaud. Arcem habet geminam.

Digitized by Google

Reliqua oppida ſunt { *Vercelli, Cargnano, Riveli, Suſa, Villa Franca, Pinarolo, Avigliana, Bozolengo, Saluze, Paiſana.*

Hæ ſunt Provinciæ cis Padum ſitę. Sequuntur tranſ-Padanę.

Ubi 1. PROVINCIA { LONGOBARDIA, alias Ducatus Mediolan. caput ejus eſt { MEDIOLANUM, cui caſtellum munitiſſimum, nomine Portæ Joviæ.

Reliqua oppida ſunt { *Ticinum* ſive *Papia*, *Novara*, *Cremona*, *Lodi*, { *Marignano*, *Sonzino*, *Picighiton.*

2. MANTUA DUCAT. ubi Urbs elegans { *Mantua*, ad *Minzium* fluv. hodie Ducatus titulo poſſident Gonzagæ, eique Præſunt.

3. COMITATUS VENETORUM, ubi { *Brixia*, *Breſcia*, muris valliſque munita validis; Sponſa Venetæ Urbis dicta. BERGAMUM, cujus faceti ſunt incolæ,

CREMA, locus in fœcunda planitie. { Hic intra Cremam & Breſciam duo ſunt caſtella Venetorum munitiſſima, *Forzi Novi*, & *Forzi Vecchi.*

4. MARCA TREVISANA ubi, { VENETIÆ, *Patavium*, *Padova*, antiquiſſima Urbs Ital. ſub ſe continet oppida, { *Montinianum*, *Caſtrum Baldũ*, *Atheſten*, *Montem Silicis*, *Saccioppidum*, *Campũ S. Petri*, & *Citadellam*, *Traviſium*, ſub Venetorum poteſtate.

MARCÆ TREVISANÆ Urbes ſunt, { *Verona*, æquiparatur tribus Urbibus, Venetijs, Roma, Napoli: hic excellentes naſcuntur Muſici & Poëtæ. Ejus Elogium hoc eſt:

Urbibus Italia præſtat Verona ſuperbis,
Ædibus, Ingenijs, flumine, monte, lacu.

Vicenza,

- *Vicenza*, ubi Academia. Continet oppida, { *Maroſtica*, *Brendulum*, *Lenicum*, *Cuſtozza*.
- *Rovigo*, elegans oppidum
- 5. FORUM JULII, ubi ſunt: *Utinum* (*Udene*) ſub jure Venetorum.
- *Aquilegia*, ubi ſedes Patriarchar. Venetis ſubeſt.
- *Goritia*, ubi caput { *Goricia*, oppidum Nobile. *Spilimbergum*, *Maranum*, *Mons Falconis*, *Palma*. *Cividad di Friuli*, *Tergeſtum* (*Trieſt*) *Gradiſcia*, *Portus Gruarius*, } Hæc omnia ſunt ſub Juriſdict. Venetorum.
- 6. ISTRIA, ubi eſt { *Juſtinopolis*, nobilior ejus Civitas. *Pola*, *Parenzo*, & reliqua.

Hactenus de Italia Nova; ſequitur Italia Vetus.

Ejus Provinciæ ſunt { 1. HETRURIA ſive TOSCANA. Hujus pars titulum Magni Ducatus à Pio V. Pontif. adepta eſt, invito Maximilian. II. Imperat. tituloque Magni Ducis primum donatus eſt Coſmus I. Anno 1569.

Dominium Magni Ducis dividitur in { *Antiquum*, ad hoc refertur { *Florentia*, primum à Mediceis acquiſita. *Novum*.

Fuit autem Florentia à Carol. M. reſtaurata, & nihilominus manſit Imperii membrum, donec, denegata Imperal. fide, ſibi privilegia peculiaria à Rodolpho I. Imperat. libertatemque nummis acquiſivit.

Ad antiquum pertinent { *Piſa*, *Aretium*, *Piſtoria*, *Monte Pulciano*, *Cortona*, *Voterra*, *Fieſole*, { *Colle*, *Il borgo S. Sepolchro*, &c.

Ad Novum pertinent *Sena*, quæ ad Imperium Romanum pertinuerunt, tum *Montealcino*, *Chiuci*, *Groſſeto*, *Sovana*, *Pienza*. Paret quoque M. Duci portus marinus *Livorno*, & inſula *Elba*, ubi *Coſmopolis*, &c.

Agnoſcit vero Tuſcia, præter M. Ducē, *Hiſpanum* cui ſubſunt
- *Plombinum*,
- *Telamon*,
- *Orbetellum*,
- *Et Portus*, Hercul.

Hæc omnia maritima ſunt oppida Hiſpanorum præſidiis firmata, quæ ſibi Hiſpanus reſervavit.

2. Pontificem Rom. cui parent
- *Peruſia*,
- *Orvietum*,
- *Orti*,
- *Aquapendēs*,
- *Viterbum*,
- *Civitas Vetus*,
- Braccianū

Hæc omnia Patrimonium Petri appellantur, legataque ſunt Eccleſ. Rom.

3. Rempub. *Lucam.* Hæc ſui Juris Civitas, valde munita, libertateque omnigena fruitur, emptâ 12000. Ducatis.

4. Principes de *Maſſa*, ubi *Maßa*, oppidum iis parens.

2. *Provincia* Italiæ Veteris eſt: LATIUM, hodie Campagna di Roma, ejus caput *Urbs* ROMA, ſita in valle, inſalubrem habens aërem.
- OSTIA, ad quam Tyberis oſtium,
- Reliqua oppida ſunt: *Velitri*, *Tibur* (Tivoli), *Terracina*, *Ardea*, *Aſtur*, *Alba*, *Preneſte* (Pilaſtrina), *S. Gandolfo*, *Sermoneta*, *Pipernum*, *Freſcata*, ubi receſſus Cardinalium.

3. *Provincia* eſt: UMBRIA, hodie Ducato di *Spoleto*. In qua Civitates
- *Spoletum*,
- *Nocera*,
- *Fulignum*,
- *Eugubium*,
- *Aſſiſium* (Siſi)
- *Mons Falco*,
- *Interamnium*,
- *Vernaccia*,
- *Pons Caſtellanus*,
- *Narni*, *Otricoli* &c.

4. *Provincia* eſt: MARCA ANCONITANA, olim Picenum, in qua
- *Ancona*,
- *Urbinum*,
- *Piſaurum* (Peſaro),
- *Firmium* (Firmo),
- *Oſmo*, *Gieſi*,
- *Recanata*,
- *Macerata*,
- *Fanum*,
- *Senogallia*,
- *S. Leo*,
- *Forum Sempronij* (Foſſumbruno),
- *Lauretum*, ubi *Maria Lauretana*.

5. *Provincia*

5. *Provincia* est REGNUM NEAPOLITANUM, divisum in suas Provinc. quę sunt sitæ ad Mare Inferum ubi sunt & Superum.

1. *Campania felix*, nunc *terra di Lavoro*, dicitur Paradisus Italiæ. caput ejus Neapolis est.

2. *Lucania*, hodie *Basilicata*, ubi sunt *Policastrum Pisciota, Vlastra, Acropolis, Padula, Capacia, Diano.*

3. *Calabria*, quæ vel Inferior, ubi *Consentia, S. Euphemia, Rhegium* (Rhezo) *Manthia, Fredus, Belmontium, Tropia, Castrum, Villare, Alto, Monti, Turranũ, Rugianũ, Marturanum, Nicastrum, Briaticũ, Hippo &c.*

Superior, in qua *Tarentum* (Tarento) *Rosano, Belicastro, Croto, Matera, Cariati*, &c.

Provin-

Provinciæ Regni Neapolitan. ad mare superum sunt

- 1. *Aprutium*, hodie *Abruzzo*, Provinc. cujus caput Aquila est; reliqua sunt *Guasto di Amone*, *Lanzano*, *Sulmo*, patria Ovid. *Beneventum*, *Chieti*, *Asculum Picenum*, *Sora*, *Aquinum*, Thomæ Aquinat. patria.
- 2. APULIA, quæ duplex
  - 1. *Apulia Daunia*, ubi
    - *Manfredonia*,
    - *Troja*, *Luceria*,
    - *Asculum Apulum*,
    - *Salpe*, & oppida duo.
  - 2. *Apulia Peucetia*, hodie terra di BARRI, ubi
    - *Bari*, Urbs primaria,
    - *Tranum*, *Monopolis*,
    - *Polignano*, *Mola*,
    - *Giuvenazza*, *Malfeta*
    - *Bisegli*, *Barleta*, *Ostunum*,
    - *Cilio*, *Venusium*, *Canusium*,
    - *Acherontia*, *Biletum*.
- 5. *Hydruntina* Regio, olim Salentinorum, hodie terra *d'Otranto*: oppida ejus sunt
  - HYDRUNTO, Metrop.
  - *Gallipolis*,
  - *Leze*, *olim* Aletium,
  - *Brundusium*, (*Brindisi*)
  - *Castro*, Uxentum hod. Ugento &c.

Hucusque visa est Italia Vetus & Nova secundum situm Provinciarum: secundum Dominia hæc est divisio;

Italia Dominii ratione dividitur in statum

- Ecclesiasticum qui paret Pontifici Romano,
- Cui subest
  - *Ager Romanus*, patrimonium Divi Petri,
  - *Ducatus Spoletanus*,
  - *Marchia Anconitana*,
  - *Romaniola*, & *Beneventum*, in Regno Neapolit.

Secu-

Digitized by Google

Secularis status complectitur Dominium
- I. Regis Hiſpan. ad quæ referuntur
  - *Regnum Neapolitan.*
  - *Ducatus Mediolanenſ.*
  - In Littore Tuſcan. 4. oppida, cum Inſulis Sicilia & Sardinia.
- II. *Ducum*, ubi primas tenent Archi Duces Auſtriæ, reſpectu, Comitatus Tirolenſ. ubi *Tridentum.*
- 2. Dux Magn. *Hetruriæ*, cujus dominium ſupra oſtenſum.
- 3. *Dux Parmæ*, in Longobardia Cis Alpina.
- 4. *Dux Mantuan.* ad quem *Montiſferratenſ.* Ducat.
- 5. *Dux Mutinenſis.*
- 6. *Dux Sabaudiæ*, ad quem *Pedemontium.*
- 7. *Dux Urbinas*, in Marca Anconitana.
- III. Rerumpublicarum, quæ ſunt vel
  - Majores, ut *Venetæ*, *Genuenſis*
  - Minores, ut *Luca*, de qua in Hetruria.

Comitatus eſt Mirandula, de qua in Romaniola.

De ILLYRICO, GRÆCIA, TRAIA, DACIA.

Alteram Meridionalem Europæ Regionem facit *Græcia* cum *Illyrico*, quibus adjicitur *Thracia* & *Dacia*.

Illyricum 4. complectitur Provincias,
- 1. SLAVONIAM, inter Travum & Savum fluvios interjacentem : oppida ejus ſunt *Poſega*, *Gradiſkia*, *Zagabria*, *Copranitz*,
- Huic adhæret RASCIA, cujus oppida ſunt *Garra*, *Sirmium Vetus*, *Semlyn.*
- 2. CROATIAM, cujus oppida *Siſaken*, (*Siſſeck*,) *Wihitſch.*

3. Bos-

3. BOSNIAM, in qua { *Jaytza*, *Arky*, *Warbosina*, Regni Metropolis.

4. DALMATIAM, ubi est Comitatus *Jadera*, olim *Liburnia* dictus, hodie *Zara*; ubi præterea { *Fianona*, *Tersatz*, *Zenga*, *Lopur*, *Starigrad*, *Peschia*. { *Nona*, *Zara-Vecchia*, *Scardona*, *Sebenico*, *Traw*, *Salona*, *Spalatum*, *Narenta*, { *Sabioncello*, *Ragusi-Vecchia*, *Risine*, *Budoa*, *Dolcigno*, *Alessia*, *Scutari*, *Cataro*, *Delminio*.

SUCCEDIT GRÆCIA.

Hæc à Sept. Serviam sive Mysiam superiorem, ab Ortu mare Ægæum, Meridie mare Mediterraneum, ab Occid. partim mare Jonicum, partim Adriaticum, partim Dalmatiam confines habet.

Regiones ejus partim spectantur in Peloponneso, suntque Meridionales, partim extra Peloponnesum, & sunt Septentrionales.

Extra Peloponnesum sitæ sunt tres { MACEDONIA, EPYRUS, ACHAJA.

Macedonia posita in medio duorum marium, Jonii ab Occasu, & Ægæi ab Ortu. Latus Septentrionale partibus Dalmatiæ, Mysiæ superioris ac Thraciæ terminatum est: reliquum Meridionale Epyro & Achajâ clauditur.

MACEDONIÆ Civitates numerantur { *Thessalonica*, (alias Salonichi) *Pella*, *Apollonia*, *Philippus*, { *Larissa*, *Tricola*,

Macedoniæ accenseri solet *Thessalia*, quæ undique fere montibus circumdata est: ab Ortu *Pelion* & *Ossam*, à Septentr. Olympum, ab Occident. Pyndum habet; Achajæ, Epyroque proxima adjacet, in qua fuere Tempe, Thermopylæ.

Hodi

Hodie Epyrus Canina dicitur. Clauditur à Septentrion. & Oriente Macedoniâ, à Meridie Achajâ, marique Jonio, hoc & ab Occaſu cingitur.

Præcipuæ ejus Civitates ſunt { *Croja*, *Dyrrhachium*, ſive *Epidamnum*, hodie *Durazo*, *Chymera*, *Butrotum*, *Belligradum*, { *Lodrin*, *Valona*, *Ambracia*, *Larta*, &c.

Achajæ regiunculæ aliæ ſunt maritimæ, aliæ mediterraneæ. Terminatur Achaja à Septentr. Theſſaliâ ſive Hellade, Græciâ proprie & ſtricte dictâ, ab Oriente Sinu Euboico, â Merid. Sinu Saronio, Iſthmo *Peloponneſi* & ſinu *Corinthiaco*, ab Occaſu partim mari Jonio, partim Epyro.

Maritimæ dicuntur, quòd uno vel pluribus ſinubus alluuntur, ut *Ætolia* & *Locri*, ad ſinum *Corinthiacum* ſitæ. Illa tamen proximior eſt mari Jonio, hæc ab eodem remotior. Item Bœotica ad ſinum *Euboicum*, *Megaris* & *Attica*, quæ continentem inter ſinum Euboicum & Sarronium exporrectam occupant.

Ætoliæ primaria Urbs eſt *Naupactum*, hodiè *Lepanto*.

Locridis Urbs eſt & Bæotiæ notiores Civitates ſunt { *Amphiſſa*, *Anticyra*, *Thebæ*, *Aulis*, *Platææ*, *Cuma*. { *Aſcra*, Heſiodi, *Cheronæa*, Plutarchi patria.

In Megaride eſt *Megara*, Euclidis patria.

In *Attica* ſunt *Athenæ*, Compendium olim Græciæ.

Mediterraneæ ſunt, quę non niſi mediantibus maritimis mare attingunt: id genus ſunt, 1. *Acarnania*, quæ ſupra *Ætoliam* eſt, ubi *Argos*, *Amphilochium*.

2. *Phocis*, ubi *Delphi*, *Cyrrha*, & alia ad Parnaſſum ſita.

In Peloponneſo, hodie *Morea*, ſitæ ſunt VIII. regiunculæ;

1. CORINTHIA, in qua { *Corinthus*, Urbs proxima Iſthmo.
2. ARGIA, in qua { *Mycenæ*, *Argos*, *Nauplia*. *Epidaurus*, *Hermione*, *Trazen*.
3. LACONICA, hujus Metropolis, { SPARTA, ſive *Lacedæmon*, hodie *Miſithra*, *Leuctra*, *Malvaſia*, *Amyclæ*.

4. MES-

4. MESSENIA, in qua { *Messene*, hodie *Mattagia*, *Modon*, *Coron*, *Pylus*, *Arcadia*, Urbs maritima.

5. ELIS, in qua { *Elis*, *Olympia*, *Cyllene*, *Leprinus*, *Corina*, *Myrsinus*.

6. ACHAJA, in qua { *Chiarenza*, *Olenus*, *Patras*, *Vostiza*, *Ægyra*, *Helice*, *Bura* *Pellene*.

7. SICYONIA, primaria Urbs { *Sicyon*, *Phlius*.

8. ARCADIA, in qua { *Megalopis*, patria Polybii, *Stymphalus*, *Lilæa*, *Mantinea*, *Psophis*.

Hactenus Meridionales Europæ Regiones; sequuntur Orientales, THRACIA & DACIA.

THRACIA in tres Regiones dividitur, in { *Chersonesum*, *Tractum Byzantinum*, *Zagoriam*.

Thracia terminatur ab Ortu *Ponto Euxino*, *Bosphoro Thracico*, *Propontide*, & *Hellesponto*; à Septentr. Hemo monte, secundum alios *Istro*; ab Occid. partim Macedonia, partim Ripensi Dacia; à Meridie *Mari Ægæo*; dicitur vulgo *Romania*.

Chersonesus habet Civitates { *Gallipolin*, *Dardanellas*, *Magiddum*, *Chirodocastrum*, { *Hexamilium*, quo Sestũ & Abydum referuntur, *Leandri* & *Herus* amoribus nota.

Tractus *Byzantini* Metropolis est Constantinopolis, olim *Byzantium*, nunc *Stampolda* dicta Turcis.

Aliæ Civitates partim maritimæ sunt, partim mediterraneæ.

Ex maritimis aliæ { Infra *Byzantium*, ut { *Heraclea*, *Perinthus*, *Achira*. Supra à meridie versus Septentr. { *Galata*, sive *Pera*, in Cornu Byzantino, ut *Neocastron*.

Mediterraneæ sunt { *Dydimotarchum*, { *Adrianopolis*, *Trajanopolis*, *Burchoseme*, *Ænos*, *Eschibaba*, *Zurarus*, *Cissus*, *Philippopolis*,

ZAGO-

ZAGORIA, sive Sagora, habet loca { *Bellum*, *Sissopolin*, *Anchialum*, } { *Mesembriam*, seu *Galliacam*, &c. }

Sequitur DACIA.

Illa est vel { Cis-Danubiana, attingitque Danubii latus Merid. / Trans-Danubiana, quæ Septentrional. }

Vocatur alias Dacia quicquid est Regionum intra Pontum Euxinum, Thraciam, Græciam, Dalmatiam, Pannonias, & Sarmatias.

Cis-Danubiana vocatur *Mœsia* seu *Mysia*. Habet à Septentr. Danubium, ab occident. Savum & Dalmatiam, à Meridie Orbelum ac Hæmum montes, ab Oriente mare Euxinum.

Nominatur alias *Servia* sive *Rascia*, contineturque inter Savum, Danubium, Gabrum, (Moravum) fluvios, & Orbelum ac Scardum montes.

Dividitur in { Superiorem, cujus nitidiores Civitates sunt { *Alba Græca*, Germanis. *Griechisch Weissenburg*, sive *Belgradum*, / *Novogradum*, / *Nessus*, juxta *Massium fl.* / *Sinderovia*, Hungar. *Zendrew*, } / Inferiorem, hodie Bulgariã: continet illam terram quæ est inter Danubium, Pontum Euxin. & super. Mysiam. Civitates ejus, { *Bodõ*, *Orach*, *Drin*, *Vidina*, *Samandria*, *Prisdena*, &c. / *Sophia*, *Nicopolis*, *Sylistra*, *Varna*. } }

Trans-Danubiana DACIA, continens Tractum mari Euxino, Sarmatia Europæa, Danubio & Tibisco fluviis inclusum, distinguitur

in { TRANSSYLVANIAM, cujus primariæ Urbes sunt VII. { *Cibinium*, (*Hermanstadt*) / *Corona*, sive *Stephanopolis* (*Cronstadt*) / *Bistricia*, (*Nersenstadt*) / *Segesswarta*, (*Schiesburg*) / *Megies*, (*Mydwisch*) } }

- *Zabesus*, (*Zaatz*)
- *Claudiopolis*, sive *Calosvaria*, (*Clausenburgk.*)
- *Bethlemi Gaboris* Principis quondam sedes.

Et WALACHIAM, quæ alia
- Major, quæ dicitur *Moldavia*, cujus Urbes sunt
  - *Soczava*, sedes Vaivodæ,
  - *Margosest*,
  - *Taristo*.
- Minor, quæ *Walachia* dicitur, cujus caput reliqua sunt
  - *Targoviscо*, sive *Torvis*:
  - *Dembrowitza*, *Braila*.

Ad extremam Walachiæ oram sita est Bessarabia, cujus oppida sunt
- *Kilia*,
- *Gineстra*,
- *Chermen*.

DE HUNGARIA, POLONIA, TARTARIA, MOSCOVIA.

Hungaria habet à Septentr. Sarmatiam Europæam, ab ortu Transsylvaniam Tibisco, à Meridie Slavoniam Dravo diremptam, ab occasu Austriam.

Dividitur in Superiorem, quæ versus Poloniam tendit, cujus Urbes vel
- In Plano
  - *Posonium*, (*Presburg*, cum arce valida,
  - *Filleck*,
  - *Agria*, cum arce *Erlaw*,
  - *Vardinum*, (*Wardeyn*) ad fluv. *Keres*,
  - *Temeswar*, ad fluv. *Temez*,
  - *Chonad*, ad fluv. *Marons*,
  - *Solnok*, ad fluv. *Tibiscum*,
  - *Tokay*, &c.
- In Montanis sunt Civitates die *Bergstädte*
  - *Cassovia*, (*Kashaw*)
  - *Eperies*, *Leutsch*,
  - *Newsol*, *Altsol*, *Kremnitz*,
  - *Schemnitz*, *Czeben*, *Kesemarck*,
  - *Nitria*, *Tirna*, &c.

Infe-

In ferioremejus Metropolis est — BUDA, (*Ofen*)

Peſtum,
Strigonium, (*Graan*)
Comorra, in Inſula Danubii.

Veſperinum, (*Veſprin.*
Quinque Eccleſiæ, (Fünf Kirchen)
Dotu,
Pappa,
Palota,
Zigeth, &c.

Jauzinum, (*Rab*)
Alba Regalis, (*Sthul-Weiſſenburgk*)

Sequitur POLONIA.

DE POLONIA.

Hæc conſideratur vel Major Polonia vicina eſt à Septent. Boruſſiæ, ac Moſcovię & Marchiæ, ab Occid. Pomeran. & Caſubiæ, eamque mediam fluv. Warta interfluit.

In ſe, dividitur in Poloniam Majorem, hæc habet V. Satrapias,

- POSNANIENSEM, hæc habet — *Poſnoniam*, & *Meſericium*.
- CALISCHIENSEM, hæc habet — *Caliſch*, *Gneſnam*, *Piſdri*, *Coninum*, *Schluſzcam*, *Colo*.
- SIRADIENSEM, hæc habet — *Siradiam*, *Vieluniam*, *Petricoviam*, ubi Tribunal, *Sadeck*, *Roſprzam*, *Spicimviam*.
- LANDSCHICIENSEM, hęc habet — *Lanciciam*, *Orloviam*, *Conarcam*, *Breſiniam*, *Piateck*, &c.
- RAVENSEM, hæc habet — *Ravam*, *Sochaczowiam*, *Goſtynin*, *Gaben*, &c.

Quibus accẽſetur CUJAVIENSIS.

- Cujavia sive Wladislawia duas continet Satrapias,
  - Bresdensem, in qua: *Radschowa, Cruswicium, Covalevia.*
  - Inoslaviensem, in qua: *Inowlocz, Bidgoscia, (Brambergk) Dobrin.*
- Minorem: hæc tribus definita est Satrapiis,
  - Cracoviensi, ubi oppida
    - *Cracovia, Biecz, Woninez, Sandecz, Lelow, Xyas, Proßowitz.*
    - In Cracovia Satrapia est Silesia Polonica cum tribus territ.: *Oswecinienſi, Satorienſi, Severienſi.*
  - Sandomiriensi, quæ continet: *Sandomiriam, Checiny, Korczin, Wiſliciam, Pilzno, Opoczno, Radomiam, Poloniec, Zannichoſt, Zarnow, Malogoſt, &c.*
  - Lublinensi, quæ habet oppida: *Lublinum, Caſimiriam, Lulow, Parcow, Urzendow, &c.*

vel in Provincias Polon. junctas.

Pro-

1. ROXOLANIA, non Moſcovitica, quæ & *Ruſſia*, ſive *Ruthenia*, nigra ſeu minor dicitur. Dividitur in 5. terras

1. HALICIENSEM, ubi *Haliez*, ad *Dnieſt*, fluv.
2. LEOPOLIENSEM, ubi *Leopolis*, (*Reuſch Lemberg*)
3. PREMISLIENSEM, ubi *Przemiſl*,
4. BELSENSEM, ubi *Belz*,
5. CHELMENSEN, ubi *Chelm*,

Ruſſia Lithuanica, quę ſita eſt à Sept. inter Polecenſem & Bielſenſem, ab Ortu inter Smolenskenſem & Severienſem Ducatus, & Circaſſos populos; à meridie Podoliam Bug fluvio diſtinctam, ab occaſu partim minorem Poloniam, partim Maſoviam habet: complectitur Palatinatum

Breſſienſem, ubi *Breſſia*,
Volhiniam, ubi *Luſuc*, *Wlodimierz*,
Palatinatum Kiovienſem, ubi *Kyovia*,
Mieciſlavienſem, ubi *Mieciſlavia*, *Dambrouna*, *Bopycz*, *Sklou*, *Mohilcu*, *Bijchou*, *Reczycza*, *Striſin*,
Vitebſſienſem, in quo *Vitebsk* & *Orsha*.

2. PODOLIA,

Hæc habet à Septentr. partim *Volhiniam*, partim *Kiovienſ.* terram, ab ortu campos Tartaricos & Turcicos; à meridie jungitur utrique Valachiæ. Reliquum latus Halicienſis & Bielſenſis terra, nec non pars Volhiniæ claudit.

Præcipuæ ejus Civitates sunt *Kamieniec*, *Bar*, *Chmielnick*, *Braczlaw*, *Winnica*, *Czudnow*, *Orczakow*, quod Tartari tenent

3. LITHVANIA quæ in 4. Palatinatus dividitur

1. Est *Vilnensis*, ubi VILNA metropolis. Hic tres districtus continet.
   - 1. *Osnamiensem*, ubi — *Osmiana.*
   - 2. *Braslaviensem* ubi — *Braslaw.*
   - 3. *Vilkomiriensem*, ubi — *Wilkomirz.*

2. *Trocensis* in quo 4. districtus.
   - 1. *Grodnensis*, ubi
     - *Grodno.*
     - *Kowno*, mulso celebre
   - 2. *Kawenensis*, ubi
   - 3. *Lidnensis*, ubi — *Lida.*
   - 4. *Upicensis*, ubi — *Upita.*

3. *Mycensis* ubi *Myszko*; hic unum districtum habet
   - *Recicienſem*, ubi reliqua oppida sunt
     - *Rzeczki.* — *Keidanon*, *Swislotz*,
     - *Rakow*,
     - *Lohoisco*, — *Bodroisko*, *Odrazko.*
     - *Borissou*,

4. SAMOGITIA, Hæc contigua est ab occasu Lithuaniæ, Li-

4. *Novogrodensis*, in quo *Novogrodeck*, habet 2. districtus
   - 1. *Slonimensem*, ubi — *Slonim.*
   - 2. *Wolgowiscensem*, ubi — *Wolkowiska*, ad vos fluv.

Termini Lithuaniæ sunt à Septentr. ortu, & merid. Ruſ-

vonibus

Digitized by Google

vonibus & Boruſſis intermedia ejus metropol. cæterum nullas habet fere urbes: gens adhuc idololatriæ Ethnicæ dedita, barbaraque eſt

Roſinie, ad *Dubiſſam* fluv.

ſia Lithuanica, ab occaſu pa Maſoviæ, Pruſſiæ, Samogitiæ Curlandiæ & Livoniæ pars.

5. *Eſt* LIVONIA, Hæc inter Narvam & Dunam fluvios includitur; per illum à Sept. & Ortu à Moſcovia; per hujus partem à Merid. à Lithuania & Samogitia, ab Occaſu à Curlandia ſepa-

1. *Eſtiam* quæ diverſos habet diſtrictus.

1. *Harria*, (*Harnlandt*) ubi — *Revalia*.

2. *Viria*, (*Wirlandt ubi* — *Weiſenburg*, *Tolsberg*, *Borckholm*.

3. *Allantakia*, ubi — *Nerva*, *Neuwshloff*.

4. *Odenpoa*, in qua urbes — *Derpt*, *Wernebec*, *Helmet*, *Ringen*.

5. *Jervia*, ubi — *Weiſſenſtein*, *Law*, *Overpolen*, *Vellin*.

6. *Wikkia*, ubi — *Hapſeel*, *Leal*, *Lode*, *Parnow*.

ratur. Alias ab occasu per mare Balthicum Daniæ ac Suediæ, & à Sept. per Sinum Rhutenicum Finlandiæ objicitur. Habet 3. Provincias.

2. LETEAM, Hæc urbes habet
- RIGAM,
- *Kockenhausen*,
- *Creitzburg*,
- *Duneburg*, ad Dunam fl.
- *Wenden*, *Wolmer*, ad Treideram fl.

3. CURLANDIAM & SIMIGALLIAM
- In curlandia sunt: *Goldingen*, *Candaw*, Windaw, *Durben*, *Schrundem*, *Grubijn*, *Pilten*, *Amboten*, *Hasenpot*.
- In hac: *Mitoviæ*, aula Ducum Curlandiæ, *Selburg*, *Bauschëburg*, *Dobelin*, *Dalen*, &c.

VI. *Est* MASOVIA, distribuitur in 2. Satrapias, Hæc habet à Sept. & Oriente Lithuaniam, à merid. Sendominiensem & Ravensem Satrap. ab occ. Dobrium.
- *Plocensem*, ubi: *Plotzko* ad Vistulam.
- *Cirnensem*, ubi:
  - WARSAVIA, ubi Regis aula.
  - *Lumse-*
  - *Pultowskij*, ad Narew fl.
  - *Kamieniecz*, ad Buck fluv.

VII. *Est* PODA-

LASSIA

- LASSIA, inter Masoviam & Lithuaniam sita, dividitur in 2. districtus,
  - *Bielcensem*, & *Brogicinensem*, ubi
    - *Bielsko*,
    - *Augustow*,
    - *Tykocziyn*.
- VIII. *Est* BORUSSIA, Hæc à Septentrione terminatur mari Balthico, ab ortu Lithvania & Cuirlandiâ, à merid. Masovia & Cujavia, ab occasu Pomeran. citeriore: olim dividebatur in XII. Ducatus; hodie duplex est,
  - 1. *Regalis*, ubi
    - DANTISCUM, totius Europæ granarium continet 7. Præfecturas.
      - *Schlochovienſem*,
      - *Tuchlovienſem*,
      - *Succenſem*,
      - *Derſavienſem*,
      - *Zuckovienſem*,
      - *Pucenſem*,
      - *Mirakovienſem*.
    - THORUNIUM, in Culmensi territorio, ubi CULMA, olim metropolis: ei Michalovienſe territorium accensetur, cum Præfecturis VIII.
      - *Brodnicienſi*,
      - *Grudentina*,
      - *Redinenſi*,
      - *Golubenſi*,
      - *Roggenhauſenſi*,
      - *Brattianenſi*,
      - *Covalienſi*,
      - *Cobrivanenſi*, &c.
    - ELBINGA, in Mariæburgenſi Satrap. nitida urbs, habet Mariæburgum, ubi 4. Præfecturæ.
      - *Stumenſis*, ubi
        - *Stuma*,
      - *Mevenſis*, ubi
        - *Meva*,
      - *Gneovienſis*,
        - ubi
      - *Sargardenſis*,
        - *Stargard*.
  - 2. *Ducalis*.

In V. tractus dividi potest.

- BORUSSIA DUCALIS, cui à Sept. terminus est mare
  - 1. In eos qui Vicini sunt Regiæ Borussiæ; estque ei vicina
    - 1. *Pomesania*, sita inter Culmens. & Mariæb. Satrapias.
    - 2. *Hökerlandia*, ad quam referri possunt
      - *Hollandia*,
      - *Salfeldeum*,
      - *Morunga*,
      - *Osterroda*,
      - *Lubenidtum*.

Balthicum,

Balthicum, cum lacu Curovienſi & ora Curlandiæ; ab ortu Samogitia & pars Lithuan. à meridie Maſovia; ab occaſu Regia Boruſſia: dividi poteſt in 5. tractus.

2. Qui mari; cui vicinæ ſunt
- *Natanginum,*
- *Sambia,*
- *Sudinum.*

3. Qui *Lithvania*, cui vicini ſunt 2. tractus
- *Nadrauenſis*, cujus præcipua urbs eſt *Salavenſis*, cui annumerantur
  - *Inſterburgum.*
  - *Ragneta,*
  - *Telſa,*
  - *Memmella*, eis annumerata.

4. *Maſovia* vicina certum nomẽ non habet niſi Galindiam eam vocare velis: Præfecturas plurimas habet; præcipuæ hæ ſunt
- *Likenſis,*
- *Soldavienſis,*
- *Galgenburgẽſis*
- *Neidenburgenſ*
- *Ortolsburgenſ.*
- *Joannisburgen*
- *Paſſenheimenſ.*
- *Hokenſteinburgenſ.* &c.

Vaſtæ, amplæ, deſertę imperviæque ijs in locis ſunt Sylvæ, per quas maxima pars illius Boruſſiæ à Maſovia diſtinguitur.

In medio ſive meditullio Boruſſiæ Ducalis ſita eſt
- REGIOMONTUM, ubi Academ. celebris.
- *Barthonia*, ubi *Velavia*, *Friedlandia*, &c.
  - *Bartenſtein*, ubi Boruſſi ſuum theſaurum habent

Sequitur

Sequitur TARTARIA MINOR,

Sive Przecopiens. ad differentiam major. Tartariæ, quæ in Asia est.

Hæc continet, præter Thauricam Chersonesum, quidquid Terrarum inter Tanaim, Borysthenem, & Sem fluvios videtur: urbes in Taurica Chersoneso sunt
- *Brzekop*, ubi Regia sedes,
- *Cassa*, *Assow*, emporium,
- *Crijm*.

Extra Chersonesum ad Ostia Tanais est
- *Orzakaw*, ad ostia Boristhenis.

Succedit MOSCOVIA.

Hæc & Russia Alba, vel Major, item Roxolania dicitur; gaudetque Magni Ducatus titulo: ipsi Magno Duci Czar, h. e. Imperatori nomen est. Termini ejus sunt ab Ortu Tartaria sive Sarmatia Asiatica, à quibus Tanai fl. Meotide palude, & Volgâ fluvio distinguitur: à Sept. oceanum glacialem, ex eoque sinum Grandvicum, ab occa. casu Sueciam, Livoniam, & Lithuaniam, à merid. Poloniam, Daciam, Pontum Euxinum, & Tauricam Chersonesum habet. Longitudo ejus est à Promontorio Lytarmi, ubi Psola fl. Boristhenisse jungit, mill. Germ. CCCLXXX. latitudo incipit ab opppido Corelenburg, in confinio Finlandiæ, terminaturque ad Obium flumen juxta oppidum Lepin. milliar. Germ. CCC.

Pars Moscoviæ est jurisdictionis Polonicæ, de qua supra: Residua Magno Duci Moscoviæ paret, cui Uladislaus IV. glorioſissimus Polon. B. M. Rex felicibus armis partem excussit, Smolensam & Czernichoviam.

Quæ Magno Duci Moschorum paret, ab ea, quæ juris est Polonici, Borysthene maximam partem dirimitur, &, Moscovia vocatur; nomen habet à Regia Moschovitarum, *Moschovia* dicta, sita ad fluv. *Mosquam*. Urbs est ampla populosa, ædificiis, sed ligneis, frequentissima.

Divisa

Divisa alias Urbs est in 5. partes,
1. Est KREMELENA-GROD, (Aula Imperat.)
2. *Kitay-Gorod*, (Urbs Media.
3. *Tzargorod*, (Urbs Cæsarea.)
4. *Skorodom*, (Urbs exterior.)
5. *Streletska Sloboda*, (Vicus militaris.)

Ad partem Orientalem est
1. *Ducatus Vlodomirienſis*, ubi Civitas *Vlodomiria*.
2. Novogradiæ inferior. ubi Civitas *Niſinovegorod*.

Ad plagam Meridionalem cingitur Ducat.
1. *Reſanenſi*, inter Occam & Tanaim fluv. ubi *Reſan*, Civit. *Colluga*,
2. Ducatu *Worotinenſi*, nomen habet à Civitate *Tulla*, *Odoſum*, castrum, *Mſeneck*.
• Worotin. 39. Mill. à Moscovia distante.
3. *Severienſi* Duc. Hic proximum ab Ortu habet Verotinensem & Resanensem Ducat. à Meridie Campestriam desertam, à quibus per Sem fluv. distinguitur; ab occasu Lithuaniæ contiguus est, à quo Boristhenes eum dividit, à Septentr. Smolenscensem & Moscoviticum Ducatum attingit, in quo Civitates *Novogrod*, *Sewersky*, *Czernikow*, *Potimolo*.

Ad plagã Occidentalem inter Moscoviã & Luthuaniam est
1. Ducatus Smolenscensis ad Boristhenem situs: in hoc, præter Urbem Smolensko, tria sunt oppida illustria *Drohobus*, *Viasma*, *Mosaiska*.
2. Inter Livoniæ & Lithuaniæ confinia imminet Moscoviæ • ab Occ. Ducatus *Bielskia*, cujus Civitas *Bielba*.
3. Supra *Bielskienſem* Ducat. versus Septentrionem Ducatus est *Plocenſis*, ubi *Ploczke*.
4. Est *Reſchowienſis*. ubi est *Reſchowia*, &
4. Duc. est *Pleſcovienſis*, ubi *Taropietz*, *Pleskow*.
6. Duc. est *Novogardienſis*, ubi *Novogardia magna*.

Ad

Ad Septentrion. plagam plurimæ sunt in Russia Provinciæ, atà Regia Moscovia remotissimæ, nec satis exploratæ, scilicet

CONDORA,
PIETZORA,
OBDORA,
JUGORIA.
Vicinissimæ sunt

1. *Ducatus Twerienſis*, inter *Rſovienſem*, & *Wlodimirienſem*.
2. *Roſtovienſis*.
3. *Jaroſlavienſis*.
4. *Suſdalienſis*.

Post has, Vicinio-res sunt

1. *Bialejezioro*, h.e. album stagnum, quod non procul à Novogardia magna abest. In lacu adsito ejusdem nominis Bielejezoro arx est, ubi tanquam ad asylum tempore belli thesaurum suum Dux Muscov. reponit.

Proxima ab istis. est 1. ab Oriente *Wiatka*,

2. *Galetz*, quod Casan Regnum Tartari in Asia attingit.

2. in Sept. *Ustiuga*,

3. *Wologda*.

3. in Occas. *Duvina*, ubi Emporia

Colmogro, *S. Nicolai*, *S. Michaelis Archangeli*.

DE

DE NORWEGIA, SVEDIA, & GOTHIA.

Expositæ sunt hactenus Continentes Europæ Regiones: sequuntur *Peninsulæ*, scilicet *Norwegia*, *Suedia*, *Gothia*.

Norwegia longo tractu Oceano obtenditur, ab Oriente Sevonem montem habens, qui hodie ab incolis 4. nominibus distinguitur, quæ sunt, *Fille Fiell*, *Dofre Fiell*, *Ruret Fiell*, *Skars Fiell*; à Meridie Daniam, ab Occasu & Septent. Oceanum Germanicum & Septentrional. habet.

NORWEGIA considerat. 1. In se & 5. habet Præfecturas & Arces Regias, ultra duo secula Regno Daniæ innexas; ut est

Bahusia, arx excelsa, præfecturæ nomen dedit: ejus oppida sunt *Masterland*, sive *Marstrand*, *Congel*, *Odowal*.

Subest huic Provincia *Wichia*.

2. *Aggershusia*, sub cujus Præfectura est

Alsloa, sedes Episcopalis (*Opslo* dicunt indigenæ)

Huic exustæ, Rex Christianus IV. Christianiam restituit.

Tonsberga,

Fridrichstadt,

Salzburg,

Schin, vel *Schon*, (ubi ferri, cupri, argentique fodinæ sub Rege Christian. IV. inventæ.

Hammaria, major & minor,

Tytemarchia, Hedmarck.

2. Et cum Provincia adhærente

3. Arx est *Bergershusia*, cui subest reliqua

Berga, clarum Norwegiæ emporium.

Stafanger, Insula *Scutenes*, *Sundhornleen*, *Nordhornleen*, *Soghne*, *Sunfiorde*, *Noordfiorde*, *Sundmerleen*, *Walders*, *Esterdal*, *Roemsdal*.

4. Est Nidrosia, à

Nidero

Nidero fl. & Rosa, vulgo Drun-theim: habet plurimas Præfecturas.

5. Est Wardhusia versus Arctum in Insula Warda.

2. Provincia Norwegiæ cohærens est Finmarchia cum tractu martimo Trunsolen, quibus Præfectus Wardhusiensis jus dicit: in illâ Civitas est Jetaborg.

Sequitur SVEDIA, quæ à Sept. mari Pietczoriko, ab Ortu Lappia, à Meridie mari Balthico, ab occasu Norwegia clauditur, & Sinu Finnico, Bodnicoque. Regni caput salutatur Stockholmia, quæ palis ligneis superstructa est. Hinc aliquot milliarib. distat Upsalia, ubi Academ. & versus Meridiem Nicopen oppidum maritimum.

Regni Provinciæ sunt

1. *Botnia* utraque & Occid. quibus subsunt
   - Orientalis
     - *Tornia*, ubi emporium Tornia.
   - Occid.
     - *Angrimania*,
     - *Corelia*, ubi Corelenburg.
2. *Lappia*, vulgo Lappenlandt, cujus pars Oriental. Moscoviæ Duci, Occident. Suediæ Regi paret.
3. *Finnia*, sive Finlandia, cujus duæ præcipuæ Urbes
   - *Abo*, ubi sedes Episcopi.
   - *Wiburg*, celebre emporium.

Reliqua Hujus Regni, quia raro salutantur, ab Auctore quem secuti sumus, omissa sunt.

Re-

Reſtat *Gothia*, ſive *Gothlandt*, hæc eſt vel
- Occidentalis, ſive *Weſter-Gothia*, ubi præcipua ſunt
  - *Scara*,
  - *Gothenburg*,
  - ; *Arx Elsborg*.
- vel Oriental. ſive *Oſtro-Gothia*, ubi
  - *Lincoping*; vel Auſtralis, quæ & Smalandia dicitur, ubi *Wexo*, & *Calmar*, arcem portumque habens ad fines Daniæ, &c.

POLONIÆ, ACCURATIOR DESCRIPTIO
Secundum Simon. Strarovolſcii Deſcrip.
Anno 1652. Editam.

POLONIA dividitur in
- Majorem quæ VII. habet Satrapias
  - *Palatinatum*, POSNANIENSEM, Cui Wiſchovienſe territorium adjungitur ejus Metrop.
    - POSNANIA, reliqua oppida.
    - *Coſtenum*,
    - *Uſchovia*, *Kaina*, *Kazimiria*, *Naclum*, *Curnicum*,
    - *Slupeja*,
    - *Piſſdra*,
    - *Coninum*.
  - Senatores hujus Satrapiæ ſunt
    - *Epiſcopus Poſnanienſis*,
    - *Palatinus Poſnanienſ.*
    - *Caſtellani*, VII. *Poſnanienſ.*, *Medirecenſ.*, *Rogoſnenſ.*, *Stozemenſ.*, *Pramentenſ.*, *Crivinenſ.*, *Santocenſ.*
  - CALISSIENSEM, ejus præcipua Urbs
    - CALISSIUM, reliqua oppida ſunt, *Stazum*,
    - *Colum*, *Opatovecia*, *Pleſovia*, *Odolanovia*, *Chocia*, inde non procul.
    - *Coſmium*,
    - *Dobra*,
    - *Grabovia*, *Goluchovia*, arx Comit. à Leſno.

3. LEN-

3. LENCICIENSEM. divisa in 3 territoria. 4 Habet Castellan. Lencicienſem, Brezinenſ. Involodenſ. Coriarienſem.

- *Lencicienſe*,
- *Brezinenſe*,
- *Orlovienſe*,
- Urbs præcipua hujus Satrapiæ.
  - *Lencicia*,
  - *Pionkum*,
  - *Uniejovia*.

4. BRESTENSEM, unum habet Palatin. & tres Castellanos, Territoria 4.

- *Breſtenſem*,
- *Orneſvicienſem*,
- *Covalienſem*,
- *Breſtenſe*,
- *Cruſvicienſe*,
- *Covalienſe*,
- *Pradecenſe*.

5. JUNIULADISLAVIENSEM, ubi tria territoria. Tres Castellanos habet

- *Bydgoſtenſe*,
- *Bobronnicenſe*,
- *Juniviadiſlavienſe*,
- *Juniviadiſlavienſem*,
- *Pydgoſtenſem*,
- *Conarienſem*.

Oppida ejus sunt

- *Sutmonum*,
- *Pacoſtia Rhombuûm*,
- *Gnieucovia*,
- *Uratiſlavia*,
- *Solecia*,
- *Dibovia*, *Strela*.

6. SIRADIENSEM, Hæc in 4. territoria dividitur

1. *Siradienſe*,
2. *Schadkovienſe*,
3. *Radomſcenſe*,
4. *Petricovienſe*,

4. Habet Castellanos

- *Siradienſem*,
- *Roſpirenſem*,
- *Spicimirienſẽ*.
- *Conarienſem*.

Oppida præcipua ejus sunt

- *Vidavia*,
- *Varta*,
- *Pabianice*,
- *Laſcum*,
- *Petricovia*,
- Regni Tribunal.

7. RAVENSEM, Hæc habet Palatinum, & Caſtell. tres: *Ravenſem*, *Sochaciovienſem*, *Goſtinenſem*.

Oppida præcipua ſunt: *Rava*, ubi Collegium Soc. JESU. *Lovicium*, ubi arx Archiep. *Volboria*, *Gombinum*, *Sochaciovia*, *Goſtinium*; *Squernevicia*, *Biala*, *Viaſdum*.

8. TERRAM VIELUNENSEM, Hæc in territoria dividitur: *Velunenſe*, *Oſtreſſovienſe*.

Oppidum præcipuũ *Boleſlavecia* eſt.

Minorem — POLONIA MINOR, tam in longitud. quam latitud. 50. fere Milliaria German. habet.

Illa tres habet Satrapias,

CRACOVIENSEM, hæc ſub ſe continet 4. diſtrictus præcipua Urbs *Cracovia* eſt, ubi Inſignis arx: *Cracovienſem*, ſub quo 2. ſunt territoria *Lelovienſem*, *Xianzenſe*, *Proſſovienſe*, *Biecenſem*, *Sandecenſem*.

Continet etiam tres Ducatus & Comitatum *Scepuſienſem*: *Oſvecimenſem*, *Zatorienſem*, *Severienſem*.

Omnes hujus Satrapiæ diſtrictus 93. populationes, ut vocat Auctor, continet, præter pagos & villas. Arces & monaſteria hic quam plurima ſunt.

2. SENDOMIRIENSEM, hic in 8. territoria dividitur: *Sendomirienſe*, *Radomenſe*, *Stenzicenſe*, *Corcinenſe*, *Viſticienſe*, *Chercinenſe*, *Opocinenſe*, *Pilſnenſe*.

Habet

Habet 9. Senatores, ad Conſilium Reipub. ſpectantes: *Palatinum*, *Caſtellanum Sendomirienſem*, *Viſticienſem*, *Radomienſem*, *Zavichoſtenſem*, *Zarnovienſem*, *Malogoſtenſem*, *Polanecenſem*, *Chechovienſem*.

3. Minor Polon. Pars eſt LUBLINENSIS SATRAPIA, cui adjuncta eſt terra Lucovienſis, duos habet tantũ Regni Senatores: *Palatinum* & *Lublinenſem*, *Caſtellanum*.

Urbes ejus ſunt: *Cazimiria*, *Opolia*, *Curovia*, *Craſnicia*, *Levartovia*, *Urzendovia*, *Lenczna*.

LITHUANIA.

Ea dividitur in hos tres Palatinatus,

VILNENSEM, habet Urbem *Vilnam*, ubi celebre Collegium.

Reliqua ſunt *Lida*, *Oſmiana*.

TROCENSEM, hæc tantum habet *Palatinum* & *Caſtellanum*.

Urbes ejus ſunt *Trocenſis*, Civit. *Grodna*, ubi elegans arx.

BRESCIANENSEM, ejus oppida ſunt *Camenecia*, *Cobrinia*, *Janovia*, *Voinia*, *Roſoſia*, *Vlodava*, *Biala*, ubi habent Duces Radzivilli palatium.

RUSSIA.

Hæc, prout Regi Polon. paret, extenditur longitudine per 200. plus minus Milliar. latitud. per 120.

Hæc dividtur in Russiam
- *Albam*, quæ ad magnum Ducat. Lithuan. pertinet.
- *Rubram*, quæ propr. Roxolania vocatur & ad Polon. spectat.

RUSSIA RUBRA.

Hæc in se VII. complectitur Satrapias

1. RUSSIÆ PALATINATUM ubi Senatores 4. Castellani
- Archiepiscop. Leopolienſis.
- Episcop. Præmisliens.
- Kiovienſ. Palat. Russ.

Leopolienſis, Premiſlienſ. Halicienſ. Sanocenſ. Sub his totidem eriam sunt Districtus

1. Districtus Leopolienſ. Oppida sunt præcipua
- *Leopolis*,
- *Glinianæ*,
- *Zloczovia*,
- *Zborovia*,
- *Grodecia*,
- *Komarna*,
- *Zolkvia*.

2. *Premiſlienſ.* ubi oppid.
- Præmiſlia cũ arce,
- *Samboria*,
- *Fulſtinia*,
- *Dobromilia*,
- *Viſnia*,
- *Zidaczovia*.
- *Moſciſka*.
- *Dubiecia*,
- *Canczuga*,
- *Prevorſcia*,
- *Jaroſlavia*.

3. Ha-

- 3. Halicienſ. oppida habet: *Haliciam*, *Sofatinum*, *Buczaviam*, *Podhajeciam*, *Brzezanam*, Civit.
- 4. Sanocenſis, ubi oppida: *Brozovia*, *Rimanovia*, *Dinovia*, *Leſko*,

2. PODOLIÆ, dividitur in tria Territoria

Camenecenſe, ubi Urbs Camenecia.

Oppida reliqua ſunt: *Czartcovia*, *Janovia*, *Zincovia*, *Miedzibozia*, *Jeſupolis*, *Grodicia*, *Juſtovecia*, *Satanovia*, *Zvanecia*, *Tarnapolia*, *Kitaigrodum*, *Dunaigrodum*, &c.

4. BRASLAVIENSIS, Palatinat. eſt, ubi Habet duos Senatores: *Braſlavia*, *Vinnicza*. *Palatinum*, *Caſtellanum*.

2. Diſtinctas: *Vinnicenſem*, *Zitomirienſem*.

4. KIOVIENSIS, ubi: Kiovia ampla, & incolis frequens Urbs: hic Græci ritus in Religion. ſunt, & multa quæ antiquitas commendat rudera.

Oppida ejus præcipua ſunt: *Caniovia*, *Circaſſia*, *Bohuſlavia*, *Pereſlavia*, *Bialocerquam*, *Stepanovia*.

VOLINIÆ, Satrapia eſt diviſa in 2. diſtrictus: tres habet Senatores *Gremenecenſem*, *Luceorienſem*, *Palatinum*, & *Caſtellanum*, *Volhyniæ*, *Epiſcopum Luceorienſem*.

Urbes ejus ſunt *Volodimiria*, *Rubeſovia*, *Socalia*, *Czartoriſcum*, *Oleſcum*, *Crilovia*, cum arcibus bene multis, *Broai*, Oppid. &c.

6. Satrapia BELZENSIS, habet 2. Senatores *Palatinum*, & *Caſtellanum*, *Belzenſem*.

Dividitur in 4. territoria *Belſenſe*, *Buſcenſe*, *Grodlenſe*, *Grabovecenſe*. In quibus tot oppida, & pagi.

7. TERRA CHELMENSIS, ubi Urbs *Chelma*, duos habet Epiſcopos *Catholicum*, & *Ruſſum*.

2. Senatores *Epiſcopum*, & *Caſtellanum*, *Chelmenſ.*

Oppida ejus reliqua ſunt *Roſana*, *Vlodavia*, *Craſnoſtavia*. In hujus vincinia Urbs Zamoſcium à Samoſcio exſtructa eſt, ubi Academia. *Sebreſinum*, *Turobinum*, *Tarnogrodia*, *Tomaſovia*, *Cteſovia*, &c.

RUSSIA ALBA.

Ideo ita dicta, quod nivibus campi illius cooperti sint & feras, ut ursos, lupos, vulpes aliaque animalia alba producat.

Russia vero hæc dividitur in 6. Palatinatus sive Satrapias

- 1. Est NOVOGRODENSIS, divisa in duos districtus,
  - *Novogrodense*, ubi oppida.
    - *Novogrodkum*,
      - *Myssa*,
      - *Lachovicia*,
      - *Nesuizia*,
      - *Sluckum*.
    - *Slonimum*,
    - *Rozana*,
    - *Selecia*,
  - *Slonimense*.
- 2. MSCISLAVIENSIS, divisa in 2. districtus, & more cæterarum Satrapiarum duos habet Senatores.
  - *Mscislaviense*,
  - *Modzirense*.
  - *Palatinum*, & *Castellanum*,
    - *Mscislav.*
    - *vienſ.*

  Oppida ejus præcipua numerantur
  - *Cleckum*,
  - *Ouruckum*,
    - *Ostrskum*,
    - *Mscislavia*,
    - *Modziria*,
  - *Homlia*,
  - *Criczovia*,
- 3. VITEBSCENSIS, dividitur in duos districtus,
  - *Vitebscense*, ubi urbs *Mohilovia* est.
  - *Brestaviense*.
- 4. MINCENSIS, cui adjunctum est Borisoviense territorium.

  Oppida sunt
  - *Barisovia*,
  - *Toloczinum*,
  - *Smolniany*,
  - *Coidanovia*,
  - *Turkum*.
- 5. POLOCENSIS Satrapia, ubi
  - *Usajatum*, civitas cum arce
  - *Starticia*,
  - *Velisia*,
  - *Sclovia*,
  - *Bychovia*.
- 6. SMOLENSCENSIS, complectitur
  - *Ducatum Severiense*,
  - *Terram Czernichoviense*,
  - ubi utraque 70. arces continet.
  - *Districtum Orsanense*.

Hæc quasi in meditullio Poloniæ sita

- 4 Satrapiis distinguitur
  - *Plocenſi* Palatinatu qui habet 4 Territoria,
    - *Plocense*, habet Senatores: Episcop. Palat. Castel. Plocens.
    - *Zaucrense*,
    - *Mlavense*, habet 2. Raciancensem.
    - *Stenense*, habet Scerpercens.
    - *Podlachico*,
    - *Masovia Palatinat.*
  - *Terra Dobrinenſi*, Ultima in tria territoria dividitur
    - *Dobrinense*, ubi *Skempe*, oppid.
    - *Ripinense*,
    - *Libnense*.
  - Tres habet Senatores
    - *Dobrinensem*,
    - *Ripinensem*,
    - *Seonnensem*.

- Masovia 7. habet Castellanos, Unum tantum Palatinũ general.
  - *Cyrnensem*,
  - *Visnensem*,
  - *Varsoviensem*,
  - *Visigradensem*,
  - *Zacrocimensem*,
  - *Ciechanoviensem*,
  - *Livensem*.
- Dividitur in 12. territoria
  - *Cyrnense*,
  - *Visnense*,
  - *Zembrovense*,
  - *Varsoviẽse*,
  - *Runense*,
  - *Vissegrodiense*,
  - *Zacrociẽse*,
  - *Ciechanovense*,
  - *Lomtense*,
  - *Livense*,
  - *Rozanense*,
  - *Macoviẽse*.

- Oppida Masoviæ sunt
  - *Minscum*,
  - *Varca*,
  - *Vengrovia*,
  - *Garvolinia*,
  - *Brocum*,
  - *Viscovia*,
  - *Serexza*,
  - *Lomza*,
  - *Varsovia*.

- PODLACHIA, ultima Provinciæ Masoviticæ Satrapia duos tantum Senatores habet
  - *Palatinum*, & *Castellanum*.
    - *Podlachia*.

Divi-

Dividitur in tres districtus { Drogiczynensem, Mielnicensem, Bielscensem. } Hæc etiam tria sunt præcipua oppida. } Reliqua oppida sunt { Holovaczę, Sarasia, Visokie, Knisinum, Ticocinum. }

SAMOGITIA.

Hæc nullam habet Satrapiam sed præfecturas permultas, summusque ejus Toparcha, sive Capitaneus Regni, locum in Senatu Regni cum Episcopo & Castellano habet.

DE INSULIS EUROPÆ In Oceano.

Insulæ, quæ in Europa spectantur, sunt vel in

Anglia fines habet à Septentrione Scotiam, ab ortu Belgium, & Galliæ partem per Oceanum Germanicum & Britannicum separatam; à meridie Oceano Britannico, ab occidente Hybernico clauditur.

Oceano Occidentali, ubi

In Mari Balthico.

In Mari Mediterraneo.

ANGLIA, divisa in Loëgriam, quæ vel Superior cujus Provinciæ sunt

1. NORTHUMBRIA, cujus loca insigniora { Barwijck, Newcastle. }

2. CUMBERLANDIA, vel Cumbria, ubi { Carlile, Keswicke, VVinkinton, Bulnesse, Perith. }

3. DUNELMENSIS Episcopatus, ubi sunt, { Dureſme, sive Dunelmum, Derlington, Standerope, Hartlepole, }

4. VVest-

4. *Weſtmorlandia*, in qua oppidum primarium	*Aballada*, hodie Apelby,	
	Kandale, lanificio clara.	
	Lancaſter,	
5. LANCASTRIA: in qua	*Mancheſter*,	
	Ormeskirke,	
6. CESTRIA, ubi ſunt	*Cheſter*, ſive *Weſtcheſter*,	
	Finborrow,	
	Condate, hodie Congleton,	
7. SALOPIA, cui ſubſunt reliqua ſunt	*Shrewsburg*,	
	Bishops Caſtle,	*Skipton*,
	Ludlow,	*Holgot*,
	Bridgnorth,	*Routon*,
	Newcaſtle,	
8. EBORACUM, in quo	*Yorck*,	
	Doncaſter,	
	Kingſton, & alia.	
9. LINCOLNIA, ubi	*Lincolne*,	
	Stanford,	
	Grantham,	
	Ancaſter,	
	Spalding,	
	Euſton.	
10. NOTINGHANIA, ubi	*Nottingham*,	*Mansfeld*,
	Shirewood,	*Blith*,
	Suthwel.	*Sorobij*,
	Newarke,	*VVorkenſop*, &c.
11. DARBIA, ubi	*Darbey*,	
	S. Diacre,	
	VVorkeſwort,	
	Bakewel,	
12. STAFFORDIA, in qua	*Stafforel*,	*Drayton*,
	Lienfeldia,	*Baſſett*,
	Burton,	*Tameworth*,
	Uticeſter,	*Vulfrunſhampton*,
	Stone,	*Theotenhall*,
		VVeadeſbirigh, &c.
13. LEICESTRIA, in qua	*Leiceſter*,	
	Longhborrow,	
	Lutterworth,	
	Hinckley,	
	Boſworth, &c,	

14. RUT-

14. RUTLANDIA, ubi — *Uppingham*, *Okehamia*.

15. WARWICUM, in quo — *VVarwicke*, *Leamington*, *Uckindon*, *Harburij*, *Mancheſter*, {*Covenbry*, *Stadford*.

16. WIGORNIA, vulgo Worceſterſhire, ubi — *VVorceſter*, *Eoveſtham*, {*Bromeſgrave*, *Dudtwich*.

LAEGRIA inferior quæ in Oceanum Britannicum procurrit, ejus Provinciæ ſunt

1. NORTFOLCIA in qua — *Thetford*, *Norwich*, *Yarmouth*, *Aſchelthorp*, *Diu*. *Schetton*, *Skulton*, *Attleburgh*, *VVanburne*, *Lyne*, *Swaſtham*, *NortElmehã*, *Derehain*, *VVimõdham*, *Jeborrow*, & alia quę numerũ XXVII. faciunt.

2. SUFFOLCIA, ubi ſunt — *Sudburij*, *Ixnireg*, *S. Edmunſburij*, *Bretenham*, {*Hadley*, *Ipſwich*, *Debenhamia*, *Oreford*, &c.

3. ESSEXIA, in qua — *Maldon*, olim *Camolodunũ*, *Colcheſter*, *Leiton*, *Beamſteott*, *Leeg*, {*Rochford*, *Angre*, *Raleg*, *Dũmow*, *Plaiſſy*, {*Ithancheſter*, *Earles*, *Colne*, *Barklow*, *VValdẽ*, *Chelmerford*, &c.

4. MIDLESEXIA, in qua reliqua ſunt — *Londinum*, totius Britanniæ compendium. *Uxbridge*, *Draiton*, *Stanes*, *Radcliff*, &c.

5. CAN-

5. CANTIUM, vulgo Kent, cujus primaria Urbs reliqua ſunt	*Cantuaria*, (Canterburii Archiep. ſedes.	*Sandwich*, *Graveſend*, *Rocheſter*, *Reptaceſter*, &c.
6. SURRIA, in qua oppida	*Dovern*, *Hith*, *Rumney*, *Godelminge*, *Ockley*, *Effingham*, *Kingſtone*, *Merton*,	*Croydon*, *Beddingen*, *Wimbledon*, *Wandleſworth*, *The Bourrough*, *Southworcke*.
7. SUTHSEXIA, cujus oppida	*Chiceſter*, *Arundel*, *Lewes*, *Winchelſey*, &c.	*Whorwell*,
8. SOUTHANTONIA, in qua	*Southhamton*, *Wintonia*, ſive *Wintcheſter*, *Ringwood*, *Chriſt Church*, *Dorcheſter*,	*Andover*, *Rumſey*, *Portſmouth*, *Cingſelare*, *Odiam*, *Silceſter*.
9. DORCESTRIA, quæ continet	*Birt-Port*, *Lime*, *Weymouth*, *Poole*,	*Warhaw*, *Shiburn*, *Sturminſter*, *Winburne*, &c.
10. DEVONIA, vulgò Denshire in qua	*Exceſter*, *Plimmouth*, ubi Portus celebris, Franciſci Draci Patria.	*Plimpton*, *Modbery*, *Dermouth*, *Exminſtes*, &c.
11. CORNUBIA, quæ & Cornwallia dicitur, ejus oppida dicuntur	*Lidſton*. *Heilſton*, *Peryn*, *Arvenak*, *Truro*, *Grampound*, *Jowy*, *Leſtuthiel*,	*Saltſhe*, *S. Jees*, *S. Colombs*, *Padſtow*, *Stow*, *Straton*, *Tameton*,

Digitized by Google

	Leskard,	*Lanſtuphadon*,
	Bodman,	*Faulmouth*, portus celebris.
12. SOMERSETUS, in quo	*Briſtolia*,	
	Welles,	
	Bathe, ob aquas calidas.	
13. WILTONIA, in qua	*Wilton*,	*Chippenham*,
	Malmeſburii,	*Trubrighd*,
	Crecklade,	*Sariſburii*,
	Calne.	*Marleborow*.
14. BERCERIA, vulgò Barckſhire in qua	*Farendon*,	*Newburg*,
	Abbendonia,	*Beading*,
	Wantage,	*Biſtleham*,
	Wallingford,	*Maidenhead*,
	Hogerford,	*Windſoore*, &c.
	Wideh y,	
15. GLOCESTRIA, in qua	*Gloceſter*, ad Sabrinam fluv.	*Campden*,
	Tewkeſburg,	*Winchelſcombe*,
	Deorhiſt,	*Circheſter*, &c.
16. OXONIUM, in qua	*Oxford*, ubi Academia Collegiis XVI. & VIII. Aulis inſtructa.	
Reliqua oppida	*Blabac*,	*Woodſtock*,
	Burford,	*Bamburiſ*,
	Minſterlovell,	*Burceſter*,
	Whitneg,	*Tama*,
		Dorcheſter,
		Watlington, &c.
17. BUCKING, à fagis Bucken in hac ſunt	*Buckingham*,	*Amirſham*,
	Marlow,	*Crendon*,
	Highwicham,	*Stonij*,
	Colbroke,	*Statford*,
		Oulney,
		Newport,
		Partell,

17. HERT-

18. HERTFORDIA. in qua	*Hertford*,
	Watlingſtreat,
	Tacito (Verulamium) cujus loco hodie
	S. Albans, oppidum floret:
	Roiſton,
	Aſchewell,
	Biſhops,
	Startford, &c.
19. BEDEFORDIA, ubi ſunt	*Bedford*,
	Odil,
	Bletnesko,
	Euton,
	Dunſtable, &c.
20. NORTHAMPTONIA, in qua	*Northamton*,
	Brakeley,
	Torceſter,
	Grafton,
	Daventrey,
	Wedon,
	Higham,
	Oundale,
	Peterboro.
	Velledon, &c.
21. HUNTINGDONIA, ubi	*Huntinghdon*,
	S. Jues,
	S. Needes,
	Cunnington, &c.
22. CANTABRIA, in qua	*Cantabrigia*, ubi Academia XIV. Collegiorum.
Reliqua oppida ſunt	*Roiſton*,
	Roch,
	Burwel,
	Elye.

Cam-

Cambria, ſive Wallia.

Hęc Provincia Primogenito Regis Angliæ paret, qui Walliæ Princeps dicitur, quemadmodum primogenitus in Gallia Delphinus.

CAMBRIÆ Provinciæ ſunt

1. PENBROCHIENSIS, in qua: *Pembrock*, *Tenby*, *Harfortweſt*, *Menevia*, ſive S. Davids, & *Portus Milfordhaven*.

2. CAERMARDENIA, Latin. Maridunum, ubi: *Caermarden*, *Kidwelly*, Novum & Vetus.

3. GLAMORGANIA, in qua: *Landaff*, *Caerdiffe*, *Cowbridge*, *Neath*, *Sweynſey*, *Loghor*.

4. MONUMETHENSIS, ubi: *Nonmuth*, *Chepſtow*, *Abergevenny*, *Newport*, *Iſca*.

5. HEREFORDIA, in qua: *Hareford*, *Lomſter*, *Webleja*, *Ledburg*, *Roſſe*.

6. RADNOVIA ubi: *Radnor*.

7. BRECHINIA in qua: *Brecknock*, *Buelth*, *Hay Buelt*.

8. CARDIGANIA Ceretica, ubi: *Cardigan*, opidum, *Aberiſtwith*.

9. MONTGOMERIA, in qua: *Montgomery*, *Lanwilling*.

10. MERIONITHIA, Mervinia latin. ubi: *Harlech*, *Caſtrum*, munitum. *Trarthmaur*, *Teait Bocham*, Duo æſtuaria, majus & minus.

11. CAERNARVANIA, in qua latin. Snaudonia: *Bangor*.

12. DEN-

12. DENBIGIA, ubi
13. FLINTENSIS Angl. Flintenshire in qua opp.
Denbigh, *Ruthijn*, *St. Asaph*, *Flint*, *Rutlan*,
Hæ omnes de Anglia dictæ Provinciæ donatę sunt titulo Comitatus a Regibus quos Shires appellant

Insulæ minores Angliæ adjacentes sunt. V.

1. MONA (*Angls the yle of Man.*

Jacet inter Boreales & Britanniæ partes: longitudo ejus est à Sept. in meridiem XXX. latitudo quæ maxima est XV. quæ minima VIII. mill. Italic.

Opidorum Præcipuum est
Russire,
Duglas, ubi portus commodus,
Balacury, Episc. sedes.
The Pisle,
The Calf of Man, dicta insula.

2. ANGLESIA, in mari Hibernico Angliæ proximior, & in ea Walliæ ubi Comitatus Caernavam.

Primarium opidum est
Beaumarish,
Newburge,
Aberfraw, cum promont Holykead, &c.

3. VECTA, sive Vectis, alias Wight, in Oceano Britannico sita prope Southamtoniam, longitudo ejus inter ortum & occas. XX. mill. pass, latitud. XII. est altero latere ad Boream, altero ad Austrum conversо.

Opida ejus sunt celebriora
Newport, *Brading*, *Newtort*,
Yarmouth, *Sharpnode*, Duo castella.
VVorsley, *VVestcowe*, *Eastcowe*,
Sãlham

4. Est GARNESEY. Hæc Insula, ut & proxima Jersey relatæ fuerunt olim ad Normanniam, ubi etiam earum situs est in Canali Anglico sive mari Brittannico, intra Britanniam & Normandiam: oppidum habet. S. Petri.

5. Est JARSEI, in qua Castrum munitissimum *Montorguel*, impositum colli, habetque præfectum Universæ Insulæ jus dicentem. Hactenus de ANGLIA, sequitur SCOTIA. Cujus termini sunt à Sept. Oceanus Deucaledonius, & Orcades Insulæ, ab occasu mare Hibernicum & Hebrides Insulæ: à Meridie Tueda,

Esca,

Digitized by Google

Eſca & Solweja fluvii cum monte Cediotâ; ab Ortu mare Germanicum. Longitudo ejus eſt à Meridie, ubi Promontorium The Mule, ſive Galloway, Hiberniam verſus, in Septentrionem ad Promontorium Dunsbyheat, verſus Orcades, Mill. Germ, LXX. latitudo ab occaſu promontor. Ardermouthead, prope Inſulam Mulam; in ortum ad promontorium Buguhan eſt Milliar. Germ. L. Dividit autem omnem Scotiam Grampius mons, ab occaſu in ortum tendens, in duas partes, Septentrional. & Meridional.

Scotiæ Septentr. ſequentes ſunt Provinciæ;

1. STRATHNAVERNIA, in qua aliquot caſtra verſus Orcades jacent.
2. CATHNESIA, ubi promontorium & Caſtella ad mare Germanicum. — *Dunesbe*, *Girnego*, *Catnes*, *Ackyrgill*.
3. SUTHERLANDIA, in qua — *Dorno*, *Clyne*. — Maritima oppida.
4. ROSSIA, ubi — *Tayn*, fl. Tayn. *Tarbart*, &c.
5. MORAVIA, vulgò MURAY, ubi — *Elgin*, ad Loxiam fluv. *Spyne*, Caſtel, &c. *Neſſum*.
6. LO QUUHABRIA, nunc Strathdee, ubi — *Kijntail*,
7. ABRENETHIA, nunc Strathdee, ubi — *Aberdon*, ubi Academ.
8. ANGUSIA, in qua — *Brechin*.

Scotiæ Meridionalis ſequentes ſunt Provinciæ.

1. PERTHIA, ubi — *Dunckel*.
2. FIFA, in qua — *Fanum S. Andreæ*, *Cuptum*, *Abrenethium*.
3. STRIVILINGIA, — *Sterling*, *Dunblain*.

4. CUNINHCAMIA, in qua { *Yrwen*, *Ayr.*
5. CLIDESDALIA, ubi { *Glaſquo*, *Lanrijck*, *Hamilton.*
6. GALLOVIDIA, in qua { *Promontorium Scotiæ Extremum*, *Galloway.*
7. LAUDONIA, ubi { *Edijnburgum*, ſedes Regia Regnique caput, *Dunbar*, &c.
8. MARCIA, in qua { *Bervicum*, maritimum oppid. *Howijn*, Caſtrum, *Ketſo*, &c.

Inſulæ, quæ SCOTIÆ adjacent, ſunt { *Hebrides*, & *Orcades.*

Hebrides in mari Deucaledonio ad Scotiam Occidentalem ſunt ſitæ, quarum numerus eſt, XLIV. è quibus præcipuæ ſunt { *Leviſſa*, *Euſta*, *Skye*, } { *Mula*, *Ila.* }

Orcades (vulgò Orkney) numerantur XXX. & amplius, quarum caput Pomona eſt, in qua *Kirkwal.*

Hæ ſitæ ſunt ad Septentrionalem Scotiæ plagã, è quibus ſerpentes & venenata animalia natura ejecit. Incolæ Lingua Gothica utuntur, quia Gothi has olim tenuerunt, fueruntque antiquitus pars Norwegiæ Regni, ad quod etiamnum pertinent. Manetque jus Daniæ Regi in illas terras.

Ordo poſcit *Hiberniam*, ſive *Irelandiam*,

Hæc undique clauditur Oceano, & ab ortu Angliæ Scotiæque parti obverſa eſt. Longitudinem maximam habet Mill. Germ. LX. latitudinem autem XXX.

Provinciæ, ejus ſunt:
1. ULTONIA, ſive Ulſter, in qua oppid. primar. { *Armagh*, ſedes Archiep. & *Doun.* }
Dividitur aliàs Ultonia in { *Cuteriorem* quæ tres habet Comitatus { *Louth*, *Down*, *Antrimme.* }

Ulterior

Digitized by Google

Ulteriorem, quæ 7. { Monahon, Teroen, Armagh, Colrane } { Donegall, Fermanagh, & Cavan }

2. CONNACHIA, quæ distribuitur in 6. Comitatus { Clarie, Letrimme, Galweje, Resecomin, Majo, Sligo. } Urbes primariæ sunt { Galwey, Clare. }

3. LAGENIA, (Angl. Leinster.) in qua primaria Urbs est { Dublinia, Regni Metropol. Wexford.

4. MOMONIA, (Anglicè Munster) ubi est { Waterfordia, Corcagia, Angl. Korkekinsalia, Rossia, Lismoria, Clonmella, Cassel.

Hucusque Insulæ in Oceano Occidentali, sequuntur Insulæ in Oceano Septentrional. sive hyperboreo, quæ sunt

1. ISLANDIA, à perpetua glacie nomen obtinet, alias & Snelandia, poëtis Thule. { Islandiæ longitudo fertur CXLIV. latitudo LXV. Millar. Germ. Dividitur secundum mundi IV. Cardines in Oriental. Merid. Occidental. & Septentrional. Urbes præcipuæ sunt { Harlar, Skalholt, Mons Hecla.

2. GROENLANDIA, Insula magna, sed adhuc magnam partem incognita.

3. FRISLANDIA, à Merid. Groenlandiæ opposita, nomen ab intenso frigore habet. Incolæ piscaturâ rem faciunt.

4. FARRÆ Insulæ, numero VII. præcipuum oppid. est *Farre.*

5. SCETLANDIÆ Insulæ sive Hetlandiæ, quæ Regi Daniæ absolutissimo jure subjectæ sunt.

4. *Weſtmorlandia*, in qua oppidum primarium	*Aballada*, hodie Apelby,	
	Kandale, lanificio clara.	
	Lancaſter,	
5. LANCASTRIA: in qua	*Mancheſter*,	
	Ormeskirke,	
6. CESTRIA, ubi ſunt	*Cheſter*, ſive *Weſtcheſter*,	
	Finborrow,	
	Condate, hodie *Congleton*,	
7. SALOPIA, cui ſubſunt reliqua ſunt	*Shrewsburg*,	
	Bishops Caſtle,	*Skipton*,
	Ludlow,	*Holgot*,
	Bridgnorth,	*Routon*,
	Newcaſtle,	
8. EBORACUM, in quo	*Yorck*,	
	Doncaſter,	
	Kingſton, & alia.	
9. LINCOLNIA, ubi	*Lincolne*,	
	Stanford,	
	Grantham,	
	Ancaſter,	
	Spalding,	
	Buſton.	
10. NOTINGHANIA, ubi	*Nottingham*,	*Mansfeld*,
	Shirewood,	*Blith*,
	Suthwel.	*Sorobij*,
	Newarke,	*VVorkenſop*, &c.
11. DARBIA, ubi	*Darbey*,	
	S. Diacre,	
	VVorkeſwort,	
	Bakewel,	
12. STAFFORDIA, in qua	*Stafforel*,	*Drayton*,
	Lienfeldia,	*Baſſett*,
	Burton,	*Tameworth*,
	Uticeſter,	*Vulfrunſhampton*,
	Stone,	*Theotenhall*,
		VVeadeſbirigh, &c.
13. LEICESTRIA, in qua	*Leiceſter*,	
	Longhborrow,	
	Lutterworth,	
	Hinckley,	
	Boſworth, &c.	

14. RUT-

14. RUTLANDIA, ubi — *Utpingham*, *Okehamia*.

15. WARWICUM, in quo — *VVarwicke*, *Leamington*, *Uckindon*, *Harburij*, *Manchester*, (*Covenbry*, *Stadford*.)

16. WIGORNIA, vulgo Worcesters hire, ubi — *VVorcester*, *Eovestham*, (*Bromesgrave*, *Durtwich*.)

LAEGRIA inferior quæ in Oceanum Britannicum procurrit, ejus Provinciæ sunt

1. NORTFOLCIA in qua — *Thetford*, *Norwich*, *Yarmouth*, *Aschelthorp*, *Diu*. (*Schetton*, *Skulton*, *Attleburgh*, *VVanburne*, *Lyne*, *Swastham*.) (*NortElmehã*, *Derehain*, *VVimõdham*, *Jeborrow*, & alia quę numerũ XXVII. faciunt.)

2. SUFFOLCIA, ubi sunt — *Sudburij*, *Ixnireg*, *S. Edmunsburij*, *Bretenham*, (*Hadley*, *Ipswich*, *Debenhamia*, *Oreford*, &c.)

3. ESSEXIA, in qua — *Maldon*, olim *Camolodunũ*, *Colchester*, *Leiton*, *Beamsteott*, *Leeg*, (*Rochford*, *Angre*, *Raleg*, *Dũmow*, *Plaissy*, *Chelmerford*, *Ithancheſter*, *Earles*, *Colne*, *Barklow*, *VValdẽ*, &c.)

4. MIDLESEXIA, in qua reliqua sunt — *Londinum*, totius Britanniæ compendium. *Uxbridge*, *Draiton*, *Stanes*, *Radeliff*, &c.

5. CAN-

5. CANTIUM, vulgo Kent, cujus primaria Urbs reliqua ſunt	*Cantuaria*, (Canterburii Archiep. ſedes.	*Sandwich*, *Graveſend*, *Rocheſter*, *Reptaceſter*, &c.
6. SURRIA, in qua oppida	*Dovern*, *Hith*, *Rumney*, *Godelminge*, *Ockley*, *Effingham*, *Kingſtone*, *Merton*,	*Croydon*, *Beddingen*, *Wimbledon*, *Wandleſworth*, *The Bourrough*, *Southworcke*.
7. SUTHSEXIA, cujus oppida	*Chiceſter*, *Arundel*, *Lewes*, *Winchelſey*, &c.	*Whorwell*,
8. SOUTHANTONIA, in qua	*Southhamton*, *Wintonia*, ſive *Wintcheſter*, *Ringwood*, *Chriſt Church*,	*Andover*, *Rumſey*, *Portſmouth*, *Cingſelare*, *Odiam*, *Silceſter*.
9. DORCESTRIA, quæ continet	*Dorcheſter*, *Birt-Port*, *Lime*, *Weymouth*, *Poole*,	*Warhaw*, *Shiburn*, *Sturminſter*, *Winburne*, &c.
10. DEVONIA, vulgò Denshire in qua	*Exceſter*, *Plimmouth*, ubi Portus celebris, Franciſci Draci Patria.	*Plimpton*, *Modbery*, *Dermouth*, *Exminſtes*, &c.
11. CORNUBIA, quæ & Cornwallia dicitur, ejus oppida dicuntur	*Lidſton*. *Heilſton*, *Peryn*, *Arvenak*, *Truro*, *Grampound*, *Jowy*, *Leſtuthiel*,	*Saltſhe*, *S. Jees*, *S. Colombs*, *Padſtow*, *Stow*, *Straton*, *Tamerton*,

12. SO-

	Leskard,	*Lanſtuphadon*,
	Bodman,	*Faulmouth*, portus celebris.
12. SOMERSETUS, in quo	*Briſtolia*,	
	Welles,	
	Bathe, ob aquas calidas.	
13. WILTONIA, in qua	*Wilton*,	*Chippenham*,
	Malmeſburii,	*Trubrighd*,
	Crecklade,	*Sariſburii*,
	Calne.	*Marleborow*.
14. BERCERIA, vulgò Barckſhire in qua	*Farendon*,	*Newburg*,
	Abbendonia,	*Beading*,
	Wantage,	*Biſtleham*,
	Wallingford,	*Maidenhead*,
	Hogerford,	*Windſoore*, &c.
	Wideh:y,	
15. GLOCESTRIA, in qua	*Gloceſter*, ad Sabrinam fluv.	*Campden*,
	Tewkeſburg,	*Winchelſcombe*,
	Deorh:ſt,	*Circheſter*, &c.
16. OXONIUM, in qua	*Oxford*, ubi Academia Collegiis XVI. & VIII. Aulis inſtructa.	
Reliqua oppida	*Blabac*,	*Woodſtock*,
	Burford,	*Bamburiſ*,
	Minſterlovell,	*Burceſter*,
	Whiteneg,	*Tama*,
		Dorcheſter,
		Watlington, &c.
17. BUCKING, à fagis Bucken in hac ſunt	*Buckingham*,	*Amirſham*,
	Marlow,	*Crendon*,
	Highwicham,	*Stonij*,
	Colbroke,	*Statford*,
		Oulney,
		Newport,
		Partell.

17. HERT-

18. HERTFORDIA. in qua	*Hertford*,
	Watlingſtreat,
	Tacito (Verulamium) cujus loco hodie
	S. Albans, oppidum floret:
	Roiſton,
	Aſhewell,
	Biſhops,
	Startford, &c.
19. BEDEFORDIA, ubi ſunt	*Bedford*,
	Odil,
	Bletnesko,
	Euton,
	Dunſtable, &c.
20. NORTHAMPTONIA, in qua	*Northamton*,
	Brakeley,
	Torceſter,
	Grafton,
	Daventrey,
	Wedon,
	Higham,
	Oundale,
	Peterboro.
	VVelledon, &c.
21. HUNTINGDONIA, ubi	*Huntinghdon*,
	S. Jues,
	S. Needes,
	Cunnington, &c.
22. CANTABRIA, in qua	*Cantabrigia*, ubi Academia XIV. Collegiorum.
Reliqua oppida ſunt	*Roiſton*,
	Roch,
	Burwel,
	Elye.

Cam-

Cambria, ſive Wallia.

Hęc Provincia Primogenito Regis Angliæ paret, qui Walliæ Princeps dicitur, quemadmodum primogenitus in Gallia Delphinus.

CAMBRIÆ Provinciæ ſunt

1. PENBROCHIENSIS, in qua { *Pembrock*, *Tenby*, *Harfortweſt*, *Menevia*, ſive S. Davids, & *Portus Milfordhaven*.

2. CAERMARDENIA, Latin. Maridunum, ubi { *Caermarden*, *Kidwelly*, Novum & Vetus.

3. GLAMORGANIA, in qua { *Landoff*, *Caerdiffe*, *Cowbridge*, *Neath*, *Sweynſey*, *Loghor*.

4. MONUMETHENSIS, ubi { *Nonmuth*, *Chepſtow*, *Abergevenny*, *Newport*, *Iſca*.

5. HEREFORDIA, in qua { *Hareford*, *Lomſter*, *Webleja*, *Ledburg*, *Roſſe*.

6. RADNOVIA ubi { *Radnor*.

7. BRECHINIA in qua { *Brecknock*, *Buelth*, *Hay Buelt*.

8. CARDIGANIA Ceretica, ubi { *Cardigan*, opidum, *Aberiſtwith*,

9. MONTGOMERIA, in qua { *Montgomery*, *Lanwilling*.

10. MERIONITHIA, Mervinia latin. ubi { *Harlech*, *Caſtrum*, munitum. *Trarthmaur*, *Teait Botham*, Duo æſtuaria, majus & minus.

11. CAERNARVANIA, in qua latin. Snaudonia. { *Bangor*.

12. DEN-

12. DENBIGIA, ubi
13. FLINTENSIS Angl. Flintenshire in qua opp.
Denbigh, *Ruthijn*, *St. Asaph*, *Flint*, *Rutlan*,
Hæ omnes de Anglia dictæ Provinciæ donatę sunt titulo Comitatus a Regibus quos Shires appellant

Insulæ minores Angliæ adjacentes sunt. V.

1. MONA (*Angls the yle of Man.*

Jacet inter Boreales & Britanniæ partes: longitudo ejus est à Sept. in meridiem XXX. latitudo quæ maxima est XV. quæ minima VIII. mill. Italic.

Opidorum Præcipuum est
Russire,
Duglas, ubi portus commodus,
Balacury, Episc. sedes.
The Pisie,
The Calf of Man, dicta insula.

2. ANGLESIA, in mari Hibernico Angliæ proximior, & in ea Walliæ ubi Comitatus Caernavam.

Primarium opidum est
Beaumarish,
Newburge,
Aberfraw, cum promont Holykead, &c.

3. VECTA, sive Vectis, alias Wight, in Oceano Britannico sita prope Southamtoniam, longitudo ejus inter ortum & occas. XX. mill. pass. latitud. XII. est altero latere ad Boream, altero ad Austrum conversо.

Opida ejus sunt celebriora
Newport, *Brading*, *Newtort*,
Yarmouth, *Sharpnode*, Duo castella.
VVorsley, *VVestcowe*, *Eastcowe*,
Sãdham

4. Est GARNESEY. Hæc Insula, ut & proxima Jersey relatæ fuerunt olim ad Normanniam, ubi etiam earum situs est in Canali Anglico sive mari Brittannico, intra Britanniam & Normandiam: oppidum habet. S. Petri.

5. Est JARSEI, in qua Castrum munitissimum *Montorguel*, impositum colli, habetque præfectum Universæ Insulæ jus dicentem. Hactenus de ANGLIA, sequitur SCOTIA. Cujus termini sunt à Sept. Oceanus Deucaledonius, & Orcades Insulæ, ab occasu mare Hibernicum & Hebrides Insulæ: à Meridie Tueda,

Esca,

Eſca & Solweja fluvii cum monte Cediotâ; ab Ortu mare Germanicum. Longitudo ejus eſt à Meridie, ubi Promontorium The Müle, ſive Galloway, Hiberniam verſus, in Septentrionem ad Promontorium Dunsbyheat, verſus Orcades, Mill. Germ, LXX. latitudo ab occaſu promontor. Ardermouthead, prope Inſulam Mulam; in ortum ad promontorium Buguhan eſt Milliar. Germ. L. Dividit autem omnem Scotiam Grampius mons, ab occaſu in ortum tendens, in duas partes, Septentrional. & Meridional.

Scotiæ Septentr. ſequentes ſunt Provinciæ;

1. STRATHNAVERNIA, in qua aliquot caſtra verſus Orcades jacent.
2. CATHNESIA, ubi promontorium & Caſtella ad mare Germanicum. *Dunesbe*, *Cirnego*, *Catnes*, *Ackyrgill*.
3. SUTHERLANDIA, in qua *Dorno*, *Clyne*. Maritima oppida.
4. ROSSIA, ubi *Tayn*, fl. Tayn. *Tarbart*, &c.
5. MORAVIA, vulgò MURAY, ubi *Elgin*, ad Loxiam fluv. *Spyne*, Caſtel, &c. *Neſſum*.
6. LO QUUHABRIA, nunc Strathdee, ubi *Kijntail*,
7. ABRENETHIA, nunc Strathdee, ubi *Aberdon*, ubi Academ.
8. ANGUSIA, in qua *Brechin*.

Scotiæ Meridionalis ſequentes ſunt Provinciæ.

1. PERTHIA, ubi *Dunckel*.
2. FIFA, in qua *Fanum S. Andreæ*, *Cuptum*, *Abrenethium*.
3. STRIVILINGIA, *Sterling*, *Dunblain*.

4. CUNINHCAMIA, in qua { *Irwen*, *Ayr.*
5. CLIDESDALIA, ubi { *Glaſque*, *Lanrijck*, *Hamilton.*
6. GALLOVIDIA, in qua { *Promontorium Scotiæ Extremum*, *Galloway.*
7. LAUDONIA, ubi { *Edijnburgum*, ſedes Regia Regnique caput, *Dunbar*, &c.
8. MARCIA, in qua { *Bervicum*, maritimum oppid. *Howijn*, Caſtrum, *Keiſo*, &c.

Inſulæ, quæ SCOTIÆ adjacent, ſunt { *Hebrides*, & *Orcades.*

Hebrides in mari Deucaledonio ad Scotiam Occidentalem ſunt ſitæ, quarum numerus eſt, XLIV. è quibus præcipuæ ſunt { *Leviſſa*, { *Mula*, *Ila.* *Euſta*, *Skye*,

Orcades (vulgò Orkney) numerantur XXX. & amplius, quarum caput Pomona eſt, in qua *Kirkwal.*

Hæ ſitæ ſunt ad Septentrionalem Scotiæ plagã, è quibus ſerpentes & venenata animalia natura ejecit. Incolæ Lingua Gothica utuntur, quia Gothi has olim tenuerunt, fueruntque antiquitus pars Norwegiæ Regni, ad quod etiamnum pertinent. Manetque jus Daniæ Regi in illas terras.

Ordo poſcit *Hiberniam*, ſive *Irelandiam*,

Hæc undique clauditur Oceano, & ab ortu Angliæ Scotiæque parti obverſa eſt. Longitudinem maximam habet Mill. Germ. LX. latitudinem autem XXX.

Provinciæ, ejus ſunt
1. ULTONIA, ſive Ulſter, in qua oppid. primar. { *Armagh*, ſedes Archiep. & *Doun.*
Dividitur aliàs Ultonia in { *Citeriorem* quæ tres habet Comitatus { *Louth*, *Down*, *Antrimme.*

Ulterior

Digitized by Google

Ulteriorem, quæ 7. { Monahon, Teroen, Armagh, Colrane } { Donegall, Fermanagh, & Cavan,

2. CONNACHIA, quæ diſtribuitur in 6. Comitatus { Clarle, Letrimme, Galweja, Reſecomin, Majo, Sligo. } Urbes primariæ ſunt { Galwey, Clare.

3. LAGENIA, (Angl. Leinſter.) in qua primaria Urbs eſt { Dublinia, Regni Metropol. Wexford.

4. MOMONIA, (Anglicè Munſter) ubi eſt { Waterfordia, Corcagia, Angl. Korkekinſalia, Roſſia, Liſmoria, Clonmella, Caſſel.

Hucuſque Inſulæ in Oceano Occidentali, ſequuntur Inſulæ in Oceano Septentrional. ſive hyperboreo, quæ ſunt

1. ISLANDIA, à perpetua glacie nomen obtinet, alias & Snelandia, poëtis Thule. { Iſlandiæ longitudo fertur CXLIV. latitudo LXV. Millar. Germ. Dividitur ſecundum mundi IV. Cardines in Oriental. Merid. Occidental. & Septentrional. Urbes præcipuæ ſunt { Harlar, Skalholt, Mons Hecla.

2. GROENLANDIA, Inſula magna, ſed adhuc magnam partem incognita.

3. FRISLANDIA, à Merid. Groenlandiæ oppoſita, nomen ab intenſo frigore habet. Incolæ piſcaturâ rem faciunt.

4. FARRÆ Inſulæ, numero VII. præcipuum oppid. eſt *Farre.*

5. SCETLANDIÆ Inſulæ ſive Hetlandiæ, quæ Regi Daniæ abſolutiſſimo jure ſubjectæ ſunt.

Digitized by Google

6. NOVA ZEMBLA, Insula sub gradu LXXVI. altitudinis, inclementissimi aeris, frigorisque intensissimi, vacua hominibus & campis, ursis plena & carnivoris bestiis; de quo Navigationes Batavorum satis superque testantur, &c.

De Insulis in Mari Baltico.

In Mari Baltico Daniæ Regnum est, constans partim ex Insulis, partim ex Peninsulis.

Regnum DANIÆ undique mari alluitur, nisi quod ab ortu æstivo Sueciam, ab occasu æstivo Norwegiam, à Meridie Germaniam attingat.

Peninsulæ duæ sunt:
- 1. Oriental. *Scandia*, quæ considerabatur in — Conterminis, Provinciis, Insulis.
- 2. Occidental. *Jutia* sive *Jutlandia*

Scandia, quæ & *Scandinavia*, alias Schonen & Scania dicitur, ut & Schon Dania, quasi bella, à Septentr. Norwegiam & Sueciam attingit: alias à mari alluitur, & per Oresundam, tam à Germania, quam à Schialandia sive Zeelandia dirimitur. Longitudinis est XVIII. latitud. XII. Milliar. Germ. à Promontorio Scaniæ, cui nomen Valsterbòem, ad oppidum *Engelholm*, Halland. *vicinum*. Hujus primaria Urbs est,

1. *Lundia* (Lund) ubi tria videntur:
   - Crypta subterranea, cui chorus superstructus.
   - Horologium.
   - Altare magnæ fabricæ.
2. *Coronia* (*Lands-Croone*,) Civitas maritima cum arce à Christ. III. exstructa.
3. *Malmogia* (danicè Malmoe,) exteris Elleboge.
4. *Helsingoburgum* (*Elsenborg*, cum arce in excelso monte.

Conterminas habet Provincias *Hallandiam*, & *Blekingiam*.

Hallandia, à Sept. habet Norwegiam, ab occasu sinum Codanum, à meridie Scaniam, ad Ortum Gothiæ partem. Longitudo ejus se extendit à promontorio Kol (indigenis dictum Hallands Ars) ad arcem fere *Elsborg*, sub Suecis, Milliar. Germ. XVI. ad littus.

HAL-

Digitized by Google

HALLANDIÆ urbes maritimæ sunt { *Laholmia* (vulgo *Laholm*) / *Helmste*, quam Christianus IV. munivit. / *Valckenborg*, ad fluv. ejusdem nom. / *Warburgum* (*Waersberghen*) munitum cum arce opidum.

Præter has Civitates habet portum Consbacensem & oppidum *Consback*: reliqua ad *Monsterſundam sunt*, *Ulymenes*, *Gosewaer*, &c.

BLEKINGIA, Sconiâ, Suecià & mari Baltico circumdata,

Præcipua habet opida { *Drelborg*, *Ustede*, *Sandhamer*, *Christianstadt*, à Rege Christ. IV. condita, / *Ahusium* (Ahuys, *Slesborg*, *Elenholm*, *Röttenburg*, & *Christianopolim*, à Rege Christ. IV. contra Suecorum Calmariam nondiu extructam.

Insulæ quæ ad Scandinaviam sunt.

1. BORNHOLMIA, cujus longitudo IV. latit. 2. mill. Germ. est. Ejus oppida sunt { *Nex*, ad ortum. / *Rattenbij*, ad occasum. / *Suaneke*, / Arces 2. Sandvicum, Hamershusium. Insula dives pecore.

2. GOTLANDIA, vulgò (Gutland) longitudo ejus est XVIII. latitudo V. Mill. Urbes ejus sunt { *Visbuy*, / *Westergarn*, & alii portus.

2. OSILIA, vulgò Oesel, adjuncta Livoniæ finibus. Longitudo ejus est XIV. latitud. VII. Mill. Paruit tota Regno Daniæ, sed post in Tractatibus pacis, Ann. 1645. inter Regem Daniæ & Sueciæ habitis, Suecis à Daniæ Reg. permissa est, Dominumque jam Magnum Comitem de la Garde, Regni Sueciæ Thesaurarium, agnovit.

Ibi oppida sunt { *Orsel.* versus occas. / *Arensburg*, / *Sonneburg*, vers. Septentr. sita.

Occidentalis peninsula Daniæ est, *Jutia* sive *Jutlandia*, dicitur etiam *Cimbrica Chersonesus*.

Jutia ab Occid. & Septentr. mari Germanico, ab ortu Fioniæ in parte, & mari Baltico, à Meridie Eidera fluvio

lvio terminatur. Longitudo à Promontorio Schagen, Holſatiam verſus eſt LIII. latitudo XX. Milliar. German.

Peninſula hæc dividitur in
- Septentrional. quæ 4. habet jurisdictiones ſecundum Epiſcopatus diviſas
  - *Ripenſem.*
  - *Arduſienſem,*
  - *Viburgenſem,*
  - *Alburgenſem.*
- Meridional.

Ripenſis Diœceſis habet Metropolin

1. RIPAM, ubi Caſtellum munitum: non longe inde abſunt Inſulæ
   - *Manu,* — *Silt.*
   - *Fanu,* — *Foren,*
   - *Rem,* — *Ameren.*

In hac Diœceſi Arces Regiæ X. nobilium C. Parochiæ agrariæ CCLXXXII. numerantur.

2. *Coldingam,* cum arce Arnsburgh.
3. *Welam,* ad mare Balticum.
4. *Wardam,*
5. *Ringcopiam,*
6. Oppidum Halſterbroam.
7. *Lemwigam.*

ARHUSIENSIS Diœceſeos caput eſt

1. *Arhuſium,* mari Baltico adjacens, prope habens Inſulam Samſoe. In hac Diœceſi arces V. parochiæ agrariæ CCCIV. & Civitates VII. numerantur.
2. *Horſneſium,* vulgò Horſens.
3. *Randruſium,* ſive Randerſen.
4. *Ebeltud.*
5. *Grimſtadium.*
6. *Hobroa,* vulgò Oruntbuy.
7. *Mariagrum,* ſive Miriaker.

Inſu-

Digitized by Google

Inſulæ ad hanc Diœceſin pertinentes ſunt: Præter has Inſulas ſplendet Arx Regia cũ Monaſterio Eneclooſter

1. *Samſoe*, quæ 5. parochias habet.
2. *Hielmia* major ſive Grotholm.
3. *Thuna*, ſive Tons.
4. *Melſa*.
5. *Ramſoa*.
6. *Endelavia*.
7. *Hiarnoa*.
8. *Kidtholmia*.
9. *Jordholmia*.
10. *In Horſenſi*, ſinu ſunt *Aroa*.
11. *Germoa*.
12. *Worſia*.

Viburgen, Hic ſedes eſt Epiſcopi tribunalque triumvirorum, qui in hac Diœceſi Jus integrum annum dicunt in cauſſis Civilibus & Criminalibus: longitudo hujus tractus ab ortu in occaſum XI I. Mill. Germ. eſt, continetque tres Civitates & arces, & parœcias agrarias 218. reliqua ſunt *Nibe*, *Scheve*.

Ad hanc Diœceſ. refertur peninſula *Sallingia*, Inſula Leſſoa in mari Baltico. *Fofferland*, inter Thyam & *Sallingiam*. *Nidingum Haſelina*, *Anholta*, (Anout.)

ALBURGENSIS Diœceſ. ubi 6. oppida *Alburgum*, caput. *Venſyſſel*, ad amnem Ry-aa. *Veuſilia*, *Seby*, *Horring*, ad mare Germ. *Scaga* promontorium.

Inſulæ huic tractui anumerantur *Grÿsholm*, *Hertzholm*, *Tÿdsholm*, &c.

Sequitur Hanherret tractus, cujus longitudo v. latitudo duo habet Milliar. Germ.

Tertius tractus eſt Thya, ubi unicum oppidum *Thyſted*, *Orum*, una arx. *Weſterwÿck*, unum cœnobium.

Insulę ad hanc Diœcesin referuntur quæ sequuntur numero

1. *Hăsholmia*, in lacu Lymico,
2. *Ostholmia*,
3. *Jegena*,
4. *Livolandia*,
5. *Egholmia*,
6. *Bodumna*,
8. *Syrholmia*, cui adjacet { *Othesunde* fretũ, ubi Orby.

Huic Insul. accedit Aggero Insula alia

7. *Morsungia*, cujus longitudo 4 M. Mill. Germ. latit. 2. in hac. oppid. Nikiobing.

Præter hos tractus adhuc alii sunt, qui ab auctoribus non dicuntur. Hactenus de Septentrional. Jutia, sequitur Meridional. sive Sudjutland. Longitudo ejus ab Eidera fluvio oppidoque Rousburgo ad Coldingam oppid. Milliar. Germ. censetur XVIII. latitud. alibi VI. alibi VIII.

Oppida ejus præcipua sunt

1. *Slesvicum*, ad fluv. *Slam*; non procul inde abest Gottorp, arx Ducal.
2. *Eckelfurtum*, in peninsula, ubi portus opportunus.
3. *Flensburgum*, ad sinum Baltici maris, qui Flenus dicitur.

Ex sinu Flensburgensi egressis Insula Alsa occurrit, in qua arx magnifica Sunderburgum, cum oppido ejusd. nomin. Ducis Holsat, in Sunderburg.

Sedes sunt præterea

in ea
- *Norburgum*,
- *Glucksburgum*, Ducum Domicilia.
- *Osterholtum*,
- *Holla*, Gamelgardà.

Insula hæc 4. tantum habet Milliar. longit 2. latitud.

4. *Haderslebia*, ibi Arx Hapsburg.
5. *Huysemum*, ad mare Occident. hic interjac.
6. *Apenroa*, (Apenrade.

Strandfrisii, antiqui cultus *Frisiorum* tenaces, Vicos habent { *Bresledam*, *Langehorn*, *Borlum*.

7. *Tonninga*, non procul ab ostio Eidoræ.
8. *Toxdarum*, majus & minus.

Tan-

Tantum de Peninſulis Daniæ: jam ſequuntur Inſulæ, quæ ſunt { *Selandia*, quæ amœniſſima & opulentiſſ. / *Fionia*.

In Selandia 1. *Hafnia* primas tenet, ſita ad orienrem Inſulæ plagam, quam mare Balticum alluit: hic Regium Domicilium, Academia, Armamentarium. Huic ſubjungitur novum oppidum *Chriſtians-Haven*; ex hoc occurrit *Amagria* (Amagh.)

2. *Roſchildia*, Civitas (Roskildtfiourd) ubi Mauſolea Regum.

3. *Helſingora*, (*Elſeneur*,) ad fretum Oreſundæ. Hic naves demiſſis velis & anchoris Regi telonium ſolvunt. Huic contigua arx eſt Croneburgum. erecta opere mirabili: hinc lapide diſtat eminentiſſima arx Frederiſchsburgum, in qua multa memorabilia.

4. *Coagium* (*Coege*.

5. *Ringſtadium* (*Ringſtede*, ubi tribunal.

6. *Niscopia*, frumento florens oppidum.

7. *Holbeca*, ad ſinum maris, celebris mercatura.

8. *Slagoſa*, (Slagels,) non procul hinc Anderſchow. Regium domicilium.

9. *Corſora*, (*Corsör*:

10. *Schelſora*.

11. *Neſtweda*.

12. *Preſtoa*, oppidum ſinu maris pene undique cinctum.

13. *Callenburgum*, oppidum cum arce Regia.

14. *Slangendorpium*.

Præter Civitates etiam, arces & oppida ſunt { *Sora*, Academ. Reg. à Friderico II. inſtit. / *Schoncloſter*, (Herleffsholmia.

Inſulæ ad Seelandiam præter Amagriam etiam { *Huena*, *Mona* } referuntur.

Mona (Mœneſland, in mari Baltico candidis è creta montibus in Oceanum eminet, arce Regia { *Elmelanda*, / *Stega* oppido, clara.

Huena (Ween, inter Helſingöram & Hafniam ſita, cujus circuitus duo fere habet Mill. Germ. latitud. non ſupra ſeſquimil. in hac exſtruxit, Ticho Brahe arcem, Uraniburgum. Hic memorantur memorabilia, Coryletum avel-

lanarum

lanarum feraciſſimum, quarum tamen nulla unquam carioſa fuit inventa. 2. Glires nullos invenies. 3. Fons dulcis nulla acie obducitur:

Fionia reſtat, cujus longitudo ab ortu in occaſ. eſt x. Mill. Germ. latitud. 8. Inſula læta agris.

Civitates habet quarum
- 1. *Ottonia*, (Ottenſehe) Urbs Epiſcopal. in qua Chriſtiernus Rex II. captivitate detentus.
- 2. *Neoburgum*, (*Nyburg.*) Hic arx Regia.

Reliqua ſunt
- 3. *Sueneburgum*, (*Swijnburg.*)
- 4. *Cartemunda*,
- 5. *Woburgum*, (*Voborg.*)
- 5. *Aſneſum*, (*Aſcens.*)
- 7. *Bounſonia*, (*Bowens.*)
- 8. *Middelfurtum*, (*Mildfard.*)
- *Neuburg*, { *Eſchenburgum*,
- *Hagenſchona*, { *Rugardia*.

Inſulæ Principales ad Epiſcop. Fionenſem relatæ ſunt
- *Langelandia*, { *Taſſinga*,
- *Lalandia*, { *Arria*.
- *Falſtria*,

Langelandia longitud. eſt 7. mill. latitud. vix 2. in ea arx eſt Tranekera.

Lalandie longitud. eſt 8. latit. 5. in hac ſunt oppida
- *Maſcow*,
- *Saſcoping*,
- *Aelholm*,
- *Roohuy*, cœnobium.
- *Maribo*.

Falſtria, cujus Longitud. 4. latitud. 2. mill. eſt.

In hac oppida & arces Regiæ ſunt
- *Nikoping*, (Dan. Neapolis ob amœnitat.
- *Stubbekoping*.

Taſſinga, è regione *Swenoburgi*, anguſta & unum mill. longa.

Arria (Arr, oblonga Inſula & Venationib. clara, habet arcem & oppidum *Kopingam*, & multa nobilium domicilia prędiaque.

De

De Insulis in mari Mediterraneo.

Hoc mare, secundum diversos situs, diversa sortitur nomina, dicitur que

- *Mare Ibericum*, ubi Insula
  - *Ebusus*, (Yvisa)
  - *Majorica*,
  - *Minorica*,
- *Ligusticũ*, ubi Insul. paret
  - *Sardinia*, cujus præcip. urbes,
    - *Calaris*,
    - *Olbia*,
    - *Sassaris*.
  - Hispano.
  - 2. *Corsica*, cujus prę cip loca paret Reipub. Genuen.
    - *Nebbio*,
      - *Genarca*,
      - *Antisano*,
    - *Balagna*,
    - *Niolo*,
    - *Sagona*,
      - *S. Fiorenzo*,
      - *Calvi*,
      - *S. Bonifacio*,
        - *Portus celebres*
- *Tyrrhenum*, in quo est
  - Sicilia cũ Vulcaniæ Insul. & Melita quę dividi tur in tres Region.
    - 1. *Vallem Demona* (*Val de Demona*) hæc habet
      - *Messinam*,
      - *Catanum*, ubi Acad.
      - Ætnæ vicina,
      - *Taurominiũ*,
      - *Leontium*,
      - *Milazzo*.
    - 2. *Vallem Noto*, (*Val de* Noto,
    - 3. *Vallem Mazara* (*Val de Mazara*,

Sicilia ab Italia Siculi maris freto avulsa est. Nomina ejus, & quibus paruerit, vid. apud Golnitz l. 2 p. 226.

- *Adriaticum & Ægeum*
  - In Valle Noti sunt
    - *Syracusa*,
    - Camarana,
    - *Agrigentum* (Gergenti.
  - Vallis Mazaræ habet
    - *Marzellam*,
    - *Mazaram*,
    - *Drepanum*,
      - *Palermo* (Panormus olim) ad mare *Thyrrenum*.

Vulcaniæ Insulæ sunt 7. alias Æoliæ
- *Melita*, hodie Malta, de qua scripserunt Munsterus, Megiserus, Cælius *Sec. Cuneo.*

In

In mari Adriatico ſive Jonio tres præcipuæ occurrunt Inſulæ,

1. *Corcyra*, hodie *Corfu*, urbem habet Corfu, paret Venetis.
2. *Cephalonia*, ejus Urbs Cephalonia.
3. *Zazinthus*, (*Zante*, ejus oppida *Zante*.
4. *Creta*, hodie Candia: Urbes ejus ſunt præcipuæ — *Candia*, *Sittia*, *Retimo*, *Canea*.
5. Cyclades, inter illas autem extrema ab ortu recenſetur — *Rhodus*, cujus Urbs *Rhodus*, olim Ophiuſa dicta.

Scarpanto, olim Carpathus.
Cerigo, olim *Cythera*.
Tenedos.

Infra Delum verſ. Merid. Nobiliores Inſulæ ſunt:
1. *Paros*, hod. *Paro*.
2. *Naxus*, *Nicſia*.
3. *Inferius* *Polycandro*.
4. *Sicandro*.
5. *Latoa*, hod. Chriſtiana.

Delos, quibuſdam Orthigia, hodie Sdille.

Ex Tenedo ad lævam verſus hæ Inſulæ occurrunt.

Ex Tenedo verſus occaſ. ſol.
Lesbus, (Mitilene.
Chios, Shio.
Samus.
Nicaria, Icaria.
Paſmoſſa, (Pathmus.
Choa, ſive Cos, alias Merope, hod. Lango.

Supra Delũ poſita eſt *Morone*, *Fiſſe*, fortiſſima duo *Caſtella*, & Chriſtianor. *Aſyla* contra Turcam, ſicut eſt ſupra Lemnum ad ipſam Thraciam Tarſus, cui reſpondet à Regione Samandrachi & Lembros.

Occurrit
1. *Lemnus*, hodie *Stalimene*.
2. *Scyrus*, ſive Scyro.
3. *Eubœa*, nunc Negroponte.
4. *Andros*.
5. *Engia*, olim Ægina.
6. *Coluri*, olim Salamis.
7. *Quimano*.
8. *Milo*, olim Melos, hæ primarię ſunt Inſ.

PLE-

Digitized by Google

PLENIOR DESCRIPTIO

ASIAE,

Secundum M. S. exemplar German. Cl. Viri Nicol. Goldman Mathemat. quondam publicæ luci destinatum, nunc à nobis latinè redditum.

Descriptio Prima,

De ASIA in Genere.

EXPLICATA hactenus Europâ, trajicimus Danubium in Asiam. Siquidem ita Europa cum Asia connexa est, ut Scythę, qui vere Asiaticus populus audiunt, Europam inhabitent, contra verò Sarmatæ, populus Europæus, longe lateque usque ad finem Asiæ diffusi sint. Hæc pars à primordio præcipua est habita, quæ primum humanum genus pavit, & postmodum in alias emisit terras. Hic primum populi cohabitarunt, Civitates exstruxerunt, Sacris & bonis moribus operam dederunt. Hic etiam DEUS in carne manifestatus est, & ex hac plaga salus totius exivit mundi. Ferunt Asiam, à Nympha quadam Asiâ dicta, nomen accepisse, nimirum Oceani & Thetidos filia à Jove genita; alii ab Asio, filio Mauri ex Lydia. ASIA contermina est à Septentr. Scythico Oceano, ab Ortu, Oceano Occidentali, à Meridie mari Indico & Rubro; Ab Occident, Arabico sinu, & freto inter illum, & magnum mare Mediterraneum. Tandem mari Mediterraneo, & finibus in Europa descriptis, mari *Phœnicio* & *Ægæo*, Propontide, *Ponto & Mæotide, fluviis Tanai & Oby*. Longitudo ejus maxima est cIↃ CCC. Latitudo cIↃ CCXX. Milliar.

Descri-

Descriptio Secunda,

De Antiqua Divisione Asiæ.

Olim Asia in duas partes erat divisa, unde prima magna Asia, altera parva Asia dicta fuit. In magna Asia comprehensæ erant Regiones quæ pone sequuntur

- *Sarmatia Asiatica,*
- *Scythia Asiatica,*
- *Serica,*
- *Sina,*
- *India,*
- Insulæ apud Indiam.

In Continenti vero hæ fuerant

- *Gedrosia,*
- *Carmania,*
- *Brangiana,*
- *Arachosia,*
- *Sogdiana,*
- *Paropamisis,*
- *Bactriana,*
- *Hyrcania,*
- *Margiana,*
- *Parthia,*
- *Persis,*
- *Susiana,*
- *Media,*
- *Albania,*
- *Iberia,*

- *Colchis,*
- *Armenia,*
- *Mesopotamia,*
- *Assyria,*
- *Babylonia,*
- *Arabia,*
- *Syria,*
- *Palestina,*
- *Phœnicia,*
- *Cilicia,*
- *Cappadocia,*
- *Galatia, Pontus, Bithynia, Pamphylia, Lycia, & Insul. Cyprus.*

In minori Asia sunt

- *Phrygia,*
- *Mysia,*
- *Lydia,*

- *Caria,*
- *Aeolis,*
- *Doris,*
- Et *Insula Rhodos.*

Descriptio Tertia,

De Nova Divisione.

Hæc terra ita tandem per magna bella distracta est, ut Principatus illius in quinque magna Regna coaluerint quorum hic ordo est.

1. Est Tartaria.
2. China.
3. India, cum adjacentibus Insulis.
4. Persia, vel terra Sophi.
5. Regnum Turcicum.

Hac

Digitized by Google

Hac vice Descriptiones Regionum hoc ordine tractabuntur. Exhibebimus Tartariam desertam, *Zagataicam Tartariã*, & Turkestam magni Chami Regnum, Tartariam Veterem, tum *Chinam*, Tarras apud *Chinam*, *Indiam*, Insulas juxta Indiam jacentes.

Regnum Persiæ, Arabiæ, *Palestinam*, *Syriam*, *Armeniam*, & circumadjacentes Regiones, *Natoliam*, & tandem *Insul. Ciprum* & *Rhodum*. Quamvis vero Asia Europam magnitudine superet, tractari tamen hæ longinquæ Regiones, magnæque, non nisi breviter poterunt ideo quod quia remotiores, adeoque magis sint incognitæ.

Descriptio Quarta,
De SCYTHIA ASIATICA & SARMATIA.

Ibi, ubi hæ terræ inveniuntur, olim se extendit *Scythia Asiatica* & *Asiatica Sarmatia*. Prima Provincia in Asia ultra *Tanain*, *Scythia* fuit: *Scythia Asiatica* fines erant, iidem versus occasum, cum finibus Europæ. versus Septentr. *Scythicus* vel concretus Oceanus, usque ad promontorium Tabin versus Ortum. Ab Ortu Oceanus, ab Ortu Eous dictus, & montes, jam *Aupatii* & *Casii dicti*. Inde olim à terra Serica jam Catay vocata, per montem Ottorocoram à Chinensibus separata erat. Versus Meridiem sunt *montes Emodi*, per quos ab India abscinditur, & Alpes Sagdianæ & Opicæ, per quas à Persia separabatur, post, *mare Caspium*, & Hircanicum, dein mons *Caucasus* unde ab *Albania*, & mons *Corax*, unde ab *Iberia* & *Colchide* segregabatur. Hæc terra totam hodiernam *Tartariam* comprehendit, separatâ terra *Cathay*, in qua populi *Seres* habitarunt. Separanda etiam ab illa est pars *Zagataja* quæ hodie *Ocrage* dicitur, hanc incolebant *Sogdii*. Intra dictos fines inclusa est *Sarmatia Asiatica*, cum fluminibus *Danubio* & *Rha*, qui nunc *Wolga audit* cum *Hyrcanico* & *Pontico* maribus & montibus, *Corax* & Caucasus dictis. Jam ibi habitant *Sreu Castrici Tartari*. In hac parte multi à Cosmographis populi narrantur, sed præcipui erant *Turcæ*, qui nomen *Turcico dederunt* Imperio, cum belligeris fœminis *Amazonibus*. Vera *Scythia* in duas partes erat divisa. Pars versus occasum, dicebatur Scythia intra montẽ *Imaum*. Pars vero Orientalis *Scythia* intra *Imaum*. In *Scythia* intra mõtem

tem Imao habitant *Saßones*, à quibus nonnulli *Saxones*, ſed inconvenienter, deducunt. *Saca* erant gens magna ubi jam *Turckeſtan* & *Tagaliſtan* eſt, ad fines Indiæ. Sub his continebatur nobiliſſima gens inter *Scythas*, *Maſſagetæ*. *Scythia*, extra montem Imao, veteribus parum erat cognita.

Deſcriptio Quinta.

De Deſerto TARTARIÆ

Noſtris temporibus TARTARIA Magna in 5. partes dividitur.

1. Eſt *Tartaria Deſerta*,
2. *Zagataja Tartaria*,
3. *Regnum Turceſtan*,
4. *Regnum magni Chami*,
5. *Tartaria Vetus*.

Tartaria deſerta circumſcripta flumine Danubio, *Wolga* & *Jaxartis*, *Tartaricis* & *Sebrgicis* alpibus, & monte *Imao*. Complectitur unam partem de Veteri *Aſiatica Sarmatia*, & maximam partem *Scythiæ*, intra montem *Imao*. Hodie iſta gens ibi habitans plus quam alii Tartari efferata eſt, horrida, crudelis, turpis moribus, omnium ſub ſole nationum effrænis. Terra illorum etiam inculta eſt, miſera, maleque habitata. Incolæ dividuntur in catervas aut *Hordas*, quos inter præcipui ſũt *Zavolhici* aut *Bulgarici*, *Caſanici*, *Noſaigici*, *Tumici*, *Schibansbici*, *Coſacici*, *Aſtracanici*, qui olim ſingulare Regnum habuerunt, *Baſvirdici*, quorum plerique ab Urbibus ſua traxerunt nomina. Hi omnes incolæ, antea liberi populi fuerũt, ſed hodie parent Magno *Duci Moſcoviæ*, exceptâ Tumenica *Horda* quæ Magno *Chamo* ſubjecta eſt. Inter omnes *Zavolhica* omnium fuit maxima, unde aliæ ſuam trahunt originem; quapropter etiam illorum Dominator *Vluchan* magnus Dominus vel Cæſar dictus fuit. In REGNO ASTRACAN, Metropolis eſt *Aſtracam* etiam *Citrachan* vocata, in exitu *Wolgæ ad Caſpium mare*. Salutatur ſæpius propter ſalis præparationem, & mercaturam celebrem, à magno mercatorum numero, ex *Moſcovia*, *Turcia*, *Armenia*, *Perſia*, exercitam. In deſerto *Tartariæ* etiam *Czyrkuſſi* habitãt, intra Danubium & *Wolgam*, in *Sarmatia Aſiatica*, & porro verſus

ſus Oceanum in *Scythia*, intra montem *Imaum*, *Mecriti*, & *Samojedi*, quod ſignificat populos, qui ſe ipſos devorant. In iiſdem confiniis aliæ reperiuntur gentes, *Molgomſai* & *Badai*, qui tam Solem, quam rubrum panuum haſta elevatum, adorant. In littore dextri lateris ad fluvium *Oby*, fere in medio ejus longitudinis, magna Civitas ſita eſt, incolis bene referta, nomen ejus *Gruſtina*, ubi Commercia per merces *Moſcovitarum & Tartarorum* admodum florent.

Deſcriptio Sexta.

De Tartaria Zagataja, & Regno Turkeſtan.

ZAgataica *Tartaria*, attingit deſertum verſus Septentr· melius culta gaudet glebâ, melioribus urbibus, & incolę cultiorum ſunt morum, & rectæ indolis. Limes illorum eſt verſus Aquilonem fluvius *Jaxartes*, verſus Orientem *Regnum Turkeſtan*, verſus Meridiē *Perſarum Regnum*, verſus Occaſum mare *Caſpium*. Metropolis Regia eſt *Samarcand*, magna & ex lapidibus facta Urbs; ſed non populoſa admodum. Hanc poſſidit *Triumphalis Tartaricus Imperator*, *Tamberlanus Zahaſpa*. In exitu fluvii *Oxi*, & *Bickend* in medio Regionis ſunt duo celebria emporia, excipiuntq; merces Indorum & illorum ex Cathay. REGNUM TURKESTAN eſt veterum *Sacarum* terra, cujus incolæ urbani, beneque educti ſunt: præcipuæ illius nobiſque notæ

Urbes ſunt { *Taſkent*, *Cotam*, *Caſcar*, *Farkem*.

Deſcriptio Septima,

De Regno Magni Chami, & Veteri Tartaria.

HÆC etiam pars eſt Tartariæ, magnumque Regem Chamum longe lateque Dominum agnoſcit, cujus Imperio ſubjecta ſunt Regna, *Tainſu*, *Catay*, *Tangut*, ut item *Tenduc*, *Camul*, *Ciarciam*, *Carakitay*, & *Theber*.

Longitudo hujus Regni incipit ab Alpibus Noruncis ad fines desertæ Tartariæ, usque ad promontorium *Tabin*, pene DC. milliar. Germ. comprehendit *Sericam*, maximam partem *Schytiæ*, extra *Imaum*, & partem *Scythiæ* intra *Imaum* REGNUM CATHAY, est vetus terra *Serica*, quæ incolarum frequentiâ, pulchritudine Urbium, magnificis ædificiis, nec Veteri Græciæ, nec hodiernæ cedit Italiæ. Præcipua ejus Urbs est, *Cambalu*, Regia magni *Chami*, quæ 5. milliaria Germ. in circuitu habet, XII. portis, & totidem suburbiis cincta, magni nomen Emporii habet, mercibus Indicis Chinensibusque abundans. *Laindu*, Urbs famosa propter tenera pepla muliebria, quæ ex corticibus arborum pro fœmineo sexu præparant, Unde populi *Seres* jam apud Romanos inclaruerunt. Nam Plinius testatur hunc populum cinericios pilos arborum aquâ asperfisse, & depexisse. REGNUM TANGUT se jactat inventione typographiæ, ante CIↃ. annos inventæ: quanti vero illa typographia æstimanda, testantur libri Chinenses qui signa ligno incisa repræsentant, uni lateri tantum inservientia, totaque verba notantia. REGNUM TAINFU, amplum est, bene ædificiis cultum, & vini ferax: Habitatur à multis mercatoribus, & manuariæ arti excellenter deditis. Ibi bona parantur Arma; quin & ferrum Sericum, apud Plinium pro optimo est habitum. REGNUM TENDUC quod magnum, est terra magni & potentis Regis Sacerdotis Johannis, quod nomen communis error Regi Abyssinorum in Africa imposuit. *Tartaria Vetus* intra Regnum *Cathay*, & fluvium *Paropamisum* usque ad mare, ita vocatur, quia ex illa Regione nomen *Tartarorum* primum ortum est, multis gaudet terris, & *Hordis*, sive catervis, quarum nobis nomina incognita sunt. Terræ *Ung* & *Mongul* habentur nonnullis pro *Geg*, & *Magog*, quæ tamen nomina plerumque *Tartaros* & *Turcas* denotant, sicut completa S. Scripturæ Vaticinia satis testantur, quamvis *Turcæ Tartarique* inde suam possint ducere originem.

Descri-

Digitized by Google

Deſcriptio Octava.

DE CHINA.

NUlla orbis plaga magis eſt ferax falſi, quam hæc, ita ut mentientiũ artes inde videantur ortæ. Incolæ quidẽ reliquos circumjacentes populos ſapientiâ & ſcientiis ſuperant, ſed quoniam vicini populi omnium artium rudes ſunt, ideo Chinenſes parvam ſuam ſcientiam, magnam fecerunt: ut Europæos omnes cæcos, ſuæ autem gentis homines viſu maxime pollentes judicarint. Peregrinos non facile admittunt, jactantes vaticinium, quando ſapientes hominum in ſua terra conſpecti fuerint, Regnum à peregrino milite occupari debere, & ad alienam potentiam pervenire. Vaſa ibi conficiunt, dicta *Porcellana*, quæ ex conchis, putaminibus ovorum, &c. conficiuntur, terraque uſque ad centeſimum annum operiunt; dein liberis ſuis inſtar theſauri defodiunt. Currus velivolos, bombardas. Typographiam, prius quàm nos, invenerunt. In ſcriptura ſua non literis, ſed ſignis utuntur, quæ tota verba referunt; nec illa juxta invicem, ſed deſuper locant. Talia diverſa ſigna apud illos ad 5000. reperiuntur. Chartam ex ſerico conficiunt, valdè ſubtili, ita ut tantum in una parte imprimant. Ignorantiam ſuam vel maxime ex pictura ſprodunt, chartarum foliis conſimili. Hæc CHINA attingit verſus Occidentem Tartariam, à qua per Alpes Damaſia ſeparatur, ſicut & ab India. Verſus Septentr. Alpes ſunt Ottorocara, & has inter murus ferme CCC. Milliar. Germ. in longitudine eſt. Hic eſt inter montes contra incurſus Tartarorum erectus. Verſus Orientem eſt, *Chinenſis Oceanus*. Verſus meridiem, iterum idem Oceanus, & Regnum *Sian* Maxima ejus longitudo eſt, pene DC. & latitudo CCC Mill. Germ. Totum Regnum in multas terras dividitur, quarum pars verſus mare, reliquæ intus ſitæ ſunt. Quæ mare alluunt, dicuntur *Cantam*, *Boquium*, *Chiguriam*, *Naugujn*, *Xantum*, *Paquin*. Mediterraneæ vero vocantur *Xiamſi*, *Cauſy*, *Saucy*, *Sichuam*, *Hannum*, *Suava*, *Huquam*, *Suinam*, *Quichen*, *Quiancy*, *Cochinchina*, *Quancy*. In toto Regno numerantur ferme CCXL. Urbes, foſſis muriſque bene munitæ, excipe vicos & pagos; quorum incredibilis numerus

exstat. Magnitudo Urbium inde æstimari debet, quod *Canan*, una ex minimis, plus quam trium Mill. German. circuitum habeat. De Regia scriptores non conveniunt. Nam illam alii vocant *Paquin*, alii *Xantum*, alii *Quinsai*. In hoc tamen omnes conveniunt, quod ad fines Tartariæ sita sit. Antea metropolin fuisse *Nanquin* statuunt, magnam Urbem, in medio Regni, ad mare sitam. Quod vero Urbem *Quinsai* spectat, quæ aliis Magni Chami Tartarici, aliis Chinensis Regia salutatur, quemadmodum utriusque opinionis testimonia sunt, apud prudẽtes incredibile meritò habetur, quod de hac M. Polus Venetus scribit, quod in circuitu suo complectatur C. Milliar. Italica, quæ XXV. Milliaria communia continent: pariter, quod ibi 12000 lapidei reperiantur pontes, quorum quidam ad tantam altitudinem assurgunt, ut erecto malo nautico sub illis iter faciant. Tum quod ibi lacus sit circuitu 7. Mill. Germ. in quo 2 Insulæ, in quarum singulâ Regia aula, incredibili pompa exstructa refertur. Pro Urbis præsidio, Militum XXX. Millia esse. Verùm hoc ex vero est, quod hæc Urbs, post tempora Marci Poli bello vastata, aut per alia mala, magnum passa sit detrimentum.

Descriptio Nona,

De Regionibus apud Chinam.

JAponia, & *Corea*, apud Veteres Cosmographos prò Insulis habitæ sunt. Hodie tamen de utraque dubitatur. Putantque nonnulli, quod terræ continentes sint, à *China* non separatæ. *Japonia* Nobilissima terrarum est, cujus incolæ prudentiâ & artibus Chinenses antecedunt, melioresque milites, quam illi sunt. Peregrinis non concedunt multum libertatis. *Lusitanos* ejecerunt, & nuper *Batavos*, qui antea ibi mercaturam exercebant: & ædes ædificabant. In hac terra sunt principales Urbes *Meaco*, ubi illorum supremus Dominus sedem suam habet, & *Ossacala*. *Corea* apud Incolas *Caoli* appellatur, continet in longitudine CCXXX. in latitud. L. Milliar. Germ. multi ibi Dominatus sunt, qui quidem Regio veniunt titulo, sed potentiâ Regiâ non pollent. Urbs *Tauxem* sita est in hac Provincia. Circa Japoniam adhuc nonnullæ parvæ sunt Insulæ, quas inter

Cikcki

Digitized by Google

Cikoko, ibi ſitum eſt Emporium Nageſak, quo Batavi merces ſuas deferunt, *Firando* Inſula eſt, ubi Luſitani ſæpius appellunt.

Deſcriptio Decima

INDIÆ.

REGNUM CHINÆ attingit INDIAM verſus Ortum, & Septentr. Nobiliſſima in tota Aſia terra, tam dives auri, & argenti; ut antiquorum fuerit ſententia, terram ibi eſſe auream & argenteam. Nomen terræ ab *Indo* fluvio deſcendit, à quo verſus Occaſum clauditur; verſus Aquilon. ſunt *Emodicæ* alpes, verſus Ortum *Damaſici* montes, & *Meandrus*, verſus Meridiem *Indicus Oceanus*. Maxima Longitudo eſt DC. Milliar. German. Latitudo CCCCL. Olim dividebatur per fluvium *Gangem* in *Indiam* intra *Gangem*, & Indiam extra illum. In Veteri Coſmographia legere eſt, quod in India IX. Millia populi habitarint, quos inter Brachmanes inclaruerunt: qui Indianorum Sapientes, & Græcorum Gymnoſophiſtæ ſunt. (De *horum Religione, vita moribuſque*, in Belgica lingua liber prodiit. Tradidit illorum eruditas ſententias B. M. Cl. M. Z. Boxhornius latine in Colleg. Privat. Polit.) *Gangaridæ* tam potens fuerunt populus, ut Alexander M. non auſus fuerit illorum Regem bello provocare. Veteres mentionem faciunt, V. Mill. Urbium maximarum: Has inter, *Nyſam* præcipuam fuiſſe contendunt. In qua Bacchum vel Liberum patrē ita illis dictum, natū fuiſſe perhibent. Indica Natio antiquiſſima eſt, nec unquam ſedes ſuas reliquit; quapropter non mirum eſt, tantam ibi eſſe hominum, Urbiumque multitudinem. Liber pater ibi dicitur primum egiſſe Triumphum. Poſtea Perſæ partem inter *Indum* & *Gangem* occuparunt, tamdiuque retinuerunt, donec Darius ſuperaretur, & poſtmodum ab Alex. Magn. etiam Indorum Rex Porus ſubjugatus, Victorum Dominum agnoſceret. Dein ſub Regimine 5. Regum diu acquieverunt, donec, ex longo tempore in illis terris latentes, per Luſitanos Orbi notiores facti ſunt. Et quoniam illæ terræ tam longè à nobis ſunt remotæ, inducti ſunt quidam, ut crederent monſtroſa animalia & ſerpentes multorum capitum ibi reperiri. Nobiliſſimi fluvii ſunt *Indus*, & *Ganges*.

Indus oritur ex monte *Paropamiſo*, XIX. fluvios abſorbet, inter quos *Hydaſpus*, & *Hypaſis* præcipui ſunt. Latitudo Indi maxima eſt. L. ſtadia & XV. paſſus profundus. Septem effluviis ſe in mare evolvit. *Ganges* ferax eſt unionum, & auri, oritur ex Scythicis montibus; latitudo minima 2. Mill. German. eſſe dicitur, & minima profunditas, C. pedum aſſeritur. Poſtquam *India* per aliquot tempus incognita fuit, quidam Luſitanus Guaſio Gania dictus, A. C. cIↃ. CCCCXCVII. iter ſuſcepit ex Hiſpania, & caput bonæ ſpei appulit; & Africam circumnavigavit, tandem littus Indiæ, exploravit; hoc facto, alii à Rege plures Luſitani eo miſſi ſunt, qui hic inde littus ſuperarunt, & nomine Regio illi caſtella impoſuerunt. Eo tempore compertum eſt, plures populos Indiam incolere, ut ſunt Indiani, *Judæi*, *Perſæ*, *Scythæ*, *Arabes*, & pars *Chriſtianorum*, qui à S. Thoma Religionem Chriſtianam profitentur: *Hiſpani* & *Luſitani* hac navigatione ſoli diu ſunt uſi, conſtitueruntque ibi Præfectum, donec & Batavi illorum veſtigia legerent, magnaque commoda illis eriperent. Hodie *Ganges* adhuc illam terram in duas partes dividit; inde pars intra *Gangem Indoſtan*, altera *Mangi* dicitur. Tertiam partem dicere poſſumus *Magni Mogoris* Regnum, quod etiam ad Indias ſpectat. In *Indoſtan* ſitum eſt Regnum *Cambaja*, cum Urbe ejuſdem nominis, in exitu fluvii Indi, quæ in tota India pulchritudine & magnitudine præcipua eſt, & ideo Indianicum *Alcair* dicitur. Regia eſt in Campanel altitudine ſeptem muris cincta. *Goa* eſt propter magnam mercaturam, fertiles campos, frequentiam incolarum, & elegantiam ædificiorum inſignis Urbs; & propter fortem ſitum, dicitur janua & aditus Regni. Noſtro tempore Jeſuitæ ibi inſigne Collegium & Typographiam erexerunt. *Dio* & *Damnon* ſunt 2. arces, quarum una in Inſula, altera in continenti à Præſidiario Hiſpanico milite cuſtoditur. *Bedar* & *Decan*, ſunt 2. celebres Urbes, ſupra Indum, in Provincia *Guzarate*, quæ pars eſt Regni *Cambaja*, ſita eſt Urbs *Ardavat*, in littore Indico. In REGNO NARSINGA ſitæ ſunt duæ Regiæ Urbes: *Narſinga* & *Beſnagar*. *Portugalli* poſſident *Onor*, *Batecala* & *Mangalor*. Urbes *Colmandel* & *Maliapor*, à Chriſtianis inhabitantur. In ultimo oſtenditur ſepulchrum Divi Thomæ. In Regno MALABAR, quod alia parva ſub ſe continet, ſitæ ſunt Regiæ Urbes.

Cali-

Calicut, *Cananor*, *Coulete*, *Cranganor*, *Cochin*, *Coulan*, *Travancor*; Calicuth quidem præcipua eſt inter omnes, ſed humilia habet ædificia,

Incolæ Hialain genium venerantur, vocantque Regem ſuum *Samory*, ſupremum Cæſarem & Deum in terris. Ex *Cochin* adfertur nigrum piper, paretque Luſitanis. REGNUM ORIXA ſitum eſt ad Gangeticos ſinus, complectiturque Urbem *Orixa*, & Regiam ſedem in *Ramana*. In altera parte Indiæ ſita ſunt REGNA,

BENGALA,
PEGU,
SIAN,
CAMBOJA.

In REGNO BENGALA, ſitum eſt Emporium celebre *Bengala*, in Inſula, fluvii *Coſmin*, non procul hinc ſita eſt *Aracam*, cum cohærente Provincia. REGNUM PEGU complectitur Urbem *Pegu*, in Inſula ſitam, & inter celeberrimas Urbes totius Indiæ Principem: pulchris munita muris eſt, multiſque pretioſis ædificiis. Sub his Regnis alia parva continentur, inter quæ Regnum eſt *Ava*, ſitum ad Septentr. abundans lapidibus *pretioſis*, equis, elephantis. Regnum *Sian* magnũ eſt, complectiturque magnam Regiam metropolin *Sian*, & Urbem *Malacca*, in peninſula dicta, Aurea Cherſoneſus. Hujus Urbis circuitus æſtimatur 4. Milliar. Germ. eſtque ibi magna aromatum copia. In Regno CAMBOJA ejuſdem Nominis Urbs eſt. Reges vero Regiam ſuam habent in *Diam*, quæ etiam *Odia* dicitur. Ultima pars Indiæ, nimirum Septentr. regitur à magno *Mogor* vel Mogol. Capta & occupata eſt vi armorum à Tartaris Regibus, quorum Regimen & nomen ibi manſerunt. Hic Rex multis aliis Regibus imperat, inter quos etiam Rex *Decan* eſt, qui tributo adamantum ſubjectionem ſuam teſtari tenetur. Magni *Mogoris* aula eſt in *Delly*, incredibili magnificentiâ inſignis. Ipſi etiam parent Urbes

Mandao, *Moltan*,
Sanga, *Citor*, *Aracan*.

Descriptio Undecima,

De INSULIS IN INDIA SITIS.

INsularum in India tam magnus est numerus, ut omnes nequeant exprimi. Notandæ igitur sunt præcipuæ. Præcipua est *Sumatra*; quæ antiquorum Taprobana Insula esse creditur. Distribuitur in x. Regna, ferax est Oryzæ, & aromatum. Oblongi piperis non parva ibi est abundantia, quod quotannis in *Cathay* devehitur. Nullibi reperiuntur elephantes, magis ad bellum fortiores & apti, quam hic. Urbes ibi sunt *Achem*, quarum Rex cum Batavis amicitiam colit. *Pedir*, *Ticou*, *Priaman* *Palimbao*, quæ Lusitanorum partes sequitur. *Magna Java*, quæ nondum penitus nota est, comparatur propter magnam copiam parvo mundo. Nam ibi in tanta abundantia Piper reperitur, in quanta Uvæ sunt in Germania. Metropolis hujus Insulæ est *Bantam*, dives emporium. Ultra sitę sunt *Cheribon* & *Japara*. Batavi ibi Urbem *Jacatra* occuparunt, firmaruntque vallo, hodiê dicitur *Batavia*, pro insigni habet nudum gladium, & lauream coronam. Administratorem ibi Batavi constituerunt, qui etiam super alios thesauros in India imperium habet; huic tertio semper anno alius succedit. Insula *Borneo* est valde magna, omnium rerum ad vitam pertinentium copiâ abundat: Præcipua sunt adamas, genus parvorum equorum. Metropolis Insulæ etiam *Borneo* dicitur, mari adjacens. *Sucadono* & *Bandarmassin*, mercaturæ deditæ sunt. Insula *Zeilã* apud incolas *Tenarisin* dicitur, ferax est arborum, quæ semper vel flore, vel fructibus oneratæ sunt: gaudet multis peregrinis fructibus, & aromatibus. Elephanti hic optimi totius Indiæ sunt. Olim tota Insula uni Regi fuit subjecta, jam vero in 9. Regna distributa est. Præcipua Urbs est *Colmucli*, ubi arx *Columbo*. Hæc, à Batavis, Lusitanis erepta est, qui adhuc, tanquam amici vicini Regis, illam possident, magnamque exercent mercaturam. Tres illæ Insulæ,

{ *Celebes*, *Gilolo*, & *Ceram*, Ptolomæo Sindis adscribuntur.

In Insula *Celebes* sita est *Macassar*, celebre emporium caryophyllis, qui ab Anglis, Hollandis, Lusitanisque huc adferuntur, qui multas Chinensium merces secum ferunt.

Digitized by Google

runt. Inter has ſunt Inſulæ *Moluccæ*; quæ quidem parvæ, ſed aromatum valde feraces. Harum nomina ſunt, *Bachian*, *Tidor*, *Ternate*, *Motir* & *Machian*. Terra his in Inſulis ſpongioſa eſt, quæ etiam imbres impetuoſos ſtatim abſorbet; aër inſalubris eſt, ita ut hic mercatores ſæpius diem ſuum obeant, magiſque tenentur æſtimare lucrum, quam vitam. Hic in abundantia creſcunt, nux odorata, maſtix, Aloé, caryophilli, cinnamomum, Zingiber primum rubrum, poſtea Sole nigreſcit. Hic reperitur avis paradiſi, dicta manucodiata, pinnas pulchras habens. Hæ Inſulæ fuerunt ſub Imperio Carol. V.

Cum Papa ſententiam tuliſſet, ut omne illud, quod à meridiano C. Milliaria ad occaſum ſito, de Capo Verde verſus orientem inveniretur, *Luſitanis*, quicquid vero verſus occidentem vergeret, & aperiretur, *Caſtilianis* in poſſeſſionem cederet, hoc pacto Mundus totus inter illos velut diviſus erat. Cum autem Luſitani quererentur, & Braſiliæ inhiarent, res per utrinque miſſos Legatos ita eſt compoſita, ut hæc diviſio 270. Milliaria verſus occaſum protraheretur. Hinc Ferdinandus Magellanus Luſitanus inventus, qui vindicias contra Emanuelem Regem ſuum animo volvebat, quod viliter ab ipſo haberetur. Significavit igitur Cæſari, Inſulas *Moluccas* ad diviſionem Caſtilianam pertinere. Auxilio igitur Cæſaris An. C. clɔ. D, XIX. verſus meridiem navigavit, uſque ad latitud. 52. gr. verſus meridiem. Poſt, curſum ſuum verſus Occidentem direxit, & per fretum, quod ab ipſo nomen accepit, animum ad *Moluccas Inſulas* intendit. Quamvis vero ille in prælio contra incolas occubuerit, comites tamen illius rem effectam dederunt, & quamvis reliquę naves perierint, una tamen in Hiſpaniam unionibus & aromatibus repleta appulit, quæ navigatio Argonautarum temeritatem longe ſuperat. In dicta Inſula *Ternate* ſita eſt Urbs *Gamalama*. Inſula *Timor* fert album & luteum *Sandalum*, quod incolę pro ferro, ut aſciâ, cultro, gladio, commutant. *Cenaon* Inſula eſt nucis odoratę feraciſſima. Amboina profert multos Caryophyllos Banda cum ſex circumjacentibus Inſulis, quas inter illa, à Hollandis ſuperata, multas ferunt nuces odoratas, (Zingiber) & Chinenſicas radices, medicamentis aptas. In memorata Inſula Ternate ſita eſt Urbs

Gama-

Gammalama. Insula Java minor nomen habet à præcipua Urbe, Cambaba. Insulæ Philippinæ, dicuntur apud Ptolomæum *Caruſſæ*, ita vero dictæ sunt in honorem Regis Hispan. sub cujus Imperio illæ sunt. Præcipua harum est *Luzzonia*, ubi Hispani ad mare Urbem Manillam ædificarunt. Tandir vocatur etiam Philippina, melior & amœnior est, quam alteræ. Mindanao nonnulla emporia tenet, nam ex his Insulis Hispani mercaturam exercent, versus *Chinam* & *Mexico*. *Hormoso* proxime REGNO CHINÆ adjacet, ubi Hollandi *Tagoan* occuparunt, ideoque quotidiè cum incolis necessaria habent prælia, Duodecim milliaria ab hinc, Lusitani Castellum occuparunt. Versus Ortum multæ sitæ sunt Insulæ, quas Hispani Illas de las Velas nominant.

Descriptio Duodecima,

De REGNO PERSIÆ.

REGNUM PERSIÆ, olim magnum potensque fuit quod partem *Asiæ*, quæ supereſt, cum parte Indiæ & Ægypti continebat: Ubi longitudo ad DCC. Milliar. Germ. latitudo ad D. excurrebat. Hodie quidem magna terra est, quæ tamen ad veterum præstantiam non accedit: longitudo ejus est hodie CCCC. LX. latitudo CC. LXX. Milliar. Germ. Fines ejus hodierni sunt versus Boream, mare *Hircanicum* vel *Caspium*, fluvius *Oxus*, & mons *Cancasus*; versus Ortum, fluvius *Indus*; versus meridiem, Oceanus, & Persici sinus; versus Occasum, fluvii *Euphrates*, & in hunc incidens *Tigris*, montes Niphatici, & fluvius *Araxes*, qui in Caspium mare devolvitur. Olim hæ numerabantur terræ: *Gedrosia*, *Carmania*, *Drangiana*, *Arachosia*, *Paropamisis*, *Bactriana*, *Hyrcania*, *Aria* & *Parthia*. *Gedrosia* proxima est Indiæ, ubi sita est *Gusarata*; ibi olim habitabant *Orbitæ*, *Parsiræ*, *Musarvæi*, *Rhamnæ*. Erant ibi *terr. Paradenæ* & *Pariſenæ*, fluvius *Arbis*, vel *Arabis*. Præclaræ Urbes, *Parsis* terræ metropolis, *Cuni* & *Arbis*. In Carmania, ubi jam Provinciæ *Kirman*, *Goadel*, & *Regnum Ormus*, erant populi quorum nomina post sequuntur: *Isatichæ*, *Zuthi*, *Gadanopydres*, *Cameleboſci*, *Zazotæ*, aut *Agdenites*, *Rhudianæ*, *Ares*, *Charadræ*, *Pasargadæ*, *Armosæi*, Provincia Modomastica, *Parapapsitis*, *Cibadina*, *Chantonice*. Fluvius *Semidaces*, & mons

Semi-

Semiramis. Urbes, *Carmana*, *Samidace*. *Alexandria*, *Armuza*, Hodie ſita eſt in KIRMAN urbs *Kirman*. REGNUM ORMUS adhuc potens eſt, ſitaque ibi eſt Urbs Ormus, in Inſula: Urbs egregia, ubi cum pretioſis lapillis, margaritis, & aromatibus magna commercia exercentur. Vetus Provincia *Drangiana* hodie dicitur *Sagiſtan*: olim ibi erant 2. populi, *Daranda* & *Barry*. Provincia *Taracene*, & celebris Urbs Ariaſpe & *Prophtaſia*. In Provincia Arachoſia, jam *Candahor*, habitabant *Pargynta*, olim *Arimaſii*, dicti & poſtmodum *Evergeta Sydri*, Replutæ & *Everta*. Urbes erant *Arachotas* & *Alexandria*. Hodie ibi eſt urbs *Candahor*, quæ ab Indicis & Cataicis mercatoribus bonam exercet mercaturam. *Provincia Paropamiſis*, jam vocata *Sableſten*, complectitur populos, quorum nomina, *Bolitæ*: *Ariſtophyli*, *Ambytæ*, *Parietæ*, & *Perſii*. Civitates dicebantur *Carura*, vel *Ortoſpana* & *Naulibis*. In *Bactriana*, quæ nunc eſt *Coraſan*, erant hi populi: *Salatare*, *Zariaſpæ*, *Chomari*, *Acinacæ*, *Tambyci* & *Thocari*, magnus populus. Porro *Mariaci*, *Scordi*, *Varni*, *Savadii*, *Orſiti* & *Amariſpi*. Duæ urbes Principales *Bactra* & *Ebuſmi*, & *Urbes Maracanda* & *Charracharta*. Hodie ſita eſt in Coraſã, Regia ingens & amœna urbs *Iſtigias*. In *Margiana*, ubi nunc eſt *Elſabar*. Erant populi *Derbica* & *Maßagetæ*, qui ex Scythia huc commigraverant. Porro *Parni*, *Dacæ*, *Dixtapurni*. Omniũ urbium celeberrima erat *Alexandria*, quæ poſtea *Antiochia*, *Margiana*, & tandem *Seleucia* appellata eſt. In *Hircania*, ex qua alluens mare ſuum trahit nomen, habitabant *Maxeræ*, *Aſtabani* & *Chirindi*. Ibi erat Provincia *Arſitis*, & urbes *Hyrcana* & *Amaruſa*. In *Area*, quæ nunc *Diargument* dicitur, habitabant *Niſæi*, *Aſtaveni*, *Muſdorani*, *Caſirotæ*, *Obares*, *Elymãdri*, *Borgi*. Ibi erant urbes *Aria*, *Alexandria*, & *Bitaxa*. In *Parthia*, quæ nunc *Arac* dicitur, erant Provinciæ *Ca[illegible]ſene*, *Parthiene*, *Paratauticene*, *Tabiene*, ubi *Sobidæ* habitabant. Metropolis, & Regia ſedes erat urbs *Hecatonphylus*, quæ à 100. portis nomen ducit, Creſiphon, quæ deſtructa eſt. In *Arac*, Caſſain, parte una hujus Regionis, ſita eſt magna & opulenta urbs Hagiſtan vel *Hiſpahan*, quæ propter magnitudinem apud Perſas ſemi mundus vocatur. In Provincia *Perſide*, jam *Farſi*, habitabant *Meſabatæ*, *rapſii*, Hippophagi, *Suzei*, *Magores*, Stabæi. Provinciæ vocabantur *Paretacene*, *Miſdia*, *Mardiene*, *Toacene*. Omnium Urbium Præclariſſima fuit *Perſepolis*, olim

olim metropolis *Perſici Imperii*, cum arce admirabili, quam Alexander M. aliquando bene potus accendit. *Axima* pulcherrima erat, & *Toace* tertia. Noſtris temporibus ſita eſt in Farſi Vrbs Regia *Siras*, pulchra & magnifica Vrbs, inter maximas quę verſus Orientẽ ſitæ ſunt numeranda, utpote quæ 5. Mill. Germ. in circuitu complectitur. In Provincia *Suſiana*, jam *Elaran*, habitabant *Elymæi*, quorum terra *Elimæa*, & *Elymais* dicebatur; & *Coſſæi*. Provinciæ dicebantur, *Melitene*, *Cabamene*, *Characene*, *Ciſſia*, *Chaltapitis*, & fera cãpus *Dera*, aut *Derius*. Celebriores fluvii erant, *Moſæus*, Orontes, *Eulæus*, qui tamclaras vehebat aquas, ut Reges nullo alio potu uti mallẽt. Vrbes dicebantur *Suſa* & *Tariona*. In *Aſſyria*, jam *Cuſiſtan* dicta, ſitæ erant Provinciæ, *Arrapachitis*, *Apolloniates*, *Sitacene*, *Adiabene*, *Calacene*, & *Arbelitis*. Populi *Caramæi* & *Sambare*: flumina, quæ influebant *Tygrin*, *Lycus*, *Caprus*, *Gorgus*. Vrbs, *Ninus*, vel *Ninive*, antiquis temporibus celeberrima, *Arbela*, olim vicus erat, priuſquam apud ipſam Darius ab Alexandro vinceretur, *Media* jam vocatur *Sarch*, in illa habitabant populi *Caſpii*, à quibus mare *Hyrcanicum* nomen maris *Caſpii* ſimul trahit, *Caduſii*, *Geli*, *Dribyces*, *Avarici*, *Mardi*, *Carduchi*, poſtea dicti *Gordieni*, *Marunda*, *Margaſi*, *Sagartii*, *Tapuri*, *Sidices*, *Vadaſſi*. Provinciæ *Atropatia*, *Choromiterne*, *Sagrianica*, *Ragiana*, *Daritis*, *Zapavortene*, & *Syromedia*: inter Vrbes erat *Ecbatana*, admodum magna & opulenta Civitas, *Arſacia*, *Cyropolis*, & *Europus*. Fluvii vocabantur, *Cambyſes*, *Cyrus*, *Mardus*, vel *Amardus*, *Strato*, & *Corindas*. Montes *Coronus*, *Jaſonius*, *Orontes*, *Zagrus*, & *Choatras*, Hodie ſita in *Sarc*, Vrbs *Tauris*, ad montem *Orontem*, 4. Mill. Germ. in circuitu continens, Regiaque fuit Regum, antequam à Turca An. cIↃ. DLXXXV caperetur. Poſtmodum Regia, *Coſmin* tranſlata eſt, ſunt & ibi ſequentes Vrbes, *Tu[illegible]man*, *Derbent*, *Tamas*, *Irex*, *Zeken*, *Meren*, *Ardovil*, & *Servan*. Rex Ardovil Sophi, vel hodierni Reges ſuam derivant originem. Lingua Perſica eſt vetus Germanica, ad cujus rei fidem Clariſſ. D. Elichmannus Germanicos fecit verſus, qui à nativo Perſa poſſunt intelligi.

Deſcri-

Descriptio Decima Tertia,
De Regibus in Persia.

PRimum *Assyrii* has Regiones tenuerunt, postea *Medi*, à quibus Cyrus Imperium in Persas transtulit. Post illum Macedones, devicto Dario, terram occuparunt. Postquam verò Romani bonam partem Regionis illius superassent, *Parthi*, olim gens contempta, magnum erexerunt Imperium, Romanisque ingens fecerunt detrimentum, donec ipsi à *Saracenis* & *Tartaris* plecterentur. Ultimum, virilis in Persis animus tandem emersit, dum se à Tartaris A. C. CIↃ. CCCCVII. vindicassent. Reges post hæc tempora illorum hi fuere:

Casa Issuf.
Anur Scander, ejus filius.
Jooncha.
Acenhaly, ejus filius.
Usumcassanes,
Calil, ejus filius.
Jacuppus,
Baysangor, ejus filius.
Rostamus,
Hagmetbecus,
Alvvambecus,
Sultan Morat,
Ismael Sophus,
Tamas, ejus filius.
Ismael, ejus filius.
Mahometh Hodabandes,
Abas, ejus filius.

Descriptio Quarta Decima
ARABIÆ.

ULtra Arabicum sinum sequitur *Arabia*. Primum hic notandum est, mare Rubrum apud Veteres Arabicum sinũ dictum fuisse; quod nomen jam à nonnullis, alteri sinui, qui

qui Arabiæ versus Septentrion. adjacet, datur. *Arabia* nulli terrarum cedit: est ingens Regio, floruit olim incolis; Ita ut Rex Tygranes magnus in *Mesopotamia* usque ad montes *Amanum* & *Niphaten*, subditos numerarit qui Arabici populi fuerunt. Erat etiam pars *Arabiæ* in *Africa* inter Ægyptum, totumque illud latus veteris Arabici sinus populi inhabitabant, de quibus in Africa dicetur. Veri fines *Arabiæ* fuerunt, versus ortum Alpes, quæ illam à Provincia *Babyloniæ* separabant, Persicus maris sinus (Cujus pars jam Arabicus sinus dicitur.) Versus meridiem Vetus Rubrum, vel Erythræum. Arabicus sinus, qui nostris temporibus, ut & in Scriptura Sacra, mare rubrum vocatur; & angusta pars terræ, vel *Isthmus* qui inter ultimò dictum & Ægyptiacum mare situs est. Versus Septentr. erat *Euphrates*. Longitudo continet 350. & major latitudo 340. minor verò 180. Mill. Germ. & dividitur in *Petræam*, *Desertam*, & *Felicem Arabiam*. *Arabia Petræa* attingit ad Occidentem internum latus *maris Rubri* & *Ægyptum*; versus Septentr. Palæstinam, & Cœlesyriam, versus Orientem, Desertam Arabiam, & versus Meridiem Alpes, quæ illam à *Felici Arabia* separant. Dicebatur principaliter, à sua metropoli Petra, quæ celeberrima habitataque fuit à *Nabatæis*. Reliquæ Celebres Urbes erant *Medaba* & *Bostra*. Mons *Casius*, cum ingenti templo Jovis Casii, à quo non procul *Pompeji* sepulchrum situm erat Urbs *Petra* hodie vocatur *Arach*, sitaque ibi est *Medina*, celebri à sepulcho Machometis. *Arabia* deserta nostris temporibus vocatur *Arden*. Attingit primum dictam partem *Arabiæ* versus Occasum, ut & *Cœlesyriam*, versus Septentr. *Euphratem*. Versus orientem ab Alpibus à Babylonia, & versus meridiem ab aliis montibus à *Felici* separatur *Arabia*, quæ plana quidem, sed sterilis est. Erant ibi duo celebres populi *Nomades* & *Scenitæ*: ultimi non tantum ultra *Euphratem* extendebantur, sed etiam *Infelicem Arabiam*. Felix Arabia hodie vocatur *Ayeman*, est pars anterior intra Rubrum, & Persicum mare, & Oceanum: multo nobilior est quàm reliquæ aliæ: feraxque est multorum benevolentium fructuum. Imprimis Cinnamomi, & thuris: olim hic multi clari habitabant populi, ut *Minæi* & *Sabæi*. Sed *Saraceni* imprimis innotuerunt, qui *Africam* & partem *Europæ* depopulati sunt. Celebres Urbes erant, Regia Urbs *Badino*, *Pudnopolis*, *Musa*, *Ocelis*,

Digitized by Google

Ocelis, ad mare *Perſicum Gerra*, ad mare Rubrum *Arabia* & *Cana*, intus *Oſtama*, *Maraba*, *Saba*, *Saphar*, *Sabatha* & *Omanum*. Hodie ſunt *Mecha* & *Aden* præcipua, quas inter ultima pulcherrima & fortiſſima eſt.

Deſcriptio Quinta Decima, PALÆSTINÆ.

SUb hoc nomine conplectimur Regiones, *Judæam*, *Idumæam*, *Samariam*, *Phœniciam*, *Galilæam*, *Paleſtina* contermina eſt verſus meridiem Arabiæ Petreæ, verſus orientem Cœleſyriæ, verſus Septentrion. Phœniciæ, & verſus occident. Syriaco mari. Primum dicta eſt Canaan à Chami filio, qui illam primus poſſedit; quoniam autem Iſraëlitis à Deo Palæſtina promiſſa fuerat, poſtmodum Judæa fuit dicta. Apud Romanos & Græcos nomen *Paleſtinæ*, à maximis populis Philiſteis accepit. *Judæa* dividebatur in duas partes; nimirum in partem cis *Jordanum*: & ultra *Jordanum*, quæ *Perea* appellabatur. Primam inter ſe dividebant octo ſtirpes, cum dimidia; ſitæque ibi fuerunt, quæ ſequuntur, Civitates; *Ieroſolyma*, celebrrima Urbs, cujus templum vere miraculum mundi fuit, reliqua ſuperans omnia miracula. Equidem hoc in alto monte fuit exſtructum, inferius muro quinquaginta ulnas craſſo ex alboque marmore confecto circumdatum, ejus altitudo 300. ulnas continebat, & æqualis erat. Templi ex auro tectum fuit, &c. Hanc Urbem templumque Cæſar Veſpaſianus, & filius ejus Titus, funditus everterunt, ſoloque æquarunt. In ejus locum aliam Ælius Adrianus novam urbem ædificavit, dictam Æliam Capitolinam. Poſt Jeruſalem erat *Hebron*, Regia Urbs,

{ *Iericho*, *Rama*, *Lidda*, *Gerar*, *Thimna*, *Bethlehem*, ex ſacris notæ. Ad mare ſitæ erant *Ioppe*, jam *Ieffa*.

Hanc ſtetiſſe dicit Plinius ante Diluvium, fabulamque *Ethnici* habuerunt, quod Andromeda ibi rupi alligata, expoſita fuerit marinis monſtris, à Perſeoque liberata. *Iamnia*, aditus Judæorum, *Aſcalon*, ad mare Urbs erat & *Azothus*. In ſecunda parte Judææ, quæ diviſa erat duabus cum dimidiâ tribubus, ultraque Jordanum ſita erat. Vrbes numerabantur *Hiſton*, Regia Urbs, *Aroer*, ad fluv. *Arnon*, *Debir*, *Altera Aroer*, *Mahanaim*, *Suchot*, *Pragal*, *Ephron*, *Aſchoroth*,

rot, & *Bosra*, *Macherus* post Jerosolymam præcipuum fortalitium erat. *Idumæa*, sita Judæis versus meridiem, dividebatur in *Inferiorem* & *Superiorem Idumæam*. Prima ad mare sita erat, eratque ibi metropolis *Gaza*, in Persica lingua thesauri locum significans, quod cum Cambyses cum Ægyptiis bella gereret huc suos deposuerit thesauros. Expugnavit illam Alex. M. delevitque funditus. In superiori *Idumæa* erant *Gerar* & *Ekron*. *Samaria*, à sua metropoli *Samaria*, ita dicta fuit, quæ postmodum Sebaste vocabatur, ubi Reges super 10. Tribus habitabant, sitaque erat in monte Semer. Pertinebant etiam ad Samariam *Neapolis*, *Gamala*, *Apollonia*. *Galilea*, duplex est in Script. S. *Inferior Galilea*, & *Galilea Gentium*, quæ ultima pars est Phœniciæ. In *Inferiori Galilea*, quæ *Samariam* versus orientem attingit, sita erat *Cæsarea*, olim Turris Stratonis, priusquam ab Herode reædificaretur. Ad stagnum *Genesareth*, quod etiam mare Galilææ dicitur, sita erat Capernaum, magna & celebris Urbs, *Julias*, *Bethsaida*, *Tarichea*, *Tiberias*: fere in media via intra *Capernaum* & *Cæsaream*, sita fuit *Nazareth*, minor *Cana*, quę Cana *Galilææ* dicebatur. Phœnicia protensa erat primum, ab aqua *Eleutheri*, usque ab urbem *Pelusium*, (quæ nunc *Damiata* dicitur. Post in Ægypto sunt duo fluv. *Cherseus*, & *Eleutherus*, fines facti. Hæc Regio dividitur in S. Scriptura in 2. partes: nimirum in *Syrophœniciam* & *Galilæam* Paganorum. Galilæa Paganorum erat intra exitum fluvij *Cherset*, & montem *Antilibanum*; *Syrophœnicia* vera intra *Antilibanum* & verum *Libanum*. In *Phœnicia*, hæ celebres erant Urbes; ad litus maris. *Ptolemais* vel *Accon*, quæ olim in magno erat respectu, *Tirus*, ubi Ditissimum Emporium fuit, insula sita, sed Alex. M. illam continenti conjunxit, vique superavit, & funditus evertit. Vocatur in S. Scriptura *Zor*, idcò etiam apud incolas hodie *Zur* appellatur. Navigatio ipsi olim magnam fortunam, & per hanc, luxum conciliaverat; in tantamque excreverat potentiam, ut in Africa *Leptim* & *Uticam*, Romanorumque æmulam *Carthaginem*, & *Gades* in fine Veteris mundi ædificarit. Postea propter purpuram clara fuit. *Sarepta* ob domicilium Prophetæ Eliæ nota erat. *Sidon*, mater *Tyrorum*, magnis floruit divitiis, antequam à *Persis* occuparetur. Maxima in mari erat. Et ob vitra artificiosę

tificioſe facta non ignota. Fuit quoque mater Urbis *Thebarum* in *Bœotia*. *Beritus* etiam felix *Julia* dicta, adhuc ad mare celebre eſt emporium, Baruto dictum. *Byblus*, *Botrus*, *Aradus* etiam in hac Provincia ſitæ erant. *Tripolis* triplex Urbs erat, ita ut hæ tres urbes uno tantum ſtadio diſtarent; Treſque populos auctores originis habuit, *Tyros*, *Sidonios* & *Arcadios*. Intus ſitæ erant, *Antaradus*, *Paleobyblus*, & *Marathus*. In GALILÆA Ethnicorum ſita erat *Cæſarea Philippi*, ad confluentem *Jor* & *Dan*. Mons *Libanus* incipiebat poſt Sidonem & ad M. D. ſtadia excurrebat, uſque in *Cœleſyriam*. Huic ſimilis eſt *Antilibanus*, valleque tantum dividuntur, olim etiam muro jungebantur. In *Galilæa Ethnicorum* mons *Carmel* ſitus eſt. *Phœnicij* prudentes fuerunt populi, ad utrumque tempus belli & pacis apti. Literæ & ſcripturæ aliæque bonæ artes ipſis inventoribus adſribuntur: Navigationes & pugnæ navales ad illos etiam referuntur: Imperare poſſe populis, & prælia inſtruere, ab ipſorum ingenio proveniſſe multi exiſtimant.

DISCRIPTIO XVI.

SYRIÆ.

Syria quondam ingens fuit Regio, utpote quæ *Aſſyriam*, *Meſopotamiam*, *Babyloniam*, *Phœniciam*, & *Paleſtinam*, complecteretur, ex longo quidem tempore potens, ſed tempore Semiramidis potentiſſima fuit. At vero cum ab illâ *Meſopotamia*, *Aſſyria*, & *Babylonia*, avulſæ eſſent, ejus fines fuerunt à Septentrione *Amanus mons*, per quem à *Cappadocia* & *Armenia* ſeparabatur; ab Ortu fluvius *Euphrates*, cui in ſacris *Phrath* nomen eſt. Hic illam à *Meſopotamia* ſeparat. Ab oppido Thapſaco verſus meridiem Arabia Petrea eſt, & ab occaſu pars Arabiæ Petreæ, mare *Syriacum* & *mons Amanus* qui eam à Cilicia diſcriminabat. Erat igitur ejus longitudo 146. latitudo 50. Milliar. Germ. At verò quoniam alteræ Regiones ad Palæſtinam reductæ ſunt, ponimus ad Auſtrum terminos montem Libanum. Sic igitur dividitur in *Antiochenen*, *Comagenen*, & *Cœlen*: In *Antiochia*, quæ proxime Phœniciam ſequitur, metropolis erat *Antiochia*, cognomento *Epidaphnes* dicta, Urbs celeberrima ſedes eorum, qui olim Syriam rexerunt. Ibiquondam e-

rat celebris ſylva in ſuburbio, Daphne dicta, limpidis ſcaturiginibus & fontibus amœna, adeo ſane ut voluptatum & deliciarum omnium ſedes eſſe crederetur; & ſi quis in illa obambulans amorem non exercuiſſet, hoc ipſi pudori habebatur. Cæſares poſtea tanti illam fecerunt, ut Edicto caverint, ullam ibi detruncare arborem. Poſt *Antiochiam* non minus inclaruerunt *Apamia*, *Laodicea*, & *Seleucia* cum cognomine Pieria; unde Regio *Tetrapolis* fuit appellata, & poſtmodum *Seleucis*. Mons Caſius (qui Regioni nomen dedit, ut Caſiotis vocaretur,) hic quoque ſituserat, & alius *Pieria*, ejuſdem cum Regione nominis. Fluvii celebriores erant, *Belus*, *Lycus*, & *Adonis*. *Comagene* ultima Syriæ pars, ubi *Samoſata* metropolis ſita, Lucano optime nota. *Cœle* ſive *Cœleſyria* poſt hanc Regionem uſque ad fluvium *Euphratem* protendebatur: partes ejus inſigniores numerabantur *Decapolis*, *Tetrarchia*, & *Palmyrene*. *Decapolis* à decem Urbium numero ita dicta eſt. *Damaſcus* Præcipua omnium Urbium, hodie adhuc totius Regni Turcici elegantiſſima dicitur, gemino muro cincta multiſque frequens eſt turribus. Incolæ ejus fere in ſingulis ædibus ſcaturigines habent cum hortis. Fluvius *Chryſorrhoes* ad murum fluit, foſſæ alias nimis non ſunt profundæ, propter albas moros, ex quibus bombyces victitant. Reliquæ Urbes vocantur *Otopon*, *Philadelphia*, *Raphana*, *Scythopolis*, antea Nyſa, priuſquam Scythæ illuc deducerentur, *Gadara*, *Hippos Dios*, *Pella*, *Geraſa*, & *Canatha*. Tetrarchiæ numerabantur XVII. Parvarum inſtar Provinciarum. Inſigniores vero fuerunt, *Trachonitis*, & *Paneas*. In ultima originem ſuam ſumebat *Jordanus*, & Urbs *Cæſarea Panea* ſive Philippi. *Palmyrene*, verſus Ortum, montem Libanum attingebat, eratque ibi optime ſita Urbs *Palmyra*, cum illam amœniſſima rura, arenoſis campis obducta, clauderent, ut propter loci commoditatem libera pronunciaretur: tenebat autem medium, intra duo Magna Romanorum, & Parthorum Regna; tempoteque belli quælibet controverſa pars ibi amicitiam ſibi quærebat conciliare. In reliqua Cœleſyria ſequentes ſitæ erant Urbes, *Zeugma*, ad Euphratem *Bambyce*, etiam *Hierapolis* & Syris *Magog* dicta jam *Alepo*, celebre emporium *Chalcis* ad fluvium *Belam*, unde fertiliſſima in Syria terra nomen Chalcidene habuit, *Chyrrus*, *Be-*

ros,

roe, *Cha'ybon*, unde Regio *Chalybonitis* dicta, *Laodicea* ad Libanum, & *Thabſacus* in Euphratis ripa.

DESCRIPTIO XVII.

Armeniæ, *Aſſyriæ*, & reliquarum adjacentium regionum.

ARMENIA ſupra montem *Amanum* cum *Syria* terminos habuit, & duplicis generis fuit, *Major* & *Minor Armenia*, quæ ambæ, amne Euphrate dividebantur. *Armenia* major erat, ubi nunc *Turcomannia*, *Popul*, & *Curdi* eſt: à Septentrione *Moſchicis* montibus ſeparatur à *Colchide* & *Iberia*, *Cyroque* amne ab *Albania*: ab Oriente Caſpium mare eſt, Caſpiaque promontoria; à Meridie mons Taurus, quo à Meſopotamiâ & Nyphates mons, quo ab Aſſyria diſcernitur: ab Oriente, Euphrate amne à minori Armeniâ diſterminatur: medium eſt Antitaurus, qui dividit eam. Fontes hic amnium nobiliſſimorum ab ortu Solis oriuntur; nempe *Euphrates* ac *Tygris*, qui in Sacris *Hideckel* dicitur: montes in eâ *Gordiæi* & *Paredrus*. Regiones appellantur *Cotacene*, *Bocche*, *Toſarene*, *Totene*, *Colthene*, *Soducene*, *Syracene*, *Baſiliſſene*, *Hobordene*, *Arſea*, *Aciliſene*, *Aſtaunites*, *Sophene*, *Anzitene*, *Thoſpites*, *Corinea*, *Gordiene*, & *Cortea*: Populi, *Mardi*, *Gordiæi*, Urbes, *Armauria*, *Artaxata* olim celebris urbs, priuſquam à Romanis combuſta & ſolo æquata eſſet, *Thoſpia*, *Artemita*, & *Tigranocerta*. *Armenia* minor, quæ nunc Provinciâ *Pegian* & *Bohoch* complectitur, ab ortu Euphrate, à meridie Amano monte, ab occaſu & Septentrione monte Scordiſco clauditur. Mons Antitaurus hanc itidem ſecat. Regiones in ea erant, *Orbaliſſene*, *Ætulane*, *Æreibica*, *Horſene*, *Orbiſene*; item diſtrictus, *Cataonia*, *Morimene*, *Lauiana*, & *Aravene*. Fluvius celebris Melas, qui Euphrati jungitur. Urbium principes vocabantur, *Satala*, *Nicopolis*, *Melitene*, & *Comana*. Supra Armeniam Regiones, *Colchis*, *Iberia* & *Albania* ſitæ erant. Colchis ab auſtrali parte Armeniæ juncta, jam Mengrelia dicitur, & inter Iberiam Pontumque Euxinum ſeu mare Nigrum ſita eſt: eam inhabitabant *Eale* & *Manrali* populi, unde à poſtremo novum nomen *accepit*. Fluvii *Phaſis* & *Cyaneus* nuncupabantur. Montes *Caucaſus* & *Corax*. Urbium celeberrimæ *Phaſis* & *Dioſcurias*, quæ poſtea *Sebaſto-*

polis dicta. *Iberia*, *Albaniam* inter & *Colchidem* sita, nunc pars Georgiæ occidentalis est, Olim hic clarissimæ Urbes erant *Artaniſa* & *Armastica* sive *Harmastu*. Albania nunc Georgię pars Orientalis inter Iberiam & mare Caspium, ab Albano flumine nomen habebat. Fluviorum nobilissimus erat *Cyrus*, in Caspium mare se evolvens: Vrbes *Chabala* sive *Chabalaca*, *Albana*, & *Getara* nominabantur. Assyria jam Arzero à Septentrione Armeniæ jungitur: olim *Ninive*, urbem itinere trium dierum laxam, habebat, & *Arbelam* ubi Darium vicit Alexander Magnus. Assyriæ conterminæ sunt regiones Mesopotamia & Babilonia. Mesopotamia in Græca lingua sic dicitur quia media inter amnes sita, pars quondam Assyriorum regni; jam complectitur *Aliduli* & Diarbech: regiones in eâ erant, *Anthemusia*, *Chalcitis*, *Gauzanitis*, *Acabene*, *Ingene*, & *Arcobarites*. Vrbes præclaræ, *Edessa*, quæ deinde *Antiochia*, *Nisibis*, ipsa etiam Antiochia quondam dicta, *Nicephorium*, *Labbana*, *Seleucia* ad confluentem Tigris, & Euphratis, *Carræ*, ubi Crassi clades. Montes dicebantur *Masius* & *Singaras*. Fluvii *Chaboras* & *Saocoras*, in Euphratem defluentes. *Babylonia*, nunc Caldar, præcipua in ea regio erat *Chaldæa*, deinde *Mardocæa* & *Anthanitis* Insula Tigri & Euphrate inclusa *Mesene* appellatur. Vrbium clarissima Babylonia, erat Chaldæorum caput, à Semiramide in sedem Regni *Assyrii* condita, sed à Nebuchodonosore magnificentissimè exstructa, tam latis & altis muris circumdata, ut inter miracula mundi censerentur. Turris altissima constabat ex octo turribus invicem impositis; harum quævis octo scalas in circuitu ascendendi causâ habebat: hortus regius fornicibus imminebat. Omnia hæc in pulverem & cineres redacta, & hæc insignis urbs fœdis ruinis sepulta & obruta jacet. Secunda urbs *Urchoa* erat, quæ *Ur Chaldæorum* in Sacris. *Borsippa* ad lacum sita erat Teredon Nobilis inter Tigris ostia vicus fuit.

DESCRIPTIO XVIII.

NATOLIÆ.

Pars ista terræ, inter mare Mediterraneum, Ægæum, & Pontum Euxinum sita, à provinciâ Anadole nominatur. In eâ olim hæ regiones numerabantur: *Cappado-*

cia

cia, *Galatia*, *Paphlagonia*, *Pontus*, *Bithynia*, *Asia minor*, *Lycia*, *Pamphylia*, & *Cicilia*. *Cappadocia* quatuor nunc regiones complectitur, *Genech*, *Suas*, *Anadolen*, & *Amasiam*. Ab ortu Armeniæ jungitur. Regiones appellabantur, *Lycaonia*, *Themiscyrene*, *Zelitica*, *Carmanene*, *Gargarauſene*, *Gargauritis*, *Antiochene*, *Tyranis*. Gens Heniochorum magna erat: Vrbes, *Comana Pontica*, *Neocæſarea*, *Sebaſtia*, *Diocæſarea*, *Maza* ſeu, *Cæſarea*, *Iconium*, *Laranda*, *Tyana*, *Trapezus*, & *Amaſia*, Strabonis celeberrimi Geographi patria. Fluvii dicuntur *Iris* & *Thermodon*.

Galatia, ubi nunc *Roni* & *Chiankare* ſitæ, regio erat à Galatis ſic dicta. Hi ex Galliâ egreſſi, Româ combuſtâ, ex Italia huc commigraſſe dicuntur: eam ob cauſam Gallo Græci nuncupati. Antea hanc terram tenuere Phryges, & Paphlagones. Hæc ab Ortu Cappadociæ contermina eſt. in ea erant hi populi: *Tiæmi*, *Chalybes*, *Proſerliminita*, *Eyceni*, & *Oyondici*. Vt & Nationes Gallorum, *Tectoſagi*, quorum caput *Ancyra* urbs: *Toliſtobogij*, *Voturi* & *Ambiani*. Vrbes in ea ſunt *Teuthrania*, *Sinope* Mithridatis cunis, & ſepulchro nobilis, *Amiſus*, *Themæ*, *Peſſinus* ſeu *Dindymene*, quæ *Cybele* dicta. Montes erant *Olgaſis*, *Didymus*, & tertius, qui *Calenorum tumulus*: in Paphlagonia erant populi *Heneti*, unde *Veneti* in Italia orti,

Pontus & *Bythinia* quidē antea duæ Regiones fuerunt, ſed deinde à Romanis in Provinciam redactæ. Hæc regio ab Ortu *Galatiâ* terminatur, ubi populi *Chalcedonii* habitabant, *Mariandini*, *Caucones*, *Sygiani*. Vrbes inſignes, *Chalcedon*, *Conſtantinopoli* adverſa, nunc *Scutari*, *Nicomedia*, *Apamea*, *Heraclea*, *Micea*, *Pruſias*. nunc *Burſia*, & *Libyſſa*, Annibalis proprio interitu, ac ſepulchro, nota.

Aſia minor (ubi nunc *Chiutale*, *Sarcū* & *Germian* ſunt) terminatur à Septētrione duabus regionibus prius nominatis quæ cō plectitur has regiones, *Phrygiam*, *Myſiam*, *Lydiā* & *Cariam*, & ſimul regiones quas Græcæ gentes incoluerunt, *Æolim*, *Joniam* & *Doridem*. *Phrygia* duplex eſt, major & minor, etiam Troas dicta. In majori hi erāt populi, *Olympeni*, *Moccadeni Cydiſſes*, *Cypetini*, *Maxiani*: Vrbes, *Synnada*, *Apamia* & *Cibotus* ante *Celana* dicta: Fluvii, *Meander* & *Marſias*: Mons *Cadmus* qui eā à Lycia diſcernit. Troas ab urbe Troia ſeu Ilio ſic dicta erat, quæ tam in Græcis quàm Latinis ſcriptis crebris innotuit, &

à Græcorum decennali obsidione excidioque inclyta *Novũ* Ilium triginta stadiis à veteri distabat. Alexandri Troas etiam alias Alexandria nominata erat: inhac regione amnis nobilissimus Scamandrus suas trahit undas. *Mysia*, in majorem & minorem dividitur: in Majore, hi populi fuêre, *Olympeni*, *Trimenothurita*, & *Mysomacedones*; Urbes, *Antãdros*, *Adramitũ*, *Pergamus*, *Trajanopolis*, *Alyda*; Fluvius *Rhyndacus*, & montes *Olympus*, & *Cymon*. In minori urbes erant, *Cyzicus*, cum insigni portu, & marmoreis turribus, *Parium*, *Lampsacus*, *Abydus* & *Dardanum*; amnes *Æsepus*, *Granicus*, *Simois*; Mons *Ida*, Paridis & Oenones amoribus notus. *Lydia*, partim *Mœonia* nominatur. Urbes erant, *Thyatira*, *Sardes*, *Philadelphia*; Flumina, *Caicus*, *Thermus*, *Caistrus*, qui Lydiæ & Cariæ limes est. Montes dicebantur *Sipulus*, *Tmolus*, *Mesogys*, *Mimas*. *Caria* complectitur urbes, *Tripolim*, *Laodiceam*, *Antiochiam*, *Magnesiam*, *Prienen*, *Alabandam*, *Stratonicen*, in litore *Miletũ* illustris quondam atque potens mari Græcorum Civitas, hæc fuit *Myndusque*. *Æolis* urbes habet, nomine *Cumam*, *Phoceam*, *Elæam*. In Jonica erant *Smyrna*, *Clazomenæ*, *Teos*, *Lebedus*, *Colophon*, Homeri natalibus, quã Jove Clazomenio celebrior. *Ephesus* erat omnium clarissima, cujus decus summum templum Dianæ fuit, *Amazonum* opus, cui soli Xerxes Persa, cum alia templa combureret, pepercit: Ephesii id templum à scelerato incendio destructum deinde adhuc magnificentius ædificarunt. *Regio Doris* comprehendit Urbes *Halicarnassum*, propter Mausolum & ejus conjugem Artemisiam valde celebrem, & *Cnidum*.

Lycia, quæ nunc *Aldinelle* dicitur, in circuitu suo urbes complectebatur, *Pataram*, *Andriacem*, *Telmessum*; Fluvios *Xanthum* & *Limyrum*; montem *Chimæram* noctu fumum exhalãtem, unde fabula de animali Chimæra venit, quod, leonem, capram & serpentem repræsentaret: nempè in radicibus serpentibus, in medio pascuis caprarum abundabat, & in cacumine leones erant. *Pamphylia*, nunc *Menteseli* dicitur: in ea regiones sunt, *Carbalia*, & *Pisidiæ* pars, cujus incolæ *Solymi* dicti fuêre: Urbes ibidem *Side*, *Seleucia Pisidiæ*, *Antiochia*, *Termessus* & *Perga*.

Cilicia, nunc *Carmania*, longissimo tractu inter Taurum & Cilicium mare porrecta est; hic dicuntur Urbes, *Selenus*, *Pompejopolis*, ante, *Sola Ciliciæ* dicta, *Mallus* & *Issus* ad sinum maris,

maris, à quo nomen accepit: Intus *Tarsus*, Divi Pauli Apostoli patria, olim propter artes liberales celeberrima.

DESCRIPTIO XIX.

De Insulis Cypri & Rhodi.

CIRCA Natoliam insulæ complures jacent, quæ Asiæ adjunguntur. Nobiliores sunt *Cyprus* & *Rhodus*. *Cyprus* in *Issico sinu* inter *Siliciam* & *Syriam* sita, inter quatuor majores mediterranei maris numeranda; Temporibus antiquissimis novem regna complexa est, propter cœli clementiam, solique fertilitatem, Macaria, id est beata Insula, dicta est. *Cyprus* à cupri copia nomen accepit: Incolæ, viri pariter ac fœminæ, in libidinem valdè proni sunt; undeolim Veneri hæc insula consecrata fuit. Longitudo ejus Mill. 40. latitudo maxima XV. Mill. Germ. est. Olim in quatuor partes divisa fuit, quarum nomina erant, *Salamina*, *Paphia*, *Amathusia* & *Lapithia*. In ea erat celebris altus mons *Olympus*; fluvii, *Lycas* & *Pedieus*; & urbes, *Paphos*, & *Salamis*. Hæc regio Regibus regebatur, antequam illam Romani occuparent. Horum ultimus Ptolomæus, accepta fama de Romanorum adventu, veneno fata sua occupavit: Portius Cato Cyprias opes Romam invexit, quæ magis ærarium locupletarunt quam ullus triumphus. Diviso Imperio Romano sub Græcis fuit Imperatoribus. At cum Ann. clo. C. LXXXI. Richardus, Angliæ Rex copias Hierosolymam contra Saracenos duceret, & tempestate in hanc Insulam delatus esset; illum verò in terram exscendere incolæ prohiberent, hanc Insulam vi armorum subegit, illamque alicui Gallo, nomine Guidoni, loco Regni dedit. Hunc Guidonem alii Reges in Imperio secuti sunt, usque dum hæc Insula in potestatem Genuensium devenit. Hanc dein Venetiani tenuerunt, quibus à Turca Selymo An. clo. D. LXX. erepta est. Quam quidem Turca inde sub Imperio habuit, sed, in prælio apud Lepanthum, tantum sensit damnum, ut vellet nunquam à se gravatam fuisse Cyprum, cum hac occasione fœdus cum Hispano & Papa, à Venetianis initum, promovit. Hodierno tempore tres ibi sunt celebres Urbes. Prima est *Nicosia*, in media Insula sita, & octo propugnaculis æqualis magnitudinis munita. Altera vocatur *Famagusta*, sita est

ad mare, benè quoque firmata. Tertia dicitur *Ceraunia. Insula Rhodus*, magnitudine quidem ad alias non accedit, nihil minus tamen celebris. Alia antea habuit nomina, & imprimis potens propter navigationes fuit. Romanis sæpius suppetias tulit. In circuitu triginta ferme habet Mill. Germ. sitęque ibi fuerunt celebres Urbes, *Lindus*, *Camirus*, & *Jalysus*, quæ postea *Rhodus* dicta fuit. Olim miraculum erat Colossus Solis, qui LXX. cubitos altitudine continebat, & ubi per terræ motum annos LVI. post decidisset, miraculi nihilominus loco ita jacens habitus est: nam minima pars hominum, pollicem hujus statuæ ambabus ulnis capere potuit. Digiti ejus majores erant imaginibus ad vivum expressis, in fracto illo corpore speluncæ conspiciebantur. Hæc statua in decursu XII. annorum pro CCC. talentis confecta est, quæ ex armatura Regis Demetrii comparabantur. Erant in hac Civitate alii centum Colossi, quorum minimus, propter præstantiam suam, cuilibet loco famam conciliare posset. Æs de magno Colosso, Suldano cessit, postquam Insulam Rhodum occupasset, cui auferendo DCCCC. Cameli sufficerunt. Portatum illud est Alexandriam. Quod Insulam attinet, illa olim suis parebat Regibus, dein sub potestatem Romanorum cum Asia redacta est: cum Imperium divideretur, sub Imperatorum Græcorum acquievit Regimine. Sequentibus temporibus, Saraceni An. cIↃ. C. XV. hanc occuparunt Insulam, qui Colossum secum abstulerunt. At ubi iterum à Christianis recepta esset An. M. CCC. VIII Equites Johannitici ordinis fortiter rem gesserunt, illamque conservarunt usque ad Ann. cIↃ. D. XXII. in quo Turcicus Tyrannus Solymannus II. illam occupavit. Exulibus vero equitibus à Rege Hispan. Insula Malta concessa est.

DESCRIPTIO XX.

Magnorum Lacuum in *Asia*.

MAXIMUS in mundo *lacus Hyrcanicus*, vel *Caspius* est; propterea mare dicitur, & plerumque in Italica Lingua *Mare di Sala*: continet longitùdine sua fere CC. LXX. Milliar. German. & latitudine supra C. Dulces habet aquas, multaque influentia continet flumina, licet nullum habeat

habeat exitum, Veteres quidem in illa fuerunt opinione, quod ſinus Oceani *Scythici* eſſet, ſed Herodotus ſcriptorum antiquiſſimus, ut & Ariſtoteles & Diodorus, huic ſententiæ calculum addere noluerunt, ſed illud pro ſingulari habuerunt mari, quod cum Oceano neutiquam eſſet mixtum. Idcirco Ptolomæus potius ſtagnum quam mare dicere voluit; ad quam ſententiam hodie plurimi accedunt. Sed nihilominus mare vocatur, ut ſupra dictum eſt. De hoc mari ſcriptores perhibent, quod, in nonnullis locis, fluvii ex rupibus ita ſe effundant, ut in ſicco inferius ambulare liceat; item quod certis anni temporibus ad littus iter perfici queat, alio vero tempore omnia aquis ſuperfuſa & impervia ſint. Alterum ingens ſtagnum dicitur *Aſphaltites*, in ſacris literis mare mortuum dictum, propter magnitudinem, & immobilem naturæ aquam. Hoc ſtagnum tegit terram *Sodomæ*, *Gomorræ*, *Adamæ*, *Zeboim*, quæ igne de cœlo lapſo à Deo perditæ ſunt. Nullos patitur piſces, nec aves, quæ alias aquas amare ſolent; mali ſaporis eſt, fœtorque ejus nocivus, & intolerabilis eſt. Nullo movetur vento, quoniam bitumen vento eſt adverſum & aquam in ſuprema ora condenſat. Nullas patitur naves; nam omne, quicquid vitam ducit, in illo ſuffocatur. Nec quicquam undis ſuffert, niſi prius alumine interlitum. Nihil verò vivi ibi poteſt ſuffocari. Tauri & Cameli intra undas hærent, & natant, omneſq; illi, qui ſe huic committunt mari, ſive natare didicerint, ſive non, ab illius natura in altum elevantur. *Stagnum Geneſareth* vel *Tyberias* tertium eſt, etiam mare *Galilæum* dictum Quartum eſt *Stagnum Samochonites*, ultimaque duo Jordanus interfluit.

DESCRIPTIO XXI.

Maximorum in ASIA Montium.

MAXIMUS totius Orbis mons, *Taurus* eſt, qui incipit ad littus, *Inſulam Rhodum* verſus, ſeque per totam longitudinem Aſiæ extendit, uſque ad ultimum latus verſus Orientem, ultra M. CCCC. Milliar. Germ. Latitudo vero in pleriſque locis ultra centum Milliar. excurrit. Extendit ſe igitur primum ab Oceano verſus Orientem in magna longitudine & amplitudine, donec intra maria in anguſtias cogitur:

cogitur: nimirum intra *Phœnicium*, *Ponticum*, & *Caſpium*. Hæc igitur variis perlabitur anfractibus, & hinc inde nova accipit nomina. Primum vocatur *Imaus*, dein *Emodus*, *Paropamiſus*, *Circius*, *Chambades*, *Pharphariades*, *Croates*, *Oreges*, *Oroandes*, *Niphates*, *Taurus*: & ubi ſe ſupergreditur *Caucaſus*, ubi autem brachia ſua emittit, & ſe verſus mare extendit, *Sarpedon* dicitur, *Coraceſius*, *Cragus* & viciſſim *Taurus*: ubi tranſitus admittit, nomen habet *Pylarum*, hoc eſt portarum, ita tranſitus illi vocantur. *Pyla Armenica. Pyla Caſpia. Pyla Cilicia.* Latior hujus montis Deſcriptio in Atlante exhibetur. Hoc vero pro explorato habetur, pleroſque in *Aſia* montes ab hoc ſtupendo monte deſcendere quorum nomina alibi dicta.

DESCRIPTIO XXII.

Præcipuorum in ASIA fluviorum.

DE aliis fluminibus ſuo loco dictum eſt: ſequentes tres tantum reſtant, quos exponemus. Qui ſunt: *Euphrates*, *Tygris*, & *Jordanus*. *Euphrates* in magna Armenia naſcitur, apud Incolas *Frat* vocatur, & in principio *Pyxirates*, ubi Taurum influit *Omira*, & ubi viciſſim effluit, nomen *Euphratis* accipit. Poſtea *Meſopotamiam* ad ſiniſtrum latus attingit, ad dextrum verò, *Syriam*, *Arabiam*, & *Babyloniam*, & ſe in multa dividit brachia, quorum unum ad *Seleuciam* percurrit, & in *Tygrim* labitur, alterum trahitur per Babyloniam, & à Chaldaicis ſtagnis vel paludibus abſorbetur. Inde tamen emergit, & olim ſingulari magno exitu in mare devolvebatur, poſtea ab incolis aggere impeditus eſt, qui illius undis ſuos irrigabant agros. Coactus iter ſuum per Tygrim capere. Solet vero, ſicut *Nilus*, tumeſcere, & campos Meſopotamiæ inundare, & fructiferos reddere. *Tygris* jam ab habitantibus *Tigil* dictus: pariter in magna Armenia exſurgit, in planitie; nimirum ubi lente undas trahit, vocatur *Digluto*; ubi autem præceps fertur, *Tygris* appellatur (quod ſagittam in Medica lingua notat) perrumpit ſtagnum *Arethuſam*, & cum mons Taurus ipſi ſit impedimento, ſe in ſpeluncam demergit, & ſubter dilabitur, ut in altero montis latere iterum emergat. Poſtea etiam per alterum ſtagnum penetrat, quod vocatur *Thoſpites*, immergitque ſe iterum

terum in occultos greſſus,& fere 6. Milliar. Germ. ab illo loco,ubi ſe condidit, demum exſurgit. Poſtquam alios fluvios in *Armenia & Aſſyria* devoravit, ſeparat *Aſſyriam & Meſopotamiam*,& dividitur apud *Seleuciam* in duos profluentes,quorum unus ad *Seleuciam* dilabitur, alter ad *Cteſiphontem*. Facit igitur velut Inſulam, non parvæ magnitudinis. Ubi ſe aquæ iterum conjungunt, vocatur *Paſitygris*, & influit tandem in lacum *Chaldaicum*,ex quo cum magno impetu iterum emergit,& per duos exitus in ſinum Perſicum decurrit. *Jordanus* ex duabus ſcaturiginibus oritur,quæ non procul ab invicem ſitæ ſunt. Una dicitur ex illis *Jor*,altera *Dan*, poſt confluxum faciunt demum *Jordanum*. Fluvius amœnus eſt,& aſpectu inſignis; duodecim milliaribus ab ipſius primo ortu, effluit in lacum *Samochoniten*, procurrit inde in ſtagnum *Genezaram* vel *Tiberiadem*. Poſtea irrigat *Judæam* & *Samariam*, & ultimum à mari mortuo,vel ſtagno *Aſphaltico* abſorbetur. In via ad multa dilabitur loca, quaſi invitus illud mare attingeret, cum cujus fœtida palude ſalubres ſuas undas ægre miſcet.

DESCRIPTIO XXIII.

DE JUDÆIS.

Cum *Iudei* nullo amplius conjuncto cohæreant Imperio, nec Regionem habeant quam ſoli incolant, nihilominus tamen ex *Aſia* ſuam ducant originem, non abſurdum duximus, hic nonnihil de illis annectere. Gens eſt, quæ paſſim vagis itineribus diſperſa manet, nec ullam poſſidet terram, ad omnem mercatum vel potius fraudes apta, quæve per fœnus immodicum ad divitias ingentes pervenit. Mores illius,per varios Populorum ritus mixti. Malitioſi,& obdurati ſunt cordis, nec ad Chriſtianam Religionem facile converti poſſunt,&, licet converſi fuerint, hypocritæ ſunt ut plurimum. Pigritia omnia ſinunt dilabi, nec munditiei ſtudent. Verum ſignum illorum ſervitutis eſt, quod non habeant poteſtatem arma tractandi, & fundos poſſidendi: quod haud injuriâ fit, cum illi nos pejus tractarent ſi illorum poteſtati ſubjecti eſſemus. Converſionem illis ex animo precamur,& ſperamus.

AFRI-

AFRICÆ.

Prima Descriptio generalis.

SIÆ parvo *Isthmo* adnexa est maxima peninsula orbis, *Africa*. Complectitur in ambitu suo ad 10000. milliar. Germ, Angustia *Isthmi* 6. milliar. Germ. est. Maxima pars *Africæ* inculta est, passim arena obsita, & propter arescentem tempestatem, & calorem intensissimum, inculta, & deserta. Hic plurima venenosa reperiuntur animalia, magna damna hominibus adferentia. Plerumque hæc terra magis vasta, quam frequens incolis est; multi tamen campi reperiuntur fructiferi, qui reliquam terræ sterilitatem compensant. Apud Græcos vocatur *Lybia*, à Lybia filia Epaphi, qui Jovis filius dicitur. Nomen vero Africæ ortum ab Aphro Lybici Herculis filio dicitur. Maria, quæ Africam cingunt, vocantur versus orientem mare *Rubrum*, versus meridiem mare *Æthiopicum*, versus occidentem mare *Atlanticum*, versus Septentr. mare *Mediterraneum*, quod etiam *Libycum* dictum est, quousque ad hanc Provinciam accedit. Maxima *Africæ* longitudo est à *Freto Gibraltar*, usque ad promontorium Capitis bonæ spei, DCC. milliar. Germ. Latitudo intra duo Promontoria, *Hespericum*, jam *Cabo Verde* dictum, & promontorium *Aromata*, ad fauces maris Rubri, jam *Coardafui*, D. L. milliar. Germ. Tota Regio veteribus nunquam satis fuit cognita, exceptâ unâ parte nimirum illâ, quæ mari Mediterraneo proxime adjacet. Cæterum supra ortum *Nili* & montes Lunæ, nihil Veteribus fuit cognitum, sed fere singula intra CC. annos ad notitiam nostram pervenerunt. Regiones, in quas olim videbatur *Africa*, vocabantur, *Ægyptus*, *Cyrene*, minor *Africa*, *Troglodytarum* & *Garamantium Terra*, *Numidia*, *Mauritania*, *Getulia*, inferior *Libia*, *Trogloditica Arabia* & *Æthiopia*. Hanc veterem descriptionem in quatuor dividemus partes; Prima in se continebit *Ægyptum*: Altera reliquas Regiones ad mare mediterraneum: Tertia Regiones in medio: ultima Regiones versus alia maria.

Secundæ

Secunda Descriptio

ÆGYPTI.

CUM ex *Asia*, terrâ in *Africam* pervenimus, quod per *Isthmum* fieri oportet, primum in *Ægyptum* veniendum est: quam Provinciam veteres Geographi *Asiæ* adnumerabant; cum illi Nilum terminum facerent. Sed posteri veterem Arabicum sinum, vel mare Rubrum, terminum & limitem fecerunt: igitur Provinciam Africę annumerarunt. Nomen Regionis venit ab Ægypto Danai fratre; nam olim Aëria dicebatur. Hæc terra a Septentrione mare habet, quod ab illo nomen accepit, versus orientem *Petream Arabam*, & dictum sinum maris, versus meridiem *Æthiopiam*, & versus occidentem *Cyrenen*. Longitudo ab ostio *Nili*, quod *Peluſiacum* vocamus, usque ad urbem *Catabathmum*, erat DL. latitudo ab exitu Nili usque ad Vrbem *Metacompſum*, jam *Conz*, centum milliar. Germ. Olim dividebatur *Ægyptus* in superiorem & inferiorem. Superior, quæ versus meridiem sita fuit, iterum per Nilum in Lybicam Ægyptum versus occidentem, & Arabicam versus orientem dividebatur. Ideo populi *Arabægyptii* & *Libyægyptii* vocabantur. Inferior *Ægyptus* erat versus mare Mediterraneũ & ibi pars terræ *Mareoti*, vel *Marmarica* versus occidentem *Cyrenę* adjacebat. Ægyptii gloriabantur quod sub Rege Amase viginti millia Urbes possederint, & postquàm dein Imperio Romano subjicerentur, ingenti numero parvarum Urbium gaudebant. Tota Terra *Ægyptus* in multos districtus, quos appellabant *Nomos*, dividebatur. Inter omnes in Ægypto Urbes, erat *Alexandria* præcipua, quæ non solum in Ægypto, verum etiam in tota Africa celeberrima. Hæc primum ab Alexandro M. condita est, in loco valde commodo, ubi duo portus erant, & primum ita sita erat, ut formam chlamydis macedonicæ referret, dein in præstantia & fama ita profecit, ut tantum unicæ Urbi Romæ, cæterum nulli alii cederet. *Aurea* Urbs dicta est. Reliquæ Urbes vocabantur *Diospolis*, vel *Thebæ Ægyptiacæ*, quæ centum habuerunt portas, vel, ut alii volunt, centum aulas, & palatia, ubi tot Principes Arces suas habuerunt, quorum quilibet urgente necessitate CC. armatorum militum

militum producere poſſet. Poſt hanc erat *Memphis* olim Regia, habebat illa Pyramides incredibilis magnitudinis, in quibus Regia fuerunt ſepulchra. Erant in altum erectæ turres, opus humana rum manuum ſingulare: igitur quoniam in inferiori latitudine ſupra umbram ſupremi culminis exſtructæ erant, nullam jaciebant umbram. Multi exiſtimant, quod illæ ad oſtentandam magnificentiam, & divitias Regias, ut & ſuperbiam erectæ fuerint: ſed magis eſt credibile, illas ad obſervandum ſolem & ſtellas, primum ab Ægyptiis Regibus, qui huic ſcientiæ fuerunt addictiſſimi, exſtructas fuiſſe. Reliquæ Urbes erant, *Syene*, *Sais*, *Bubaſtus*, *Elephantis*, *Tentyris*, *Arſinoe*, *Abydus*, *Memnonis Regia*. *Oſyris* propter templum celebris erat. *Heliopolis*, hoc eſt Urbs ſolis, ad fines Arabiæ, præclara & celeberrima Urbs erat. In *Marmarica* erat oppidum *Apis*, propter idolum Ægyptiorum celebris. Habuit etiam Ægyptus pulchrum Labyrinthum, qui ſine ullo ligno ædificatus erat, in circuitu illius erant mille domus ſeparatæ, & duodecim Aulæ marmore factæ, & tectæ, ad quas ibi unus tantum patebat aditus, intus vero innumerus viarum numerus ſibi mirabiliter invicem innexus. *Ægyptii* ſe vetuſtiſſimam gentem jactabant, & cum *Schytis* hac de re certabant, ſe illis antiquiores eſſe. Quod ſecundum *Syros* ſint antiquiſſimi, ex Scriptura S. patet. Inventores multarum Artium judicantur, imprimis ſcientia rerum divinarum ipſis adſcribitur, & ante alias Aſtrologia & Aſtronomia. Quapropter *Dædalus*, *Melampus*, *Pythagoras*, *Homerus*, & multi alii ad illos profecti ſunt, & ſapientiam ab illis quæſiverunt. Ferebant olim Regum Imperia; Reges vero vel ex ſua gente, vel Æthiopia eligebant. Poſtea Dominos ex proſapia Perſica, & ultimùm Macedonica, agnoſcebant. Tandem ex propria gente Reges producebant, donec Romani hanc terram in Provinciam redigerent, poſtquam ab Auguſto bello laſſata, ſub Imperium illius deveniſſet. Poſt Romanos Saraceni omnia occuparunt: poſt illos Imperium Soldanorum, ex Tartarico populo *Circaſſorum* valde celebre factum eſt. Ultimum Turcæ omnia jugo ſuo ſubjecerunt, & totam Regionem An. C. M. D. XVI. ſubjugarunt.

Tertia

Tertia Descriptio

Partium *Africæ* ad mare mediterraneum extra *Ægyptum*.

ÆGYPTO proximè sita erat Regio *Cyrene*, ubi templum Jovis Ammonis: Jam est pars *Barchan*, sed olim hæc Regio dicebatur *Pentapolis*, aut quinque Urbium. Harum erant nomina, *Berenice*, *Arsinoe*, *Ptolemais*, *Apollonia*, *Cyrene*, à qua tota Regio nomen suum accepit. Ultima harum à Græcis ædificata est, qui ex Thera Insula *Ægæi* maris huc venerant. *Cyrenis* diu intra Ægyptum & Carthaginem liberi fuerunt, dein longum bellum cum Carthaginensib. propter fines Regionum gesserunt. Destructâ vero à Romanis Carthagine, hæc Provincia, cum restante parte *Africæ* sub Romanorum concessit potestatem. Post hos Regio, Saracenis, & ultimùm Turcis in possessionem cessit. Minor Africa, quæ sub nomine Africæ seorsim continetur, terminatur à Septentr. mari *Africo*, ab oriente à sinu Syrtis majoris, à meridie separatur longis alpibus à desertis *Getulia* & *Lybia*. Versus occasum erat fluvius *Tusca*, loco finium; hodieque ibi situm est Regnum *Tunes*. Celebriores fluvii olim erant *Cyniphus*, *Triton*, qui Tritoniden paludem secum trahebat, *Catada*, qui ad *Carthaginem* vergit, & apud *Uticam* omnium maximus, *Bragadas* vocatur. Tusca, ut dictum, limes est. A fluvio *Tusca*, usque ad fluvium *Ampsagam*, protenditur ad litus Africanum *Numidia*, quæ olim propter Regem Masinissam celebris fuit. Nostris temporibus ibi situm est Regnum *Tremisenum*. Populus ibi jam *Numidæ*, & olim à Græcis *Nomades* vocabantur: etiam hic multæ præclaræ Civitates, quas inter *Cirtha*, supra alias insignis fuit; quæ cum à Romanis teneretur, dicta est *Sittianorum* Colonia. Cum divitiis adhuc floreret, à Regibus *Juba* & *Syphace* incolebatur. Has sequuntur Urbes *Cullu*, *Rusicade* *Bulla*. Regia Urbs. *Tacatua*, *Hippo Regius*, *Succa*, & *Tabracha*. Hanc terram Romani etiam subegerunt, & Provinciam fecerunt. Postquam pars Numidiæ, quæ intra fluvios *Muluchã* & *Ampsagã* sita fuit, *Mauritaniæ* fuit adjecta, Mauritania ad fluvium *Ampsagam* versus ortum cœpit, illius limes

limes erat à Meridie minor *Atlas*, qui mons *Mauritaniam* à *Getulia* ſeparavit. Verſus Occidentē erat *Oceanus Atlanticus*, & verſus Septentr. *Fretum Herculis*, & *Mare Mediterraneum*. Getuli extirparunt *Mauruſios*, & poſtmodum magnam hujus terræ partem occuparunt. Nam incolæ *Mauritaniæ*, dicti erant à Græcis *Mauruſy*: poſt, nomen *Mauritanorum* in uſum venit. Noſtris temporibus ſita hic ſunt tria Regna, *Dara*, *Feiz*, & *Marocco*. Olim *Mauritania* per fluvium *Malva* dividebatur, in *Mauritaniam Cæſarienſem*, quæ cum *Numidia* fines committebat, & *Mauritaniam Tingitanam*, quæ Oceanum alluit. Hæc terra à Regibus illius occupatur, uſque ad tempora Jul. Cæſaris, qui his Regnis finem fecit, & Regionem illam in duas Provincias divilit. In Provincia *Cæſarienſi*, ubi jam Regnum *Dara* ſitum eſt, Regnum Bocchi erat. *Maſſæſyli* vero partem intra fluvios *Malva* & *Mulucha* tenuerunt. Caput Provinciæ *Julia Cæſarea* fuit, primum *Jol* dicta, parvi nominis, donec ipſam *Rex Juba* pro Regia ſua eligeret, ex quo magnum indepta eſt nomen. Reliquæ Urbes dicebantur, *Cartenna*, *Sada*, *Oppidum Novum*, *Ruſazus*, *Ruſgurium Ruſconia*, *Tipaſa*, *Tubuſuptus*, *Tucca* quæ ad mare & fluvium *Ampſagum* ædificata fuit. *Tingitanica* Provincia, cujus loco jam duo Regna *Feiz*, & *Marocco* ſita ſunt, Habebat ſua nomina à Civitate *Tingi*, quæ nunc *Tanger* vocatur: & aliquando à Rege *Bagud*, nomen Bagudianæ habebat. Hæc Metropolis *Tingi* ab Antæo erat exſtructa. Reliquæ dicebantur *Julia Conſtantia*, *Zilis Volubilis*, *Lixus*, de quibus Veteres mira portenta narrarunt; nam ibi Regis Antæi aulam deſcripſerunt, & pugnam quæ ipſi cum Hercule interceſſit: inde etiam Heſperici horti dicti creduntur.

Quarta Deſcriptio

Regionum in medio *Africæ* ſitarum.

POST *Mauritanos* & parvam *Africam*, erant Regiones *Getulorum*, qui magnum habitabant ſpatium, nimirum omnem terram ab urbe Lempta uſque ad Oceanum, ad CCC. L. Milliar. Germ. in longitudine. Hæc Regio etiam à Romanis ſuperata eſt, complectiturque hodie maximam partē terrę *Biledulgerid*, ubi nunc Regnum *Terga*, & deſer-

& deſertum *Lempta*, *Zwenziga*, *Zanhaga*, & (h), *Hair* ſitæ *ſunt*. Hæc Regio à parte verſus Meridiem à monte Atlante claudebatur, de quo plures fabulæ, quam de ullo in Africa in vulgus ſparguntur. Celebres Coſmographi narrant illum ex media arena in cœlum eſſe porrectum, fumum evolvere, à latere Oceani cui nomen dedit: ſed verſus Regiones Africæ ſylvis & campis obductus eſſe dicitur, multiſque ſcaturiginibus irriguus, ut varii generis fructus ſua ſponte ibi naſcantur, ad delicias uſque. Incolæ diurno tempore nunquam ibi viſi dicuntur, ſed omnia tranquilla fuiſſe, deſertaque loca referebant: *Ægipanes* & *Satyri* ibi choreas duxiſſe, libidineſq; exercuiſſe crediti, variiſque inſtrumentis muſicis circumjecta perſonuiſſe. Supra Atlantem verſus Meridiem, uſque ad fluvium Nigrum, erat apud Veteres interior *Lybia*, ubi horrenda & impervia deſerta, à quibus etiam illa Regio hodie ſuum trahit nomen, ut *Sarra*, vel deſertum vocetur. Poſt parvam Africam, verſus meridiem, erant *Lybica* deſerta, & paulo ultra *Troglodita*, ubi jam *Bardoa* deſertum ſitum eſt. Hæc per montem *Aket* verſus Meridiem à *Garamantis* ſeparabantur, ubi nunc Regnum *Borno* conſpicitur. Metropolis *Garamantum* dicta fuit *Garama*, quæ adhuc hodie extare dicitur: adjacebat huic celebris Urbs, *Debrys*, puteo famoſa, cujus aqua à meridie uſque ad mediam noctem ferveſcebat, à media nocte uſque ad meridiem tota frigida manabat: Non pepercerunt his etiam longe remotis Regionibus Romani, ſed tam *Troglodıtas*, quam *Garamantes* armis ſubegerunt. Ultra *Ægyptum* verſus Meridiem ad ſiniſtrum latus *Nili*, erat *Lybia* exterior, porrecta uſque ad terram Æthiopum; Noſtris temporibus reperta ibi ſunt deſerta *Elſocat* & *Gaoga*.

Quinta Deſcriptio,

Reſiduarum AFRICÆ Partium.

OMNE quicquid ultra fluvium *Nigrum* verſus meridiem ſitum eſt, intra *Atlanticum* & *Ægyptium* maria, apud Veteres *Æthiopia* dicebatur. *Æthiopes* erant in tota Africa maxime vaſta gens, & Veteres Coſmographi illos extra Africam locarunt. Dividebatur vero *Æthiopia* in multiplices populos, quorum nomina Ptolomæus in magno numero

consignavit. *Nigritæ* nihilominus celeberrimi fuerunt, qui à fluvio Nigro suum traxerunt nomen. *Nubii* erant velut ingens populus: hodieque ibi adhuc ingens Provincia nomine Numidię insignitur, sed pars *Æthiopiæ* ultra Ægyptum, dicitur *Æthiopia* sub *Ægypto*. Et in hac ad lacum *Nili* erat *Cinnamomifera* Regio, vel illa cinnamomi ferax. Totum vero latus sinus Arabici veteris, occupatum erat ab Arabibus *Troglodytis* vocatis, unde & Regio ipsa *Troglodytica* vocatur.

Sexta Descriptio
INCOLARUM AFRICÆ, Ejusque novæ divisionis.

QUI populi, tam in Ægypto, quam in residua Africa habitarint, hactenus narratum est. Dein ex *Phœnicia Pœni* in illa loca appulerunt, sub auspicioque illorum Reginæ *Didonis*, *Carthaginem* & Arcem Byrsam ædificarunt. Porro in illam partem populi peregrini, ex *Asia* & *Ægypto*, huc convenerunt. Tandem Romani omne id quicquid erat notum occuparunt, pariterque Græci Imperatores his imperarunt Regionibus: Post illos *Vandali*, *Saraceni*, & *Arabes in illis* egerunt. Nostris seculis, Turcæ præcipua & optima pars cessit, *Serifo* etiam parte gaudet, aliique nonnulli Reges. Regi Hispaniæ etiam partem fortuna adjecit. Quod vero *Æthiopes* concernit, illi in suis Regionibus manserunt, neque ab aliis turbati unquam sunt, id quod conditioni loci in acceptis referre debent, quod à nobis nimium sint remoti, difficilisque per deserta loca ad illos sit aditus. Novam descriptionem sequenti modo expediemus. Tota *Africa* à *Cluverio* in 7. partes dividitur, ad has possunt Insulę, loco octavæ partis, adjungi. Igitur sequenti ordine collocabuntur.

- *Ægyptus*,
- *Barbaria*,
- *Biledulgerid*,
- *Desertum Sarra*,
- *Nigritarum Regio*,

Interior

Interior vel Superior Æthiopia,
Exterior vel Inferior Æthiopia,
Et Insula circa Africam.
His adjungendi sunt latè circumvagantes Arabes.

Septima Descriptio.
De Nova *Ægypto.*

ÆGYPTUS adhus hodie fertilitate sua se extollit, quam Nilo gratam debet. Metropolis hujus Regionis est *Alcair*, lingua Italica *Cairo* dicta, incredibilis Urbs magnitudinis, ita ut circuitus 8. Milliar. numeretur. Munsterus testatur illam quinquies majorem esse Lutetiis Parisiorum: à variis inhabitatur populis, mercutarâque celebris est. Hic per longos annos Regia sedes *Ægyptiacorum Suladanorum* fuit, qui à *Circassis* venerunt. Non procul Urbe hortus est *Matera*, ubi pretiosum balsamum crescit, quod in illa loca à terra Judæorum translatum est. Ultra Nilum adhuc Pyramides conspiciuntur, de quibus hic pauca dicenda 7. Milliar. Ital. à *Cairo* reperitur Pyramis cujus inferior pes quadratus est, & quodlibet latus continet 270. passus, tota pyramis constat ex lapidibus agrestibus, ita positis ut ab infimo ad summum cacumen gradatim ascendere queas; gradus ad cacumen usque numerantur 210. æqualisque sunt magnitudinis, in medio cubiculũ, est speciem habens sepulchri, & quæ alia de illis narrantur. Reliquæ Urbes in Ægypto sunt *Alexandria*, nunc *Scanderia*, quæ olim præclara, sed nunc per bella varia destructa, salutatur tamen sæpius à mercatoribus Christianis. Huic olim adjacebat Insula *Pharos*. quam Regina Cleopatra aggere continenti adjunxit. In hac Urbe olim celebris fuit Bibliotheca, Bibliaque primùm ex Hebraica lingua translata sunt. *Damiata* olim vocabatur *Pelusium*, ab *Harlemensibus* occupata, qui argenteas campanas in perpetuam rei memoriam secum abstulerunt: nam cum aditus catena ingenti euntibus præcluderetur, Harlemenses ferram navi præfixerunt, magnoque impetu, vento secundo incitata navi, catenam corripuerunt. *Rosetta* vel *Roschit* Urbs vel Arx à multis mercatoribus visitur, ibiq; Venetiani habent *Bailum* vel singularem magistratum.

Octava Descriptio,

BARBARIÆ

VERSUS Orientem Barbaria Ægyptum attingit, nobilissima pars totius *Africæ*, dividiturque in 6. partes: quarum nomina sunt, *Provincia Barca*; & Regna.

{ *Tunes*, *Tremisen*, *Fez*, vel *Fes*, *Marocco*, *Dara*. Inter Ægyptum & Regnum Tunes sita est Provincia *Barca*, quæ à Barce Vetere Urbe nomen habet, sterilis est & sicca Regio, ibi hodie sitæ sunt Urbes *Cyrene*, *Talometa*, *Bunicho*. *Regnum Tunes* nomen suum accepit à Metropoli *Tuneto*, veteri præclara vel satis magnâ Civitate, ex destructa Carthagine, natâ; celebre emporium salutatur, sæpiusque à Venetianis & Genuensibus mercatoribus visitur. Ad mare situm fuit propugnaculum *Guleta*, quod cum Urbe *Tunes* à Carol. V. A. C. M. D. XXXV. occupatum est. Sed utrumque *Tunetii* & *Guletam* Hispani perdiderunt. *Biserta* olim dicta est *Utica*, ubi minor Cato sibi potius mortem ascivit, quam ut Julii Cæsaris gratiæ confideret. *Porto farina*. *Tripoli*, quæ, ad differentiam alterius *Tripolis Syriæ*, *Nova Tripolis* vel *Tripoli di Barbaria* appellatur, emporium est, sæpiusque à mercatoribus Europæ salutatur, aditum insignem habet sed Vrbs intus Turribus veteribus tantum conspicua est, & semidiruta tecta tantum possidet hinc inde jacentia. In Regione Tripoli sitæ sunt duæ Vrbes *Zoroata* & *Lepide*. *Bona*, olim Hippo dicta est, ubi S. Pater Augustinus fuit, hodieque mercimoniis floret. Intus sita est *Constantina*, multis Romanis ædificiis abundans. REGNUM *Tremise*, nomen habet à Metropoli Tremisa, olim late Porrecta, & magna; sed postmodum continuis bellis admodum decrevit. Ad mare situm est *Algeir* emporium, miserorum Christianorum carcer, qui miserâ ibi patiuntur servitutẽ. Urbs alias ibi arce, muris, vallis magnisque torrentis ita munita est, ut pro invicta habeatur, siquidem illam Carol. V. frustra obsidione cinxerat. *Arsena* etiam hoc in Regno invenitur. Regnum Fes, è Regione Hispaniæ situm est; Attingit Regnum Tremisenum versus Ortum. Metropolis hujus Regionis est *Fes*: de hac Urbe dicit Leo Africanus, quod bene describi nequeat, quam bonis muris, vallis circumdata sit, quantaque hominum

minum frequentiâ abundet. Maximam partem montibus adjacet, excepta media parte, quæ in planicie patet. In 2. partibus fluvius Urbem permeat, quæ salubribus puteis dives est, marmoreum fluxum exhibentibus. Ædes lateribus tectæ sunt, ut & variâ pictura ornatæ & insignes: maximum templum Urbis medium habet milliare Italic. in circuitu; reliquorum templorum numerus est incredibilis. In hac quoque Urbe multa sunt collegia, ubi scientiæ rerum variarum docentur. Unum ab inde milliare sita est *Nova Fes*, duplici, alto, fortique cincta muro. Hic Aula Regis splendide exstructa est, qui Machometanis erroribus addictus est. Ab inde 5. milliar. Germ. sita est *Macarmeda*, cujus muri sunt destructi. *Gualila* erat à Romanis in monte *Zaron* ædificata, pulchrisque lapidibus munita. Sed postea destructa est, ita ut solum sepulchrum Machometici Idris, locum tantum faciat celebrem, qui sanguine Mahometis oriundus erat. *Pharaonis Palatium*, parvum oppidum, à Romanis in altitudine montis ædificatum. *Petra Rubra* etiam à Romanis facta, sicut alti muri jam destructi testantur. In hunc locum conveniunt ex proxima sylva Leones, qui ossa de plateis colligunt, sine ullo incolarum metu. *Magilla* parvum oppidum in monte, qui oliferis arboribus abundat. *Tanger*, *Ceuta*, *Arsilla*, *Oram*, sunt magnæ Urbes, non procul à Freto maris sitæ, Hispanoque subjectæ. Ad littus maris mediterran. intra duos altos montes sita est Urbs *Pennon* de *Velis*. REGNUM MAROCCO nomen suum habet à Metropoli *Marocco*, quæ olim inter maximas Orbis urbes numerabatur. Hodieque celeberrima *Barbariæ* Urbs est. Olim plusquam 100000. inhabitatas numerabat ædes, sed nostris temporib. fere tertiam partem deserta jacet, quoniã ab Arabibus multa mala passa est. *Taradante* altera est, à multis peregrinis mercatoribus culta. *Tedneste* in amœna planicie sita est, muroque cincta ex latere & cretâ composito: in medio Urbis, Templum est inusitatæ magnitudinis, maximeque pretiosum: verum nunc Urbs ab incolis deserta est. *Teculetha* ditior est, quam jam numeratæ, sed pariter jam deserta. *Tagtessa* vetus Urbs, fere in circulum ædificata, sita in monte est. *Estdeveta* circum circa rupibus cincta est. *Messa* sunt tres parvæ Urbes quadrante milliar. German. distantes. Campus ibi

fertilis, multis palmis, ibique mons Atlas principium ſuum capit. *Tejut* veluti tres Urbes ſunt non longe ab invicem ſitæ, quarum incolæ nullum norunt hoſtem. *Tagovaſt* populoſa Urbs eſt, quæ 8. millia ædes habet. *Agmeta* in monte ædificata eſt, omnium rerum copia abundans, imprimis amœnis hortis, Urbi *Marocco* non cedentibus. *Alendinum* in frigida valle ſitum eſt, intra 4. montes. Regnum *Dara* conterminum eſt *Marocco* verſus meridiem. Urbs ibi *Dara* eſt à pauperibus incolis habitata; altera eſt *Melilla*, pulchra Urbs, ad Mare Mediterraneum, Regi Hiſpaniæ parens.

Nona Deſcriptio.

De Regione BILEDULGERIDA & Deſerto *Sarra.*

REGIO *Biledulgerida* in magna porrigitur longitudine, poſt Barbariam ab *Eleocat*, uſque ad Oceanum Atlanticum. Nomen hæc Regio à multitudine palmarum habere dicitur: ibi ſita ſunt 4. Deſerta, *Lempta*, *Hair*, *Zanhaga*, & *Zuenſiga*, quæ hæc nomina à quatuor Urbibus hujus Regionis ducunt. Porro ibi ſita ſunt Regna, *Targa*, *Bardoa*, *Gaoga*, etiam ita à nominibus ejus terræ appellata. Verſus meridiem ab hac Regione, ſitum eſt deſertum *Sarra*, cujus longitudo à Regno *Gaiga* uſque ad Regnum *Gualata* porrigitur. Quoniam hæc terra deſerta, maleque habitata eſt, non multa dicenda de illa occurrunt. Incolæ quidem ſuperiorem Dominum habent, cui parent, brutorum more cæterum vivunt, camelorum carne, & ſtruthionum utuntur, multo veſcuntur lacte, ſed nullo pane.

Decima Deſcriptio.

De terra *Nigritanorum.*

HÆC terra principium ſuum habet, verſus orientem, à Regno *Gorga*, protenditurque verſus occidentem ad utrumque latus fluvii *Nigri*, uſque ad Mare. Verſus Septentrion. attingit Deſertum *Sarra*, ſed verſus meridiem, Oceanus eſt, & terra *Abyſſinorum*. Præcipua pars, optimaque terra, ad fluvium *Nigrum* eſt, ad quem hæc provin-

Digitized by Google

provincia ſita, omnium amœniſſima eſt. Multa ibi numerantur Regna, à præcipuis Urbibus nomina ſua ducentia. Ut *Gualata. Hoden*, *Genocha*, *Senega*, *Tombuti*, *Melli*, *Bitonin*, *Guinea*, *Temian*, *Dauma*, *Cano*, *Caſſena*, *Benin*, *Zanfara*, *Guangara*, *Borno*, *Nubia*, *Biafra*, *Medra*. Incolæ nigri ſunt, rituſque miros habent, & perfodiunt labra & ornamenta eburnea appendunt, &c. Præcipuæ illorum fœminæ portant ad femur annulos ferreos, cupreos, ſtanneos, non parvæ magnitudinis, &c. Terra multis fructibus, imprimis oryzâ, & aromatibus abundat. In *Guinea* ſitum eſt *S. Georgio*, aut arx Luſitanorum *Mina*, bonum propugnaculum; ut & promontorium *Sierra Liona*, magnæ altitudinis, quod nubibus ſemper obductum eſt, magnique ſtrepitus ibi, ſine dubio a tonitru, audiuntur.

Vndecima Deſcriptio,

De Inferiori & Superiori *Æthiopia*,

Hæc alias Abyſſinorum terra dicitur, illorumque Rex ab Italis Prete Giovanni, aut ſacerdos Johannes dicitur, quamvis ex ſuſcepto errore, quoniam ille in *Regno Tenduc* in Aſia regnavit. *Abaſeni* a Stephano (ut Cluverus auctor eſt) numerantur intra populos *Arabiæ*, de quibus præſumptio eſt, quod veterem ſinum maris tranſgreſſi ſint, aut potius cis, in *Arabia Troglodytica* habitarint, quamvis alii autument, quod ab Arabico nomine *Elhabaſchi*, quo Mauritani Regem hujus terræ inſigniunt, nomen populi fluxerit. Verſus Septentr. attingit hæc Regio *Nubiam*, & *Ægyptum*, verſus occident. Regna *Congo* & *Medar.* verſus meridiem *Monomotapa.* & verſus orient. mare *Rubrum*, & *Provinciam Ajam* & *Zangibar.* Igitur longitudo ad 580. Latitudo ad 450. Mill. Germ. extenditur. Regimen harum Regionum ad Regem pertinet, qui gloriatur ſe deſcendiſſe a Regina *Maqueda* de Saba, & Rege Salomone, hic albi coloris eſſe fertur, ſemperque ſub tentorio agit. Tota Regio parum habet Urbium, ſed tantum oppida, ubi ædes ſtramine tectæ, ex cretaque ædificatæ ſunt. *Caxumo* vel *Caſſumo*, Urbs eſt, ubi Regina de Saba Regiam habuit. *Amara* fortis arx eſt, in monte, ſub linea ſita, ibi Regum filii educantur, & à mul-

tis cuſtodibus corporis cuſtodiuntur; donec poſt patris mortem filius Regis ad Regimen vocatur.

Duodecima Deſcriptio,
De Exteriore ſive Inferiore Æthiopia.

RELIQUA tota pars continentis *Africæ*, his annumeratur Provinciis, complectitur verſus Septentrion. terram *Abyſſinorum* tanquam geminis brachiis. Regiones, quæ hic comprehenduntur, vocantur: *Congo*, *Monomotapa*, *Zangibar*, *Ajan*. *Congo*, vel *Manicongo*, attingit *Æthiopicum* Oceanum, nomenque ſuum habet ab Urbe *Congo*: incolæ ſunt ſimiles Chriſtianis, ut in terra *Abyſſinorum*. Hoc Regnum dividitur in ſex Provincias, quæ à ſuis præcipuis Vrbibus nomen habent. Sunt vero quæ ſequuntur:

{ *Bamba*, *Songo*, *Sundi*, } { *Pango*, *Batta*, *Pemba*. } { Præcipua aliàs Vrbs eſt. *S. Salvador*. olim *Banza* dicta. Regi de Congo ſubjectus eſt Rex

Angolæ, cujus terra inſalubri aëre laborat, & vermes in humano corpore generare ſolet. *Monomotapa* fertilis eſt, & amœna Regio, nomen à ſuo habet imperatore, quem illi in nativa lingua *Monomotapa* vocant. Verſus Septentrionem hæc terra attingit Regnum *Congo*, *Abyſſinorum* terram, & Regnum *Zangibar*. Longitudo CCCC. & latitudo CCC. eſt Mill. Germ. Metropolis totius Regionis vocatur *Monomotapa*, à qua L. Mill. verſus Septentr. inſigne vetus ædificium, ex exciſis lapidibus in forma quadrata reperitur. Ad promontorium *Bonæſpei*, mare admodum impetuoſum eſt, adeo ut etiam naves & in oſtiis fluviorum ſecuræ non ſint. *Zangibar* adjacet *Monomotapæ*, verſus meridiem cujus partem, nimirum proximam *Monomotapæ*, *Cafres* inhabitant. Cæterum hic ſita ſunt 4. Regna, quæ à ſuis Urbibus nomen ducunt: ut *Moſambique* quæ in Inſula ædificata, & à mercatoribus Europæ ſæpius viſitur, ſubjecta alias Luſitanis; *Quiloa*, cujus Rex Regi Hiſpaniæ ſubjectus eſt, *Monbaza*, & *Melinde*. Terra *Ajan*, verſus Septentr. complectitur duo Regna, *Del*, & *Adea Magaduzzo*, cum quibus terram firmam Africæ concludimus.

Tertia

Digitized by Google

Tertia & Decima Descriptio,
DE
Insulis circa Africam.

PENES *Africam* in Veteri Erythreo mari sita est *Menuthias*, à Plinio *Cerne* dicta, hodie vocatur Insula S. Laurentii, apud incolas *Magagascar*, vel Insula Lunæ, quæ variis aromatibus dives est, sed malis inquilinis scatet, qui illos, qui mercium ergo vendendarũ eò veniunt, odio prosequuntur, & decipiunt: Illis verò qui sibi merces donant, amicitiam faciunt. In introitu veteris sinus Arabici, apud promontorium *Gardefuy*, sita est Insula *Socotara*, ferax Aloës, quam ex his terris remotæ regiones accipiunt. In mari Atlantico, sitæ sunt primum *Canaria*, versus littus Mauritanicum, quarum 7. sunt numero.

Magna Canaria, *Tenariffe*, *Palma*, *Gomera*, *Elhierro*, *Lanzerotta*, *Fortaventura*.

Major Canaria præcipua est ut nonnulli existimant veterum Fortunatarum, nomenque ingenti copia canum habere dicitur, qui primum in hac Insula reperti sunt. Illius Vrbs vocatur *Canaria*, reliqua minora loca sunt *Telda*, *Galder*, & *Guja*: *Tenariffe*, in cujus medio *Elpico* supremus mons orbis, qui flammas sulphurque vomit, est. Hæc Regio ferax etiam est vini generosi. Sitæque ibi sunt parvæ Vrbes *Laguna*, *Santabruz*, *Barotava*, *Riolejo*, & *Garachico*. *Palma* velut rotundæ formæ est, multique ferax est vini, & sacchari. *Gomera* nihil memoratu dignum habet præ aliis. *Elhierro* vel *Ferro*, inopia laborat aquæ, sed illa compensatur undiflua arbore, quæ tantam præbet aquæ copiam, ut hõminibus & bestiis potus sufficiat. *Lanzerotta*, & *Fortaventura*, pecori educendo aptæ sunt. Non procul hinc sitæ sunt Insulæ, *Porto Santo*, & *Madera*. Quarum ultima, vini est feracior. Ideoque Regi Hispan. 1200. doliorum vini, loco vectigalis pendet. Versus Hesperiæ promontorium, jam *Cabo Verde dictum*, Insulæ *Hesperides* sunt, vel *Gorgades*, jam Insulæ *Cabo Verde* vocantur. Hollandi illas vocant *Insulas Salis*, quas inter est *S. Jago*, præcipua,

cipua, cum Vrbe quæ a Lusitanis hic ædificata est. In Oceano *Æthiopico*, sub linea, sita est Insula *S. Thomæ*, quæ a Lusitanis ipso die S. Thomæ inventa est, indeque nomen accepit: situm velut orbicularem obtinet. A Lusitanis ibi est Vrbs, nomine *Pavoasa*, exstructa, insalubris alias ibi aër est, pinguedoque in humano corpore in unum locum concurere solet. Inde olim saccharum Thomæ venit, quod tamen nunc in tam abundante copia non crescit, quoniam radix Sacchari a vermibus arrosa est. Insula *Del Prencipe* multi *Sacchari* ferax est, addictaque est Principi Lusitaniæ. Insula *Annobon*, nullos habet incolas, propter horrendos crocodilos, 20. ulnas longos, qui diu in aquis, noctu vero in terra morantur, ut & propter alia venenosa animalia Insula Mathæi, *Ascensionis* & *S. Helenæ*, etiam hic circumjacent, quarum quidem ultima incolis caret, sed ingens levamen, Indiam euntibus indeque reduentibus nautis: ubi recentem aquam hauriunt, atque ex longinquo itinere quietem capiunt.

Quarta Decima Descriptio,

DE

Circumvagantibus Arabibus.

CIrcum vagantes *Arabes* sunt duûm generum: Pars illorum habitat inter Libyam & Numidiam, alii vero in desertis inter *Barbariam* & *Ægyptum*. Primi ducunt miseram & abjectam vitam, multo vero cordatiores sunt reliquis Libyæ populis. Mercaturam camelorum magnam exercent, cum Nigritis, abundant etiam copiâ equorum, qui a nobis Europæis barbarici vocantur equi. Venatu admodum ducuntur, persequunturque cervos, asinos sylvestres, & struthiones. Dulces habent melodias carmina componendi, quibus venationes suas, amores, & fortia facta concelebrant. Et in hoc studio superant *Numidæ* reliquos. Rhythmi ad Italorum fere morem sunt compositi. *Arabes*, qui intra parvam Africam, & montem Atlantem incolunt, præcedentes jam dictos divitiis superant, melioremque habent equorum culturam, majoraque & insigniora tentoria. Horum equi quidem sunt obesioris corporis, sed reliquis velocitate cedunt. Mercaturam exercent, proventuque frumenti gaudent.

Illi

Illi, qui ſylvas incolunt, ferocioris naturæ ſunt, quàm alii, parſque illorum Regi de Fes paret. Illi intra *Marocco* & *Ducala* ingenti fame coacti ſunt, ut ſe ſervituti perpetuæ addicerent, ideoque illorum pauci ſuperſunt: illa intra *Telenſin* & *Tunes*, merentur titulum magnorum dominorum, attento, quod illorum ſupremi à Rege bonis gaudeant reditibus, redituſque omnes inter alios dividant, ad vitandam diſcordiam. Equorum culturâ illi ſunt inſignes: ad *Tunetum* tempore æſtatis conſpici ſolent, aſſumptis in iter, pane, armis, & aliis ad uſum neceſſariis, poſtea ad ſua remigrant deſerta, in quibus hyemem traducunt. In tentoriis illorum reperitur panni, æris, ferrique inſignis copia, tantaque qualis apud ditiores in Civitatibus mercatores non eſt. Tamen non eſt ipſis adhibenda fides, ideo quod ad furtum inclinent comitate quadam fallaces. Poëſis apud illos in magno eſt pretio, quive in illa excellunt, apud ipſos pro præcipuis habentur Dominis, magnoq; afficiuntur honore. Fœminæ illorum, velamine tectam habent faciem, ita ut ſolùm oculi emineant. Annulos argenteos multos ferre ſolent. Iter facientes, uxores camelis imponunt: uxores etiam in bellum viros ſequuntur. Innuptæ colore tingunt brachia, manus, mamillas, faciem, & quamdiu color ille durat, à peregrino ſe conſpici non patiuntur, exiſtimantes hujuſmodi colores ſe inſpecturis cauſam fore libidinis. Reliqui Arabes, qui intra *Barbariam* & *Ægyptum* habitant, ex camelis, & pecore ſatis quidem magnum habent proventum, ſed vilia paſcua. Frumentum ibi creſcere nequit, &, ſi quicquam reperiatur, in parva eſt copia. Liberos ſuos pignori dant in Sicilia, pro frumento, &, ſi peregrinorum copiam habere poſſunt, vendunt illos in Sicilia, vel permutant pro frumento. Mercatores non audent illis fidere, nec in itinere illis proximi ſunt, cumve cum illis mercaturam exercent, depoſcunt in anteceſſum obſides. Hi Arabes inepti ſunt, deformes, fame enecti, male veſtiti, quibus inedia ex oculis proſpiciat, & queis cœlum, velut implacabiliter iraſcitur.

Quinta & Decima Descriptio,

DE

Præcipuis in Africa fluminibus.

OMNIUM fluviorum, qui in mare Meditterraneum incurrunt, maximus est *Nilus*, qui in deserto Africæ ex montibus *Lunæ* profluit, non vero statim idem trahit nomẽ, sed primum tendit per stagnum *Nilidem*, jam *Zaire* & *Zembre* dictum, æstimaturque longitudo CC. XX. Milliar. Germ. inde cum impetu fluit, devoratis à dextro latere magnis aquis, illis auctus latior fit, nomenque apud Incolas *Astapi* habet, quod aquam ex nigro fluentem significat. Circa Insulam *Meroen*, quæ præcipua est, inter reliquas multas ab illo factas, vocatur *Astaborus*, ad sinistrum latus, ad dextrum vero, *Astusaspes*, & tandem ubi coit, *Nili* nomen accipit. Inde mox impetuosus, mox navigabilis est, labiturque porro præceps, donec à rupibus quas interfluit deprehensus, cum ingenti aquarum strepitu devolvitur. Postea pacatior fit, vehemensque esse desinit, ita ut longo itinere veluti defessus, apud locum *Delta* se per totam Ægyptum dividat, & septem effluviis majoribus in mare Ægyptiacum decurrat. Bis in annum totam Ægyptum irrigare, terramque ita fœcundare solet. Causſæ hujus effluvii statuuntur *Etesiæ*, tempore caniculari flare soliti; qui mare ad illud littus impellunt, fluviique cursum tardant. Sed hoc potius à nimiis venit imbribus, in Æthiopia, quo dicti venti nebulas ex residuo compellunt orbe, pluviasque efficiunt. Dicitur etiam hunc fluvium nullum aërem spirare. Post *Nilum Niger* fluvius est totius Africæ maximus, qui etiam sicut Nilus in Junio crescere incipit, hocque per 40. facit dies. Totam Regionem limo occupat, quod incredibilem terræ adfert fœcunditatem: ad fluvium hunc multum æquor est, sylvæque bene multæ. Decrescente hinc inde aqua, multi magni lacus manent residui, non parum ad fœcunditatem utiles.

Sexta

Sexta & Decima Deſcriptio,
DE
Montibus in AFRICA.

OMNIUM in Africa montium nullus major Atlante eſt: de hoc teſtatur Leo, illum verſus Oceanum, ad latus Occidentale, bene hominibus cultum eſſe, falſamque Veterum eſſe de illo opinionem; quod deſertus ſit: cum ibi multæ capræ, avenæ, melliſque copia reperiatur. Hic mons ibi trium dierum ſpatium latus eſt. Longitudo ejus incipit ad mare Atlanticum, porrigiturque uſque in Ægyptum, quamvis per multos anfractus, multis ſciſſis rupibus altus ſit, craſſus ſylvis, multiſque ſcaturiginibus dives. Cacumen ejus ſemper nivibus tectũ eſt, ſæpeque nix tam denſa ibi cadit, ut altitudinem arborum ſuperet. Montes Lunæ ſiti ſunt ſub Circulo Capricorni, ingentis ſunt altitudinis, profundas habent valles adjacentes, ut videantur in abyſſum terræ pertingere velle. Mons *Dememſera* pars eſt *Atlantis*, extenditurque uſque ad montem *Niſiſa* in Regno Marocco. *Gebelelhadich*, vel mons ferreus, in Regno *Marocco* ſitus eſt. à multis Eremitis incolitur, qui de fructibus arborum ſolum vivunt nihilque præter aquam bibunt. *Hanchiſa* etiam mons eſt, qui ab *Atlante* ſuam capit originem & uſque Meſſam porrigitur. Hic mons à multis nivibus opertus eſt, quemadmodum *Africa* multâ nive abundat, quod propter ſolis radios incredibile eſſe putatur. Mons *Ilalem* à jam dicto incipit, ubi ſunt argentifodinæ, quæ incolas in bella mutua armant, dum pars mox una, mox altera illius fruatur copia. Mons *Niſiſa* ſitus eſt in *Maroco*, multa quoque in cacumine laborat nive, avenæ tamen ibi ferax eſt. *Senede* mons eſt jam dicto adjacens, cujus incolæ peregrinos ad componendas lites rogare ſolent, dein quilibet munera judici offert, ut hædos, gallinas, capos, &c. *Hantet* & *Adimmei* duo intentis altitudinis montes ſunt. Mons *Tenueves* etiam multa nive coopertus eſt, multis bellicoſis incolis abundat, qui Principem Dominum agnoſcunt. *Tenſita* pars eſt Atlantis montis, plenus eſt incolarum, numeratque ad L. propugnacula, quæ omnia muris ex creta compactis cincta ſunt.

Mons

Mons *Gogidama* tantum ad latus ſeptentrionale incolitur: Mon *Magnon* ab incolis habitatur, qui è corticibus arborum caſas faciunt. In Ægyto non procul ab Urbe *Damiata* mons *Caſius* ſitus eſt, jam dictus Lariſſe. Hucuſque de Africa, ultimâ terræ firmæ, quæ veteres mundi partes, Europam & Aſiam complexa eſt.

DESCRIPTIO ALIA.

DE

Duabus ultimis terris mundi firmis, & de *America* in genere.

AMERICA communiter novus dicitur mundus: ideo quod populis Europæis non ita pridem cognita facta eſt. Nam Chriſtophorus Columbus illam primus invenit, cujus comes in primis navigationibus Americus Veſputius fuit, à quo dein novum Americæ nomen ſuam traxit originem. Occaſio has quærendi terras hæc fuit: Columbus Genuenſis ortu, poſtquam multas navigationes in Portugalliam feciſſet, bene obſervavit, quod certis anni temporibus venti occidentales aliquot dies conſtanter flarent, ideo exiſtimavit, illos à terra quadam tranſmarina venire, & idcirco verſus occidentem aliquam ſitam eſſe terram, cujus in Europâ notitia nobis nulla eſſet. Igitur Regem Luſitaniæ, & Genuenſes rogavit ſumptus, & naves, ut illas adire poſſet Regiones longe remotas. Poſtquam vero fruſtra illius apud hos preces eſſent, ridereturque, ad Regem Arragoniæ Caſtilieque perrexit, à quo, intercedente Regina Iſabella, tres impetravit naves, cum quibus ille An. C. cIↃ. CCCC. XCII. è portu Gadenſi denavigavit, curſumque ſuum verſus Septentrionem direxit. Prima poſt longam & periculoſam peregrinationem Inſula ipſi in conſpectum venit *Gunao*, quam ille dixit deſideratam: ibi ille, in rei memoriam appulſorum feliciter Chriſtianorum, crucem erexit excelſam. Ab hac Inſula in Inſulam *Hetij* penetravit, quam in honorem Reginæ

Iſabellam

Isabellam appellavit: postmodum verò *Hispaniolam*. Post hæc ad aditum Regium, *Porto Real*, ubi jam Hispanicæ habitationes *S. Dominico* & *Isabella* sitæ sunt, navigauit. Ab Insula *Hispaniola*, in Insulam *Cubam* devenit, ubi *Havana* insignis est aditus, qui jam valde ab illis salutatur, qui à Mexicanica Provincia in Europam navigant. Postea Insulæ *Jamaica* & *Boriqen* inventæ sunt, & multæ aliæ, quarum nomina brevi exponentur. Sed Americus postea An. cIↃ. CCCC. XCVII. ad continentem appulit ope Emanuelis Regis, qui illi naves & comites itineris suppeditavit. Nomen West-Indiæ inde nomen traxit, quod hæc Regio fere eodem tempore aperta sit, quo Lusitani Indiam orientalem invenerunt.

Secunda Descriptio,

Americam Veteribus Incolis Europæ, in totum non fuisse incognitam.

NON tantum ex Platonis, verum etiam Diodori Siculi libris probari potest, illis harum Regionum aliquam fuisse notitiam. Apud Platonem in colloquio Timæi, narrant Sacerdotes Ægyptorum Soloni Athenienſi, (qui ante Christum natum DC. annos vixit) olim Insulam sitam fuisse, ad fretum Herculeum, jam Gibraltar, quæ magnitudine Asiam & Africam superavit. Illa magno terræ motu, ingentique diluvio aquarum, uno die nocteque in profundum maris absorpta fuit. Nomen Insulæ fertur fuisse Atlantis. Ex his igitur caussis mare intra dictas Insulas, & fretum Herculis valde impervium inventum est. Diodorus Siculus in 5. suo libro testatur, quod Phœnicii, cum extra fretum Herculis littora navibus tentarent, ab ingenti vento per Oceanum in remotissimas terras dejecti fuerint, ad dictam tandem Insulam post decursum aliquot dierum appulerint, quæ insignis est magnitudinis, sitaque versus Oceanum ad Africam, versusque occidentem. Hujus terra amœna & fertilis est, ab aquis navigabilibus irrigua, pretiosisque ædificiis clara. Hæc Insula vix ulla alia esse potest, quam America, nec frustra Ægyptiaci Sacerdotes, multo minus

minus Solon(teſtante lib. 1. Strabone)totum de illa conſcripſit librum.Et multo minus Diodorus Siculus hæc finxiſſet,aut ſomniaſſet,quod nos in rei veritate jam compertum habemus.

Insuper teſtatur Ariſtoteles,vel Theophraſtus, cui liber de mundo,ſicut Apulejo verſio ejus in Latinum,adſcribitur. quod extra partes noſtras,Europam, Aſiam,& Africam,adhuc magnæ reſtarent Inſulæ per quas America & Magellanica ſecundum omnem aſpectum intellectæ ſunt.Diodorus Siculus porro teſtatur,quodCarthaginenſes incolas Europæ eo navigare prohibuerint.Quando verò Pœni hanc navigationem omiſerint,incertum eſt. Hoc tamen exploratum eſt, à Monarchia Romanorũ, uſque ad dictos annos, nihil quicquam auditum,vel notatum fuiſſe.

Tertia Deſcriptio,
DE
Limitibus, magnitudine, & diviſione AMERICÆ.

TOTA America circum circa Oceano magno includitur. Verſus Occaſum quidem, Oceano Atlantico, Mare *del Nort* dicto, verſus meridiem autem freto *Magellanico*, quo ab Auſtralibus terris ſeparatur, nobis adhuc incognitis. Verſus occidentem mare *pacificum* eſt, & alias *mar del Zur*. Septentrionale littus nobis in Europa adhuc plane non eſt cognitum, ſed opinio eſt,quod mare concretum eo pertingat, quoniam in altero latere, Inſulæ Europæ & Aſiæ proximè uſque ad polum ſitæ ſunt, quæ ab eodem mari ſimiliter irrigantur. Maxima longitudo inter freta *Anian* & Magellanicum eſt 2400. Milliar. German. Latitudo verò à *Cabo de Fortuna* uſque ad *Cabo de Breton* in nova Francia eſt 1300. milliar. Tota America in duas dividitur partes, nimirum in Americam Septentrionalem & Meridionalem.

Quarta Descriptio, DE SEPTENTRIONALI AMERICA.

SEPTENTRIONALIS America, etiam dicitur Mexicana, ab Urbe Mexico. Longitudo est à Freto *Anian*, usque ad Isthmum, vel terram quâ Americæ meridionali adnexa est, M. D. Milliar. Germ. Latitudo vero similis est cum Latitudine communi totius Americæ. Pars Septentrional. Americæ, quæ latissime versus Septentrion. porrigitur, adhuc est incognita, neque sciri potest, quam proximè terra polo accedat. Pars versus Septentrionem etiam præter littus parum patet. Reliqua terra maxime cognita dividitur in continentes & Insulas. Continentes vocantur

Canada,
Nova Francia,
Virginia,
Florida,
Nova Hispania,
Nova Mexicana, *Albion*,
California,
Duoque Regna, *Quivira* & *Anian*.

Insulæ autem dicuntur, Cuba, Hispaniola, & aliæ minores.

Quinta Descriptio, DE PROVINCIA CANADA.

PROVINCIA *Canada*, nomen habet à magno fluvio *Canada*. Quamvis vero jam hæc terra magno frigori subjecta sit, fertilis tamen est, & aurifodinis dives. Incolæ *bonæ* sunt indolis, vestiuntur pellibus, bonoque pollent intellectu manuariorum operum. Jam Regi Galliæ parent. Comprehenditur sub nomine *Canada*, *Estotiland*, *Cortereal*, *Terra Laboratoris*. & adjacentes *Insula Golesme*, *Beauparis*. *Mons de Lions*, & *Terra Nova*, quæ etiam *Terra Bacalaos* vocatur.

catur. Non procul à fluvio Danada Urbs eſt *Hockelaga*, ſex vel ſeptem milliarib. inde diſtans. Gallorum Coloniæ & arces dicebantur *S. Croix*, *Charleburg* & *France Roy*, fruſtra tamen omnes fuerunt.

Sexta Deſcriptio,

DE

NOVA FRANCIA.

NOVA FRANCIA, à Gallis, qui illam tempore Franciſci I. aperuerunt, ita dicta eſt. Paſſim parum habet frumenti; & leguminum non nihil. Inſuper à feris hominibus, qui homines vorant, habitatur. Novæ Franciæ adnumeratur *Accadia*, vel nova *Scotia*: ubi portus, *Porto Reale*, & Urbs *Norumbegga*, de cujus præſtantia multa ſunt ſcripta, quorum vix minimum ex vero eſt. Gallica habitatio *Porto Royal*, per incuriam Jeſuitarum ab incolis, Anglis prodita eſt, ab illiſque deſolata. *Quebec* etiam Gallica eſt Civitas, & ſæpe à mercatoribus viſitur.

Septima Deſcriptio,

DE VIRGINIA.

NOVAM FRANCIAM attingunt *Nova Anglia*, *Nova Batavia* & *Virginia*, quæ ſub nomine *Virginiæ* continentur. Virginia nomen videtur habere à Regina Elizabetha Angliæ, quæ Virgo Imperium rexit. In *Virginia* Urbes ſudibus ſunt circumdatæ, *Pomiſock*, *Medano*, & *Secota*. Hę Urbes exiguæ ſunt, nec ultra 12. domus habent, Semicyludrica tecta, & omnes ab invicem ſeparatæ ſunt. Angli hic ædificarunt Urbes, *Jacobipolin*, *Henrivillam*, & propugnaculum *Bermudã*. In Nova Anglia Civitates habitabiles ſunt, *St. Georgius*, Nova *Pleymuth*, ad unũ montis latus ſitæ, ubi Puritani vel Bruniſtæ agunt. *Nova Batavia* boni ſoli eſt, quod altitudo arborum teſtatur: Hollandi ipſam tenent, qui ibi Civitates *Novum Amſtelodamum*, *Hellegat*, *Fort Orange*, & alia poſſident.

Octava

Digitized by Google

Octava Descriptio,

DE

PROVINCIA FLORIDA.

HÆC Provincia nomen suũ habet à die quo inventa est, qui fuit Dominica Palmarũ, is dies apud Hispanos *Pascua de flores* dicitur. Hæc inventio facta est An. M. D. XII. per Juan Ponce de Leon. Alii inde nomen derivant, quod vivens ac florens sit Regio. Galli quidem An. CH. M. D. LXII. sub Jean de Ribauld eo venerunt, parvumque propugnaculum *Caroline* ibi exstruxerunt, quod postmodum ab Hispanis occupatum, & demum illis ademptum, ultimum destructum.

Hodie ibi conspiciuntur { S. *Augustinus*, S. *Joannes*, S. *Matheus*.

Nona Descriptio,

DE

NOVA HISPANIA.

VLTIMA Provincia versus meridiẽ, in prima parte Americæ, est *Nova Hispania*, magna & jam optime culta terra. Aër ibi lenis & tolerabilis, quamvis illæ Regiones, sub torrida sitæ sint Zona. Bonas natura ibi esse voluit fodinas, auri, argenti, metalli, ferri: mareque ibi dives est piscium, margaritarum, concharumque. Regiones, in quas dividitur, vocãtur *Nova Gallicia*, *Mechoacã*, *Mexicana*, *Jucatan*, *Guatimala* & *Nicaragua*. In *Nova Gallicia* Hispani has ædificarunt Civitates. In Provincia *Guadalajara*. *Urbem Guadalajara*, *Espiruto Santo*, S. *Maria delos lagos*. In *Xalicso Compostella* non procul à mari. In *Chiametla* aut *Ybarra* sita est S. *Sebastian*. In *Culiacan* *St. Michel*. In *Cinaloa* parva sunt oppida, S. *Philippo*, & S. *Jago*. In *Uxitipa*, S. *Luis*. In *Los Zacotecas* sunt propter multas argentifodinas variq; beneq; habitatæ urbes. Imprimis *Durangō*, & *Xeres de la frontera*. Incolæ à Rege Hispaniæ in bonum sunt redacti ordinem, distributique in Centum & 3. tribus, quas Repartimentos vocant. Religioni etiam Christianæ se

accommodant. In nova *Biſcaya*, *Metatlan* & alia parva oppida. Omnes jam dictæ Provinciæ ſub nomine novæ *Galliciæ* comprehenduntur. *Mechoacan* in Mexicanica lingua Regio piſcium audit: aër hic quidem valde mutabilis eſt, ſed tamen ita affectus, ut multi ex alienis Regionibus ſe huc conferant ob recuperandam valetudinem. Complectitur etiam hæc Regio multas ſub ſe parvas Provincias. Prima dicitur *Mechoacan*: ibi ſitæ ſunt *Zinizonza*, ubi ante Reges habitarunt, jam Hiſpanica Urbs facta eſt, *Valladolid* hodierno die præcipua eſt. Sequitur *St. Michel*, *S. Philippe*, *Conception de Salaya*, *Leon*, & *Zamora*. In Provincia *Zacatula* ſita eſt Urbs *Zacatula*, quæ *Conceptio* vocatur. Pariter in Provincia *Colyma*, ſita eſt Urbs *Colyma* & *Acatla*. Ut & celebris portus *Navidad*. *St. Jago de Lona Speranza* & *Malacca*. Provincia *Mexicanica* cnmprehendit urbem *Mexico*, quæ pro metropoli in tota Nova Hiſpania numeratur. In magno ſtagno ædificata fuit, ubi tantum tres aditus patebant, qui, perruptis aggeribus, effecerunt ut Civitas An. M DC. XXIX. magna aquarum illuvie perderetur. Alii ſcribunt, quod Urbs ad littus illius ſtagni ædificata ſit, quum primum ab Hiſpanis occuparetur; Complectitur igitur in circuitu unum cum dimidio Milliar. Germ. multis gaudet incolis, Vicariiſque Regii, Regia eſt, ut & Archiepiſcopi. Hic imprimuntur libri, & moneta cuditur. Præterea multa ibi reperiuntur templa pulchræque arces, ut & Academia; ita ut hæc Civitas omnes reliquas in America ſuperet. Olim *Temiſtitan* dicta fuit. Proxima *Mexico* eſt *Teſcuco*, quæ magnitudine urbi *Mexico* non cedit. *Chulula* olim ad 20000. ædificiorum habuit: fama eſt, parentes 6000 liberorum quotannis Dæmoni immolaſſe. *Texcuco* pulchris domiciliis in principio ornata fuit, biſque tam magna quam *Sevilla* in Hiſpania. *Mexicalzingo*, *Cuyocan*, & *Huicilipucho*, populoſa fuerunt oppida. *Acapulco*, ſita eſt ad meridionalem Oceanum, bono gaudet portu, in quem Spilberg anno 1615. deſcendit, & quamvis cum navibus ſuis urbem occupare poſſet, contentus tamen fuit quod Rectorem urbis in ſuam traxerit voluntatem, impetratiſque ad victum neceſſariis, iterum diſceſſit. Huc pertinet Provincia *Panuco*, ubi metropolis *Panuco*, quæ ab Hiſpanis *Villa de St. Stephan del Puuerto* vocatur. Salis reditus multos habet. Reliquæ

Digitized by Google

liquæ urbes dicuntur *St. Jago de los Valles*, & *S. Ludovico* de *Tampice*, ut & *Provincia Tlaſcala*, ubi metropolis ejuſdem nominis ſita in loco propter adjacentes montes munito. Cæterum ibi ſitæ ſunt *Xicotencalt*, & *Ocotevilco*. Hodie ibi præcipua Urbs eſt *Puebla de los Angeles*. Huc etiam pertinet provincia *Tepeaca*, in qua metropolis *Segura de la Frontera*, in loco petroſo exſtructa, pulchris plateis & ædibus nitens. *Vera Cruz* emporium eſt, ſed maximam partem anni, propter frequentes pluvias nimioſque æſtus, inſalubris. *St. Juan de Ullua*, hic celebrem præbet aditum, qui in Nova Hiſpania fere præcipuus, & verſus Septentrionalem Oceanum unicus eſt. Aditus ex Inſula fit, rupibus circumdatus verſus latus ad mare vergens, at verſus latus terræ oppoſito humile habet littus, adjunctus eſt hic murus, in cujus ſinibus duo propugnacula erecta ſunt. *Guaxaca* cõplectitur urbes *Antequera*, S. *Illiphonſo* & S. *Jago*, ubique fluminibus auri feracibus abundat. Præterea ibi Hiſpani multos bombices habent, quibus arbor morus optimo eſt nutrimento. Provincia *Miſteca* in duas partes eſt diviſa, quarum altera *Superior Miſteca*, altera vocatur *Inferior*. Ubi duæ rupes ſunt, in quarum cacumina ab una in aliam paſſu tranſire licet, quæ tamen ad radices inferiores invicem ſunt remotiſſimæ. In hac Regione, feri homines in fluminibus aurum quærunt, pro quo ad victum neceſſaria ſibi comparant, & feſtos agunt dies, quouſque ſuppetit nummus, poſtea jejuniis vacant, quoniam nulli agriculturæ & labori incumbunt. *Provincia Tutepeq*; confinem habet partem *Guaxaca* & montes *Zapoteca*. Incolæ hic multos habent ritus Judaicos, Circumciſio apud illos etiam eſt inventa. Deſcriptionẽ MEXICANICÆ Provinciæ excipit JVCATAN, ubi Hiſpani Sanctum Baptiſmum invenerunt, quô Incolæ uti ſolent, illum dicentes regenerationem. Præcipuæ urbes in hac Peninſula ſunt: *Merida*, fere in medio Regionis, *Valladolid*, *Campeche*, & *Salamanca*. Ad hanc Provinciam attingit Tabaſco, in qua Hiſpani urbem *Victoriam* poſſident, Terra GUATIMALA mox ſequitur in ſuſcepto ordine, quæ ſequentes complectitur Provincias: *Chiapa*, ubi *Cividat Real*, in fertili ſita valle, *Tecpatlan*, *Copanavatzla* & St. *Bartholome*. Socomuſcõ ubi *Gurvetlan*, *Suchitepec*, nunc cuſtoditur negligenter. *Verapaz* ubi *S. Auguſtinus*,

Guatimala ita dicta ferax est balsami, & ex rupe bene olens oleum profluit. Crescit hic etiam herba cœrulei coloris tincturam faciens. Urbes ibi vocantur *St. Jago* de *Guatimala*, in valle intra duos montes qui ignem vomunt sita est, ut & *S. Salvador*. Hondura, sequentes habet.

Urbes { *Valledolid, Gracias á Dios, S. Pedro, Port de Cavallos, Truxillo* & *S. Jorge.*

Ordo nos ducit ad NICARAGUAM fere sylvis obductam: ibi sitæ sunt *Leon de Nicaragua*, ad littus magni maris exstructa, *Granada, Segovia*, & *Jan*. Ad hanc modo dictam Provincia COSTARICCA attingit: ibi sita sunt *Aranivez, Cartago*, & *Castro d' Austria*. Post illam sita est Provincia VERAGUA

Ubi sunt { *Conception, Trinidad, S. Fe, & Carlos.*

Decima Descriptio,

DE

CALIFORNIA.

DE *California* dubium est, insulane sit, vel peninsula. In uno latere, mare ab Hispanis mare Vermejo dicitur. Ibi situs est portus *S. Croix*, cum angusto introitu, sed intus, magnæ latitudinis, ut & portus *S. Andrea*, & *S. Abad*. Cum Franciscus d' Ulloa hanc provinciam perlustrare vellet, cum navibus suis tandem interiit, ut in posterum nihil de illis audiretur. Altera tamen navis, quæ cum ipso iter fecerat, demum in Novam Hispaniam appulit. Ex descriptionibus navigationum patet, Regionem hanc hinc inde fertilem amœnamque, & à Feris bene cultam esse. Ad hanc terram sitæ sunt insulæ S. *Augustin* & *Cedros*,

Vndecima Descriptio,

DE

NOVA MEXICANA.

HÆc Regio ferme circum circa à populo circumdata est, quem *Apaches* vocamus. Gens magna & bellicosa, maresque quam fœminæ pelle cervina se induunt. Sed

Nova

Digitized by Google

Nova Mexicana in ſe ſpectata, Longitudinem ſuam habet intra *S. Antonium* de Senecu, uſque ad *St. Hieronym.* ad C. milliar. Hiſpan. metropolis ibi eſt *S. Fe*, reliquæ vocantur *S. Anna*, & *Acoma*, valde munitus locus, in excelſa & erecta rupe. Hyems hic adeo frigida eſt, & gelu ita rigent flumina, ut currus grandes ferant.

Duodecima Deſcriptio,

DE

NOVA ALBIONE

HÆc Provincia à Franciſco Dracone inventa eſt, & in honorem Patriæ ſuæ (ut & propter Albam rupem olim Anglia ſimile inde nomen duxerat) *Albion* dicta eſt. Cum hic appuliſſet *Draco*, Feri, ipſi ſaltationibus magnum fecerunt honorem, illorumque Rex illius capiti coronam de plumis artificioſe compoſitam impoſuit. Populus ipſum etiam Ducem militiæ poſtulavit, quem tamen ille honorem repudiavit, ſed inde deceſſit, & iter ſuum ultra inſtituit.

Tertia & Decima Deſcriptio,

DE

REGNO QUIVIRA ET ANIAN.

QUIVIRA plana eſt Provincia, paucas habet arbores, nec nimium populoſa eſt. Viri pellibus cervorum pro tunica utuntur, fœminæ comas alunt, cum quibus etiam naturæ infima tegunt. Hic nullum creſcit frumentum, incolæ plerumque utuntur carne crudâ, calidum bibunt ſanguinem, quandoque frigidum ſanguinem cum aqua miſcent. Nullas habent ſedes, ſed paſſim oberrant, ubi pecoribus paſcua inveniunt, ibi ſubſiſtunt. Cum hac Provincia confinis eſt *Provincia Cibola*, quæ melius eſt culta. Ibi inveniuntur 7. parva oppida, quæ domus trium & quatuor contignationum habent. Has inter eſt *Granata*. In reliquis incolæ nudi incedunt, bono pollent intellectu, ſecundum illorum naturam.

Quarta & Decima Descriptio,
DE

Regno *Anian* & freto maris, quod inde nomen habet, parum memoriæ, ab illis qui illius Regionis tractant descriptionem, relictum est.

DE INSULA CUBA.

HAEC Insula olim plena hominum fuit, quos Hispani penitus exterminarunt, nec hodie ab illis ipsis multum culta est, quoniam aliunde majorem consequuntur utilitatem. Civitates ibi vocantur : *St. Jaques*, cum admodum securo aditu, ubi non opus est anchoras de prora jacere: proxime adjacent *Cuprifodinæ*, ab Hispanis *Sierras de Cobre* dictę. *Baracoa*, adjacentes sylvas habet feraces. *S. Salvador* vel *Bajamo*, salubri gaudet aëre, fertilique solo, pulchro porrecta æquore, ideo reliquis præferenda. Hanc urbem inter, & *St. Jaques* in paludosa valle inveniuntur lapides, qui ita natura rotundi sunt, ut illorum usus pro globis tormentariis esse queat. *Porto del Prencipe* bono gaudet portu. In illa vicinia reperiuntur putei, qui ejiciunt Naphta, quod Hispani cum *Insset* sevo miscent, & naves velut pice obducunt. *St. Spiritus* & *Trinite* parva derelictaque sunt oppida. *Havana*, insignis est portus, in fronte duabus in rupe exstructis arcibus bene munitus. Tertia sita est in introitu valde angusto, intus aditus tam est amplus ut stationem mille præbeat navibus, nec opus est ut illas vel anchoræ firment, vel funes. Quapropter hæc Vrbs eo potentiæ & opum crevit, ut quam optime in tota America ædificata, quamvis nullo muro cincta sit.

Quinta & Decima Descriptio.
DE
INSULA HISPANIOLA.

INSULA Hispaniola præcedentem fertilitate fere superat, nec magnitudine alteri cedit. Metropolis illius est *St. Dominico*, pulchre facta, muroque circumdata. Franciscus

Digitized by Google

cus Draco illam occupaverat, & per menſem ſalvam reliquerat, poſtmodum partem deſtruxit, multumque pecuniæ extorſit, ut reliquum miſſum faceret. Reliquæ urbes vocantur, *Salvalcon*, *Zeibo*, *Cotuy*, *Jaguana*, nunc *Sancta Maria del Porto*. *Conception de la Vega*, *St. Jago de los Cavelleros*. *Puerto de la Plata* bono gaudet portu, & mercatu pollet, ſecundaque merito poſt *St. Dominicum* ſalutari debet. *Monte Chriſto*, ſalis fodinas habet & aditum: hæc Inſula hodierno tempore non eſt gente frequens, cum hic ante ad XIV. millia Hiſpanorum fere Nobilium numerarentur. Hi ad continentem terram demigrarunt, ubi plus auri divitiarumque, quibus inhiabant, reperierunt.

Sexta & Decima Deſcriptio,

DE

ALIIS MINORIBUS INSULIS.

POST ſupra nominatas Inſulas, JAMAICA maxime clara eſt, quæ etiam una fertilium Inſularum eſt, nec tamen ab hominibus bene culta, quoniam illius habitatores, cum per Hiſpanos, tum per propriam ferociam decreverunt. Hodie ibi tantum tres numerantur Urbes, quarum nomen *Sevilla*, *Melilla* & *Villa de la Vega*, unde Columbi Principis titulo utebantur, de qua tamen parum reſtat reſidui. Inſula *St. Jean* ſequentes habet urbes: *Porto Ricco*, cum aditu, arcibus bene munito, & *St. Germain*, olim *Nova Salamanca*. Tota Inſula arboribus obducta eſt, & ideo impervia. Reliquæ Inſulæ, quarum ingens eſt numerus, comprehenduntur imprimis ſub tribus his nominibus: *Lucajes*, *Cannebales*, & *Barmuides*. In ultima Angli ſibi exſtruxerunt ſedes, propugnaculiſque firmarunt.

Septima & Decima Deſcriptio,

DE

Meridionali *America* in genere.

AMERICÆ Septentrionali annexa eſt per Iſthmum, 20. Milliar. German. latitudine, *America Meridionalis*

Quæ

Quæ etiam, à præcipua ſua Provincia *Peru*, Peruviana dicitur. In ſe magna Peninſula eſt, nec minor Africa, in triangulari forma fere ſita eſt, attingitque uno latere Septentrionalem Americam, alterum verſus Africam ſpectat, & 3, Magellanicam. Longitudo à Septentrione in meridiem, M. Milliar. German. ſed latitudo DCCC. Mill. numeratur. Provinciæ, in quas dividitur, appellantur *Caſtilia del Oro*, *Bogota*, *Peru*, *Chili*, *Chica*, *Paraguai*, *Braſilia*, *Guajana*, & *Cumana*. De his ordine agendum.

Octava ſupra Decimam Deſcriptio,

DE

CASTILIA DEL ORO.

Hæc aſpera & inculta eſt Regio, aëre gravi laborans, ſed propter aurifodinas imprimis dives. Duæ præcipuæ urbes ejus Iſthmo adjacent, quas inter *Nombre de dios*, Septentrionalem Oceanum, ſed *Panama*, meridionalem ſpectant. *Nombre de dios*, hodie præfertur *Porto Belo*. Nomen *Caſtilia del Oro* Hiſpanis fere memoriâ excidit, hodie dicitur *Panama* & terra firma. Metropolis Regionis, *Panama* eſt, quæ quidē parva, ſed propter vigentem ibi mercatum valde incolis frequens eſt. Mediocri etam gaudet acceſſu. Regia domus in præceps vergenti Rupi impoſita eſt. *Nombre de dios*. non parva Urbs, ligneis altis domibus abundans: jam ferme derelicta eſt, & ejus loco ad *Portum Belo*, nova Urbs *Philippo* emerſit: Cujus aditus fontibus, arcibus, & majoribus tormentis bene munitus eſt. S. *Jago de Nata* vel *Nata*, tertia eſt. Porro quidem aliæ urbes ædificatæ ſunt, quæ tamen iterum interierunt. *Panama* confinis eſt *Cartagena*, à Metropoli Cartagine ita dicta, quæ benè cuſtoditum habet aditum, illi in Carthagena propemodum ſimilem. Illa duabus arcibus & rotundo caſtello Hiſpan. munita eſt. In hac Provincia ſpectantur *Tolu*, unde pretioſum balſamum nobis adfertur. *Villa de Maria*, *St. Crux de Mopox*. *Baranca de Malamba*. S. *Sebaſtian de buona viſta*, exſtrui quidem cœpit, ſed, cum hac occaſione Peru innoteſceret, iterum derelicta. Poſt jam dictam ſequitur Provincia *St. Martha*, Regio fertilis, ubi planicies eſt: præcipua ejus Urbs eſt, *St. Martha*, bonum ſecurumque tenet aditum,

Digitized by Google

tum, domus sunt ex ligno rosarũ, & foliis palmarum tectæ. Olim habitatoribus dives erat, verum nunc deserta Reliquæ Urbes vocantur *Teneriffe*, *Villa de Palmas*, *Cividad de los Reyes*, *Ocanna* & *Ramada*. Proxime hanc Provinciam, Urbs sita est *Rio de la Hacha* cum adhærente Provincia.

Nona ultra Decimam Descriptio, DE BOGOTA.

REGIO, quæ olim *Bogota* dicebatur, nostris temporibus Regnũ Granatæ audit. Terra hic incolis & fructibus differens est. Nam ibi pars hominum formosa, pars deformis & fera est. Urbes ibi sitæ vocantur S. *Fe*, quæ variis nutrimentis abundat, *St. Michel*, *Tocayma*. In Provincia Musos & Colyma sita est *Trinidad*, *Tunia*, *Pamplona*, *St. Christophle*, *Merida*, & aliæ. *Popajana* in salubri sita est loco, ubi aër velut in Vere immutabiliter idem manet, multis vero obnoxia est imbribus, & continua fere tonitrua & fulgura habet. Reliquæ Urbes vocantur *Antiche*, *Anzerma*, *Caramanta*. In Provincia *d'Arma*, quæ divitiis omnes reliquas adjacentes superat, sita est Urbs, S. *Iago d'Arma*. In Provincia *Quibaja* sita est *Carthago*. In *Cali* Urbs *Cali* & portus *Bonaventura*. Cæterum ad jurisdictionem Popajanæ etiam sequentes Urbes spectãt, *Timana*, *Guadalajara de Buga*, S. *Sebastian de la Plata*, *Almaguer*, *St. Juan de Truxillo*, *Madrigal*, & *Areda*, etiam *Malaga* dicta.

Vigesima Descriptio, DE PERUVIANA.

HÆc Regio ditissima auri argentique est, præ omnibus aliis, salubri aëre amœna, quæ à ventis, à mare venientibus, in hac servatur media conditione, ut nimius calor sævire nimis nequeat. Tota Regio ab Hispanis secundum tria Parlamenta divisa est: ut, *Quito*, *Los Reyes vel Lima*, & *Charcas* vel *Rio de la Plata*. Ad *Quito* spectant, Urbs *Quito*, *Zamora*, *Jaen*. *St. Francisco*, *Riobamba*, *Guenza*, *Loxa*, *S. Michael* In valle *Piura*, S. *Iacobi* de *Guadajaquil*,

vocare audeant. Cæterum regere equos optime norunt, armaque tractare didicerunt, ſicut alii in Europa, & quamvis Hiſpani ſæpe magnos illuc mittant exercitus, minores tamen numero redire ſolent.

Secunda ſupra Vigeſimam Deſcriptio,
DE
REGIONE CHICA

Hæc ab aliis per magnos montes *Andes* ſeparatur. Feri, qui hanc cuſtodiunt Provinciam, metallifodinis aſſueti ſunt, in illaque pollent arte, illorumque Provincia argentifodinis dives eſt. Præcipua quæ incolunt oppida, ſunt *Morata*, *Chocinoca*, *Sococho*, & *Caſabindo*. Huic Provinciæ confinis eſt *Tucumana*, in qua præcipua Urbs S. *Jago del Eſtero*: Reliquæ vocantur *St. Michael de Tucuman*, *Talavera*, & *Corduba*. Hæc Provincia uſque ad mare Magellanicum porrecta dicitur, quæ Provinciam Patagonum attingit, in quâ gigantes 9. & 10. pedum longitudinem habent. Ex his quidam ſagittis duarum fermè ulnarum à gula in ſtomachum porrectis utuntur, quibus duritiem ſuam probare volunt.

Tertia & Vigeſima Deſcriptio,
DE
PROVINCIA PARAGUAY.

Provincia Paraguay, à magno flumine cui adjacet, etiam *Rio de la Plata* dicitur, quod Germanic. fluvium argenteum notat. Littus hujus Populi à variis populis ferorum incolitur. Hiſpani quoque ibi varias poſuerũt urbes. Præcipua eſt *Nueſtra Sennora de Buenos Ayres*. Hæc Urbs quidem duabus vicibus incolis ſuis deſerta eſt, tertia tamen vice habitata eſt. Magnitudinis eſt mediocris, & ſecundum *Braſiliam* & *Potoſi* mercatura celebris eſt. *Nueſtra Sennora del Aſſumtion* metropolis eſt Regionis, incolis frequens. *Cividad Real*, etiam ab Hiſpanis Ontiveros dicta. *S. Fe* parva ſed florens Vrbs. *St. Salvador*: *St. Anne*. hic portus ſunt *Puerto Guaybianno* & *Puerto de la Candelaria*.

Quarta

Quarta & vigesima Descriptio,

DE

PROVINCIA BRASILIA.

BRASILIA est sana & mediocris Regio, quod aërem spectat, excepto quod multis pluviis madeat. Tota Provincia in 14. partes, quas Hispani capitaneatus vocant, dividitur. Prima dicitur, *St. Vincente*, ubi sitæ sunt urbes *Sanctos*, vallo & duabus arcibus munita. *S. Vincent*, Urbs, cum aditu non satis bono. *S. Paoli* & *Itanhain*. Altera vocatur *Rio Jennero*, ubi *St. Sebastianus*, in 3. urbes dividitur; & *Angra dos Reyes*. Tertia vocatur *Spiritu Sancto*: ibi jacent Urbs *Spiritu S.* quæ bene culta est incolisque frequens, aditum præbet bonum, mons formam campanæ habet. Oppidū *Dos Reyes Magos*. Quarta est *Porto Seguro*, ubi porto Seguro in alba rupe facta, *S. Crux* cum aditu, & S. *Amaro*. Quinta vocatur *Ilheos*, ubi Urbs *Ilheos* & feri populi *Aymures*, qui non tantum homines, sed etiam proprios vorant liberos, & ad venandum homines exeunt eo, ubi feras alii sectantur. Sexta est *Bayha* ubi *Todos los Santos* ad celebrem *Bayam* in alto sita, muris cincta, pulchrisque ædibus ornata. Septima appellata est *Seregipe*, ubi *Seregipe del Rey*, parvum opidum, intus in Provincia situm. Octavæ nomen est *Phernambuco*, ubi Urbs *Olinda*, quæ fuit, sed nunc à Batavis propugnaculis bene munita est, Frequentia incolarum, & pulchra structura, non indecora. *Carasu* & *St. Laurento*. Nonæ nomen est Tamaricæ, ubi nihil memorabile. Decimæ datum est nomen *Pareiba*, in qua Urbs *Pareiba*, etiam *Philippe* dicta. Custodita ab Hispanis & Lusitanis exiguo vallo, sed ab Hollandis cum castello occupata. Undecimam *Rio grande* vocant, in qua fortalitium *Potengi vel Rio grande*, quod in rupe exstructum est, quæ à terra parvo flumine secernitur, & quamvis valde fortis & tormentis bene munita esset, illam tamen Hollandi subjugarunt. Duodecima *Siara* est, in qua parvum propugnaculum, in quo adhuc nonnulli Lusitani hærent. Portus in *Siara* parvis tantum navibus stationem præbet. Tertia decima vocatur *Maragnan*, dicta ab insula ejusdem nominis, in qua Galli in loco edito intra duo flumina ad optimum aditum propugnaculum fecerunt quod S. *Louiis* dixerunt.

Digitized by Google

dixerunt. Sed paulo poſt hanc perdiderunt terram. Hic ad inſulam, in terra firma pulchra *Baya* ſita eſt. Ultima *Capitanata* Para eſt, ubi Luſitani quadrangulare tenent propugnaculum, ad flumen poſitum, quod nomen *Para* accepit, ſed à Feris demum eſt occupata & ſolo æquata.

Quinta & Vigeſima Deſcriptio, DE GUAJANA.

POST Braſiliam ſequitur ultra fluvium *Rio de las Amazones.* verſus Septentrional. occidentem Provincia *Guajana.* Hæc Provincia primum ab Hollandis & Anglis viſitata eſt, quos tamen dein Luſitani expulerunt. Dividitur in tres partes, quarum nomina ſunt, *Rio de las Amazones, Wiapoco,* & *Orenoqua,* ſecundum præcipua flumina ita dicta. In hac Provincia urbes ſunt, *St. Thomas, Manoa* & *Macurewarai.* Huc pertinet etiam Inſula Trinitad. ubi Hiſpani parvum opidum *St. Joſeph* ædificarunt:

Sexta & Vigeſima Deſcriptio, DE NOVA ANDALUSIA vel CUMANA.

HÆc Provincia ſita eſt verſus occidentem reſpectu prioris, in duaſque dividiturpartes, nimirum novam ANDALUSIAM & VENEZUELAM. In Andaluſia ſitæ ſunt Hiſpanicæ Civitates, Cumana, nunc *Corduba.* In Inſula Cubaqua ſita eſt *Gadiz.* Porro ibi ſitum eſt propugnaculum *S. Michel* de Nevene, *Comanagotta.* A Cubaqua verſus Septentrion. ſita eſt Inſula *Margarita,* ubi duo loca *Margarita* & *Nor negro*: in hac inſula Hiſpani incolas libertate donarunt, propter capturam unionum, quam illi aperuerunt. Sed Batavi illam arcem, quam Hiſpani occupaverunt, demum ſolo æquarunt. *Venezuela* primum à Germanis, ſub Carol. V. Imper. aperta eſt. Metropolis Regionis eſt *Coro,* quæ etiam ab Hiſpanis Venezuela dicitur: ſequuntur porro *Nueſtra Sĕnora de Carvalleda, St. Jago de Leon, Nova Valentia, Xeres, Nova Segovia, Truxillo, Tucuyo,* & *Laguna.* In hac Provincia

vincia etiam siti sunt lacus *Maracaybo* & *Maracapana*, quorum uterque suum in mare habet exitum.

Septima supra Vigesimam Descriptio, DE FLUVIIS & MONTIBUS AMERICÆ.

REGIO *Americana* multis insignibus exundat fluminibus, quorum origo cursusque nondum satis patet. Sufficiat nobis igitur illorum nomina novisse. Maximum judicatur esse *Rio de la Plata*, *Rio d'Orinoque*, *Rio grande de la Magdalena*, *Rio grande de St. Martha*, in præcedentem se evolvens. *Rio de St. Juan*, qui etiam *Rio grande del Darien* vocatur. *Rio Panuco*, *Rio Escondido*, *Rio Barania*, & *Rio Zacatula*. Ex montibus aliqui sunt, ignem vomentes, insigniunturque plerumque nomine Vulcani. Imprimis mons in Mexicana Provincia situs, qui sæpius circumjacentes Regiones longe lateque cinere aspergit. Montes Opon. intra Provinciam S. *Martha*, & Novam *Granadam*, valde sunt asperi & deserti, Apud *Maranguan* ad fluvium *Camousi* incipiunt alti montes *Yoouyapap*, ad quorum culmen attingendū quatuor requiruntur horæ. In cacumine lata planicies est, multis fluviis irrigua. Mox *Tepeaquilla*, non procul à Mexico, toties, quoties ibi nubes densantur, procellas & imbres emittit. Alti montes Nivei Andes attingunt *Peruviam*, & propter nives impervii sunt.

Octava supra Vigesimam Descriptio, DE ULTIMA CONTINENTE TERRA.

ULTIMA terra firma nobis adhuc parum patet, excepto littore ad mare viso; & adhuc sub judice lis est, utrum terra, an vero Insula judicanda sit. Quoniam ad Austrum sita est, nobis terra Australis vocatur, & quoniam adhuc ignota, ideo etiam Incognita dicitur: interdum sub nomine *Magellanicæ* intelligitur, quoniam Ferdinandus Magellanus primus omnium ibi appulit, cum ad pervestigandas Moluccas

Digitized by Google

cicas Insulas accingeretur. Hujus navigationis narrationem pro colophone adjungemus. Dictus Magellanus An. C. M. D. XL. suam suscepit navigationem à *S. Juliano* nimirum, ad fluvium *St. Croix*, ubi duos substitit menses. Circa finem Octobr. appulit in die *St. Ursula*, ad promontorium *Capo de Virges*, ibi primum animadvertit rapidum flumen, quod intra terram decurrebat; ideo duas ablegavit naves, ad explorandam loci conditionem, quarum altera ipsum bonâ affecit spe, illud fretum bonam præbere navibus stationẽ, & per hoc patere ulteriorem egressum. Postquã dein exscensionem fecisset, parvam invenit casam, & quosdam Feros. Ad exitum ejus mensis, promontorium post terga reliquit, quod *Cap. St. Severin* dixit: & quoniam ibi in terra multum vidisset ignem, Provinciæ nomen fecit *del Fuogo*. Ita tandem ad finem Novembris in Oceanum Meridionalem, dictum mare pacificũ, descenderunt. Paulo post ibi Magellanus diem suum obiit, cum reliquisset nomen quintæ orbis parti, sibique memoriam æternam comparasset. Quamvis verò Magellanus in eâ fuerit opinione, quod terra *del Fuogo* terra firma cum terra Australi esset, postea tamen compertum est, Insulam tantùm esse. Nam An. M. DC. XV. Isacus le Maire & Wilhelmus Cornelis Hornensis parvam & magnam ædificarunt navem, cum opinione versus Meridionalem polum Regiones aperiendi, quod etiam successit; cum sequenti anno fretum *le Maire* inventum esset. In *Freto Magellanico* Rex quidem Hispaniæ duas exstruere Urbes voluit, sicut una *Nombre de Iesus* esse cœpit; altera, *Civitad del Rey Philippe*, etiam sub opere erat: postquam verò Darmiento, qui hoc consilium maxime urserat, repetere viam versus *Rio Iennero in Brasilia* cogeretur, & interim ab Anglis caperetur, incolæ maximam partem morbis & fame enecti perierunt. Reliqui fugâ salutem quæsiverunt, & procul dubio in manus ferorum inciderunt, & cum apud illos quærerent escam, ipsi esca inhumanis facti sunt.

Atque hucusque utriusque Orbis Geographiam deducere voluimus; In quâ, præcipua locorum, in modum compendii, succincte sunt exposita, & ex probatissimis Geographis, qui ipsas salutarunt Regiones, hausta. Ideò verò

Europam per tabulas expoſuimus, quod hæ à magnis Viris, quos in conſilium vocavimus, probatæ ſint, & ad imprimenda memoriæ ſingula Regionum loca, plurimum habeant adjumenti. In Aſia & aliis orbis partibus hac methodo commode uti non potuimus, pro qua conſultius duximus, continuâ brevique deſcriptione, illas minus cognitas Regiones perſequi, quarum accuratiſſimas tabulas cum variis rerum deſcriptionibus noviſſime Clariſſimus Vir. GEORG. HORNIUS, Profeſſ. Hiſtoriar. Lugdunenſis Academ. correctiores fuſioreſque in lucem dedit. In reliquis mundi partibus ATLAS Sinicus, etiam non ita pridem juris publici factus, ſe accuratè occupavit, ad quos, meliora fuſioraque cupientes, remittimus.

GEOGRAPHIÆ

FINIS.

LIBER

LIBER SECUNDUS,

DE

QUALITATE ET INDOLE COELI SOLIQUE, PRÆCIPUORUM LOCORUM,

IN

OMNIBUS ORBIS PARTIBUS SITORUM.

EX

ACCURATA DESCRIPTIONE MERCATORIS IN ATLANTE MAJORE CONSIGNATA,

TUM ETIAM

ALIIS PROBATISSIMIS VETERIBUS ET NOVIS AUCTORIBUS,

QUI IPSAS REMOTAS REGIONES LUSTRARUNT.

Digitized by Google

DE QUALITATE
ET
Indole præcipuorum in Orbe Locorum.

EUROPA.

EUROPÆUS Orbis aëre, cœloque, ut plurimùm, maxime temperato fruitur, quo fit, ut ubique ſuis non careat incolis, niſi quod loca, nimio frigore & gelu rigentia, parum culta reperiantur. Cæterum in aliis tanta ſoli fertilitas, tanta frugum, arborum, plantarum, metallorum, omnis generis animalium, aliarumque rerum copia reperitur, ut nullibi locorum majorem rerum affluentiam ſpectare liceat.

BRITANNIA.

BRitanniam omnibus cœli & ſoli bonis natura donavit, in qua nec rigor eſt nimius hyemis, nec ardor æſtatis: in qua ſegetum tanta fœcunditas, ut muneribus utriuſque Cereris & Liberi abundet. In qua nemora ſine immanibus beſtiis, terra ſine ſerpentibus noxiis, contra pecorum mitium innumerabilis, lacte diſtenta, & onuſta velleribus multitudo reperitur: certe, quod propter vitam diligitur, longiſſimæ dies, nullæ ſine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctiſque metam cœli & ſyderum aſpectus tranſit, ut Sol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.

Vid. panegyr. Conſtantino dictam mihi p. 237.

HIBERNIA.

HUjus Inſulæ aër eſt ſaluberrimus, cœlum mite, clemens, blandum, nam neque nimium calente ſole ad opaca umbrarum incolæ, neque nimio intenſoque frigore ad focos compelluntur; ſemina tamen propter humidum Autumnum rarius matureſcunt: quapropter Mela ſcribit quod cœlum maturandis ſeminibus iniquum habeatur. Salubritate vero & ſerenitate aëris multum Britannia præſtat. Strabulis & fœniſecio, incolæ opus non habent. Hic terræ motus nunquam, vix ſemel in anno tonitru audies. Regio-

nem præpinguis gleba, frugumque felix cummendat proventus, paſcuis tamen magis quam frugibus, gramine quàm grano fœcundiorem invenies. Ventis adhæc nimium pervia, adeo vero luxuriat hæc Regio dulcibus herbis, ut, teſte Mela, pecora exigua diei parte ſic ſe iis impleant, ut a paſtu repelli debeant, ne ſatietas perimat. Hinc pecorum ingens ibi eſt multitudo, præcipuæ incolarum opes, ovium plurimi greges, equi optimi, nulla inveniuntur reptilia, falconum, accipitrum, multitudo eſt. ciconiæ rariſſimæ ſunt, & illæ nigræ, in boreali plaga cygnis abundant. Deſunt contra perdices, phaſiani, picæ, philomelæ: apum examina magna reperies. Aves ex lignis vel arboribus generantur, ut & in Scotia; eas *Bernickles* vocant. Ferarum hic pariter multitudo ingens eſt, ut cervorum, aprorum, leporum. Caret verò capris, damis, lupos & vulpes habet, eſt & taxus muſtella, ut & murium proliferum genus.

VLTONIA.

Hæc Regio ampla, alicubi ferax, alicubi macra, viriditate tamen ad aſpectum ubique jucunda, & pecoribus refertiſſima eſt.

SCOTIA.

TAntum hic creſcit frumenti, quantum incolis ſatis eſt. Terra magna ex parte ſulphurea eſt, & viſcoſa, ideoque deficientibus lignis pabulum pro ignis alimento uſurpant. Præbet etiam terra varia metalla, ut aurum, argentum, ferrum, argentum vivum, plumbum, cuprum, gemmas, præſertim gagatem, qui in aquis ardet, & oleo extinguitur. Paſcua hic ſunt optima, unde carnis, lactis, butyri, caſei, copia affluens.

ORCADES.

Hîc frugum proventus eſt exiguus, præter avenam & hordeum, ex quibus & panis & vinum eis ſuppetunt. Propter gregum multitudinem, ut ovium, boum, caprarum multum caſei, lactis & butyri habent: aves marinæ innumeræ, quæ incolis victum ſicut etiam piſces præbent. Nullum ibi venenatum animal, nec aſpectu fœdum, nulla uſquam arbor, ac ne frutex quidem, præter ericam, idque non tam cœli, quam ſoli vitio & incolentium ignavia.

AN-

ANGLIA.

Aër hic quocunque anni tempore temperatus, ac clemens eſt, cœlum craſſum, quo facile nubes, imbres, ventique coguntur, atque eo minus frigori æſtuique propter ipſius cœli denſitatem obnoxium. Habet ſolum omni frugum genere ita beatum, ut Angliam Cereris ſedem eſſe dixeris; abies ibi nulla, roſmarinus tàm eſt copioſus, ut eo etiam ad ſepes utantur. Vinum non habet, quod hic vitis raro matureſcat, quare in hortis magis umbræ gratiam, quam fructuum uſum præſtat. Ferax eſt auri, argenti, cupri; ferri exiguam habet copiam, plumbum nigrum & album in magna effoditur copia, in rupe S. Vincentii, imminente fluvio Avonæ, magna eruitur adamantum abundantia, qui quidem ſplendore Indicos provocant, duritie tamen illis cedunt. Colles hic ſunt plurimi, in quibus ovium greges oberrant, non tantum carnium ſed etiam vellerum tenuitate præſtantes; nam & in collibus vix arbores apparent. Regio tota à lupis immunis eſt, qui eſſe deſierunt ab eo tempore, quo Edgarus Rex Luduallo Walliæ Principi trecentos lupos in ſingulos annos vectigalis nomine perſolvendos imperavit. Nam poſtquam hoc tribus feciſſet annis, quarto nullum invenire potuit lupum. Abundat etiam Regio pecudum omni genere, exceptis camelis, mulis, aſinis, elephantis. Moloſi nullibi terrarum præſtantiores ſævioreſque ſunt, innumera adhęc ibi cornicum multitudo, genus avium agricolis quia infeſtum, ideo exoſum: quod roſtris ſparſum evellant ſemen. Notabilia Angliæ hic expreſſit verſiculus;

Mons, pons, fons, Eccleſia fœmina lana.

WALLIA.

TErra hæc eſt omnis montoſa, aſpera, clivoſa, niſi quod ibi, quà mari vicina eſt, ſolum fœcundius habeat.

CORNWALLIA.

Hæc Regio gleba ſatis fertili, ac metallorum divite vena abundat, ſtannum, aurum, & argentum producit, adamanteſque ab ipſa natura in angulos efformatos. Eringium vero lætiſſimo proventu per littora paſſim reperitur, frugum quoque dives eſt.

WESTMORLANDIA.

HOrdei & tritici ferax eſt, ad montium radices avenæ fertilior, ubique ſolo tolerabili, niſi uliginoſis quibuſdam & minus ſalubribus locis: boves alit proceris cornibus, & corpore pingues.

NORTHUMBRIA.

HÆc ſatis colonis quæſtuoſa foret, ſi mediocris culturæ labor in ſubſidium adhiberetur, nunc horrida paſſim eſt, plurimiſque in locis lapides effodiuntur *Lithanthraces* dicti.

WOGDLANDIA.

HÆc tota nemoribus occupata, nec tamen ſine paſcuis, arvis, & variis ferri venis reperitur.

INUNDATA REGIO THE FENNS.

OLim hæc terra omnino ſicca & fertilis fuit, uti patet ex hiſtoria quam de illa conſcripſit Willamus ſive Malmes Burrius qui vixit circa Ann. Chriſti cIↃ CC. Narrat enim hanc Regionem ſuo tempore non abſimilem Paradiſo fuiſſe, & alicui cœlo pulchritudine & amœnitate non cedentem. Ferebat grandes ſineque ullo tubere leves arbores, quæ ſuo faſtigio nubes pæne videbantur attingere. Regio inſtar maris plana, magna ſcatebat herbarum copia. Accedit quod hunc diſtrictum perambulanti, ne lapis quidem offenſurus pedem inveniretur: nullam præterea ſoli partem habebat, quæ non aliquem proferebat fructum. Hic videbas certare poma cum arboribus, uvas cum vitibus ſub ipſa mole nutantibus.

MONA.

INſulæ hujus terra, quamvis arida, ſaxoſa, aſpectu inamœna, & deformis ſuo tempore viſa ſit, nunc tamen admodum grata & exculta, triticique proventu adeo fœcunda eſt, ut mater Walliæ vulgo vocetur: lapides habet molares, & alicubi terram aluminoſam, è qua alumen & chalcanthum conficere non ita pridem cœperunt: ſatis etiam re pecuaria abundat.

DA-

DANIA.

Cœli temperies, aëriſque ſalubritas, Daniam valde commendant: terræ ubertas, volucrum copia, ſylvarum nemorumque varietas, ſi alibi magna, hic ſane ingens conſpicitur. Multiformes adhæc animalium ſpecies, & florida prata afficiunt, & quod à naturali gleba negatum eſt incolis, maris affluentia ex alienis terris abunde ſuppeditat.

JUTIA SEPTENTRIONAL.

Frugum, tritici, ſiliginis, hordei, & ſimilium ferax eſt, paſcuorum etiam ubertas alicubi ſumma, boum & vaccarum magnum nutrit numerum, ut in Germaniam quotannis prope quinquaginta millia boum emittat; ut & ingentem copiam caſei, butyri, ſebi, corii. Equos pariter generoſos exhibet, qui etiam apud exteros æſtimantur.

FIONIA.

HUjus terram ubertas glebæ habet, frumentorum proventum exhibet ita copioſum, ut ad remotiſſimas regiones quotannis illa emittat, ſiliginem & hordeum. Ac quamvis ager multa Cerere fœcundus ſit, nunquam tamen ſtercoratur. Abundat Regio hæc bobus, equis, nec deſunt, ob multas ſylvas, cervorum, leporum ac vulpium venationes.

SLESVICENSIS DUCATUS.

HIC ager plerumque ſingulis trienniis, mutatis vicibus, piſcationum uberem frugumque divitem præbet meſſem: tribus enim annis, colitur, ſeritur, metitur arvum; poſtea iterum tribus ſtagnis ſuperfunditur. Vineta non fert, nec oliveta: ferarum frequens venatio, equorumque magnus quoque ibi numerus eſt.

NORWEGIA & SUECIA.

NOrweg. tractus omnis occidentem verſus ſcopulis, acutiſque petris plenus eſt: atque verſus meridiem ſaxoſus, eâ præcipue parte, quæ Cimbrorum Cherſoneſo adjacet. Tractus vero ad occaſum ut & meridiem, cœlo mitis eſt, ſed terra ipſa non adeo fertilis, nec quæ ſufficiat

incolis alimenta præstare. In finibus Lappiæ sterilis ac valde inops est, versus Boream, ob rupes maximas & frigus, frumentum non fert, pecora tamen & feras, in quibus albi ursi inusitatæ magnitudinis, continet Est etiam Norwegiæ peculiare genus bestiarum, incolis *Lemmer* vocatur, animal quadrupes, soricis magnitudine, pelle varia, infestum terræ animal; locustarum siquidem more omnia virentia consumit certoque tempore mortuum, intolerabili fœtore aërem inficit, varioſque morbos generat.

SUECIA.

REgio est quæ omnes aquilonares fertilitate superet, agrũ habet fœcundum, maria, lacus, flumina: piscium variorum proventu fertilis est. Habet etiam metalla, plumbum, ferrum, æs, & alia, in magna abundantia; Sylvas feris & mellificio plenas. Creditur duplo superare Norwegiam amplitudine, fertilitate, agrique bonitate. Quibusdam tamen locis aspera, & salebrosa. Incolæ viribus & robore pollent, strenui & bellicosi milites.

UPLANDIA.

IN illa solum est fertile, frumenti tamen optimi ferax, quod in magna copia vicinis montanis, qui metallis fodiendis occupantur, exhibet. Lacus etiam plures habet, inter quos Melerus plurimis pulcherrimisque refertus Insulis, piscatione quoque dives est. Neque ipsi mineræ desunt, ferri præsertim & plumbi, ut & alicubi argenti, quamlibet rari.

GOTHIA.

HÆc Regio majori ex parte plana, & fertilitate, præ reliquis Provinciis, insignis est. Hæc etiam ipsam Uplandiam superat, secundum quorundam opinionem. Inter alias Sueciæ Provincias amœna est, omniumque commoda præter salem & vinum incolis præstat: quemadmodum frumento, ita etiam pecoribus abundat, nec ipsi desunt venationes, piscationes, aucupia, mellificia, & alia recensione longiora.

LIVONIA.

REgio sane omnium rerum plena ac fertilissima. Frumentum in tanta profert abundantia, ut in caritate annonæ

nonæ etiam vicinis Regionibus imprimis Sueciæ opem abunde ferat. Optimo etiam abundat lino, armentaque pascit plurima. Ursos, alces, vulpes, lynces, martes, martes scythicas, mustelas alpinas & castores habet. Lepores colorem pro anni tempestate mutant, non secus atque apud Helvetios in Alpibus hyeme sunt albi, æstate cinericei. Estque ibi ferarum tam frequens ubique venatio, ut ne rusticis quidem, quamvis crudeliter duriſſimeque à Nobilibus habeantur, sit interdicta. Cæterum nihil deest Livoniæ ad vitæ usum necessarium, præter vinum, & oleum, quorum tamen ab aliis Nationibus advectam satis amplam habet copiam.

MOSCOVIA.

IMmoderata in Moscovia & aspera aëris est temperies, ita tamen salubris, ut ultra Tanais fontes, Septemtrionem & Orientem versus nulla unquam pestis sæviat, quamvis haud ei dissimilem habeant morbum, calorem ita dictum, cujus vehementi ardore ita caput & intestina incenduntur, ut paucis diebus homines pereant. Regio tota neque oleam, neque ullam frugiferam arborem præter melopepones & cerasa producit, campi tamen, tritici, milii panicique & omnis generis leguminum feraces sunt, imprimis autem mellis & ceræ: cum examina apum ibi etiam in sylvis copiosissima reperiantur: lini & cannabis adhæc fertilis est, nulla metalli etiam ignobilioris apud eos vena, ferro tantum excepto. Hic Sylva Hercynia immanibus refertissima feris, ubi bisontes inusitatæ magnitudinis, ursi aspectu horridi, lupi atro colore formidabiles, alces, &c. Venatio, tum avium captura nullibi terrarum feliciores sunt. Phasianos, anates, cygnos, grues, tum singularis, generis, saporisque delicati, aves, Tetraones (Plinio Erythrataones,) incolæ capiunt.

MOSCOVIA AUSTRALIS.

PRovincia Moscua, non adeo magna, nec frugifera ob terræ siccitatem, arenæque multitudinem; alicubi locorum tamen leguminum ferax est. Malis fertilibus hinc inde stipatur, exceptis cerasis, quæ nulla reperiuntur fructus ingrati sunt saporis, mellis & ferarū exigua ibi copia, nullæque

que capiuntur feræ, nisi lepores magna frequentia. Hujus regionis incolæ reliquis sua calliditate antecellunt.

TAURICA CHERSONESUS.

PArs peninsulæ, quæ ab oriente & meridie à Perecopia media est, hyemem placidissimam, & aërem habet temperatissimum. In fine enim Decembr. hyemis initium, in medio vero Februario hyemis asperitas, magis superjecta nive, quam frigoris vi, constat: neque diutius quam ad medium Martii durat. Sub initium itaque Veris & in Autumno fere calidiore, pestilens plerumque redditur aër, & licet ferendis segetibus terra sit idonea, maxima tamen agrorum pars inculta jacet, vel ob incolarum desidiam, vel laboris molem. Insuper ibi equis, camelis, bobus, vaccis, pecore & ovibus abundant, ac inde victitant. Avium delicatarum affluunt copiâ, venationes cervorum, caprarum, aprorum, leporum in ditione Tartarica & Turcica plurimas exercent. Chersonesum autem horridi & ardui montes intersecant.

LITHUANIA.

REgio ampliſſima est, Moscoviæque proxima, cujus cœlum inclemens, hyems asperior: ceræ & mellis à sylvestribus in sylvis apibus confecti abundantia: segetes raro hic fiunt maturæ; frumenti, & picis nulla laborat inopia, vino ab exteris allato, saleque ex Britannia venali utitur. Omnis generis animalia, sed parva, profert, in sylvis uri, alces, bisontes, equi sylvestres, onagri, cerui, damæ, capræ, apri, orsi, martes aliaque ferarum genera conferto stabulantur numero. Est in Lithuania animal voracissimum (*Rossomaka*, magnitudine canem superans, quod cadaueribus vescitur.

BORUSSIA.

Aëre fruitur amœno, sed tamen frigidiore. Fœcundissima omnis est Regio, longeque finitimis Regionibus præstantior: aer frumenti est feracissimus, ita ut Lithuanicum & Polonicum facile his bonis superet. Abundat melle & apibus, non secus ac reliquæ Regiones Septentrionales. Præterea ingens in illa pecorum est multitudo, multa, copiosaque venatio, quam diffusæ ferisque repletæ sylvæ promovent.

vent. Ad hæc propter ſuccinum admodum clara eſt. Abundat autem cervis, urſis, apris, bubalis, alcibus, bizontibus jubatis, boumque ſylveſtrium genere.

POLONIA.

EST Regio omnis plana, fertilis hordei, frumenti, leguminum. Abundât fructibus, cera, melle, butyro. Salis quoque maximam habet copiam, qui ex fodinis ſalinarum magno cum labore eruitur. Æris fodinas in montium jugis, ſulphuris, tatrique vulgo dicti, bene multas habet. Armentis tam dives eſt Polonia, ut multæ Nationes imprimis Germanicæ, Polonicis victitent bobus. Animalia varii producit generis, ut uros, biſontes, tauros, equos ſylveſtres, onagros. Ut multa paucis exequamur, granarium totius Europæ eſt.

GERMANIA.

HÆC Regio tantâ rerum incredibili varietate, proventuque mirabilis eſt, ut ubertate fructuum, frugum omnis generis copiâ, leguminum luxuriâ, fœcunditate tritici, hordei, avenæ, vini præſtantiâ, fodinarum & metallorum ingenti copia, animalium & ferarum ubertate, omnium terrarum commendatiſſima ſit, cujus bonis omnibus recenſendis jam pares non ſumus.

SAXONIA INFERIOR.

HUjus Regionis aër durus eſt, purus vero ideo, ac ſaluberrimus, niſi qua paludibus nimium humidus ſit. Eſtq; Saxonia rerum omniũ, excepto bono vino, ferax. Triticum, & hordeum abundans habet, hoc non conficiendis tantum panibus, ſed cereviſiæ maxime inſerviens. Metalla varii generis producit, eruitur in certo ibi monte Meliboco lapis niger picis æriſque plurimum continens, auri cuprique colorem exhibens, in hoc imagines variorum apparent animalium. Sunt & ſalisfodinæ, auri & argenti quam plurimæ. Marmoris quoque copiam alibi montana exhibent.

LUNEBURGENSIS DUCATUS.

REgio eſt nemoroſa, ſylviſque plurimis & ſalisfodinis inſignis.

MEKE-

MEKELENBURGENSIS DUCATVS.

FErtiliſſima eſt Regio, frumento, pomis, ligno; piſcibus abundans, pecudum ferarumque ingens ibi copia reperitur.

POMERANIA.

PLana, & paucis montibus aſſurgens Regio eſt, fertilitate bona, & paſſim amnibus fontibuſque irrigua. Prata & paſcua habet gramine læta, ſylvas arboribus opacas, & ferarum gregibus pervias, animalia domeſtica plurima numerat, melle, butyro, lino, cannabi non temnendas ſibi comparat opes.

RUGIA.

INſula hæc frumenti longe feraciſſima eſt, animalium, equorum, boum, ovium, anſerum inuſitata in illa invenitur copia. Lupos non habet, neque glires, quamvis ex navibus ibi ſtationem habentibus, in Peninſula Wittovia non ita pridem hoc malum repererint.

MARCHIONATVS BRANDEBVRGICVS.

EJus ager admodum eſt fertilis, imprimis frumenti, nec deſunt vineta, ex quibus vinum abunde colligitur. Corallium aliaſque non ignobiles gemmas hæc producit regio.

SAXONIA SVPERIOR.

OLim hunc aërem vix pati incolæ potuerunt, ob montium ſylvarumque humidas exhalationes. Exciſis vero ſylvis, jam nebulæ ceſſant, & jam ſalubrior aër incolis ſpirat. Cæterum hæc terra omni frugum genere fœcunda eſt, ut toti fere circumjacenti Regioni abunde omnia ſufficiat. Summam habet non modo vini, ſed etiam frumenti fertilitatem, mellis pecoriſque ingens eſt copia, excepta valle Joachimica, ubi durior gleba minuſque fertilis eſt. Sed hunc defectum argenti divites fodinæ compenſant, ut & alia plurima metalla, argentum, æs, ſtannum ferrum, plumbum, alicubi etiam aurum.

MANS-

MANSFELDIÆ COMITATUS.

ISta Regio admodum eſt metallifera, equidem hic ſaxa foſſilia effodiuntur, dicta vulgò *Schefferſtein*, cujus generis vix alia in orbe terrarum (Munſtero teſte) invenies. Illi lapides ſunt cupro referti, ita ut igne aduſti maceratique cuprum reddant, idque non ſine maxima argenti copia. Sed hoc mirandum quoque eſt naturæ ludentis ſpectaculum quod in illa Regione ampliſſimus reperiatur lacus, cujus piſcium, ranarum, aliorumque reptilium adeo accurate in iſtis ſaxis natura expreſſit effigiem, ut ſingulas ſpecies exacte diſcernere, & ſuis quamque nominibus recte notare queas.

THURINGIA.

REgio omnis generis frugum & leguminum feraciſſima, & præſertim frumenti præ omnibus in Germania locis fertilis eſt, ita ut ipſam Georgius Agricola ſumen Germaniæ appellare non vereatur: magnus hic eſt proventus herbæ Iſatidis, quam *Glaſtum*, hodie *Guadum*, & *Paſtillum* vulgo Weedt & Paſtel vocant, ex qua lanæ cæruleum imbibunt colorem.

BRUNSWICENSIS DUCATUS.

HAbet piſciferos amnes, pagos amœniſſimos, nec montes vel ſylvæ deſunt, Cereris ditiſſimæ terræ.

HILDESHEIMENSIS EPISCOPATUS.

QUamvis hæc Regio montibus quodammodo attollatur, abundat tamen frugum pæne omnium, ut tritici, avenæ, fabarum, hordei, ſiliginis, copiâ. Poma & pyra abundantius, rarius ceraſa profert. Ruricolæ ex re pecuaria lucrum ſuum & victum quærunt: alii Cives commerciis rem augere ſtudent. Paſcua habent lætiſſima, limpidos rivos paſſim in vallibus ſuſurrantes audiunt. Salinis quoque gaudent, ex quibus non parvum faciunt lucrum. Pecorum magnus numerus eſt, montes & paſcua oberrantium. Ovium plurimi greges, montes & ſylvæ ferarum venatione utiles & gratæ ſunt.

WEST-

WESTPHALIA.

HUjus Regionis non eadem ubique eſt aëris temperies, agrorum fertilitas, pratorum amœnitas, nec fructuum exacta maturitas: quippe modo altiſſimis aſſurgit montibus, modo horrendis obtegitur ſylvis, mox planitie porrecta eſt, modo collibus ſaltibuſque innumeris rigeſcit: adhæc innumeros animalium paſcit greges, & ſylvæ, omnis generis alites in magna alunt copia.

COMITATUS EMBDANUS.

CHaucorum olim horrida & inculta fuit terra, ea nunc multum eſt mutata. Præbet enim hodie mortalibus alimenta, nec incolis tantum, ſed vicinis etiam aliiſque exteris quam plurima. Abundat pecore, lacte, frugibus, agro plano, paſcuiſque fœcundo; in quibus boum aliquot millia ſupra modum pingueſcunt, & ſingulis annis magnum lucrum incolis præſtant.

PADERBORNENSIS EPISCOPATUS.

HAEC non ampla quidem, ſed fertiliſſima eſt Regio, imprimis frumenti omnis generis feraciſſima, ovium, & vervecum, porcorum, aliorumque animalium, tam ſylveſtrium quam domeſticorum, incredibili multitudine luxuriat. Fontes & rivuli omnes delicatiſſimis abundant piſcibus. Fodinas habet ferri, plumbi, lapidum, & ſalinas in diverſis locis: nuper etiam marmor produxit, & alicubi auri arenulas.

BERGENSIS DUCATUS, COMITATUS MARCHIA *ET* RAVENSBERG.

AGer hic frumenti & tritici præſtantiſſimi ferax eſt, nec alius ullibi reperietur locus, in quo plura conficiuntur ſclopeta. Abundat fontibus, & atro carbonario lapide, quem vicinum præſtat territorium.

LEO-

LEODIENSIS EPISCOPATUS.

HAbet aerem purgatum, temperatum, & ſalubrem: tum fertilem agrum, omnibus rebus affluentem. Intus reperiuntur ferri, plumbi, auri optimi, fodinæ, auri tamen pauciores. Lapidicinæ in montibus plurimæ, candidum & varii coloris marmor miniſtrant. Sunt & ingentia ſaxa foſſilia, ad ignem idonea: uti etiam lapis vulgo dictus Carbo Leodinenſis, qui, ubi ſemel ignem concepit, paulatim accenditur, oleo reſtinguitur, atque vires auget. Vnde Leodienſes tria ſibi arrogant, *panem pane meliorem, ferrum ferro durius, ignem igne calidiorem.*

WESTPHALIÆ DUCATUS.

ILla Regio aerem habet durum & ſalubrem: eſt præterea frugifera rerum præſertim illarum, quæ magis alendis gregibus, quam hominibus conducunt. Producit varias arborum ſpecies, ex quibus poma, nuces, glandes, colliguntur: glandibus porcos bene ſaginant. Ad Paderbornam & Lippiam omnium eſt fertiliſſima, ad Amaſiam vero quibuſdam locis deſerta. Animalium domeſticorum innumeros alit greges, imprimis porcorum multitudinem, qui pernis ſapidis incolarum & aliorum onerant menſas. Nec deſunt variæ multæque in ſylvis feræ.

WALDECK COMITATUS.

FRumentum in magna profert abundantia, tum vinum metallaque varii generis, aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, argentum vivum, alumen, ſalem. Producit etiam varii generis animalia, magnamque in ſylvis ferarum copiam, quæ ad venationes incolas crebrius incitant.

NASSOVIÆ COMITATUS.

HÆc Regio alibi in planitiem deprimitur, alibi ſylvis horret, alibi in montes tumet, alibi læta eſt vitibus, ut in Comitatu Dietzenſi, & ad ripam Lani; alibi pratis, paſcuiſque amœna eſt, aut fertilis ſegete, olere, & legumine. Adhæc fodinas metallorum haud ignobiles habet. Nam in territorio Sigenenſi ex lapide, ferrea quædam

maſſa eliquatur, ex qua poſtea fornaces, ollæ, tubi, incudes & globi conflantur. In oppido vero, & aliis circunjacentibus pagis conduntur omnis generis ferrea inſtrumenta. Freudenbergæ chalybs optimæ notæ præparatur, qui poſtea per totam Germaniam diſtrahitur. Habent & ſimiles fodinas officinaſque in tractu Dillenburgico, Hegerano, Burbacenſi, in quo & plumbum eruitur, & cuprum; ſicut etiam in agro Eberſtacenſi, qui & vitriariam habet officinam.

FRANCONIA DUCATUS.

IPſa Regio, excepta illa parte quæ hodie Norica vocatur atque fluminibus vicinior eſt, arenoſa nimium non eſt, nec nimium Lapidoſa, fertilis omnis eſt, hordeum, triticum, omneque cum leguminibus frumentum multo cum fœnore reddit. Rapa, cepaque, nullibi fere locorum majores & meliores ſunt, Colles vineis conſiti, multis in locis vinum gignunt, quod etiam ad remotiſſimas gentes transfertur. Glycyrrhizæ Babergenſis ager plenus eſt. Pomariis, pratis, animalibus, pabulo, feris, Regio abundat.

COMITATUS WERTHEIMENSIS.

NOn ſecus ac Franconia, hæc Regio maxima parte frugifera eſt, habet bonum vinum, tam in comitatu, quam in vicinis ſibi diſtrictibus, & vallibus prope flumina & amnes creſcens, magnique æſtimatur. Pratis virentibus decora eſt, quorum gramine multa aluntur armenta. Ferarum non minor eſt ob crebras ſylvas copia, ut & alitum agminatim volantium.

PALATINATUS RHENI.

TRactus hic, vel omnibus ac ſingulis Regionibus amœnitate, fertilitate & omnium rerum ubere, potior eſſe poteſt. Montes viniferi generoſiſſimum proferunt vinum, aliis longe lateque diſſitis locis exoptatiſſimum: ager ſegetibus luxuriat, omnium feliciſſimarum arborum genere, & fructibus dulciſſimis frequentiſſimus eſt: ſylvæ feris, potiſſimum autem cervis, hircis, hœdis, capris, plenæ ſunt. Prope Heydelbergam magna copia ardearum eſt.

ER-

ERPACH: COMITATUS.

Aër Regionis purus est, saluberrimusque, & sane omnia generis frumenti ac frugum feracissimus. Colles multis in locis consiti spectantur. Terra pulchris undiquaque pomariis cultissima reperitur, dives animalium domesticorum æque ac ferarum.

ALSATIA INFERIOR.

OMnium rerum lætam, vini imprimis & frumenti copia abundantem natura fecit, ut non solum pro incolis suis satis habeat, sed etiam magnam bonorum suorum partem difficilis suppeditet Regionibus. In *Sangovia* Alsatiæ conterminâ maxima frumenti crescit vis, quin ipse ager segetibus per totam Alsatiæ planitiem turget. Reperiuntur ibi etiam castanearum sylvæ; fodinæ æris, argenti, plumbi, ut & gratissima pecori pascua.

ALSATIA SUPERIOR.

MUltis in locis vineas & frumenti magnam habet copiam, quod circumquaque in omnes vicinas evehitur Regiones.

WIRTENBERGENSIS DUCATUS.

HUjus Regionis aër est saluberrimus, æstate commodus, hyeme temperatus. Ipsa Regio fertilissima, ita ut cum optima Germaniæ parte certare queat, frumenti, leguminum, vini, fructuum magnos reddit proventus. Non eadem tamen Regionis ubique indoles est: pars enim Alpibus contermina subaspera est, vitibus inimica; terra in Alpibus arenosa rubrique coloris, frumenta tamen satis commoda: ubi vero Neccarus in campestria diffunditur tota felix, tota beata est; undique herbida prata, vini colles, fertiles agri, abundans vini, frumenti, pomorumque undique proventus. Argenti quoque fodinas hic Ducatus habet, producit ferrum, & æs, tum lapides varii elegantisque coloris, varii generis animalia, feraque saltibus vagas.

COMITATUS TIROLIS.

HAbet multas argenti fodinas tam quidem uberes, ut ex iis quotannis fructuum CCCC. millia aureorum Prin-

cipi cedere, autor ſit Cuſpinianus. Æris nuſpiam majorem copiam, nuſquam præſtantiorem bonitatem idem prodidit, quod in Falkenſtein & Erbſtollem effoditur.

BAVARIA DUCATUS.

Aër hic ut plurimum ſalubris ac Regio amœna eſt, fructuum quidem ſatis ferax, non æque tamen vini & frumenti, quamvis & vinum in nonnullis locis agreſtius gignat. Abundat inſuper ſale, arborum fructibus, ferro, pecore, volucribus, feris, omnibus denique ad victum, cultum & uſum vitæ ſpectantibus. Sues glandibus in magna nutrit copia. Præter urſos centenarios cervorum alit greges, quos abſque conſenſu Principis venari crimen eſt.

PALATINATUS BAVARIA.

Aër hujus Regionis utcunque gratus ac ſalubris eſt, terra tamen ſatis dura & aſpera, licet quibuſdam locis ſatis proferat frumenti, ac paſcua reperiantur ſaginando pecori apta.

BOHEMIA.

Hic aër, quia perpetuis aquilonibus expoſita eſt Regio, durior ac frigidior eſt, neque tamen ille inſalubris. Ipſum vero ſolum adeo frugum, hordei; & tritici ferax eſt, ut iſta bona, ſua etiam vicinis Regionibus abunde ſuppeditet.

LUSATIA SUPERIOR.

Regio hæc frumenti, rerumque è terra naſcentium feraciſſima eſt.

SILESIÆ DUCATUS.

Ager fertilis eſt, ob torrentes & rivos copioſos, venas etiam habens auri, argenti, plumbi, ferri.

GLATZ COMITATUS.

Hic jucundiſſimo tractu ſitus eſt: agrorum undique fertilitas, hortorum varietas, ſylvarum commoditas & amœnitas ſpectantur.

MORA-

Digitized by Google

MORAVIA

REgio omnis cultoribus frequens, rerumque omnium ad vitæ ſuſtentationem fœcundiſſima mater eſt, nec frumenti ſolum, vinique, ſed & croci maximam partem ſuppeditat.

AUSTRIA ARCHIDUCATUS

HIc ager omnis generis frugum feraciſſimus eſt, quive minimo colitur impendio: vini Regio ferax eſt nobiliſſimi, etiam Zingiber producit.

SALISBURGENSIS EPISCOPATUS.

TErra hujus Regionis valde dives eſt metalli, auri, argenti, cupri, ferri, vitrioli, ſulphuris aluminis, nec minus venationibus ferarum commoda eſt.

STIRIA VULGO STIRMARCK.

TErra undique montibns obſita, excepta parte verſus orientem, ubi ſpatioſa porrigitur planities. Regio quidem illa mineris abundat, cæterum parum fertilis. Habet in alpibus argentarias fodinas. Salis quoque ibi ingens copia coquitur, quem in alias exportant Regiones.

CARNIOLA, ISTRIA.

AC Carniola quidem vini, olei, frumenti, aliorumque fructuum Regio eſt feraciſſima, montibus tamen & alpibus horrens.

HUNGARIA

GAudet aëre puro ac ſalubri, montibus, qui vineis gratiſſimis obſiti ſunt, paſſim plena eſt. Ad ripam horti ſunt, prata, nemora, pomaria, ſegetes. Regio omnibus reliquis terris, clementia cœli & amœnitate, ſitus pulchritudine, jure anteferenda. Ager rerum omnium copia & fertilitate abundat, gemmas, aurum, argentum, colores, ſal fodientibus abunde largitur. Pabuli, frumenti, leguminum, ac fructuum nullibi major copia. Danubianus tractus vinum gignit generoſiſſimum. Olea tamen ibi

rara aut nulla, alioquin omnibus propemodum naturæ dotibus hæc Regio aucta esse videtur. Insuper animalia producit varia, præsertim ovium & boum ingentem copiam, ut in exteras Regiones, Germaniam & Italiam imprimis, magnos armentorum mittat greges. Feris pariter, ut leporibus, capreolis, cervis, apris, lupis, ursis, avibus, turdis, perdicibus, phasianis, valde abundat.

TRANSSYLVANIA.

OMnium rerum, ad vitam, & vicinalem usum necessariarum, hæc Regio feraciſſima est. Frumenti ubertate per omnes agros insignis est. Vini optimi mellisque copia abunde affluit. Fructus varios & copiosos producit, ut pruna damascena: mala cotonea, cerasa dulcia, melopepones, &c. Metallorum fodinas nobiles multas habet. Excinduntur hic loci, glebæ auri puriſſimi, cujus usus sine ulla separatione esse potest. Iisdem in montibus argenti cuprique fodinæ effodiuntur, tum chalybs, sal, sulphur, aliaque metalla. Boum adhæc tanta pollet multitudine, ut etiam prægrandes singuli, singulis sæpè florenis vendantur. Equos generosos producit, avium genera varia habet, saltus diffusos & ampla nemora, in quibus uri, bubali, alces, cervi immanis magnitudinis, linces, martes, pontici urſi, damæ, lepores albi.

MOESIA, VALACHIA, ETC.

VAlachia licet altissimis sit innexa montibus, nihil tamen ipsi deesse videtur, quod ad usum communem utile esset & necessarium. Præter alia bona, divitias auri, argenti, ferri, ac salis plurimas exhibet. Nec desunt vineæ, nec varij generis animalia. Alit equos imprimis insignes, asturcones, aliosque magnâ copiâ.

SCLAVONIA.

REgio hæc omnis, teste Strabone aprica est & amœna, optimos habet firmosque maris portus, solum fertile, etiam vitiferum, nisi qua saxis & rupibus horret.

GER-

Digitized by Google

GERMANIÆ INFERIORIS INDOLES, SOLI COELIQUE COMMODITAS ET ASPERITAS.

Aër hic craſſior humidiorque eſt, ſalubris tamen habetur, & generandis variis fructibus commodus. Æſtas peramœna, ob temperiem caloris, hyems contra intempeſta & humida, flantibuſque Borea & Euro frigidior. Solum ubique planum eſt, in quo pauciſſimos reperies colles, montes verò pauciores, niſi quod in Ducatu Lucenburgenſi, & Provincia Namurcenſi ac Hannonia, frequentiores occurrant. Reperitur etiam pluribus in locis ſabulum, ut in quibuſdam Flandriæ & Brabantiæ tractibus. Triticum diverſis in locis, tum frumentum, hordeum, cannabis, ſiligo, feliciter creſcunt. Propter frequentiam tamen incolarum cum alendis civibus ſuis Hollandia non ſufficiat, ex aliis locis victui neceſſaria importari curat. Gignit hæc etiam Regio varii generis fructus, ut pyra, mala, pruna, cerala, mora, perſica eximia, juglandes, avellanas, meſpila, amygdala, ficus; mala medica, citrea: punica facile ferre nequit, vites raras habet, arbores pariter omnis producit generis, quercus, fagos, fraxinos, cerros, platanos, populos, ſalices imprimis in magna copia, tilias profert valde proceras, umbræ amœnitate & floris ſuavitate incolis gratiſſimas. Olerum ferax eſt. Nulla venenoſa reperies inſecta, ut viperas, aſpides, ſcorpios. Bufones & lacertas alit. Agrorum, paſcuorum, pratorum amœnitate nulli cedit Regioni: in quincuncem digeſtas arbores ut plurimum lætus ſpectabis. Paſcua, tam ob glebæ indolem, quàm humoris copiam, pinguia reddunt animalia, præſertim vaccas & tauros.

DUCATUS LIMBURGENSIS.

TOtus iſte tractus ut æſtate ob loci varietatem, & aſpectum, jucundiſſimus apparet, ita hyeme admodum eſt ingratus: toto enim tempore hyberno gelu horridus eſt. Ager rerum eſt feraciſſimus, quibus ad humanos uſus opus eſt, vino tamen caret, cujus inopiam hordeum melioris notæ penſat, ex quo cerevilia cocta, acceptiſſimum potum

præbet. In conviviis hunc liquorem tam avariter ingurgitant, quasi Saxonibus, & Francis

—— —— (qui se cervice supinant,
Et fundo ex imo præbita pocsa bibunt)

potatores certamen indicturi.

Pascua saginando pecori habentur optima, caseique saporis optimi magna est copia. Herbarum & sulphuris ferax est solum, per cujus subterranea calidi fontes permanant.

DUCATUS LUTZENBURGICUS.

Hæc Regio omnis licet montosa & saltuosa sit, bona tamen fertilisque est, maximamque partem sylvæ Arduennæ complectitur, ideoque in duas partes dividitur, quarū altera Tamenna, altera Arduenna dicitur. Tamenna fertilior segetis, vinique est, Arduenna asperior; quæ tamen hanc asperitatem venationibus & ferarum abundantia compensat. Feræ istæ sunt cervi, apri, capreoli, lepores, cuniculi, perdices, &c. Præcipuus tamē hujus terræ fructus in pecore consistit, tum ferri cuprique fodinis, quibus etiam nonnihil accedit argenti.

FLANDRIA COMITATUS.

Solum magna ex parte planum est, in quo pauciſſimi reperiuntur montes, seminibus quidem & agriculturæ satis idoneum est, alibi tamen locorum, præsertim versus maritimaGalliamque, raræ sane fœcunditatis. In plerisque partibus cœlum temperatum, clemens & saluberrimum, Austrum versus est. Producit equos generosos, qui non tantum agilitate, sed etiam formâ commendantur.

ARTESIA COMITATUS.

Hic aër suavis & serenus, regioq; fertilis est, imprimis vero tritici, cujus copiam non suis solùm, verùm etiam vicinis Flandris, Brabantis, aliisque suggerit. Vino caret, idque magis incolarum negligentiâ, quam soli vitio.

HANNONIA COMITATUS.

Serenum, temperatum, suavemque Regio ista habet aerē; Solum frugum, tum præcipue frumenti, ferax. Abundat insuper pratis, pascuis, pomariis, aliisque rebus. Metalla profert ferri, plumbique, optima: Lapidicinas variorum marmorum, silicis, &c. Conflantur etiam ibi vitreæ laminæ, à forma fenestræ appellatæ.

HOL-

Digitized by Google

HOLLANDIA COMITATUS.

REgionem hanc hinc inde frugiferi commendant agri, qui tamen tantæ multitudini ſuſtentandæ neutiquam ſufficiunt. Paſcuorum ubertas incredibilis eſt, quibus innumeri boum vaccarũque greges pingueſcunt. Vaccæ adeo diſtenta lacte trahunt ubera, ut referente Guicciardino tantum Aſſendelphi & quatuor vicinis pagis, lactis uno anno ex vaccis colligatur, quantũ ẽ Germania ſuperiori, Rhenẽſis vini Dordrechtum devehatur. Ex tanta lactis affluente copia, butyri & caſei immenſas poſſident divitias, quod ſatis ſuperque etiam peregrinis notum eſt. Animalia, quæ hæc producit terra, ſunt, equi, ut plurimum craſſi. In collibus arenariis, cuniculorum innumera oberrat multitudo, lepores rariores ſunt, cervi rariſſimi, avium captura, imprimis anatum, felicior & copioſior eſt. Ex defectu lignorum Hollandia igne maligno tepet, dum ceſpite ex terræ penetralibus ipſiſque aquis eruto, ventoque & ſole exſiccato, focos lucere facit. Illarum autem rerum defectum, quo hæc Regio laborat, his elegantibus verſibus Joſephus Scaliger expreſſit.

IGnorata tuæ referam miracula terræ,
Douſa, peregrinis non habitura fidem.
Omnia lanitium hic laſſat textrina Minervæ,
Lanigeros tamen hinc ſcimus abeſſe greges.
Non capiunt operas fabriles oppida veſtra;
Nulla fabris tamen hæc ligna miniſtrat humus.
Horrea triticeæ rumpunt hic frugis acervi:
Paſcuus hic tamen eſt, non Cerealis ager.
Hic numeroſa meri ſtipantur dolia cellis;
Quæ vineta colat nulla putator habet.
Hic nulla, aut certe ſeges eſt rariſſima lini,
Lanifici tamen eſt copia major ubi?
Hic mediis habitamus aquis; quis credere poſſit?
Et tamen hic nullæ, Douſa, bibuntur aquæ.

ZELAN-

ZEELANDIA.

SOlum Zeelandicum imprimis pingue eſt, & cum aliarum frugum, tum verò tritici maxime feraciſſimum, quod in ea bonitate naſcitur, ut vix melioris valoris alibi invenias; proxime ſiquidem ad oryzam accedit: illa terra quoque producit coriandrum, innumera adhæc ſunt piſcibuſque repleta ſtagna.

COMITATUS NAMURCENSIS.

INcolas habet frequentiſſimos, bene moratos & fideles, aërem ſalubrem, temperatum. flumina piſcoſa, quorum præcipua ſunt Moſa & Sambra. Sylvæ hic plurimæ, plenæ feris ac volatilibus, planities tritici, aliarumque frugum fertilis eſt. Montes, quibus Regio copioſa eſt, multas habent ferri plumbique venas, ut & varii generis lapides, ubi ſubnigrum marmor eminet, nitrum præter alia hic quoque emitur. Aquarum, fluminumque, ut & lignorum illa opportunitas conficiendo ferro apprime utilis eſt, qnod in diverſas trahitur Regiones.

EPISCOPATUS ULTRAJECTENSIS.

IBI ſaluberrima eſt aeris cœlique temperies, ſolum fertile & bonum, quod ſicut magis editum & ſiccum; ita etiam magis cultum quam Hollandicum, ſegetumque feracius eſt.

TRANSISULANIA.

EJus omnino planum eſt ſolum; cum aliarum frugum, tum tritici imprimis, admodum ferax. Sylvæ ejus non inamœnas præbent venationes.

WESTERWOLDIA.

HÆC Regio paſſim exiguis collibus repleta, paludibus & ſtagnis frequens eſt, quæ totam terram fere occupant: quapropter incolæ aliunde vitæ alimenta capere neceſſum habent.

GALLIA.

GAllicus aer maxima parte planus eſt, aſſurgit amœnis hinc inde collibus, quos valles aſpectu jucundiſſimæ exci-

Digitized by Google

excipiunt. Hinc igitur, incolarum & cultus induſtriâ, triticũ ſegeteſque in magna producit copiâ, nihil in illa otioſum vel deſertum, niſi qua paludes obſtant. Abundat vino ſane optimo, cujus abundantiam etiam vicini Britanni & Belgæ, quibus uvas frigidius negauit ſolum, ſentiunt.

Metalla auri argentique apud Gallos eſſe, præter Straboném Athenæus teſtatur, quæ tamen hodie exhauſta eſſe creduntur. Armentorum pariter ager Gallicus plenus eſt, abietem & taxum fert. Aviũ & piſcium genus multiplex ſufficit.

Sylvas Gallia frequentes habet, neq; tamen adeo ut in aliis Regionibus magnas, nec denſas aut ita dumetis horridas.

PICARDIA.

REgio fertilitate inſignis, quæ horreum Pariſiorum dicitur, totiuſque adeo Franciæ; vino caret, ignaviâ potius incolarum, quam vel ſoli injuriâ.

RHETELORUM DITIO.

REgio hæc aliis Galliæ & Campaniæ partibus, ſoli fertilitate, & aeris bonitate, neutiquam cedit.

PRINCIPATUS SEDANENSIS.

TOta hæc Regio montoſa eſt, ſylvis arboribuſque plena, quæ uſibus incolarũ, apprime conducunt, ſive exſtruenda ſint ædificia, ſive profligandum per hyemem frigus, ſive carbones conficiendi. Feræ, fodinæque hinc inde divites reperiuntur, cervos & cuniculos in magna alit frequentia.

LOTHARINGIÆ DUCATUS.

ALtiſſimis illa innexa montibus eſt, ſylviſque denſiſſimis abundat, cum verò ſatis ferax frumenti vinique ſit, externæ opis plane non indiget. Metalla varii generis gignit, argentum, æs, ferrum, ſtannum, plumbum, ita ut nec gemmæ ipſi deſint, lapillos cærulei coloris producit, *Lazulos* dictos: animalia inſuper gignit varia, tum verò equos generoſiſſimos, neapolitanis & turcicis non inferiores. Metallorum, imprimis argenti fodinarum fœcunda Regio eſt, ſylvas præterea frequentes denſiſſimaſque alens.

CAM-

CAMPANIA.

COElum ibi ſerenum, aer temperatus, agro, frumento, vino, omnique pecorum genere abundans. Sylvarum quoque nulla eſt inopia, quæ venationes jucundaque præſtant aucupia.

NORMANNIA.

REgio hæc, licet neque paſcuis, neque arvis careat, ob maris tamen viciniam, incolarum ingenia magis mercaturâ, quam agriculturâ afficiuutur, neque tamen ideo aut frugibus aut ullis aliis fructibus caret.

BRITANNIA.

TErra paſcuis frugibuſque læta eſt, quæ, propter maris fluminumque opportunitatem, nulla re indigeat.

DUCATUS ANDEGAVENSIS.

REgio hæc magis fertilis & amœna, quam ampla eſt, colles habet vitibus paſſim conſitos, valles ſylvis ſaltibuſque virides, læta prata: Eryceta gratiſſimum pecori præſtant pabulum. Vina hic alba, optimæque notæ. Verbo, hæc inſula omnia ad vitam neceſſaria abunde ſuppeditat.

DUCATUS TURONENSIS.

HIc incredibilis Regionis eſt amœnitas: gratiſſima enim gaudet aeris temperie, adeò, ut totius Galliæ hortus & pomarium vocetur. Vini frumentique ferax eſt, nemoraque venationi commoda habet.

DUCATUS BITURIGUM.

HIc imprimis abundat pecore, quod ab incolis per totam diſtrahitur Galliam: infinitus hic quoque eſt oppidorum, pagorum, ſaltuum, montium, prætorum, paſcuorum, rivulorum, fontium vinetorumque numerus.

DUCA-

Digitized by Google

DUCATUS NIVERNENSIS.

HUjus incolæ rei pecuariæ ſunt dediti : ager pauci frumenti ferax, vini fere nihil habet, præter ferri argentique venas. Carbonum lapideorum magnus ibi uſus.

BURGUNDIÆ DUCATUS.

HUjus ager planus eſt, & nulli fertilitate cedit. Hic Ceres Baccho certamen indixit.

BURGUNDIÆ COMITATUS.

REgio admodum eſt fertilis, rebuſque omnibus ad victum neceſſariis inſtructa , ager ſementi faciendæ, arboribus ſerendis, vinetis colendis,pecori alendo,commodiſſimus : ſumma ubique eſt tritici , ſiliginis , hordei, avenæ, fabarum, milii, aliorumque leguminum fertilitas,nec minor arborum fœcunditas:colles præſtantiſſimi Vini feraces ſunt, animalium ferarumque confertiſſima ubique reperitur copia.

BORBONIUS DUCATUS.

HIc aer fere omnis ſabuloſus, & frumentum non niſi paucis in locis metitur. Vina paſſim optima reperiuntur, & ſecalis magna copia.

LEMOVICIUM.

TErra hic non ejuſdem ubique indolis eſt, tota fere ſterilis, quæ tamen omnis generis fruges producit,imprimis ſiliginem, hordeum, panicum, caſtaneas, rapas, vinum, ſed tamen ignobilius.

PICTAVIENSIS COMITATUS.

REgio eſt pecoris frugumque,tum lanæ, lini, vini, feraciſſima : avium, ferarumque magnam habet copiam , quo fit ut venationes hic ſint frequentiores: Viperarũ hic ingens eſt copia, quæ Theriacæ conficiendæ inſervit.

SANTONIA.

SAntonum Regio tritico & vino dives eſt,eſtque melioribus Galliæ Regionibus annumeranda, ita ut merces ſuas Hiſpanis,Anglis, aliiſque multis Provinciis ſubminiſtret.

BENE-

BENEARNIA.

VIx ibi oppidum, vix pagus, cui non aliquid ſingulare ſit. Potior pars milio, lino, cannabi, (quibus rebus maximam incolæ ſolent exercere mercaturam) copioſa eſt. Frumenti etiam paſſim ferax eſt, paſcuis & pecore valde dives, unde ingens butyri caſeique copia reperitur. Caprarum multitudine ingenti abundat, quæ in rupibus & ericetis, citra arborum perniciem & detrimentum, nutriuntur. Vinum producit generoſum, balnea thermaſque omnium in Europa præſtantiſſimas habet.

LANGUEDOCIA.

REgio eſt nobiliſſima, ſcriptoribuſque Romanis imprimis celebrata.

DELPHINATUS.

REgio eſt non ejuſdem ubique indolis ac genii, ferax pleriſque in locis rerum variarum, in nonnullis contra ſterilis. præcipue quà montibus veſtita invenitur.

PRINCIPATUS ARAUSIONENSIS.

TErra variorum fructuum ferax, fluminibuſque irrigua eſt.

PROVINCIA LA, PROVENCE.

HÆc Provincia agro eſt fœcundiſſima, ſegetem, ficus, myrtos, caſtaneas, mala cotonea, granata, crocum, & vinum profert præſtantiſſimum. De ipſa hoc teſtatur Plinius. lib. 3. c. 4. *Agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum, nulli Provinciarum poſtferenda, breviterque Italiæ verius quàm Provinciæ.*

SABAUDIÆ DUCATUS.

PAſcua, de quibus enutriri debeant animalia, hic optima ſunt.

HEL-

HELVETIA.

IN hac omni Regione ſalubris eſt aër, & quamvis celſis præruptiſque montibus aſpera ſit, ita tamen incolarum indefeſſo labore ac induſtria mitior facta, ut nulla parte ſterilis ſit, quin etiam non ſolum ad vitam neceſſaria, ſed etiam ad delicias grata proferat. Frumentum quidem abunde profert, tamen, niſi gleba pleriſque in locis exuſta fuerit, ſementem fruſtra ſparſeris. Vinum tellus ita generoſum in quibuſdam profert iocis, ut etiam Rhenenſe longe ſuperet; ſapore non minus, quam virtute. Huc accedunt pinguia prata, in quibus armenta gregeſque luxuriant. Ferarum quoque Regio ferax eſt, nimirum urſorum, cervorum, damarum, capreolorum, ibicum, lyncum, aprorum, &c.

PAGUS TIGURINUS.

HUjus tractus ſolum ut plurimum fœcundum eſt, feraxque vini & frumenti plurimi; vinum tamen plerumque acerbius eſt, nec ob vicinos Alpes ad veram pervenire poteſt maturitatem. Piſcium hic incredibilis eſt copia.

PAGUS AVENTINUS.

VIni & frumenti ſatis ferax eſt, & rerum ad vitæ uſum ſpectantium.

LACUS LEMANUS. VULGO GENEVE.

HUjus incolæ de cœli temperie conqueruntur, fere tamen nunquam frigore riget: ſolum undiquaque fertile & fœcundum habet, ita ut hic nec vina, nec ſegetes, nec leguminum varia genera deſideres: fructus vulgares in magna quoque ſunt abundantia, ut nuces, poma, pyra, rapæ, &c.

HISPANIA.

INvenitur in Hiſpania magna cœli ſalubritas, paludes nullæ incolas gravant. Maritimis auris ſana eſt. Non eadem tamen Hiſpaniæ ubique qualitas; Boream enim verſus frigidior eſt, ſemper oceano obnoxia & aſperitate non-

nonnullis. Aquarum interiorum indiget, malignaſque habitationes habet, quod pleraque rupibus, ſaltibus, lociſque ſylveſtribus occupata ſint. Qua in Auſtrum montibus fere intercurrentibus declinat, omnis felix ac beata, multis irrigatur fluminibus, & animalium frugumque nutrix eſt ſolicita. Dicit Philoſtratus hic talem eſſe cœli temperiem, qualis Autumni tempore ſolet eſſe in Attica. In locis quibuſdam tanta eſt ubertas, ut pro uno modio in terram ſparſo 30. accipias, ſæpe etiam 40. Herbarum quoque feraciſſima eſt Regio, ut & arborum varios fructus producentium. Adhæc & Hiſpania pecoris omnis generis dives eſt, variaque gignit animalia. Elogium Hiſpan. vide apud Pacatum in Paneg. Theodoſ. Imperat. dicto. *Jam profecto conſtabit eum Principem declaratum*, &c.

Commoditas autem Hiſpaniæ, quæ tam Incolas quam peregrinos beat, verbo hæc eſt: ſericum, lana, panni omnis generis, ſal, ſaccharum, mala, mala medica, citrea, granata, cydonea, olivæ, cappares, uvæ, ficus, pruna, uvæ paſſæ, amygdala, caſtaneæ, glycyrrhiza, aniſum, cuminum, coriandrum, oryza, crocum, oleum, cera, alumen, ſmegma, minium, purpura, thynni, balenæ, ſalitæ, baccæ laurinę, fructus diverſorum generum ſaccharo aſperſi: alabaſtrum, corallium, aurum, argentum, ferrum, chalybs, ſtannum, cuprum, plumbum, argentum vivum, goſſipium, gemmæ, aromata.

NAVARRA.

Hæc in cœlo & ſolo ſalubri ſita, vini, frumenti, & mellis ferax eſt: pecori & agriculturæ valde commoda.

BISCAJA.

IN hac temperatius clementiuſque cœlum eſt, quam in reliqua Hiſpania, magnis enim circumdata montibus, nec frigore nimio infeſtatur, neque calore nimio torretur. Regio arboribus, pro navibus fabricandis, plena eſt. Ferri & nigri plumbi feraxeſt: varia quoque profert fructuum genera & animalia.

GALE-

GALECIA.

FRuctus profert in magna copia, imprimis mala citrea, totius Hiſpaniæ optima, vina generoſiſſima. Juſtinus dicit quod ſit æris & plumbi uberrima, auro quoque ditiſſima; adeò, ut etiam aratrum glebas aureas excindat. Adhæc, abundat equis, piſcibus ſupra modum affluit, & quoniam montibus aſpera, armentis, pecore, venationeque dives eſt.

PORTUGALLIA,

IN hac Regione optima eſt aeris temperies, multiſque cœli ſerenitate, & ubertate præſtat. Abundat vino, oleo, malis aureis, citreis, amygdalis, melle, cera. Ac fructibus quidem, quos hæc profert regio, reliquas omnes Provincias antecellit. Regio hæc plurima producit animalia, imprimis equos concitatiſſimæ velocitatis, ut hic vento concipere equas Veteres crediderint, de quibus in Geograph. Hiſp. dictum.

ANDALUSIA.

Cœlum hic felici temperie amœnum, terraque in univerſo tractu, frumenti, vini, olei, & omnis generis frugum feraciſſima eſt, quibus etiam remotas replet Regiones.

VALENTIA.

FRuitur temperatiore aere, cœloque clementiore, quam ulla alia Hiſpaniæ pars, imo tanta clementia, & benignitas cœli Valentiam commendat, ut quocunque tempore etiam in Feſto Natalit, incolæ manipulos frugum manibus gerant.

ARAGONIA.

REgio ut plurimum aſpera, & ſicca eſt, maxime verſus Pyrenæos, quapropter nullæ reperiuntur multis in locis habitationes, valles tamen nonnullæ frumenti optimi frugumque feraces ſunt.

CATALONIA.

Aërem habet ubique commodum, hyeme temperatum, in Auſtrali præſertim parte. Nam in ea, quæ ad Septen-

trionem vergit, frigidior, & magis inviſus eſt. Tota eſt plurimum montoſa planities præterquam in nonnullis ſuis Regionibus. Fagus in illa multa, multiplex pinus, numeroſa quercus, ilex non pauca, abies innumera, corylo ac caſtaneis abundans, infinitum propemodum ſuber, cujus præcraſſus cortex.

BALEARES INSULÆ.

SUnt valde feraces atque omni rerum copia affluentes.

ITALIA,

EX ENCOMIO DIONYSII HALICARNASSENSIS ANTIQVIT. LIB. I.

QVod ſi quis, remota ex verbis fabula, bonitatem Regionis velit exquirere, ex quo humanum genus plurima ad Vitę hilaritatem facientia mox à ſuis initiis perceperit, ſive ex terra, ut antiquorum opinio, ſive aliunde fuere, non facile aliam inveniet ad hoc magis idoneam. Si enim unam terram cum alia conferas magnitudine parem, nec ſolum in Europa verum etiam in toto Orbe optima meo judicio eſt Italia, quanquam me non lateat, quod incredibilia videbor dicere cogitantibus Ægyptum, & Africam ac Babyloniam, & ſi quarum aliarum celebrata eſt felicitas. At ego terræ opes non æſtimo ex una aliqua fructus ſpecie; nec me ſubit deſiderium habitandi ubi arva tantum ſunt pinguia; aliarum vero rerum ad vitam utilium aut nulla, aut admodum parva copia; ſed quæ ſibi ipſi maxime ſufficit, advectiſque bonis plerumque quam minimum indiget, eam puto optimam. Hanc verò omnigenam fertilitatem & copiam, ſi cui aliæ terræ, Italiæ conceſſam credo. Non enim arva modo bona habet, caret autem arboribus, ut frumentifera; neque plantis modo quibuſlibet alendis eſt idonea, ſed inutilis ſegetibus, ut arbuſti, agri; neque largiter hæc utraque ſuppeditat, ſed parum apta eſt alendo pecori neque dixerit quis, eam abundare quidem frugibus ac paſcuis, ſed ad degendam vitam eſſe ingratam hominibus: verum eſt referta omnibus ut ita dicam voluptatibus ac commodis. Cui enim frumenti-

mentiferæ cedunt terræ, rura Campana, non fluminibus, ſed aquis rigata cæleſtibus? in quibus campis ego vidi arva vel trifera, æſtivam poſt hybernam, & autumnalem poſt æſtivam, ſementem enutrientia. Cui oliviferæ Meſſapiarum ac Dauniorum, Sabinarumque & aliorum multorum cultura? Cui vitifera Hetruria, & Albanus Phalernuſque ager, mirum in modum amicus vitibus, & modico labori uberrimos reddens fructus atq; optimos, cedent. Præter eam autẽ quæ colitur, multum terræ invenias patere ovium, multum caprarũ gregibus, plus etiam & præſtantius armentis equorum & boum. Paluſtris etiam & pratenſis herba, copioſa illa cultivæque terræ irrigua & roſcida, quantum æſtate paſcua, omni tempore vegetam præbet gregum copiam! ſed ſaltus imprimis admiratione digni ſunt, circa prærupta & nemoroſa loca, tumuloſque culturæ parum idonei; ex quibus multam ac pulchram fabricandis navibus multis etiam aliis operibus aptam petunt materiam. Atque horum nihil eſt, vel paratu difficile, vel ab humanis uſibus remotum; ſed omnia & confici facile, & facile convehi poſſunt, propter fluviorum frequentiam, qui univerſam oram permeant, & magnam opportunitatem importandis & permutandis quæ terra fert rebus adferunt. Eadem terra habet & aquarum calidarum multis in locis ſcaturigines, jucundiſſima exhibentes lavacra, morbiſque inveteratis ſanandis utiliſſima. Item metalla omnis generis, ac venationes luculentas, maritimoſque proventus varios, & innumera alia, vel utilitati ſervientia, vel delectantia miraculo. At omnium pulcherrima eſt aeris moderata, ut anni tempus fert, temperies; qualis nec nimio gelu nec immenſo æſtu fruges lædat, aut animantia.

VENETUM DOMINIUM.

REgio hæc pernobilis & lauta eſt. Campos habet amœnos, ac frumenti, cæterarumque frugum, tum omnigeni fructus, ac vini maxime fertiles. Nec deſunt calidi frigidique fontes, ad medicinam valde utiles. Adeſt metallorum ubertas, multi nobiles amnes & lacus, cœlum ſalubre, jucundum & temperatum. Tantis denique naturæ dotibus ornata eſt, ut inter Principes Italiæ Regiones cenſeri debeat.

BERGOMUM.

AGer circumvicinus ſupra modum fertilis, niſi verſus Septentrionem aſper & montoſus, & ſterilis. Ferrum habet, lapidemque Cadmiam ex quo æs conficitur. Vellera magni pretii ſuppeditat. Valles ad hæc in hac vicinia Vini oleique ſuaviſſimi feraciſſimæ.

BRIXTENSE TERRITORIUM.

HOc tritico abundat, ut & reliquorum fructuum genere, tum vini oleique ingentem profert copiam, neque æris vel ferri fœcunditate caret.

VINCENSE TERRITORIUM VULGO VICENZA.

AGer hic amœniſſimus, & vini, frugum, aliarumque rerum eſt feraciſſimus, imprimis mororum, quarum frondibus bombyces aluntur.

TERRITORIUM PATAVINUM.

Cœli clementia, bonitate, Euganeorum montium amœnitate, alpium & maris vicinitate, fluminum pulchrâ opportunitate, omnium finitimorum facile Princeps eſt. Ad hæc ferax eſt frumenti, vini, variorum fructuum; venationibus inſuper & aucupiis, tum vero piſcationibus frequens eſt. Refert C. Rodiginus Conſtantinum Palæologum dicere ſolere, niſi *ferret à ſanctiſſimis viris affirmari* in oriente Paradiſum eſſe, arbitrari ſe non alibi eum reperiri poſſe, quam in perſuavi Patavina amœnitate.

POLESINO DI ROVIGO.

HIc quoque certis anni temporibus varia proveniunt fructuum hortenſium genera, nominatim pepones, cucumeres, anguriæ, braſſicæ, lacuturres, Sabellicæ, cæteræque ſpecies aliarum frugum.

TARVISIUM VULGO TREVIGIANO.

INgens hic ubiq; eſt agrorum ubertas, magnum rei pecuariæ ſtudium, tritici optimi, Vini nobiliſſimi, aliarumque rerum ſtupenda copia.

FORUM

FORUM JULIUM.

HÆc Regio campis eſt amœna, fluminibus, fontibuſque irrigua, ſolum quoque habet vitiferum, ſylvas, metalla, lapidicinas, fluvios. Thermas pro recuperanda valetudine optimas non procul à monte Falcone exhibet, in Tiliavento amne navigabili fons eſt, in quem ſi conjicias ligna, lapideſcunt.

ISTRIA.

HÆc Regio omnis aſpera eſt, & non tam montibus, quàm colliculis fœcũdis aſſurgit. Unum habet excelſum montem, qui dicitur Mons major. Sylvas etiam tum aliis uſibus tum ad naves extruendas imprimis utiles. Reperiũtur etiam ibi ſaxi-fodinæ in agro Rovinenſi & Breonio, è quibus marmora Venetias ad aliaque Italiæ loca deferuntur.

PEDEMONTIUM.

AGros habet amœnos, fructiferiſque collibus plenos, qui frumentum aliaſque fruges, & optima vina cum nobiliſſimis producunt fructibus.

AGER VERCELLENSIS.

HUnc vini, aliarumque frugum fuiſſe uberrimum, etiam aurifodinarum valde divitem, vel ex Plinii hiſtoria naturali patet. lib. 34. c. 4.

PARMA.

REgio valde amœna eſt, & herbida, multarum frugum ac fructuum fœcunda genitrix, medicinalibus rivulis non minus læta, gramina pecori ſaginando ſufficiunt, ex quibus magna copia lactis, lanæque magna faciunt commoda.

SENENSE TERRITORIUM.

AGrum habet mediocris conditionis, mediumq; inter ſterilem & feracem, amœnum, frumento cæteriſque frugibus uberem. Qua in mare vergit, *Maremma* vulgo, copiam frumenti exhibet maximam, colonis tamen infrequens

eſt, imprimis æſtate & autumno propter agnatum cæli vitium.

ILVA INSULA VULGO ELBA.

OLim metallis fœcundiſſima erat, quæ nunc hodie plane exhauſta ſunt, pro quibus ingens ubique eſt ferri copia, quod ſemel erutum poſt XXV. annos renaſcitur, quaſi in illo producendo indefeſſa naturæ benignitas eſſet. Hoc autem notatu dignum eſt, quod ferrum in hac inſula natum, in natali ſolo non liqueſcat, ſed alio eſt transferendum. Ex illis etiam penetralibus terræ magnes, ſtannum, ſulphur, alumen, plumbum, & alia educuntur: Cæterum aër reliquus neque fruges fert, neque poma.

DOMINIUM ECCLESIASTICUM.

QUod agros habeat optimos auctor eſt Leander. Omnium frugum, tam quæ ad vitam neceſſariæ, quam quæ ad voluptates opportunæ ſunt, dives eſt. Campi hic ſunt lætiſſimi, variique generis fructiferis arboribus conſiti, colles peramœni, vitibus ſuaves, ſylvæ munificæ, prata herbida, ſalubres paſſim aquæ, ſalinæ cum circa littus, tum intus frequentes, mare, fluminaque plurima navigabilia, & piſcibus fœcunda, metallorum fodinæ, & innumeræ aliæ naturæ dotes, eximię non minus, quam raræ.

ROMANDIOLA, VULGO ROMAGNA.

ILlam agros habere optimos ſcribit Leander, omniumque frugum, tam ad vitam neceſſariarum, quam ad humanas voluptates, abundans dicitur. Campos hic latiſſimos & fructiferos, ſalubres paſſim aquas, ſalinas etiam copioſas, mare fluminaque plurima navigabilia, & piſcibus fœcunda habet. Metallorum fodinæ bene multę ſunt.

PICENUS AGER.

AGer Picenus rerum omnium fertilis eſt, qui tamen fructibus arboreis, quam frumentariis, præſtantior eſſe dicitur. Nobiliſſimum Vinum ad Sirolum oppidum colligitur, quod Plinio Anconitani vini nomine celebratur.

AGER

AGER PERUSINUS.

TEſtatur Joannes Campanus, quamvis multas luſtraverit Regiones, nullam tamen cultiorem & amœniorem ſe unquam cognoviſſe. Primùm intuenti vaſta omnia & montoſa occurrunt, quum autem propius accedas, nihil tum agrorum cultu, tum benignitate cœli, terræque ubertate felicius: ager undique frugiferis tumeſcit collibus, in quibus vini olei, ficuum, pomorum, aliorumque optimorum fructuum fertilis eſt ubertas. His campi adjacent, tritico, cæteroque frumento pleni.

ORVIETU, VULGO ORIVETO.

HIc cœlum eſt jucundiſſimum, proſpectu amœnum, aër ſalubris, niſi quod in æſtivis menſibus permoleſtus ſit.

APRUTIUM CITRA ET ULTRA.

REgio ſumma gaudet cœli ſalubritate, pariterque incredibili incolarum frequentia, verſus mare amœna & commoda eſt, ſed montibus in mediterraneis aſpera. Præter alia crocum abunde producit: nutritque animalia innumera. Montes hic nonnulli memorabiles ſunt. Majellæ altiſſimus, Apennino adjacens, & mons Virginis præcelſus, ſuperantſque altitudine ſuâ ipſum Apenninum.

CAMPANIA FELIX.

HIc totò anno ſeritur. Novales tamen, (ſive terræ quæ interquiêvere,) fundunt, roſam odoratiorẽ ſativâ, adeoque terra non ceſſat producere: unde vulgo dicitur, plus apud Campanos unguenti, quam apud alios olei fieri. Florus eam ita depingit: omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. Nihil mollius cœlo, nihil uberius ſolo, nihil hoſpitalius mari, denique bis floribus vernat, ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Hic illi Nobiles portus, Cajeta, Miſenus, & tepentes fontibus Bajæ. Hic vitibus montes obſeſſi ſunt Guarus, Falernus, Maſſicus, & Veſuvius, Ætnę ignivomi imitator. lib. 1. c. 16. n. 3.

TERRA BARIENSIS.

HAc Regio ſtupenda agrorum ubertate, admirandaque nobiliſſimorum fructuum copia, toti ſane Italiæ pal-

mam reddit ambiguam. Sunt tamen ibi quædam loca, quæ pluviæ & aquæ penuria uſque laborant, ut non injuria Horatius *ſiticuloſam dixerit Apuliam*, & Perſius, *Nec lingua tantum ſitiat canis Apula.*

TERRA HYDRUNTINA.

AGer hic optimus eſt, oleo, vino, croco, cæteriſque fructibus, ad uſum humanæ vitæ imprimis commodus & abundans; mare valde piſcium ferax habet.

CALABRIA INFERIOR.

HÆc Regio ubertate gaudet incredibili, ac ſane ſtupenda, omne illud profert, quicquid ad vitæ commoda deliciaſque facit, triticum, hordeum, aliaque frugum genera, vina varia, oleum, ſaccharum, manna, mel, ceram, ſalem nativum factitiumque, ficus, poma medica, & citria, limones alioſque nobiliores fructus, aurum, argentum, lanam, goſſipium, crocum, ſericum, linum. Flumina paſſim habet opportuna, fontes gratiſſimos, calidarum aquarum ſcaturigines, pingues colles, nemora denſa, valles fœcundiſſimas, incolarumque ingentem frequentiam.

SICILIA, REGNUM.

HÆc inſula ſalubritate cœli, ſoli fertilitate, frugum omnium copia, rebuſque aliis quibus mortales opus habent, præſtantiſſima eſt: Quicquid Sicilia gignit, ſive ſoli ſive hominis ingenio, ut Solinus dicit, proximum eſt iis quæ optima judicantur. Marcus Cato eam cellam penuariam Reipub nutricemque plebis Romanæ appellavit: Strabo horreum populi Romani. In agro Sunenſi, in quo Veteres raptam finxerunt Proſerpinam, quem dixerunt *Umbilicum Siciliæ*, tanta eſt frumenti ubertas, ut ex uno tritici modio C. colligantur; quem agrum igitur vocant

Campo dello cento colmo.

Atque propter hanc rerum abundantiam, in tantas Seculi diffluſi ſunt voluptates, ut *Sicula menſa* in proverbium venerit, quę ſumptuoſos conviviorum notat apparatus. Vina in Sicilia reperiuntur præſtantiſſima, Balincium vinum Plinius dicit quod mulſi ſaporem habeat, idque illud eſt quod alibi Muſcentellum dicitur. Commendatur vero vinum Siculum

vel

Digitized by Google

vel hac de cauſſa maxime, quod & ſaporis ſit optimi, & bene ætatem ferat. Oleum quoque cum ubertate Sicilia profert, ſaccharum, crocum, mel, ſalem, omnis ferme generis fructus nobiliſſimos, ſericumque optimum. Ad hæc Sicilia metallis dives eſt, aurum, argentum, ferrum, & alumen habet: lapides quoque gignit pretioſos, Smaragdum, gagatem, beryllum, porphyritem, jaſpidem. Boum, pecorum, cæterorumque animalium greges confertiſſimos alit. Damarum quoque & aprorum venatione nobilis eſt, capturam perdicum & attaginum & aucupium variarum avium abunde ſuggerit.

CORSICA ET SARDINIA INSULÆ.

COrſica Inſula eſt ab omni parte aditu difficilis, cum præruptis undique collibus hæreat. Interius ſimiliter magna ex parte montoſa, ideoque nec frumenti, neque leguminum fertilis eſt, quæ nonniſi in paucis locis ubi ſe aperit creſcunt, & ubi aquis irrigatur. Ea pars, quæ reſpicit Etruriam, eſt mediocriter plana, habetque ibi fœcundum ſolum, & producit nobiles ac dulces fructus. Vina inſulæ ſunt præſtantiſſima, & à prima Nobilitate, imprimis Romanis expetita. Mellis hic & uvarum expreſſarum (Roſine) magna eſt copia, olei pariter & ficuum. Solus hic ager lapidem gignit Catochiten, quem Democritus Abderites etiã in certamina contra Magos adhibuit. Vnde Rhenn.

Hanc ſolam perhibent Catochitem gignere terram:
Corporibus lapis hic ſeu glutine tactus adhæret.

SARDINIA.

AËr hujus inſulæ inclemens, gravis, & inſalubris eſt, ita ut Cicero in Epiſtola quadam Tigellinum quendam Sardoum hominem eſſe dicat patria ſua peſtilentiorem, l. 7. ad Cn. Mar. Ep. 25. Abundat tamen nihilominus tota Inſula, frugibus, tritico, vino, maxime in mediterraneis. Valerius Maximus eam vocat nutricem Romani Imperii additâ Siciliâ. Plena etiam eſt argentifodinis, pecore, armento, aliis rebus ad vitæ neceſſaria ſpectantibus. Equorum quoque magna eſt copia; venatione aprorum, cervorum, damarum, celebris eſt.

Nul-

Nullum Sardinia gignit lupum, vel aliud nocens animal, caret etiam ſerpentibus. Hinc canit Silius:

Serpentum tellus pura, ac viduata veneno,
Sed triſtis cælo, ac multâ vitiata palude.

GRÆCIA.

HÆc Regio præſtabat olim reliquis Europæ partibus, cœli temperie ac benignitate, omnium frugum fertilitate, & omnis generis armentorum abundantia. Illa quoque famâ, gloriâ, doctrinâ, artibus omnigenis alias Nationes longe ſuperabat.

MACEDONIA.

COnſtat hanc Regionem quaquaverſum eſſe fertilem, & amœnam, auri & argenti, metallorumque divitem, atque in eâ olim incognitum quoddam auri genus inventum eſt. Gignit & Macedonia lapidem Pæantidem dictum, qui parturientibus opem ferre dicitur.

EPYRUS.

HÆc Regio multis in locis montoſa & ſterilis: ad oram tamen maritimam ſatis fertilis eſt; magna producit animalia, excepto aſino; ad hæc profert boves, & canes magnitudinis eximiæ. Sic Virgilius 1. Georg.

India mittit Ebur, molles ſuâ Thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epyros equarum.

CANDIA.

REgio omnis aſpera montibusque ubique horrens, ſed fertilis eſt frumenti & paſcuorum: mira gaudet ſoli clementia, proventuque ex arboribus plurimo fœcunda eſt. Plinius auctor eſt, quicquid in Creta naſcitur, id infinito pretio cæteris ejuſdem generis rebus anteſtare. Producit vites, oleas, mala aurea, citrea, vinum malvaticum, quod antiqui *Promnium* vocarunt. Cupreſſi ad naves fabricandas hic magna eſt copia, quæ ad immenſam excreſcit altitudinem, ita ut hac nihil viſu ſit præſtantius. Tota inſula lupum, vulpem, ſerpentem, aut aliud animal noxium non habet, ita

ut

ut etiam greges animalium noctu, in paſcuis ſecure oberrent. Mirum de Creta referunt auctores, quod noctuam non habeat, eamque mori, quando illam haurit auram.

CORFU VULGO CORCYRA.

HIC gratiſſima cœli clementia eſt, qua fit ut nemora ipſa ex citeris, medicis, atque id genus arboribus aliis conſtent. Solum fertile, abundans vitibus, oleis, pomis, omniſque generis arboribus fructiferis, mellis hic quoque ingens eſt copia, ſegetes tamen minus lætas habet, propter ventos auſtrales, quibus exſiccatæ areſcunt, antequam ad maturitatem accedant.

ASIA, UBI IMPERIUM TURCICUM.

REgio hæc abundat oryza, lino, goſſipio, Vineta quoque Chriſtiani colunt, producit in magna copia pepones, melones, cucumeres, nuces, poma, pyra, mala punica, aurantia, caſtaneas, ficus, ceraſa, aliique generis fructus, non tamen in omni Regno. Venas item habet auri, argenti ferri, æris, aluminis. Gignit varii generis animalia, magnamque multorum, camelorum, & pecudum copiam. Equi Turcici caneſque ferociſſimi, imprimis probantur.

ASIA MINOR

DE hac Cicero ita teſtatur: Cæterarum Provinciarum vectigalia, Quirites, tanta ſunt, ut iis ad ipſas provincias tutandas vix contenti eſſe poſſimus, Aſia vero tam opima & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Orat. pro L. Manilia 11. in princ tom. 2.

CYPRUS INSULA

INgrato ſane ac inſalubri ut plurimum fruitur aere; propter ſtagna terrum vaporem exhalantia. Inſula tamen omnis valde fertilis eſt. De cujus fertilitate hoc Elogium præbet Ammianus Marcellin. tamque multiplici rerum omnium fer-

ferrum omnium fertilitate abũdat Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus à fundamento ipso carinæ, ad supremos usque Carbones ædificet onerariam navem, omnibusque ornamentis instructam, mari committat. Sextus Rufus ita scribit: Cyprus famosa divitiis, paupertatem populi Romani, ut occuparetur sollicitavit, ita ut jus ejus Insulæ avarius magis, quàm justius simus assecuti. Celebrarunt illam veteres ac recentiores auctores, Strabo, Mela, Pius II. Pontifex, Dominicus Niger, Sabellicus Volateranus, Jacob. Zieglerus.

TERRA SANCTA.

ILla inter omnes Regiones, quæ sub cœlo sunt, ob aëris salubritatem cœlique temperiem imprimis commendatur, quæ nec nimio rigore hyemis laboret, nequæ æstatis ardore. Præcipue verò ob soli ubertatem, frugum omnis generis abundantiam, atque aliarum rerum copiam maxime celebris est. Ipsum solum Brocardo teste frumenti feracissimum est, quippe quod in cultura sua minimum laborem exigat, & multum præstat fructum. Rosas, rutam, fæniculum, salviam, & alias herbas humus sua sponte producit. Lana succida in fruticetis quibusdam ibi crescit, quorum semina singulis annis in terram sparguntur. Cannæ etiam molles ibi crescunt, ex quibus saccharum colligitur. Præter flores varios etiam poma, quæ paradisi poma ab iis vocantur, habet. Vineæ præterea ibi sunt multæ: ficu Regio abundat, malis granatis, oleo, peponibus, cucumeribus. Frumentum ejus est delicatissimum, ut vix ullibi melior reperiatur panis. Ad hæc aquæ dulces & amœna pascua pecoribus & armentis plena; lactis copia, aprorum, capreolorum, leporum, perdicum, coturnicum, mira abundantia: in venatione lupi, cervi, leones, ursi, cameli innumeri reperiuntur, ut cætera taceamus.

PERSIA.

REgio non alia tota Asia salubrior habetur, ibi temperatum cœlum, hic perpetuum jugum opacum & umbrosum, quod æstus levat, illuc mare adjunctum modico tepore terras fovet. Non idem autem totius hujus Regionis

Digitized by Google

nis genius eſt, que ſinum Perſicum ſpectat, ob fluvios ipſam irrigantes, atque etiam verſus Caſpium mare tam fluviorum opportunitate, quam aëris clementia aurâque frigidiore felicior eſt, & ideo omne genus frugum & animalium fovet. Abundat inſuper tritico, hordeo, milio, &c. Metallis quoque & lapillis dives eſt. Vini & fructuum ubertate inſignis.

TARTARIA.

IN hac terra tonitrua & fulgura in æſtate adeo audiuntur terribilia, ut homines timore perculſi intereant. Jam caleſcit, mox frigeſcit, denſiſſimiſque nivibus obruitur. Ventorum ibi tam frequens magnuſque eſt impetus, ut equitantes detineat, & ad terram homines proſternat, arbores radicitus evellat, magnis mactet incolas damnis: Nunquam in hyeme pluit, frequenter in æſtate, parce tamen adeo, ut vix terra humida evadat. Regio tamen hæc oryzæ, tritici, frugumque ſimilium ferax eſſe dicitur: tum ſerico, Zingibere, cinnamomo, pipere, caryophyllis, rhabarbaro, ſaccharo, muſco, pice, alicubi etiam auro & argento pollet. Paucis in locis vinum reperitur, & tota Provincia Catajæ vinum non profert. Habet & ſaxa foſſilia, nigra, ad ignem idonea, quæ ex montibus eruuntur, his ob lignorum penuriam ad ignem faciendum utuntur. Ineſt etiam huic terræ paſſim boum, caprarum, hircorũ & porcorum ingens copia, imprimis vero equorum ac jumentorum multitudo pene incredibilis. Referunt quondam Epiſtolæ de Tartaria ſcriptæ Tartarorum Imperatorem alere X. millia candidiſſimarum equarum, quarum lac bibit, ad hæc XX. venatorum millia, accipitrariorum ad X. Mill. Plena quoque eſt phaſianorum, gruum, aviumque variarum Regio. In parte Tartariæ, quam Zavolhenſes Tartari tenent, ſemen prodit melonis ſemini ſimillimum, ex eo ſi ſeratur planta, ſuccreſcit, quæ Boranetz dicitur, id eſt agnus; creſcit enim in figura agni, & quamdiu herbas habet vicinas, eo uſque vivit.

CHINÆ REGNUM.

HAc Regio cœli ſolique temperie, nec non hominum induſtriâ omnium rerum proventum exhibet. Alit enim homines minime deſidioſos, ſed labori aſſuetos, quibus nihil

nihil videtur esse indignius, quam otio vitam transigere. Hinc nullus reperitur angulus, qui sua non proferat bona. Loca arentia tritico, & hordeo conserunt humida, plana, aut palustria. Colles, montesque Vinetis abundant, nullus igitur locus aut ager infrugifer est. Vbique horti, rosæ, & omne florum genus. Lini quoque frequentes sunt segetes, arbusta moris consita, ad nutriendos bombyces idoneis. Auri præterea, argenti, æris, ferri, aliorumque metallorum, gemmarum, unionum, musci, sacchari, rhabarbari ingens est copia; hæc etiam tellus lignum quoddam, quod apud nos radix Chinæ dicitur, profert, cujus usus contra quævis apostemata per totam Indiam frequentissimus est. Pecorum quoque in montibus & pratis greges innumeri sunt, sylvæ ejus habent apros, vulpes, lepores, cuniculos, martes, aliaque animalia.

INSULA JAPON.

SAlubri cœli temperie grata est, frigori tamen & nivibus Regio valde obnoxia, neque admodum frugifera est.

Caret præterea butyro, atque oleo olivarum; oleum tamen à balenis habet extractum. Ipsa terra varia protrudit metalla; estque hæc Insula in tantum auri ferax, ut Marcus Paulus Venetus testetur, suo tempore Palatium Regium aureis laminis tectum fuisse. Superficiem quoque aularum superiorem auro, non aliter quam nostrates plumbo vel cupro, tegunt. Arbores haud nostris absimiles ferunt, quæ vel fructibus vel deliciis dominos afficiant. Cedrus in variis locis plurima crescit, tantæ altitudinis, & crassitudinis, ut inde fabri Basilicarum columnas, & cujuslibet quamvis capacis navis onerariæ malos efficiant. Ex animantium genere; oves, porcum, gallinam, anserem &c. domi haudquaquam alunt Japonii. Campos & prata, boum, equorum militarium armenta, saltus atque dumeta lupi, cuniculi, apri, cervi, pererrant: è volatilibus habent phasianos, anates, palumbes, turtures, coturnices, sylvestres gallinas.

INDIA ORIENTALIS.

TEstantur scriptores hanc Regionem lenibus auris & imprimis Favonio saluberrimam esse, quamvis ob ejus vastam

Digitized by Google

vaſtam magnitudinem cœlum habeat inæquale: alicubi enim calida eſt, Æquatorem nimirum verſus, alicubi temperata ſatis, ac potius frigida verſus Boream. Terra vero ipſa univerſim ſita, cœlique clementia, bonitate ac fertilitate cæteras orbis partes longe ſuperat. Alia hic cœli, ſiderumque indoles: binas ibi videbis æſtates, binas meſſes, media hyeme Eteſiæ perflant: ager licet frumento ut plurimum careat, legumina tamen & varias fruges copioſe profert, & imprimis hordeum ac oryzam. Præter arboreos fructus producit, piper, myrrham, caryophyllum, zingiber, cinnamomum, calamum Aromaticum, nardum; multa quoque habet pharmaca, multas arborum radices ſalutares pariter, ac noxias. Producit etiam ingentem auri & argenti vim; non parum quoq; æris, ferri, oricalci; Abundat adamantibus, carbunculis, margaritis, unionibus; ſerici quoque tanta eſt copia, ut etiam illo, Orbi reliquo utilis ſit. Animalia hic, quam in ullis orbis partibus, majora ſunt, boves, cameli, leones, canes, elephanti: ea etiam, quæ apud nos manſueta, apud illos magna ex parte ſylveſtria ſunt. Elephantorum tantus ibi numerus, ut non tantum illorum opera in bello, ſed etiam in bajulandis oneribus utantur. Immanes in deſertis alit Dracones, qui fere elephantem corporis mole dicuntur æquare, cum quibus perpetua illis intercedunt certamina. Canes inſuper adeo magnos feroceſque habet, ut etiam cum leone committi poſſint. Serpentum ingens ibi colluvies eſt, quibus toſtis etiam incolæ veſcuntur, adjuncto pipere. Simiæ hic reperiuntur albæ, ut & chamæleon, quem ſolo aëre nutriri credidit antiqua fides. Nihil hic de avibus, totam illam terram occupantibus, dicemus.

MAGNI MOGOLIS IMPERIUM.

Non una in hoc potentiſſimo Regno cœli ſolique eſt ratio. In GuZuratenſi Provincia; & ad oram Indici maris hyems initium ſumit Kalendis Junii, & durat in ſeptembrem: non tamen hic continuè pluit, ſed per intervalla; ſub exitum autem hyemis graviſſimæ hic incidunt tempeſtates. Menſib. Aprili & Septembr. opportune verſus auſtrum navigatur, Februario & Martio verſus Mecham in mari Rubro: In auſtralibus partibus naves hic appellunt menſibus Januar & Fe-

& Februari. ab Arabico ſinu initio Septembr. Ventus hic conſtanter ſex fere menſibus ſub Arctoa plaga totidemque ab Auſtrali parte perflat, paululum modo varians. Menſes Aprilis, Majus, & pars Junii immodico æſtu fervent, & ſane graviter intenſiſſimus calor noceret incolis, niſi hũc mitiores venti temperarent. Hæc Regio fere omnis abundat optimo tritico, hordeo, oryza, tum butyro, caſeo, ob immenſam armentorum copiam: in ſylvis innumeri ſunt cervorum, damarum, aliarumque ferarum greges, omniumque venationi expoſiti: equorum hic ingens eſt copia, ut & boum, camelorum, mulorum, aſinorum, elephantorum, rhinocerotum, &c.

ZEILAN VEL, VEL CEILON INSULA.

HÆc arbores perpetuo floribus aut fructibus onuſtas habet, reperiunturque ibi mala Aſſyria ſuavitatis incredibilis. Mala medica, citria optima, aurantia, limones, aliique nobiliſſimi fructus: adhæc palma, aromata, cinnamomum, cardamomum, caryophyllum, piper, aliaque. Utrum autem hic cinnamomi major creſcat copia an præſtantia, adhuc dubium eſt. Oryza parce hic provenit, quæ ex Regno Malabar & Caromandel eo copioſe defertur. Auri, argenti, ceterorumque fodinas metallorum multas habet, quas tamen Reges exhauriri non permittunt, quod eas theſaurorum loco in oſtentationem ſervent. Quidam arbitrantur, hoc ob illam fieri rationẽ, ne quis illis, cupidine illectus vim inferat. Ferrum quoque, linum, & ſulphur producit, ut & eboris ingentem vim. Ferarum omne genus ſylvas pererrat, ut cervorum, luporum, hinnulorum, aprorum, leporum, cuniculorum, elephantorum: ſunt vero hic elephanti totius Indiæ nobiliſſimi, & copioſiſſimi, quos ita domant, ut etiam nonnullas addiſcant artes, quas non niſi, ratione præditus præſtaret.

AFRICA.

PLeraque hujus loca inculta, & ſterilibus arenis obducta ſunt, idque vel ob ſitum cœli, terrarumque. In univerſum vaſta magis, quam frequens eſt. Nonnullæ tamen ejus partes ſunt eximie fertiles.

BAR-

Digitized by Google

BARBARIA IN QUA REGNUM TUNETANUM.

HUjus Regionis aër cœlique qualitas varia eſt. Verno tempore cœlum habet mite, clemens, ſerenum: Æſtas æſtu laborat vehementiſſimo, imprimis Junio & Julio menſibus. In Autumno autem calor eſt remiſſior, hyemali tempore frigus intenſius, præſertim circa Decembrem, & Januariũ, verùm tempore duntaxat matutino, neque tamen incolarum conſuetudo fert, ad levandum frigus, ad focum accedere. Circa finem autumni tota hyems, magnaque veris pars, impetuoſis ventis eſt obnoxia. Quin etiam grandinibus, fulguribus, horrendo tonitrui & ſimilibus naturæ malis laborat: nec multis locis conferta nix deeſt. Ager dactylorum, malorumque punicorum ferax, ſed contra frumenti ſterilis eſt; quapropter ejus incolæ panem hordeaceum conficere ſolent. Fructuum præterea magnam fert copiam, habetque ceraſa, ficus, poma, pyra, pruna, mala perſica, armeniaca, cydonia, olivas, & ſimiles. Abundat oleo, melle, ſaccharo, multijugiſque armentorum, pecudum, atque ferarum gregibus. Alit quoque hæc Regio Dracones, elephantes, capras, bubalos, leones, pardos, muſtellas felibus ſimiles, ſimiarum inſuper ingentem multitudinem.

ÆGYPTUS.

TErra hæc quamlibet pluviæ expers ſit, mira tamen gaudet fertilitate hominum, aliorumque animalium. Solum illius, Nilus bis in anno inundans, admodum reddit fructiferum, ut multis Veterum egregia de ſe extorſerit elogia, ita Lucan.

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis
Aut Jovis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Incredibilis eſt in Ægypto tritici, ſiliginis, hordei, avenæ, fabarum, aliorumque leguminum, vini quoque optimi abundantia. Lætiſſimis floret paſcuis, ut plurimum oleo caret, & rara habet ligna. Præter beſtias ſævas & noxias, animalia domeſtica copioſè nutrit: Volatilia in tanta ſunt abundantia, ut campos integros multitudine ſuâ ſternant, Chamæleon etiam frequenter invenitur. Per totam autem

Ægyptum pulli à Gallinis excludi non ſolent,ſed fornacibus calidis imponuntur ova , & ita calore pulli generantur, & excluduntur. Metallis quoque hæc Regio valde abundavit,pæſertim in partibus ad Æthiopiam vergentibus.

REGNUM MAROCCO ET FESS.

TErra Marocco amœniſſima eſt,abundat frugibus,& omnis generis leguminibus, tũ oleo,melle,ſaccharo,frugibus omnigenis,dactylis,uvis,ficubus. pomis,pyris,armentis, capris, quarum pelles & villi pannis contexendis valde inſerviunt. Rerum quoque, omnium naribus gratarum hæc Regio feraciſſima eſt,niſi quod hic parcius colligatur frumentum,ut hordeum,milium,& panicum: Fructuum quoq; magna laborat inopia, idque non tam ſoli ac cœli vitio, quam hominum negligentia.

Fez Regio, licet in quibuſdam locis prorſus ſit aſpera,frigidiſſimis montibus plena.& aliquot habeat ſolitudines ac deſerta ,ipſa tamẽ in ſe ſpectata modo una ſui parte ſterilis, modo altera felix & fertilis eſt.Ager Cerealis bonus,proferens fruges,Vites, olivas, ficus, amygdala:reperitur hic etiam planta *Mauſ* vocata, quæ dulcem fructum fert,eſuique gratiſſimum. magnitudinem mali citrei habet. Hunc Machumetici Rabini fructum eſſe dicunt,primis noſtris parentibus à Deo in Paradiſo interdictum.

CANARIÆ INSULÆ.

DIvites ſunt hordei, mellis, ceræ, ſacchari,arundinum, caſei.Habent etiam Oricelum herbam,quâ panni colore puniceo tinguntur, vini quoque generoſi proventum. Sunt inſuper palmiferæ, nuce pinea abundantes, pecore & avibus plenæ. In Ferri inſula,hoc admirari merito debet, quod cum omnis terra aquis plane deſtituta ſit,& ardenti cœlo,ſolo arido ſqualentes æſtu homines pecudeſque reddat,arbor una tantum proferat humorem,ut omni animali potum large præſtet. Eam namque nubecula quædam circumdare dicitur,ex qua ita humectantur folia, ut perpetuum liquorem ſtillare faciant, quem incolæ vaſis ad arborem diſpoſitis excipiunt.tantaque copia colligunt,ut toti inſulæ affatim uſum præſtet.

GUI-

GUINEA CUM INSULIS S. THOMÆ.

Aër hic valde noxius est, tum ob cœli caloriſque intemperiem, tum propter pluvias, quę vermes atque putredinem generare ſolent. Abundat vero hordeo, oryza, goſſypio, auro, ebore, ovibus & gallinis. Habet etiam genus quoddam Aromatis quod piperi conforme eſt, Luſitanis *Melegneta* vocatur; aliudque duplo efficacius pipere Calicutiano, quod vocatur Luſitan. *Pimienta del Rabo*, hoc eſt piper caudatum, quod tamen vendere non licet, ne vulgare piper vileſcat. Animalia, quæ ibi naſcuntur, hæc ſunt: Elephanti, ſimiæ, pavones, pſittaci cinericei, &c.

ABYSSINORUM ET CONGI REGNA.

In his locorum æſtas in anno gemina eſt, & ferme perpetua, ut uno eodemque tempore in aliis agris ſementis, in aliis vero meſſis fiat. Alicubi ſinguli menſes novos producunt fructus, hordeum vero, milium, ſeſemum, ciceres, fabas aliaque legumina abundanter profert. Hebeno Perſico & Siliquaſtro abundat. Hic quóque leguntur aromata piperis, cinnamomi & zingiberis. Saccharum etiam in arundinibus copioſe profert, quod tamen coquere incolæ ignorant. Vitis iſtic plurima creſcit, vini tamen nullus uſus, niſi in aula Regis & magni Patriarchæ: Mala medica, citrea, limones, ſponte ſuâ hic in magna proveniunt copia: mellis ad hæc ingens vis eſt, nam apes etiam in ipſis hominum habitationibus colonias examinum ponunt, quæ tantam ceræ conficiunt abundantiam, ut tota Regio cereis tantum utatur candelis. Linum quamvis hæc habeat Regio, uſu tamen illius telæ conficiendæ caret. Metalla habet auri argenti, æris, verum ea purgandi rationem non novit. Inſuper omnis generis producit animalia, & aves, ut elephantes, leones, tigres, pardales, lynces, Rhinocerotes, ſimias, cervos, boves, oves, capros, aſinos, camelos, equos. Vti autem Ægyptum ita etiam hanc Regionem vexat peculiare locuſtarum malum, quarum tantus quandoq; excreſcit numerus, ut aërem velut nebulâ obducant: Totis etiam agminibus in aliquam irruunt terram, omnemque ſegetem ac meſſem, arborum

folia, velut palantes milites devaſtant: ita ut incolæ propter alimentorum penuriam in alias terras commigrare compellantur.

CONGI REGNUM.

MIra hic eſt cœli clementia, & aëris incredibilis temperies, cum nunquam vel intenſior hyems vel adurens calor nimium ſæviant. Plena eſt Regio frugibus, tritico, milio, oryza, arboribus fructiferis. Palmarum plures numerat ſpecies, unam quæ dactylos producit, alteram, quæ nuces Indicas, tertiam, ex qua oleum, vinum, acetum, panem conficiunt. Ex arboribus ſuccus quidam lacti ſimilis deſtillat, qui in principio dulcis, poſt temporis tractu acreſcit. E fructuum pulpa oleum exprimitur à noſtro butyro haud differens, cujus uſus in cibis, unctionibus & lucernis eſt. Hortis omnis generis herbæ, & fructus gratiam conciliant, ut pepones, melopepones, cucumeres, & ſimiles. At hæc omnis illa Regio metallorum dives eſt, etiam argenti: Animalium diverſi generis hic quoque ingens eſt copia, ut ſunt; elephantes, Zebra quoddam animal ita illic dictum, albi leones, tigres, bubali, onagri, lupi, vulpes, cervi, lepores, cuniculi, ſimiæ, chamæleon, & ſerpentum multa genera. Tum porci, oves, capræ: contra carent equis, bobus, aliis jumentis humanis uſibus neceſſariis. Abundat inſuper Zibethis ita dictis, odoris pretioſi. Nutrit quoque varii generis aves, imprimis pſittacos, virides, & cinericios, Struthiones, pavones, gallinas Indicas, perdices, & anates. Habet & phaſianos, columbas, turtures, aquilas, falcones, accipitres, pellicanos, phaſianos, ardeas, &c.

AMERICA.

HÆc Regio in univerſum multiplex & varia eſt. Priuſquam illam adirent Europæi, expers erat frumenti & vini. Ejus loco tulit mayzium leguminis genus. Ad faciendam ſementem terram non arant, ſed effoſſis modicæ altitudinis ſcrobibus, tria quatuorque grana in unam demittunt, terraque operiunt. Singuli culmi tribus quatuorve panniculis onuſti adoleſcunt, quorum ſinguli grana centum & amplius ferunt. Mayzi ſcapus hominis ſtaturam excedit, & in quibuſdam locis bis quotannis colligitur. Arborum hic quoque

quoque hæ terræ multitudine abundant, quæ quasdam uvas agreſtes ferunt, habent & arbores olivarum feraces, ſed quæ ingrati ſaporis, pejoris vero odoris ſunt. Varias inſuper fructuum ſpecies, quas abunde habent: ut ſunt, platani, pineæ, guiave, mamei, granavanæ. Ferax præterea ipſa Regio eſt ſacchari, goſſypii. Habet etiam aromata, margaritas, gemmas, auri argentique plenas fodinas, conchiniſſam, pretioſiſſimum mercis genus. Boves ante non habuit, neque equos, aut mulos, aſinos, oves, capras, canes: quapropter mirum videri non debet, ſi indigenæ viſo primum equo tam grandi animali opſtupuêre. Regio animalia nutrit varia, nota pariter hactenus ac ignota. Inter alia prodigioſum reperitur animal, cujus ventri natura alterum ventrem marſupii inſtar appendit. Hoc quotiesdemigrat, catulos eum in locum recondit, & portat. Collo roſtroque vulpem, manibus & pedibus cercopithecũ, auribus veſpertilionem repræſentat. Eſt & aliud animal quod incolę Caſcuy vocánt, nigri porci formam habens, duriſſimo corio, piloſum, exiguis oculis, auribus patulis, angulis fiſſis, brevi promuſcide, ut elephas, barritum adeo edens horribilem, ut homines obſurdeſcant. Præbet autem carnem ad edendum ſuavem. Reperies etiam ibi montanorum aprorum, tigriumque ſæviſſimarum ingentem cópiam: tum vero leones, ſed timidiores, ut qui viſo homine fugiant. Sunt & pavones, phaſiani, perdices, aliaque varia avium genera.

NOVA BELGICA & NOVA ANGLIA.

QUi primum ad has oras expoſiti ſunt, de proceritate arborum mira narrant, egregio ſane luxuriantis ſoli documento. Reperta eſt ibi vitium ſilveſtrium, nucumque ſumma abundantia, quarum fructus à Belgicis nonnihil diverſi ſunt; nam & minores, & duriore adeoque leviore cortice tectæ. Maizium præſtantiſſimum, incredibili reddit fœnore: legumina quoque varia, phaſeolos præſertim mira & jucunda colorũ varietate; peponũ elegantiſſimas ſpecies, angurias & ſimiles fructus, ut nihil hic niſi impigra hominum induſtria deſideretur. Hollandi autem jam variis locis triticum atque alia frugum genera, linum & cannabim

ſerere cœperunt, quæ omnia benignius ſolum optime patitur. Herbarum hic omnis generis paſſim copia exuberat, quarum quædam elegantiſſimos flores ferunt, quædam Medicinæ admodum ſunt utiles. Sylvæ magnam paſſim alunt ferarum copiam, imprimis cervorum, tum aliorum quadrupedum. Aves diverſi coloris multas reperies, tum vero flumina piſcium, nominatim ſalmonum, ſturionum & aliorum plena. Cœli temperies ab illa, qua Belgæ fruuntur, non multum diſcrepat. Nam licet multis gradibus propius ad Æquatorem accedat, quam Hollandia, non minus hic tamen hybernis menſibus frigus eſt, quam in Hollandia, gelu quoque ſatis intenſum, crebręque & altæ deſidunt nives, diuque terram operiunt, eadem ſane qua apud Belgas annorum varietate. Similis quoque hic ventorum inconſtantia, & æſtate crebra tonitrua, fulgura & varii nimbi, adeo ut natura nullam aptiorem terram hac, coloniis Belgicis deducendis aperire, & audentiori hominum ſolertiæ ſatisfacere potuerit; præſertim quum hic nihil deſit, quod neceſſitas & voluptas humanæ poſtulent. Sola tamen hic armenta & jumenta deſiderantur; quæ tamen huc ex aliis locis levi tranſportantur negotio, cum illis pabulum abunde ſufficiat. Vites quoque ſi melius colerentur, uberiorem redderent proventum.

NOVA ANGLIA.

Hujus aër verſus mare frigidior eſt, idque partim propter Oceani viciniam, cujus inconſtans motus radiorum reflexum frangit, partim etiam ob vaporum aſcendentium copiam, qui æſtum mitigant. Mediterraneæ vero Regiones mediocriter calent, certiſque experimentis comprobatum eſt, eaſdē Regiones longe eſſe frigidiores, quæ Solem aſcendentem ſpectant, quam quæ deſcendentem.

Solum hic imprimis eſt fertile, & frumenti tam nativi, quam aliunde allati ferax. Littus portubus abundat, & quam plurimis inſulis obſitum eſt, quæ plantatas varias exhibent arbores, quercus, cedrum, pinos, juglandes, caſtaneas, pruna.

INSULÆ

INSULÆ BERMUDES.

VOrticoſum in ambitu habent mare, optimorum tamen piſcium fœcundum. Hic aliquot porcorum greges inventi. Teſtudinum marinarum ingens eſt numerus, quæ inter prima edulia, quæ hæc inſula hominibus præbet, numerantur. Avium variarum ingens copia, littoralium præſertim & aquatilium. Inter arbores ſylveſtres ingentes habet cedros: Unionum dives etiam eſt, palmi, & palmites imprimis laudantur. Solum diverſum exhibet colorem; roſcidum eſt deterius, ſubalbicans & nigricans mediocrem habet fœcunditatem; ſubfuſum judicatur maxime fertile. Putei, dulces ſubminiſtrant latices, cum hic nulli fontes, amnes vel torrentes frequentes inveniantur.

VIRGINIA.

HÆc omnia ubertate miranda profert, & mortalibus non tantum utilia, verũ etiam jucunda eſſe poſſunt, uti vinum, oleum, fabas, piſa, pepones, melones, caſtaneas, nuces juglandes, fraga, nitrum, alumen, piçem aridam & liquidam, ferrum, cuprum, ſericum, linum, cannabim, gemmas, herbas, quas inter tabacum eſt, cujus apud illos Ὑπερωϛ dicti tantum habetur pretium, ut, Deos ſuos illo delectari mirum in modum autument, quare interdum ſacros ignes ſtruunt, in quos aliquantum hujus pulveris ſacrificii loco injiciunt, in mari tempeſtate jactati, ad placandos Deos aliquantum in aërem & aquam ſpargunt. Cerealem agrum leviter colunt, nec eodem quo apud nos laboris ordine, ſed effoſſis ſcrobibus, terræq; leviter motæ ſemina committunt, quæ magno ubere fructus incolis reddunt. Animalia, quæ hæc terra producit, ſunt; urſi, cervi, lepores, leones, lupi, galli, & gallinæ Indicæ, columbæ, perdices, grues, cygni, anſeres, pſittaci, falcones, & accipitres.

FLORIDA INSULA.

HÆc Regio ſatis eſt amœna, & omnium fructuum fertilis. Incolæ magnam habent annonæ curam, Maizium Martio & Junio menſib ſerunt, tertio dein menſe maturum colligunt, ac in publica recondunt horrea, mox ſingulis pro cujuſque neceſſitate diſtribuunt. Beata quoque hæc

Regio aliis eſt fructibns: moris ceraſis, caſtaneis, uvis, meſpilis, prunis, aſpectu quidem pretioſis, ſed ſaporis ſequioris. Animalia quę ibi generantur varia reperies: cervos, hinnulos, capras, urſos, leopardos, lupos, canes ſylveſtres, lepores cuniculos. Nec deſunt volatilia, pavones, perdices, pſittaci, columbæ, palumbi, turtures, merulæ, cornices, accipitres, falcones, ardeæ, grues, ciconiæ, anſeres ſylveſtres, anates, corvi aquatiles. Crocodilorum ingens hic eſt & nociva copia contra quos, velut hoſtes armatos, ſemper excubare opus habent indigenæ: qui neque ſerpentibus noxiis carent.

HISPANIA NOVA.

HÆc cum Æquinoctialem inter & Cancri tropicum pæne concludatur, dierum noctiumque exigua habet diſcrimina, perpetuoque velut Vere gaudet. Julio, Auguſto, atque Septembri menſibus, aſſiduæ pluviæ, leniumque ventorum ab utroque mari gratiſſimi flatus calorem ſolis temperant. Atque hæc vera eſt ratio, cur iſthic ſub Tropico æſtivo commodæ reperiantur habitationes, contra veterum Philoſophorũ opinionem, Aërem ergo habet temperatum, quamuis ſub torrida jaceat Zona. Regio ipſa mineris abundat opulẽtiſſimis argenti, ferri, æris. Goſſypio ac omnibus quos in Europa novimus abundat fructibus. Nominatim tritico, hordeo, omnis generis leguminibus, oleribus, lactucis, braſſicis, raphanis, cæpis, porro, petroſelino, rapis, paſtinaca, pomis, malis citreis, perſicis, armeniacis. Pyra pomaque creſcunt mediocriter, pruna rara, ficus ſunt frequentiſſimi, Malorum cotoneorum mirificum habet proventum, mala granata ſatis multa. Ceraſa hactenus non admodum feliciter provenêre. Caſtaneas non habent. Vineas uvarum feraces ſatis habent, quæ tamen conficiendo Vino non ſunt idoneæ. Præter hæc nobiliſſimum habet balſami liquorem, paris cum Ægyptiaco bonitatis. Habet præterea multas alias fruges, & fructus nobis incognitos. Aquæ ibi ſunt, quæ pituitoſis articulorum doloribus aliiſque curandis morbis valde ſunt utiles. Animalia producit varia, quorum tria ſunt genera; unum eorum, quæ ex Hiſpania eo ſunt delata, alterum quod eſt ejuſdem ſpeciei cum iis, quæ in Europa habemus, & tamen eo ab Hiſpanis non eſt tranſlatum. Tertium

tium genus eſt, quod Indis eſt proprium. Primi generis ſunt oves, vaccæ, capræ, porci, equi, aſini, canes, feles, aliaque ſimilia animalia: iſtiuſmodi omnia in India orientali reperiuntur. Ab Hiſpanis eo tranſlati ſunt Leones, tigres, urſi, apri, lepores, cuniculi. Quæ natale producit ſolum, ſunt; *Sainos* inſtar exigui porci animal, umbilicum in ſpina dorſi habens: hæc ſpecies animalis turmatim ſylvas pererrat. Avium non minor eſt varietas, ut anſerum, anatum, coturnicum, gallinarum, quæ noſtras longe ſuperant.

HISPANIOLA ET CUBA.

SAcchari, pecudum & *Yuca* feraciſſima Inſula, ex cujus radicibus conficitur Cazabi panis indigenarum. Nec legumen nec triticum fert. Ditiſſima eſt æris, aliorumque metallorum, fodinarum, nec non auri minoris. Aeris hic calidior eſt temperies, vehemenſque matutinus æſtus. Lætiſſima habet paſcua, quo fit ut incredibilem equorum, boum, vaccarum, pecudum, &c. habeat copiam, quæ tantum corii cauſſa mactantur. Vermiculorum hic genus reperitur hominibus valde infeſtum, (*Niguas* vocant) qui ſe digitis pedum inſerunt, cutemque inter & carnem ſubſiſtunt, ut ſæpe non niſi cauteriis aut membrorũ detruncatione ſeparentur.

REGNUM GRANATENSE.

REgio ſale abundat, quem ad alias Provincias, præſertim montanas & flumini grandi proximas, magno quæſtu Barbari traducunt. Obſonium Barbarorum ferina, cujus hic magna copia eſt. Volucribus haud æque abundat: Turtures ibi pauci, plures anſeres, piſces abundantes, paſcua crebra, triticum & fruges non deſunt. Metalla auri, æris, chalybis ſufficiunt.

VENEZUELA.

REgio fertilis & feraciſſima eſt, gemina quotannis gaudet meſſe, ad hæc ita paſcuis abundat, ut ingenti numero armentorum ac pecudum alimenta præſtet. Quapropter nomen granarii apud alias accepit Provincias. Ingens etiã eſt copia farinæ triticeæ, panis biſcocti, caſeorũ, ſuillæ, & pannorum goſſypinorum. Abundat ad hæc omnis generis

ris feris, quæ venationes valde reddunt acceptas. Neque ſolum inops eſt metallorum, præſertim auri, & quidem puriſſimi. Animalia tam terreſtria quam volatilia multa reperiuntur. Leones ita habet imbelles & timidos, ut fuſtibus à Barbaris conficiantur. Tigres contra tam feroces & incultas, ut alias immanitate & robore feras ſuperent. Ager undique ſacchari cannis luxuriat admodum. Zingiberis radices lætè proveniunt: mellis & picis habet copiam, neque triticum tellus negat. Cervorum & cuniculorum Americanorum magna eſt frequentia, ut & ſerpentum noxiorum. In arborum cavitatibus apum invenis examina itidem mellificantia.

GUIANA

HIC anni tempeſtatem pluviæ, graviſſimique ventorum flatus, & contra malacia faciunt. Neque ſoli eadem eſt ratio. Nam circa littora humile eſt, &, niſi auræ ab oriẽte valide flantes æſtum perpetuo temperarent, nullæ ibi paterent hominibus habitationes. Jã vero incolis eſt frequens, tam ob fluviorum commoditatem, quam ſoli fertilitatem, cœlique clementiam & ſalubritatem. In mediterraneis montes aſſurgunt, quorum quidam ſementem admittunt, alii penitus ſunt aſperi & infœcundi. Inter hæc littora monteſqũe ſolum modice in altum porrectum jacet, aliis longe fertilius & amœnius, nemoribus, atque lucis, campis, pratis mira varietate diſtinctum. Inſuper multis amnibus irriguum, torrentibuſque frequens, neque prorſus inops metallorum. Indigenas duplex inſectorum vexat genus, culices & nigui, hi vocantur *Mapiery* à nigris, alteri *Silo*.

PERUVIA.

IN hac agri ſunt permulti, circa fluminum ripas, viriditate ac fœcundia inſignes, quos fluvii irrigant. Unde goſſypium varii coloris & omne frumenti genus copioſe redditur. Incolæ viles habent pro eſca piſces, carneſque crudas. Hic Leones reperiuntur, urſi nigri, lupi, capreoli, & quoddam animalis genus camelis ſimile. Ex hujus lana veſtes gauſapinas & alia conficiunt. Terra omnis elementi gaudet temperie, variaque alit genera animalium, & herbas oleraque plurima producit, & herbam quæ in deſperatis vulne-

Digitized by Google

vulneribus ultimum præbet auxilium. Frumentum tanta fœcũditate creſcit, ut centeſimum & ducenteſimum reddat fœnus. Auri argentique inter omnes totius orbis Regiones Peruvia ditiſſima eſt. Cum non tantum argentifodinas, ſed etiam fluvios auriferos habeat, qui rutilantibus arenis & pellucidis undis limpidi, aureum fluxum vehunt.

BRASILIA EX DESCRIPTIONE GUILIELMI PISONIS, M. D. QUI IPSE OMNIA EXPLORAVIT. Lib. I.

HUjus Regionis tellus amœniſſima eſt, planitiem longe lateque porrectam, & irriguum ſolum habet. Dicitur Vergea Luſitanis, multorum fructuum ferax, ſaccharum, ut & credita quæque ſemina, cum multo reddit fœnore. Prata, campoſque apricos, licet minus æſtate, menſibus tamen aliis, perpulchre virentia exhibet; Loca, quæ meſſem negant, pabula plurima ſuppeditant. Frumenta benigno ſolis calore, ſolique facilitate, in germen brevi producuntur; Exotica tamen ſemina tardum reddere ſolent proventum. Februario & Martio menſibus, cum incaleſcentem ſolis vapore æſtatem humidior ſubſequitur aër, plantæ & ſemina terræ commiſcuntur, idque prima veſpera vergẽtis in noctẽ diei fieri conſuevit, ex hac ratione, ne radii ſolares vel intenſe frigida terra commiſſa perdant ſemina. Plurimæ arbores fruticeſque, toto fere anni tempore flores & fructus feliciter producunt, Mos etiã eſt vineas diverſis putare menſibus, unde non ignobile vinum vel ipſum Creticum æmulans exprimitur. Nobiliores in hac terra hæ ſunt arbores; *Acajú, Cajá, Ubipitanga, Anda, Zabucajo, Murecy, Jetaiba, Araticu, Guabiraba, Ficus* & *Myrtus Americana.*

• Hæc Regio inſuper variarum herbarum paluſtrium genere, fruticumque mirâ varietate luxuriat, ut non tantum ſolum, verùm etiam aquas amphibiorum aquæ ac piſcium latibulis diceres deſtinatas. Fluminum oſtia, ubi paludem aqua maritima iuundare ſolet, ingens oſtrearum & cancrorum multitudo perreptare ſolet. Pars Braſiliæ, quæ in colles accli-

acclivis eſt, & in vaſtos montes, ſaxiſque impervios attollitur, fertiliſſima raroque ſterilis eſt, arbuſtis ſylviſque, paſſim veſtitur denſiſſimis. Nemora non veſtiuntur quotannis foliis, nec iis privantur. Neque omnis arbor foliis vidua conſpicitur, ſed una parte decidente, altera tamdiu manet, donec prior repullulet. Contingit ſæpe, quod varii generis, phaſeoli, arundines proceræ, hederæque perpetuo maneant virentes, quæ in tantam excreſcunt altitudinem, ut ſylvarum opaca referant. Inter virgultorum umbras homines & feræ nutriuntur.

Ad hæc ſicut Peruvia ex æſtuantibus cavernarum latebris crebro terræ motum patitur, ita his Americæ orientalis tractus nunquam eſt obnoxius.

Cæterum illius ingentes ſolitudines, jugis in occidentem excurrentes Antropophagi tenent. Qui vaſtiſſimos illos & confragoſos ſaltus penitius explorarunt, teſtantur, ſe non minus fertiles ibi reperiſſe montes, & convalles, quam in aliis maritimis bene habitatis locis. Id quod quidem Auctor ex vero eſſe comperiit, in eo tamen differt ab iis, quod quo altius ad mediterranea loca penetres, eo plura metallica ignobilioraque reperies corpora, ſed fontium inopiam, rarioreſque amnes, æſtum diuturnum majorem, noctis intenſiora frigora, frequentiores vero lacus, paludes, ſtagnaque piſcibus refertiſſima. Hybernæ pluviæ æſtivam aquę penuriam compenſant. Feræ piſceſque miram habent pinguedinem, ita ut alia in iis parandis pinguedine opus non habeas.

Quod aërem ſpectat, hoc Braſilia præſtantiſſima totius Americæ pars eſt, jucunda ſalubrique temperie ita excellit, ut merito cum Europa atque Aſia de clementia aeris contendat. Cœlum quidem nubibus ex oriente in occidentem ſæpius videbis obductum, ſed tamen iis rariſſimis atque tenuiſſimis, inque ſublimi aere extenſis, diebus pluviis exceptis. Sol non minus occidens, quam oriens irretortis oculis adſpici poteſt, in tantaque magnitudine apparet, ut ejus Diameter menſurari queat. Circa veſperam mira cœli eſt ſerenitas, nec ullis obnoxia vaporibus. Noctes adeo claræ apparent, ut Vetus & Novilunium uno eodemque die conſpiciantur: litteræque ad quadrantem lunæ commode legi poſſint. Cœlum crebris fulguribus, abſque tonitru, coruſcat, tempeſtate vel maxime ſerena, ſiccaque. Tonitrua ſi quæ

circa

circa æquinoctia audiuntur rariſſime, ſine fragore tamen, & cum imbribus ſuboriuntur: multæ Irides, Helones, Dracones, igneſque apparent.

Ad hæc præter nativa balſama, olea, nec unius generis mel, herbis & radicibus medicis abundat, quæſtu oſiſſimam quoque exhibet culturam. Animalia inſuper omnia, boumque imprimis abundantiam gignit.

Piſces ſquamatos aſperos, uti fluvii & lacus, ita mare vicinum abunde ſuppeditant; qui in hiſce Regionibus ita ſalubres judicantur, ut neque febricitantibus noceant: cancris, teſtudinibus, ſquillis, conchis, oſtreis, omnibuſque teſtaceis & cruſtatis piſcibus præſertim paludes abundant. Balenarum quoque hic menſibus pluviis magna apparet copia. Inter venenata Braſiliæ animalia ſerpentes primum occupant locum, quorum nomina & numerum vid. ap. Auctor. l. 3. p. 41. De variis frugum & fruticum generib. vid. Georg. Marcgrav. de Liebſtad. Miſnic: hiſtoriam rerum natural. priori auctori adnexam.

CHILES.

Hæc Regio magna ſui parte plana eſt, vel modicis aſſurgens collibus. Ad hæc amœniſſima & maxime fœcunda, nec ſecus ac Hiſpaniæ omnium frugum ferax. Vina producit copioſa, ut & triticum, paſcuis luxuriat, ſalubri aëre pollet, medio inter fervorem ſolis & frigus temperamento. Gramina propter humorem perpetuo virent, neque in montanis arbores folia deponunt. Paſcua ex decreto Regis, ut & venationis & piſcationis jus, promiſcuè incolis conceſſa ſunt. Hic mos eſt, peregre advenientibus & viatoribus gratis hoſpitium victumque præbere. Fructus habent ſaporem inter ſuavem atque acrem medium. Nullibi perfectius, puriuſque aurum eruitur, quam hic. Indigenæ colore ſunt candido, ſed hirſutâ fronte, id quod ab humidiore provenit aere. Atque hæc de Indole locorum pro inſtituto breviter dixiſſe ſufficiat.

TERRA

TERRA AUSTRALIS.

HAnc quod attinet terram, hactenus incognitam dictam, certum est, illam Geographis adhuc nondum esse perspectam, sicut partes aliæ Septentrionales cognitæ sunt. Ponitur tamen nihilominus in hac Australi terra Psittacorum Regio, terra del Fuego sic dicta, quod in parte sinistra conspecta fuerit magna ignium copia, quæ causa fuit, cur hanc Regionem sic vocarent, & judicarent se ab incolis esse conspectos.

Si vero Regiones ab æquatore Septentrionem versus gradibus 15. distantes, expendantur, luxuriant omnium rerum affluente copia, nec possunt iis quæ pari intervallo Austrum versus ab Æquatore dissident, esse infeliciores. Qua de re non desunt Geographi, qui Principum ac Rerumpublicarum Christiani Orbis excitent industriam, ut quoque ad has lustrandas terras, conjunctis viribus accingantur: ipsis non minores laborum fructus, quam quos ex aliis inventis perceperunt terris, audacter promittentes.

FINIS.

LIBER

LIBER TERTIUS,

EXHIBENS

HISPANIÆ, ILLIUSQUE REGNORUM OMNIUM

MORES,

STATUM ECCLESIASTICUM, POLITICUM.

REDITUS. POTENTIAM. SERIEM REGUM ET ILLUSTRIUM FAMILIAR. PRÆTENSIONES, RATIONEM STATUS, JUDICIUM POLITICUM. EX OPTIMIS, TAM GALLICIS QUAM ITALICIS LATINISQUE SCRIPTORIBUS,

UT

PIERRE d'AVITY,

SEIGN: DE MONTMARTIN,

LES ESTATS, EMPIRES, ETC.

BOTER. REPUB. HISPAN.

M. S. CL. S. P. ETC.

VE-

Digitized by Google

VETERES HISPANORUM MORES.

HANC Gentem Firmicus plenam dicit arrogantiæ. Vopiſcus ſubdolam, corpore expeditam, & quietis impatientem, rerumque novarum cupidam appellat. Uſi ſunt antiquitus Hiſpani ſecundum Diodor. brevi & nigra veſte, culto habitu incedere amabant; Incuſantur vero ſpurcitiei à quodam, quod & corpus (ſit honor auribus) urina laverint, & illâ dentes fricarint. Perhibente Strabone, illorum fœminæ agriculturæ navabant operam. Ubi fœminæ infantes eſſent enixæ, mariti lectum occupabant, & reliquam mulierum exequebantur vicem. Ex Diodoro etiam conſtat, quod illi magnam carnium copiam comederint; Habebant ex mulſo potum, ſecundum Florum ex hordeacea aqua. Juſtinus illis magnam tribuit abſtinentiam, & parcimoniam, ita ut quamvis maxime divitiis pollerent ſcribente Athen. nihil tamen præter aquam biberent. In ſolennibus Feſtorum diebus nullum habebant conviviorum apparatum. Secundum Plinium, glandibus pro pane ſunt uſi, cum quo etiam Strabo conſentit. Cibum in terrã proſtrati capiebant. Juſtinus cum Valer. Maxim. referunt, corpora Hiſpanis ad ferendam inediam fuiſſe apta, & quod varios labores optime tolerarint. Servius illos accuſat latrociniorũ & furti: ſecudũ Trogum magis amabant bellũ, quam quietem, illos magni faciebant pedites ac equites, qui laborum tædia patienter diuq; ferre poſſent. Qui ex equitum cohortibus victores evaſerant, de equis cum gladiis deſcenderant, ſuppetias peditibus allaturi. Gladios habebant breves ſecundum Livium & Polyb. quibus cõcurrentes, propiora appetebant hoſtium corpora, quo genere armorum etiam Romanos uſos eſſe contra Britann. apud Tacit. in vita Jul. Agr. legere eſt.

Cũ hoſtes devictos ſepulturæ darent, circumcirca parvas collocabant ſtatuas. Cæſar refert, illos natandi ergo flumina libenter tentare ſolitos. Multi illorum, pluris fecerunt equos ſuos, & arma, quam propriũ ſanguinem. Diodor. illos cru-

deles erga hoſtes, humanos erga advenas dicit. Libertatem adeo obſtinatis amabant animis, ut in Cãtabria fœminæ ſuos necarint liberos, ne in hoſtium devenirent poteſtatem, quod & liberos parentibus feciſſe alibi legimus. Plura de Moribus Veteribus Hiſpan. cupiens, vid. auctores à Pierre D'Avity citatos. Liv. decad. 3. l. 2. Qua Corporis qualitatem & inclinationem, Plutar. Fab. Max. Mart. l. 10. Ep. 65. Flor: Hiſtor. lib. 2. Tibull. l. 4. Juſtin. l. 44. Luc. dec. 4 l. 4. Sil. Ital. l. 1. Liv. dec. 3. l. 2. Cicero Ep. ad Q. F l. 1. Athen. l. 2. c. 2, Strabo lib. 3. Diodor. l. 5. Catull. Epigr. 9. in Egnat.

(a) Qua Quietem. (a) Plin. l. 22. c. 25. Flor. l. 2. c. 18. Oros. l. 5. c. 7. Dioſcorid. lib. 2. c. 8. Diodor. l. 5. Plin. l. 25. c. 8. Plin. l. 18. c. 7. Strabon. l. 3. Juſt. l. 44. Diod. l. 5. Strabon. l. 4. Dioſcorides l. 2. c. 13. Plin. l. 16. c. 5. Strabo l. 3. Plin. l. 21. c. 2.

(b) Habitũ (b) Athen. l. 1. c. 2. l. 12. c. 7. Diodor. l. 3. Athen l. 22. c. 7. Liv. decad. 2. l. 2. Strabo. l. 3.

(c) Scientiam Linguã Duella, &c. (c) Plin. l. 18 25. Strabo. l 3. Marian. rer. Hiſp. l. 1. c 5. Flor. Epitom. 28 l. 7. c. 22.

(d) Funera. (d) Sil Ital. l. 1. & 3. Strab. l. 3. Serv. ad 10. Æneid. Ariſtot. Polit. l. 7. c. 22.

(e) Divitias. (e) Strabon. l. 3. Plin. l. 33. c. 3. Liv. dec. 3. l. 6.

(f) Potentiam. (f) Liv. dec. 3. l. 2. Strabo l. 3. Liv. dec. 3. l. 6. Strab. l. 3. Cæſar de Bell. Civ. l. 1. Saluſt. hiſt. l. 2. Liv. dec. 3 l. 8.

(g) Regimen antiquum. (g) Juſt. l 44. Marian. rer. Hiſp. 1. c. 7. Strab. l. 3. Juſt. l. 44 Liv. dec 3. l. 8. Juſt. l. 4. Strab. l. 3. Oroſ. l. 7 c. 28. & 29. Strab. lib. 1. l. 64. Macrob. Sat. l. 1. c. 19. Strab. l. 3.

Mores huj. tem. vid. Pierre de D'Avity Tom. 1. pag. 22.

HISPA-

Digitized by Google

HISPANORUM MORES RECENTES, AD SENSUM ICON. ANIMOR. BARCL.

HIſpania robuſtum hominum genus habet, laboris, quo in bello opus, patiens, ut eſt pervigilium, inedia, ſitis, & militaris diſciplinæ ſtrictum obſequium. Deſtinatas ſpes animo obſtinant, maliſque & periculis non fatigari, in virtute præcipua ponunt. Ita olim Saguntus in Romanorum pertinax partibus, mutuæ cœdis excidio deleta eſt. Id quod etiam Numantia, Luſitania, aliæque Hiſpanorum urbes docuerunt. Cæterum elati in hac gente animi, vitiorum pariter, ac virtutum illis cauſſa ſunt. Ad pericula ita ſunt pervicaces, ut ne tempore quidem vel ullo tædio vincantur, quin geminam conſtantiam naturâ & arte factam ſemper præ ſe ferant. In verbis jactantiam, qua ſe ſuoſque attollunt, ita produnt, ut peregrinis auribus graves ſint; vultus quoque cum hoc grandi illorum conſpirat ſermone, & convictus, niſi ſervis, miſeriſque fortunâ gravis, illorum ſeverã majeſtatem odioſam reddit. Quilibet illorum, in acie, quàm in ſingulari conflictu eſt melior, intus ſervatas adſtricta parſimonia opes, corporibuſque temperantiâ exercitatis, negatas, pompâ & ſplendore veſtitus proluunt. Illos frugalitas eximia commendat, non ſolum in ſua Hiſpania, (quæ calore Solis aduſta, largiorem non patitur proventum,) ſed & alibi locorum. Modicus panis nec pretioſa herbarum condimenta, rigide vivere aſſuetis, famem facile eximunt. Ex alieno vero liberalius vivunt. In extrema paupertate ſupercilium tamen non ponunt. Nota hæc doctis eſt hiſtoria: Erat cuidam ſutori egeno jam ex vita deceſſuro filius, paternæ ſortis hæres. Is cum patrem rogaſſet, num quid ſibi ad ultimum præcipere vellet? Cui pater jam defectâ reſpondit voce, ut, inquit, memineris in dignitatem generis tui aſſurgere. De Hiſpanica muliere hæc alii notarunt: Quędam centonibus vix bene tecta cum tribus liberis ex triſti mendicitate miſeram vitam trahebat: motus quidã Gallus mulieris miſeria, ultro opem pro alendo natu majore obtulit, ſibi permitteretur, ut juvenis paribus ætati ſuę ſerviciis imbueretur, adultior factus, artificii cujuſdam generi,

cui vellet, applicandus. Ad hæc mulier prohibeant ſuperi inquit, ut in illam humilitatem liberos damnem, quſ tu aut ego ſciamus, quo fato genitus, olim ſubſidium Patrię magnis virtutibus paraturus? Satius illi ſit inedia extingui, quam ad talem ſervitutẽ condemnari. Imponunt autem ſibi Hiſpani hac ſimulata magnanimitatis ſpecie, qualem etiam incogitantes effundunt. Nam illorum pleriſque, ita parvo & parabili contentis, omnis ſpes ad majora perveniendi decolat. Hinc videre eſt ad arcium præſidia modico ſtipendio collocatos, decrepitam attingere ætatem, ſpei multum, rei nihil habentes.

In Hiſpania, ſtudia literarum eo cultu non nitent, quem cultior ætas noſtra novit. Latinæ Eloquentiæ ſtudium ibi non viget, nulla nec venuſtas poetica, nec hiſtoriæ ac priſcorum rituum utilis ſuavitas, Græcarũ literarum cura eviluit. Philoſophiam & Theologiam valde amant. Præcipua illis habetur eruditionis ſpecies prolixis voluminibus pauca complecti, verum & illa ex aliis auctoribus fruſtraneo labore plerumque decerpta ſunt. In cæteris Urbibus rariſſimum eſt literarum commercium, niſi quod libros patrio ſermone conſcriptos valde ament. Cæterum reconditas Hiſpani abſtruſaſque habent cogitationes, arma & pacem ex ſuis temporibus ſapienter æſtimant, ſæpe opibus, aliorum fidem & animos corrumpunt, hocque in Hiſpanis mirari debet, quod in tanta hominum penuria vaſtum tamen & diſſipatum ſuorum Civium Imperium coloniis & præſidiis teneant, ſuique ærarii famam opulentiæ, Indicæ navigationis ac lucroſæ, ſperioſa jactantiâ ſuſtentent.

At vero in Hiſpanicâ gente pompa illa verborũ geſtuumque ideo non ingrata eſt, quod non aſcititia, aut extorta, ſed velut ex naturæ præſcripto genti adhæreat. Sordes palam odio habent, munditiem & cultum corporis amantes: arma quoque deficiente penu, tanquam præcipuum in Viro ornamentum, & ſervant & geſtant. Nihil in illorum verbis, præter jactationem ineptam. In colloquiis callidi ſunt: ſermonum & amicitiarum exordia per ſpeciem humanitatis adornant, quos pari decet excipere affabilitate, ubi ad faſtũ ſuccedunt, mutua gravitate excipiendi ſunt, quod ſi te anguſtior fortuna illis miſcuerit, opus eſt ut tumido ſilentio plauſuque illorum expleas animos in ſuam vel Patriæ magnitu-

gnitudinem diffusos. Addendum hic est Patris Scaligeri grave de Hispanis judicium: Hispanis victus asper domi, alienis mensis largi, alacres, bibaces, loquaces, jactabundi, fastus tartareus, supercilium cerbereum, avaritia immanis, paupertate fortes, fidei firmitas ex pretio, omnibus nationibus & invidentes, & invisi. In specie verò *Catalauni* sunt natura vehementes & mobiles, *Aragonenses* magis fidi & constantes, *Valentij* ingenio Lepido, publice splendidi, privatim delicati, Religiosi, & Privilegiorum tenaces, *Granatenses* humani, in negotiis recti, armis habiles, & in conversatione faciles, *Andalusij* corpore sunt elegantes, animo fero & arroganti, suspicaces. *Estremaduri* animo magno, corpore robusto, audaces, & ad magna nati. *Navarrai* manu prompti & ingenio pollentes, *Piscani* libertatis suæ acerrimi defensores. De Arte Poet. lib. 3.

STATUS ECCLESIASTICUS HISPAN. EX. M. S. CL. S. P.

TOTA Hispania Romano-Catholicam Religionem amplectitur, & ab illa dissidentes non solum pati nequit, verum etiam, per acerrimas inquisitiones, gravissimis in illos desævit pœnis, quas tum Incolæ Hispaniæ Regnorum, tum vero superiori seculo sub Hispanico jugo trementes Belgæ, magnis suis cladibus experti sunt. Quapropter Reges Hispaniæ, Reges Catholici, dextraque velut Ecclesiæ Romanæ vocantur. Illi vero, qui Regimen Ecclesiæ Hispanicæ habent, Præsules & Clerus sunt, non secus ac in aliis Romano-Catholicæ Religioni addictis locis. Antiquitus Ecclesiæ primatus in Hispalensi fuit Ecclesia, postea in Toletana. Capta vero Toleto, & à barbaris vastata, penes Braccarensem Archiepiscopum suprema fuit potestas, quæ tamen ad Toletanos, in integrum restituta Toleto, iterum rediit. Inde Braccarensi cum Toletano ingens intercessit discordia & contentio, necdum per tot annorum intervalla exacte decisa. Vindicatis vero

è cruentis barbarorum manibus. Hiſpaniæ locis ſedibuſque ſacris à Barbarica illuvie purgatis. Epiſcopatus ſuis reſtituti ſunt Civitatibus. Igitur jam VII. Archiepiſcopos, Epiſcopos vero circiter 40 (alii hunc ſuperant numerum) univerſa Hiſpania numerat. I. In ordine eſt Toletanus, Caſtellæ Cancellarius, ſecundus à Rege, ejuſque filio. Hujus parent obſequio 7. Epiſcopi. II. Hiſpalenſis, qui olim duos, nunc 3. ad nutum habet Epiſcopos. III. Compoſtellanus. IV. Granatenſis, cui 5. parent Epiſcopi. V. Valentinus, cui 4. obediunt Epiſcopi. VI. Tarraconenſis, quem 7. Epiſcoporum ſuperiorem agnoſcunt, VII. Cæſar Auguſtanus, inter Epiſcopos antiquiſſimus, à cujus obſequio 4. Epiſcopatus pendent.

Cæterum reliqui Epiſcopi nullius ſubſunt Imperio. Legionenſ & Ovetenſ. ſedi Romanæ ab Apoſtolorum (ut ajunt) tempore ſubjecti, nullum agnoſcunt Metropolitanum.

Portugallia tres habet Archiepiſcopos, & 9. Epiſcopos. Eborenſis Epiſcopatus antiquiſſimus eſt, ubi Maulinus primus Eboræ Epiſcop. fuiſſe creditur. Paulus III. Pontif. Max. primum ibi Archiepiſcopum Henricum Portugall. Infantem Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fecit. Boterus alium inſtituit calculum numerans XI. Metropolitanos, & LXV. Epiſcopos, quorum illi 560000. coronatorum quotannis percipiunt.

vid. Les Eſtats. His annumerantur monaſteria quorum in Hiſpania infinitus fere eſt numerus. In Civitate Burges Caſtilien. Virgines ſacræ, vulgo Moniales dictæ, ſunt omnes ex Principum, & Nobilium ſanguine ortæ: harum moderatrix, vulgo (Abbatiſſa) 24. oppidorum & 50. pagorum domina eſt.

Huc quoque pertinent Inquiſitores, primum in Saracænos, Mauros, & Judæos inſtituti, poſtmodum contra alios in Religione diſſidentes adhibiti, qui hoc effectum dederunt, ut tertia pars ſubditorum Regi Hiſpaniæ perierit, de quo vid. Merul. & Campanell: in monarch. Hiſp. Ad Eccleſias commode

mode accedunt Academiæ, quæ à Merul. 22. numerantur. Inter has præcipuæ ſunt, Salmantica, Complutenſ. Conimbricenſ. Periciana Saguntina, Oſtenſis. Hiſpania hos Romanos produxit Pontifices: Joann. XXI. Benedictum XIII. Calixtum. III. Alexandr, VI. &c. X. Romanos Imperatores genuit, Veſpaſianum, Titum ejus Filium, Nervam, Trajanum, Hadrianum, M. Aurelium, Antonium Philoſ. Theodoſ. Jun. Alphonſum Legionis & Caſtellæ Regem, Ferdinand. Auſtriæ. Maximilian. & Carolum V. quorum hic Gandavus, alter eſt Neapolitanus.

Huc etiam referri debent Sacri ordines Militares & ita dictæ Commendaturæ. Sunt autem in Regno Caſtellæ tres: I. Ordo S. Jacobi. cui 42. alii parent, Reditus ejus annui 54. Millia aureorum æquant. Legio commendas numerat 46. Calatrava 34. In utroque Regno hic 2. eſt ordo Equitum Calatravæ. 3. Ordo Alcantaræ eſt, habet commendas 32. Huic Ordini 4. Juriſdictiones & 4. prioratus accedunt.

Horum Ordinum Magiſtri ſunt Reges Hiſpaniæ à tempore Ferdinandi & Iſabellæ. vid. Marian. l. 26. c. 5. qui de his Ordinib. egregiam recenſet hiſtoriam. Olim cum nimia poteſtate Magiſtri Ordinum gauderent, jam ipſis Regibus metuendi, per diploma Innocent. VIII. Pontif. Auctoritate ſua exuti, ſublatique ſunt: quamvis priſcis temporibus, in exturbandis ex Hiſpania Mauris, egregiam Reipub. navarint operam, & rem ſtrenue geſſerint. Sed, ut dictũ, omnis illa Ordinum poteſtas & dignitas ad Reges devoluta eſt. Quapropter cum Garſia Sadilia Callatravæ Magiſter Ordin. vita exceſſiſſet, illico ejus locũ Ferdinandus occupavit, nullo amplius per militare ſuffragium, ut moris erat, Magiſtro Ordinis ſubſtituto. Hoc exemplum ad S. Jacobi Ordinem manavit: ubi enim Ann. 1493. Alphonſus Cardena ejus Militiæ Magiſter eſſe deſiiſſet, ut finis illi Ordini imponeretur, impetravit Joannes Stunica Alcanturæ Magiſter, ut hic honor in gratiam Regis, Hiſpalenſis Pontificatu permutaretur. Ita tres illi Ordines in Regis Hiſpaniæ conceſſerunt poteſtatem. Adjecit vero poſtea Alexander Pontif. ad indulgentiam, Innocent. & hoc, ut in illa Ordinum adminiſtratione Reginis quoque jus ſuccedendi competeret. Poſtremo Adrianus VI. in gratiam Caroli Alumni, cui Pontificatum acceptum debebat, ipſi ejuſque ſucceſſoribus lege

perpetua conceſſit jus Epiſcopos Hiſpaniæ Præſentandi, qui precario à Pontifice Romano inſtituerentur, ut eos Ordines ſibi in omne tempus miniſtrarent. In his vero Ordinibus Reges alios ſibi ſubſtituerunt Præfectos Majores, & Hiſpaniæ commendatores. Hujuſmodi major in Calatrava eſt Dux Albanus. Ita quoque reliquæ commendæ (hoc nomine dictæ) reliquis etiam in Regno Proceribus attributæ ſunt.

In Portugall. 4. ſunt Ordin. Militar. I. S. Joannis qui 59. habet commendas & 2. Ballivias ſive Præturas. II. Chriſti. qui 140. cõmendas. III. Aviſi, IV. S. Jacobi. Reditus horum Ordinum ad millionem coronatorum accedunt. Hi ordines excepto Div. Johann. impetrarunt à Papa ſub Rege Emanuel. (Marianâ l. 26. c. 13. & Olivera teſtibus) veniam caſtitatis, ut uxores poſſint ducere. Hic honor ſequentibus temporibus non hominibus militaribus, ſed aulicis collatus eſt, qui tamen hodie Regis proprius eſt, & præter oleum, frumentum, vina, 25214. aureorum reditus Domino præſtat. Majores autem reditus in Hiſpania Clerici, quam Seculares (ita dicti) poſſident. vid. Remp. Hiſpan. c. 20. quod etiam in aliis Regnis quotidiana docet experientia, non ſine magno Rerumpub. damno.

Illi vero dicti Ordines, Eccleſiis annumerantur. 1. propter originem, quod defendendæ fidei cauſſa inſtituti. 2. propter Regulas devotionis. 3. horas Canonicas & preces. 4. Votum Caſtitatis. 5. quod inſtar Monachorum certo auctori originem ſuam debeant.

REGIMEN CIVILE HISPANIÆ.

Regnum hæreditarium.

PRæter omne dubium Regnum Hiſpaniæ hæreditarium & Monarchicum eſt, ita ut etiam filiæ in Regno ſuccedant. Regiæ poteſtatis eſt nominare omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Priores, Commendos, Equites puta, S. Jacobi, Alcantaræ & Cala-

Calatravæ. Pacis Bellique liberum & abſolutum habet arbitrium, ut & ſupremam in omnia poteſtatem, quamvis nihil decidat niſi ex conſilio XII. Virorum qui totius Regni primores, Senatumque Regium conſtituunt, ubi majora negotia decidunt. Vid. M. S. S. P. de Repub. Hiſp. Rex quoque creat omnes Præſides, Conſiliarios, Vice Reges, Gubernatores, aliæque dignitatis Viros. Beneficia vero in neminem, niſi in illos qui natalibus Hiſpani ſunt, Rex conferre poteſt. Maxima Hiſpaniæ pars ſuis ſe tuetur privilegiis, nec omnibus facile paret imperiis, quod præter alios in Aragonenſib. imprimis apparet, qui teſte Thuano ſibi libertatem & immunitates per 700. annos aſſeruerunt, ex quo à Saracænis ſe vindicarunt, creato ſupremo Magiſtratu, cui juſtitiæ nomen dederunt: olim Reges elegerunt, qui flexis genubus capiteque aperto, tactis S. S. Euangeliis coram Magiſtratu ſe ſacramento obſtringerẽt, illa ſe ſancte ſervaturos quæ promiſiſſent. Idque factum eſt, priuſquam Proceres obſequii fidem jure jurando ſpopondiſſent. Regis Electio uſque ad Petrum ab Acinace ita dictum manſit, qui in Comitiis conſtituit, ut ſublata Electione ſucceſſio introduceretur, & Regnatrix Regum domus obſervaretur, quod caput de electione Ordinum conſenſu ſublatum defendit. Hac ita abolita Libertate, LL. denuo ſunt confirmatæ, quarum hæc enumerantur præcipua capita ſancita: 1. Ut Regi, Patrias LL. violaturo, alius ſubſtituatur, 2. Ut citra Crimen læſæ Majeſtat. ad libertatem tuendam fœdera cum Principib. vicinis Hiſpaniæ populus inire queat. Quod cum nimis durum videretur, Caſtellani, qui Reges LL. ſolutos volunt, ſuaſores fuerunt Ferdinando Catholico, ut hanc legem Regiæ dignitati contrariam aboleret: verum noluit Rex, ſe prohibitum Religionis datæ fide dicebat. At Philippus 2. non eadem qua Ferdinandus olim, uſus eſt moderatione, nam in cauſſa Perezii juſtitia Aragonum dicti ſententiam tulit, ut capite pœnas darent, quod pro liber-

Poteſtas Regis.

Libertas Hiſpanorum.

Aragonenſium libertas.

Electio Regis Hiſpan.

libertate & privilegiis patriis acrius contendiſſent. Hic tandem Cæſar Auguſtam manu cepit militari, diuque præſidio preſſit, ex quo Aragonenſium libertas ſenſim ingens paſſa fuit detrimentum. vid. M. S. de Repub. Hiſp. Cl. S. P.

Sunt autem in Hiſpania plurima Conſilia: Primum eſt, CONSILIUM Principale ſive Regium, in quo res peraguntur ad Regimen Politicum ſpectantes & quæ ad Regiam ſpectant Majeſtatem: hoc Conſilium conſtat ex primoribus ampliſſimis viris totius Regni, non tamen adeo multis. In Conſilio Regio agitur de Vectigalibus Regni, annona, ad quod omnes lites per Appellationes devolvuntur. Unus ibi Præſes eſt, unus ex primoribus titulatis, & 12. Conſiliarii ex aliis Tribunalibus ad illam dignitatem promoti. Horum tres Conſiliariorum titulo gaudent, cubiculi Regii; qui cognoſcunt de præmiis quæ Rex in benemeritos confert, tum de venia, quæ condemnatis conceditur, quod Conſilium de ſexta hebdomadis fieri ſolet. vid. M. S. Cl. S. P.

Conſilia Hiſpaniæ.

Secundum CONSILIUM eſt CASTILIÆ, in quo Præſidet unus ſolus Præſes, cujus ſtipendium eſt 600000. Maravedis, hoc eſt, 1604. aurei.

2. Quinque Conſiliarii, quorum quilibet ſtipendium habet 300000. Maravedis.

Quatuor Fiſcales, quorum quilibet 300000. Maravedis tenet.

Quatuor Referentes, quos inter ſingulis 75000. Maravedis aut 220. aureor: numerantur:

Sex Secretarii, quorum unuſquiſque 75000. Maravedis accipit.

Unus Commiſſarius (ut vocant) cujus officium eſt æſtimare Proceſſus.

Receptor ſumptuum Juſtitiæ, cum Secretario cum 30000. maravedis per annum.

Exactor rationum ex mulctis provenientium, qui 400000. Maravedis habet, qui valent 1609. aureos.

12. Portuarii, quorum quibet 30000. Maraved. habet.

Solu-

Digitized by Google

Solutor Nummorum cum 300000. Maravedis.
Commiſſariis dicti ſolutoris cum C. millib. Maraved. vid. Les Eſtats. p. 240.

Tertium CONSILIUM eſt ARAGONIÆ, ubi eſt
Præſes vel Vice-Cancellarius, cui tria millia aureorum ſtipendii loco numerantur.
Quinque Regentes, quilibet habens 1000. aureorum pro reditu.
Duo delatores quibus 300. aurei ſtipendii loco cedunt.
Theſaurus Generalis, cujus ſtipendium eſt 3000. aureorum, cum ſibi adjuncto Vice Theſaurario, cui 600. aurei ſtipendium faciunt.
Quatuor Subcuſtodes Theſauri, quilibet horum percipit 100. aureos.
Quatuor janitores, qui ſeorſim 80. aureos merent: janitori Conſilii adnumerantur 50. aurei; Protonotario 800. ipſius collegæ 500. aureorum.
Computator 2000. aureorum poſſidet; ejus collega 600.
Sunt præterea 6. Subcuſtodes, quilibet 100. aureos habet.
Tres Secretarii, ad quemliber 500. aurei ſpectant.
16. Scribæ juriſdictionis, ſingulis 150. aurei tribuuntur.
Quatuor Scribæ mulctarum, quorum cuilibet 150. aurei cedunt.
Duo alii Secretarii ſigillum cuſtodientes: cuilibet 500. aurei annui adnumerantur.
Alii 16. Scribæ, Regiſtri ita dicti: cujuſlibet 500. aurei ſtipendium eſt.
Diplomatarius 50. aureos percipit. Curſor cum duobns ſociis 500. aureos.
Quinque ſupra 20. menſores: cuilibet 500. aurei cedunt.
Sunt & alii 600. Ordinarii domus Aragoniæ: ex his cuilibet 100. aurei addicuntur.

Quartum CONSILIUM ITALIÆ eſt, in quo
Præſes Conſilii habet 2000. aureorum.
6. Regentes, quilibet 1000. aureor: percipit,
Secretarius Conſilii 2. millia aureor: annua habet.
Fiſcalis duo millia aureor.
Duo Referendarii: cuilibet adnumerantur 500. aurei.
Major Officialis, cum aliis quinque ſibi adjuctis negotiorum

tiorum adjunctoribus: horum quilibet 100. aureos habet annuos.

Tres Janitores: cuilibet 26. cedunt aurei.

In hoc Consilio jus sigilli ad Regem spectat.

CONSILIUM INDIÆ.

HAbet Præsidem, cujus stipendium annuum est 2673. aureor.

Octo Consiliarios quorum cuilibet 1306. aurei cedunt, 9. reales (ut vocant) 26. Maravedis.

Duos Procuratores Fiscales cum simili stipendio.

Duos Nuntiatores, ad quorum quemlibet 267. aurei 4. real. 32. Maravedis spectant.

Duos à Secretis, quilibet æquale habet stipendium.

Duos substitutos Secretaribs, cuilibet destinati sunt 133. aurei nummi, 9. real. 32. Maravedis.

Duos Custodes Consilii, cuilibet dantur 106. aurei nummi, 10. reales cum dimidio.

Qui Regiſtro (ut vocant) præsunt, constitutum est stipendium annuum 26. aureorum. 4. real. 4. Maravedis.

Illis qui à sigillo sunt, stipendium 267. aureor. 4. real.

Qui à calculis sunt. 200000. Maravedis, qui faciunt 504. aureos, 8. real.

Receptori mulctarum & Justitiæ Ministro eadem stipendii summa destinata est.

Scribis qui schedulas expediunt & provisiones, similis obvenit.

CONSILIUM DE HAZIENDA.

HUjus Præses habet 6000. aureos annuatim.

Qui calculo præest, C. Millia Maravedis, qui valent 267. aureos, 4. real.

Quatuor Consiliarii. quorum cuilibet tantum addictum est. Thesauri Præfecto eadem concessa est summa.

Qui à Secretis est, totidem habet.

Nec minor est Fiscalis conditio.

Quatuor custodum, cuilibet æqualis cadit summa.

VICE-

Digitized by Google

VICE-REX ET AUDIENTIÆ IN INDIA.

EST Vice Rex in Nova Hiſpania.

Vice-Reges Peruviani Domini ſunt, magnis gaudentes titulis, quorum reditus ſunt 12. Millia aureorum.

Cancellaria in Nova Hiſpania in Mexico.

Cancellaria in Guatimala.

Cancellaria in Civitate dicta de los Reyes.

Cancellaria in Sancto Franc. de Quinto.

Cancellaria in Novo Regno Granadæ.

Cancellaria in Inſulis Philippinis.

Cancellaria in Civitate S. Dominici, in Inſula Hiſpaniola.

CONSILIUM ORDINUM.

IN hoc Conſilio primus eſt Præſes, habet 600000. Maravedis, qui faciunt 604. aureos, & duos real.

Quatuor Conſiliarii, cuilibet numerantur 300000. Maravedis, qui ſunt 802. aurei 1. real.

In hoc Conſilio expediuntur literæ S. Jacobi de Calatrava, & Alcantara, ubi etiam judicantur lites Equitum horum Ordinum.

Fiſcalis unus. Huic adnumerantur 300000. Maravedis, qui valent 802. aureos, 1. real.

Ejus collegæ ſimile ſtipendium eſt.

Advocatus Fiſci eadem fruitur ſummâ.

Ille Ordinis Calatravæ totidem habet.

Ordinis Alcantaræ ſimile.

Sollicitator Fiſcalis 300000. Maravedis, qui valent 80. aureos, tres ſolidos cum dimidio.

Obnunciator C. Millia poſſidet Maravedis, qui faciunt 267. aureos, 4. real. Illius ſocius totidem.

Alius Fiſcalis S. Jacobi, 60000. Maravedis, qui valorem habent 160. aureorum, 1. real cum dimid.

Secretarius Conſilii Alcantaræ totidem.

Qui à ſigillo eſt dicti Ordinis S. Jacobi percipit 40000. Maravedis, qui valent 106. aureos, 2. real. & 17. Maravedis.

Qui ſigillum habet Calatravæ fruitur 30000. Maravedis, qui valent 80. aureos, tres ſolidos cum dimidio.

Ille

Ille qui procurat chartas quæ insumuntur in hoc Consilio, habet ex Regis confirmatione per annum 100000. Maravedis, qui Valorem habent 267. aureor ; 4. real.

Rex supremus est Magister horum omnium Ordinum, & imprimis Ordinis S. Jacobi: & cum quædam in hoc ordine peraguntur negotia, Rex post Ordin. subscribit; *& perpetuus Administrator Sancti Jacobi.*

CONSILIUM INQUISITIONIS.

HIc Archiepiscopus Toletanus semper est generalis inquisitor, & percipit reditus ideo quod præsens huic assistat Consilio 600000. Maravedis, qui sunt 1604. aurei, 4. real. 8. Maravedis.

Sex Inquisitores, horum quilibet possidet reditus 300000. Maravedis.

Fiscalis habet totidem.

Secretarius C. Millia Maravedis qui sunt 267. aurei 4. real. qui Secretarius esse debet Couronnâ Castiliæ.

Alius Secretarius Couronnæ Aragonicæ, habens reditus C Millia Maravedis, qui valent 267. aureos, 4. real.

Alius obnuntiator totidem habet.

Procurator mulctarum 300. Millia Maravedis, qui valent 802. aureos, 2. real. 4. Maravedis.

Alguazil. Præcip. obtinet 300. Mill. Maravedis, qui valent 802. aureos, 2. real. 4. Maraved.

In omnibus Hispaniæ Regnis habentur viginti Millia familiares Inquisitionis: hi sunt illi qui accusant & capere jubent delinquentes. Quilibet horum reditus habet 30000. Maraved. qui valent 80. aureos, duos real. 12. Maravedis.

Fiscalis Inquisitionis secretæ obtinet CCC. Millia Maravedis, qui valent 800. aureos, 13. solidos.

Duobus Consilii Custodibus numerantur 30. Millia Maravedis in capita. Sollicitatori totidem.

CONSILIUM INQUISITIONIS TOLETANÆ.

IN hoc Consilio 6. sunt Inquisitores, duo Secretarii, unus Fiscalis, 2. Custodes, & plusquam C. accusatores.

Urbes autem, in quibus Inquisitiones Hispanicæ exercentur, hæ sunt:

Granada,

Granada, Sevilla, Murcia, Cuenca, Logrono, Licrena, Galicia, Valladolid.

CANCELLARIÆ HISPANIÆ.

CAncellaria in Valladolid, & Supremi Curiæ.
Regens & audientia Sevillæ, & Supremi Curiæ.
Audientia Galiciæ, & Supremi Curiæ.
Cancellaria Navarræ, & Supremi Curiæ.

MAGISTRI RATIONUM IN MAGNA CAMERA RATIONUM.

IBi ſunt 4. Magiſtri rationum quorum quilibet CCC. Millia Maravedis habet.
Unus Fiſcalis CCC. Mill. Maravedis.
Unus Obnunciator cum ſuo ſocio CCC. Mill. Mareved.
4. Janitores, quilibet horum poſſidet XV. Millia Maravedis.
TrigintaComputatores Ordinarii, quilibet horum percipit Octinginta aureos,
Alii duo Fiſcales, qui percipiunt CCC. Millia Maraved.
Magnus Scriba, alter Scriba Gruzadæ.
Computator. Gruzadæ, quilibet horum habet CCC. Maravedis.
Receptor qui quinque Millia Maravedis accipit, hoc eſt 167. aureos, 4. real.
Duodecim Computatores dicti quorum quilibet habet CCL. Millia Maravedis.

CONSILIUM BELLI.

IN hoc eſt unus Præſes. 4. Auditores, quorum quilibet reditus habet per annum CC. Millia Maravedis, facientes 524. aureos, 8. real. & 12. Maraved.
Secretarius totidem percipit.
Duo Officiarii dicti Conſilii: cuilibet L. Millia Maravedis qui ſunt 80. aurei, tres ſolidi.
Obnunciator lucratur XL. Mill. Maravedis, qui ſunt 106. aurei, 52. ſolidi, &c.
In hoc conſilio de his omnibus negotium geritur, quæ ad bellum ſpectant tam arcendi quam invadendi, mare vel terrâ

terrâ hoſtis, tum de fortalitiis & commeatu aliiſque neceſſariis omnium Hiſpaniæ ſtatuum.

CONSILIUM CAMERÆ.

IN hoc Conſilio tres ſunt Auditores, quorum cuilibet 5000. Maravedis loco ſtipendii numerantur, nimirum 267. aurei, 4. real. 9. Maravedis.

Magnus Officialis Secretorum Conſilii, 5. Millia Maravedis habet.

Duo Relatores; quilibet 30. Millia Maravedis obtinet.

Unus obnunciator 400. Millia Maravedis, qui ſunt 106. aurei, 52. ſolidi cum dimidio.

In hoc Conſilio compenſationes fiunt officiorum, condemnati ad mortem liberantur. Deportati revocantur, dona quoque à Rege conſtituta expediuntur.

CONSILIUM ACCEPTILATIONUM.

HAbet unum Præſidem, tres Auditores, unum Secretarium. Huic conſilio nulla numerantur ſtipendia, & inſervit ſolum exolvendis Regiis debitis.

CONSILIUM LIGNI.

IN hoc Conſilio agitur de illis, qui damnum aliquod Regiis intulerunt ſylvis, quapropter Miniſtri & Cuſtodes earum examinantur. In hoc Conſilio ſunt,

Unus Præſes, Duo Auditores, unus Secretarius, 2. Relatores.

CONSILIUM PORTUGALLIÆ.

HIc duo ſunt Præſides, 4. Conſiliarii, unus Secretarius, unus Fiſcalis. Hoc Conſilium eſt ingentis lucri, in quo nos non multum hic occupavimus, cum plurimi reperiantur ſcriptores, qui de illo omnia eleganter tractarunt.

VICE-REGES, ET ALII RECTORES HISPANO PARENTES, SUNT:

VIce-Rex Neapolitanus.
Vice-Rex Siciliæ.
Vice-Rex Navarræ.
Vice-Rex Valentiæ.

Guber-

Digitized by Google

Gubernator Milani.
Gubernator Aragoniæ.
Gubernator Cordennæ.
Gubernator Majoricæ & Minoricæ.
Gubernator Portugalliæ.

LEGATI, QUOS HISPANIAR. REX AD EXTEROS ORDINARIE DELEGAT, SUNT:

Legatus Romam missus.
Legatus ad Gallos.
Legatus ad Germanos.
Legatus ad Genuenses.
Legatus ad Venetos,
Legatus ad Duc. Savojæ.
Legatus ad Anglos, &c.

CALCULUS STIPENDIORUM, QUÆ MINISTRI DOMUS REGIÆ PERCIPIUNT.

Magnus aulæ Magister, reditus habet 3. aureorum Millia.

Alii 4. Magistri aulæ, quilibet 1500. aureos numerat. XXXI. Nobiles, quilibet horum per diem, 6. reales habet.

Decem Cameræ Nobiles, quilibet 12. reales de die percipit.

Tres vestium Custodes, quilibet 5. reales de die.

Decem adjutores Cameræ, quorum quivis 6. reales de die percipit.

Quatuor magni mundi muliebris Custodes, quilibet IX. reales in diem percipit.

Quinque panis præfecti, 4. reales habet.

Quatuor somni Custodes: primus habet 4. reales, reliquorum quilibet duos.

Quatuor Culinæ præpositi, qui curam habent ciborum sale conditorum, quilibet percipit 4. reales, ex prioribus alii duo duos reales.

Quantum reliquorum qui aulæ Ministerio defunguntur sit stipendium vid. Les Estats in Reipub. Hisp. p. 246. 247. & sequentibus. Porro Regimen Civile Hispanicum habet

4. Conventus Juridicos. Unus in oppido Valladolid, 2. In Urbe Granatenſi, 3. apud Gallæcios. 4. Navarræ, primi duo majoris ſunt auctoritatis. In toto Regno de cauſſis Civilibus & criminalib. in Curia Regia, & locis circumcirca ad 5. leucas cognoſcitur, duo præfecti ſingulis diebus Sabbathi cum uno conſiliario ibi ſunt, & reorum delicta cognoſcunt. Præſes quoque cum Auditoribus carcerem intrat tertio quoque anno. Cujus in rebus juſtitiæ magna eſt Auctoritas, in quibus liberam habet poteſtatem capiendi, etiam quemcunque Magnatum, ſine ullo Regis Imperio, ſi cauſſa juſta fuerit, & neceſſitas id exigat. Conſilium Regale ſupremum eſt, ad quod tanquam ad caput recurrunt & provocant litigantes, qui ſe non juſte condemnatos conqueruntur.

CAUSSÆ APPELLATIONUM.

ILlæ ventilantur coram judicibus Ordinum, in ſingulis Civitatibus & oppidis conſtitutorum, ab his ad conventus Juridicos appellatur, qui in prima inſtantia non niſi in cauſſis orphanorum & viduarum, &c. cognoſcunt. Eſt & judicium reviſorium, quod appellationes non concedit niſi in ſumma 4. mill. aureorum, ubi appellatio fit ad Regem, qui cauſſæ cognitionem conſiliariorum cuidam permittere olim ſolebat. Jam 4. in hunc finem conſtituti ſunt Auditores, & cogitur appellans pars, deponere 1400. duplas aut duplones ſeu 400. Imperial. admodum, ſi cadat cauſſa. Depoſita ſumma pro tertia parte Cameræ cedit Regiæ, altera tertia judicibus, à quibus fuit appellatum: tertia cedit adverſario. Genus quoque judicii eſt, ubi per commiſſionem extra Ordinem cognoſcitur. Harum renovata eſt juriſdictio à Rege Philippo 4. jam imperante Ann. 1623.

Uſitatum quoque eſt judicium, dictum Peſquidon, & judices illius Peſquaſi viſitatores, quod judicium & Syndicatio dicitur. Debent autem omnes judices lapſu bienni Syndicari, hoc eſt rationem reddere de officio. Hi judices Syndicatores, Syndicandi tempore ab officio ſuſpenduntur, quo duos tabellarios emittunt, nunciantes Syndicatum reſumendum eſſe de officialibus, ſi cuiquam querela in illos ſit, id ut triginta dierum ſpatio fiat monent, juſta tamen informatio intercedit. Vid. Merul. & Reſpub. Hiſp.

Habuerunt autem leges antiquitus Aragonenſes, & Por-

Portugalli ſingulares. I. Rex in pace & juſtitia Regnum regito, nobiſque foros: i. e. Leges meliores rogato. A *Mauris* vindicata bona dividantor. Peregrinus nihil inde capiat. Jura dicere Regi nefas eſto, niſi ſubditorum adhibito Conſilio. Bellum aggredi, pacem facere, inducias inire, aliaque momenti magni negotia Rex tractare caveto, extra Seniorum conſenſum. Nequid detrimenti Leges aut libertas patiatur. Judex intermedius eſto, ad quem à Rege provocare (ſi ille quem læſerit, ſi quã forte injuriam Reipub. intulerit,) jus faſque eſto. Hinc judex 1. juſtitia major, deinde juſtitia Aragonum dictus eſt. Hujus officium erat I. judicare inter Regem & ſubditos ſuos. II. Cuſtodire LL. Regnique libertatem. III. Fororum ſeu LL, dubia decidere, in cujus declaratione ſtandum erat. Is dijudicabat, an literæ Regis ad Officiales directæ eſſent contra libertatem, & immunitates Regni, nec ne. Is habet juriſdictionem in ipſum Regem, & omnes Officiales judicat. In ejus verba Reges eorumque officiarii jurare conſueverunt. Eſtque hic *Magiſtratus* libertatis & Privilegiorum populi ſui cuſtos. Cujus poteſtas à Rege impediri jure non poteſt. Coram hoc ſtare & reſpondere omnes cæteri judices tenentur, ſive ſint ſeculares, ſive Eccleſiaſtici: quod jus firmam juris dicunt. Hujus Viri ſententia, vel condemnati, inſerto incollum laqueo eximi poſſunt, & in cuſtodiam duci, donec de cauſſa fiat cognitio, quod dicere ſolent *Manifeſtationem*. Hic *Magiſtratus* ut reliquis in locis Hiſpan. à Rege conſtituuntur ad vitam, ſed tamen dignitate illa nequeunt à Rege privari. Nec Rex ſolus de illorum criminibus judicare poteſt, ſed conjunctim cum curia.

Comitia Arragones ita celebrant, ut niſi omnes ad unum conſenſerint, nil concluſum ſit, Rex ea ſolus indicit, judicantur autem à Regibus tribus de cauſſis, I. Ferendarum ſuppetiarum ſervitii (ut vocant) cauſſa. II. In Nova cujuſque Regis ſucceſſione. III. Ut pro temporum Varietate LL. dicantur Reip. conſentaneæ. Lex apud Arragon. nec rogari nec abrogari poteſt, niſi ex conſenſu Regis & procerum, ſtatuumque Regni.

Conſtant illa Comitia his Ordinibus: I. Nobilitate. II. Equeſtri Ord. III. Civili Ord. IV. Statu Eccleſiaſtico, qui demum acceſſit. Solennia illorum vid. ap. Rempub.

Hiſpan. Aſſeſſores nigris albiſque calculis ſententiam dicunt, qui vel abſolutionem vel condemnationem denotant.

Nobiliores Arragonenſ. dicti fuere Ricci, quo nomine Duces & Marchiones veniebant. In Portugallia Regimen Regium fuit abſolutum uti in aliis. Tribunal Relationũ antiquitus eſt. Decem judices, 4 Auditores. Procuratores Fiſci. Habet hoc tribuual ſuum Cancellarium, qui ſigillum ſuum omnibus annectit ſententiis. II. Tribunal rerum Civilium duplo pluribus conſtat officiariis quam prius. III. Tribunal majoris Authoritatis Regiam comitatur aulam, habet ſupremam Juriſdict. IV. Tribunal cognoſcit de rebus ad coronam ſpectantibus & Tribunal quæſtorium dictum de Fazenda 3. habet Proceres principal. qui cum 369. judicib. ſententiam ferunt de cauſſis ærarium Regium ſpectantibus. Eſt Conſilium ſtatus, ubi tantum ſunt perſonæ Nobilitate eminentes. VI. Eſt Tribunal rationalium.

In Regno Portugalliæ Dux fuit Braganzia, qui hodie per defectionem Regnicolarum Rex factus eſt, Joh. 4. audit qui tertiam partem Regni obtinuit, & olim proprio jure. Præterea magnus numerus eſt in Hiſpan. Ducum, Marchionum, Baronum, Nobilium. Merula Duces enumerat 24 Marchion. 37. Comites 58. de quibus nunc paulo fuſius agendum. Ac quidem primum Ordine Duces, aliique majoris dignitatis ſecundum Provincias ſunt expendendi. Ubi inter præcipuos numerantur.

DUCES CAS̄TILIÆ.

DUx de Frias, Marchio de Verlanga, Comes de Haro, Infant de Lard, in ſua domo Burgo.

Dux de Medina de Rie Seco, Comes de Malgar & de Modica in Sicilia Vice-Comes de Eſterlin.

Dux Alva & de Hueſcar. Marchio de Coria, Comes de Salvatierra, Vice-Comes de Salizes, &c.

Dux de Najera, Comes de Trivino, & de Valencia, in ſua aula Nagera.

Dux de Albuquerqua, Marchio de Cuellar & Bielma, Comes de Ledelma.

Dux Benjar vel Vejar Marchio de Gibraleon Comes de Benalcaçar.

Dux

Dux de Infantado vel Infantazgo, Marchio de Genete & Santillana, Comes de Saldanna.
Dux de Escalona, Marchio de Villena & de Moza, Comes S. Stephani.
Dux de Medina Celi, Marchio de Cogollude, Comes portus S. Mariæ.
Dux de Maqueda, Marchio de Elches & Toriyos, in sua domo Toledo.
Dux de Postrana & de Estremadura, Princeps de Eboli. Marchio de Argosilla.
Dux de Francovilla, princeps de Molita domus Mendozæ.

DUCES ANDALUSIÆ, GRANADÆ, MURCIÆ, ESTREMADURÆ.

DUx de Medina Sidonia, Marchio de S. Lucar, de Barrameda, Comes de Niebla.
Dux de Alcala de los Ganzules, Marchio de Tarifa, Comes de Ornos.
Dux de Ossuna vel Osiouna, Marchio de Pennafiel, Comes de Urenna.
Dux de Arcos, Marchio de Zahara, Comes de Marchena.
Dux de Sesa & de Soma, Comes de Cabra, de Buena, & de Palamos, Marchio de Bitonto.
Dux de Feria, Marchio de Cafra.
Dux de Veragva, Marchio de Jamaya in judiciis.

DUCES REGNI VALENTIÆ, CATALONIÆ, ET ARAGON.

DUx Candiæ, Marchio de Lombay, Comes de Oliva.
Dux Segorvæ, Marchio de Comares, Comes de Prado.
Dux de Hermosa, Comes de Ribagorca, Liber Baro de Pedrola.
Dux Cardonæ, Comes Ampurias nominis Cardone & Cardoue.
Dux de Lerma, Marchio de Denia.
Dux de Ljar. Aragonens.

MARCHIONES CASTILIÆ ET GALLECIÆ.

Marchio de Aſtorga, Comes de Traſtamara & S. Marthæ, familiç Villalobos.
Marchio de Agvilar del Campo, Comes de Caſtanneda.
Marchio de Sarria, Comes de Lemos & de Andrada, Comes de Villalua.
Marchio de Viana in Gallicia & Pimenteli.
Marchio de Velada nomen gerens de Avila & Toledo.
Marchio de Avila Fuente domus Zunigas.
Marchio Villeſrancæ nominis de Toledo.
Marchio de Cerraluo, Marchio de la Navas.
Marchio de Poza caput lineæ de Rojas.
Marchio de Fremiſta domus Benauldes.
Marchio de Alcamzes familiæ Henrici.
Marchio de Tovara aut Tabora nominis Pimentel.
Marchio de Mirabel familiæ Zunigas.
Marchio de Verlanga familiæ de Touar.
Marchio de Mondejar, Comes de Tendilla familiæ Mendozæ.
Marchio de montes claros ejuſdem familiæ Mendozæ.
Marchio de Cannete ejuſdem familiæ Mendozæ.
Marchio de Ladrada famil. Cuevas.
Marchio de Monte major & familiæ Siluas.
Marchio de Onnon Ducis Valdemoro famil Herreras.
Marchio de Moya famil. de Pacheco.
Marchio de Medrada familiæ de Luna.
Marchio de la mota lineæ Ulloas in Galicia.

MARCHIONES ANDALUZIÆ, GRANATÆ, MURCIÆ, ESTREMADURÆ.

Marchio de Pliego Dn. famil. De Agvilar.
Marchio de los Velez & de Mula.
Marchio de Villanueva del Rio.
Marchio de Ardales Comes de Tobar,
Marchio de Aijamonte lineæ Zunigas.
Marchio de Eſtepa familiæ Centurion.
Marchio de Carpio Comes de Adamuz.
Marchio de Villenova de Freſno alias Barcarota.
Marchio de Alcalla ejuſdem famil.

Mar-

Marchio de Alguia domus Guzman.
Marchio S. Crucis Lineæ Bacanæ.
Marchio de Betere nominis Cardenas.
Marchio de Villa Manriqua famil. Zanigę.
Marchio de la Guardia.
Marchio de Val familiæ Conteſianæ.

MARCHIONES REGNI VALENCIÆ, CATALONIÆ, ARRAGON. NAVARRÆ.

MArchio Navarræ, Dominus de Montoſa.
Marchio de Guadalete familiæ Cordovæ.
Marchio Inſularum Lancerottæ & Forte Venturæ Canar. famil. de Herrea.
Marchio de Aytone olim Comes, Vice-Comes de Cabra.
Marchio de Camaraſa Comes de Riela.
Marchio de Cortes, familiæ de Albret.
Marchio de Falſes caput de Paraltas.
Marchio de Altamires Lineæ de Rojas.
Eſt etiam in Hiſpan. Marchio de Villa Vezar nominis Sundoval & Rojas.
Marchio S. Germani nominis Mendozæ.
Marchio de Laguna famil. de la Cerda.
Marchio de Malagon nominis Pardo.
Marchio de Aldea Nueva.
Marchio de Fuentes olim Dominus Tuentes.
Marchio de Corandilla olim Comes de Oropeſa nominis de Toledo.
Marchio Caſtelli Rodrigo, ille de Malpica, de Çareſana, & nonnulli alii.

COMITES CASTILIÆ ET GALLECIÆ.

COmes de Bonaventa ex præcipuis Hiſpaniæ opibus reditibus annuis pollens ad centum quinquaginta millia aureor.
Comes de Alva de Liſta.
Comes de Miranda Lineæ Zuniganæ.
Comes de Caſtro nominis Mendozæ.
Comes de Aguilar, caput des Arellanos.
Comes de Salinas & Ribadios nominis de Sarmiento.

Comes de Onate, caput familiæ de Guevara,
Comes de Siruel, familiæ de Velaſco.
Comes de Rivadavia, familiæ des Avellavedas.
Comes de Buenda, Dominus de Duennas.
Comes de Luna, familiæ des Quinnones.
Comes de Paredes, familiæ de Manriques de Lara.
Comes de Fuentes de Val de Pero.
Comes de Ville Nova de Conneta, familiæ de Fonſecas.
Comes de Nieva, familiæ de Velaſco in ſua aula Nieva.
Comes de Monterrey, familiæ de Zuniga.
Comes de Fuenzeldanna, familiæ de Riberas.
Comes de Oſorio, caput familiæ des Oſorios.
Comes de Sal Vatierra, nominis d'Ayala.
Comes de Altamira, familiæ de Moſcoſo.
Comes de Pliego familiæ des Carrillas.
Comes de Oropeſa, familiæ de Tolede.
Comes de Cifuentes, familiæ de Silnas.
Comes de Corunna de Campos, familiæ Mendozæ.
Comes de Fuenſalida, caput famil. des Ayalas.
Comes de Chinchon, nominis Bobadilla.
Comes de Orgas, familiæ Mendozæ.
Comes de Puebla de Montalban, familiæ de Cardenas.
Comes de Barajas, familiæ de Capatas.
Comes de Punno, familiæ de Arras & Bobadilla

COMITES ANDALUZIÆ.

Comes de Palma, familiæ de Puerto. Carrero.
Comes de Alcaudetæ, nominis de Cordoue.
Comes de Olivares, familiæ des Guzmans.
Comes de Caſtelar de Saavedra.
Comes de Baylen vel Vaylen.
Comes de Villar famil. de Torres.
Comes de Medellin, nominis de Puerto Carrero.
Comes de Gelues, caput famil. Portugalliæ.
Comes de San Eſtevan. vel S. Stephan;

COMITES REGNI ARAGONENSIS ET VALENCIÆ

Comes de Aranda, familiæ de Vorca.
Comes de Saſtago, famil. Aragon.

Comes

Comes de Belchite, familiæ de Yjar de Aragon.
Comes de Morata, familiæ de Luna.
Comes de Fuentes, nominis de Heredia,
Comes de Lodoſſa, nominis Aragon.
Comes de Conſentaina nominis Correllas.
Sunt quoque multi alii in Hiſpania Comites, ut illi de Elda, familiæ de Colombis, illi de Chelva de Alvayda, de Caſtro Xeris, nominis de Sandoval.
De Combrade, nominis Mendozæ, de Lennares.
De Moyalde, de Villamediana, de Villalonga de Villa verde, de Caſarauios, de Ayala, de Salazar.
Comes de Lodoſe.

DOMINI PORTUGALLIÆ.

Dux de Braganca & de Barcellos, cui tres parent Marchionatus, 7. Comitatus, & alia multa dominia plus quam cum 50. arcibus & oppidis centum Mill. ſubditor.
Dux de Avero, nothus ex familia Maiſon.
Dux de Villareal, nominis de Meneſes.
Marchio de Ferreira, nominis de Melo.
Marchio Caſtelli Rodrigo, nominis de Mora.
Marchio de Villa Vizoſa.
Marchio de Terra nova, titulus natu maximi.
Ducis de Avero.
Comes de Fereas, nominis de Perea.
Comes de Orodondo, nominis Continno.
Comes de Odomira, nominis de Noronna.
Comes de Obimbeſſo, nominis Portugall.
Comes de Marralba, nominis de Continno.
Comes de Porto Alegre, nominis de Silba.
Comes de Orandes, nominis de Almeyda.
Comes de Linnares, nominis de Noronna.
Comes de Prado, nominis de Sofa.
Comes de Idannas, nominis Alcaçava.
Comes de Videgeira, nominis de Gama
Comes de Pereia, nominis de Baſoncelos & Meneſes.
Comes de Sabugal, nominis de Caſtello, & Branco.
Comes de Sortila, nominis de Silveyra.
Comes de Villafranca, nominis de Camara.

Comes

Comes de Villanova nominis de Caſtello & Branco.
Comes de Tentugal nominis de melo & Bragance.
Comes de Matuſientos, nominis de Soa & Meneſes.
Comes de Caſtaneda nominis de Meneſes.
Comes de Alcatin, titulus natu majoris Ducis de Villareal.
Comes de Baſto nominis de Caſtro.
Comes de Caſtanheira nominis de Atayde.
Comes de Atalaga nominis de Manuël.
Comes de Caleba nominis de Comara.
Comes Sanctæ Crucis, nominis de Maſcarentros.
Comes de Tarouca nominis de Meneſes.
Comes de Monſaco, nominis de Caſtro.
Comes de Algamil nominis de Algamil & de Viſpo de Coimbra.
Vice Comes de Puente de Lima nominis de Lima.
Præter has Illuſtres in Hiſpania familias videantur etiam aliæ bene multæ generoſæ familiæ, magnæ dignationis, apud Pierre D'Avity tomi Deſcription. General. Europæ pag. 91. 95.

REDITUS ET STIPENDIA VICECOMITUM, PRÆFECTORUM MARIS GENERALIUM ARCHIEPISCOPOR: ET EPISCOPOR. PRÆCIPUORUM GUBERNATORUM ET ALIORUM SUPREMÆ DIGNATIONIS IN HISPANIA VIRORUM.

VIce-Comes de Peralta percipit reditus quatuor mill. aureorum.
Vice Comes de Colma à Navarra quatuor mill. aureor.
Vice Comes de Ebulii octo millia aureor.
Generalis Caſtiliæ familiæ Padella Decem millia aureor.
Generalis Canariæ decem mill. aureorum.
Generalis Galiciæ ſex millia aureorum.
Ammiralis Aragoniæ decem millia aureorum.
Prior S. Joannis Caſtiliæ quinquaginta mill. aureor.
Prior S. Joannis, Leonenſ. triginta millia aureor.
Prior S. Joannis Aragonenſ. quatuor aureor. millia.

Prior

Digitized by Goog

Prior S. Joannis Cataloniens, Duodecim aureor: millia.
Prior S. Joannis Valentię ſex aureorum millia.
Prior S. Joann. Navarr. quatuor millia aureor.

REDITUS OMNIUM ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM. HISPANIÆ.

ARchiepiſcopus Toletanus, Primas Hiſpaniæ, & Magnus Caſtiliæ Cancellarius, percipit reditus ducenta millia aureor.
Archiepiſcopus Sevillæ, à Conſiliis Regiæ Majeſtatis, octoginta millia aureor.
Archiepiſcopus S. Jacobi quatuor & Viginti aureorum millia.
Archiepiſcopus Valentiæ triginta aureorum millia.
Archiepiſcopus Saragoſſæ quinquaginta aureor. millia.
Archiepiſcopus Tarragonenſ. 16. mill. aureor.
Archiepiſcopus de Burgos triginta aureor millia.

REDITUS EPISCOPORUM ET SUFFRAGANEORUM DE TOLEDO.

EPiſcop. de Cuenca percipit quinque & quadraginta mill. aureor.
Epiſcop. de Ciguenca quinquaginta aureor. millia.
Epiſcop. Corduæ ſex & quadraginta aureor.
Epiſcop. Valentiæ triginta aureor. millia.
Epiſcop. Segoviæ quatuor & Viginti aureorum mill.
Epiſcop. de Oſma duo & viginti aureor. millia.
Epiſcop. Joann. viginti aureor, millia.
Epiſcop. de Avila viginti aureor. millia.

REDITUS EPISCOPORUM, SUFFRAGANEORUMQUE SEVILLÆ ARCHIEPISCOPI.

EPiſcop. de Malaga, habet triginta nummorum aureorum millia.
Epiſcop. de Cadiz duodecim nummorum aureor. mill.
Epiſcop. Canariæ duodecim aureorum mill.

REDI-

REDITUS EPISCOPATUUM SUFFRAGANEOR· ARCHIEPISCOPAT. S. JACOBI.

EPiſcop: de Coria accipit Viginti 4. aureor: millia.
Epiſcop. Placentiæ quadraginta aureor: millia.
Epiſcop: Aſtorgæ octodecim aureor: millia.
Epiſcop: Cameræ Viginti aureorum millia.
Epiſcop: Academiæ Salamanticæ quatuor & Viginti aureor: mill.
Epiſcop: Civitatis Rodrigo decem aureor: mill.
Epiſcop: de Mondegnedo duodecim aureorum millia.
Epiſcop: de Orenſſe octo aureorum millia.
Epiſcop.: de Lugo octo millia aureorum.
Epiſcop: de Fuy quatuor aureorum millia.

REDITUS EPISCOPAT. SUFFRAGANEORUM GRANATÆ.

EPiſcop: de Almeria percipit quatuor: millia.
Epiſcop: de Gvadir ſeptem aureor: millia.

REDITUS SUFFRAGANEORUM VALENTIÆ.

EPiſcop: de Orthuel percipit octo millia aureor:
De SEgorva decem aureor: millia.
Epiſcop: de Ulveſtra ſex aureor: millia.
Epiſcop: Carthagenæ, qui nunquam fuit ſuffraganeus, jam vero ſubjectus Murciæ, 16. millia aureor:

REDITUS EPISCOPAT. SUFFRAGANEOR: DE BURGOS.

EPiſcop: de Calahorra habet viginti millia aureor.
Epiſcop.: de Pampelune viginti millia aureor.

EPISCOP: EXEMTI.

EPiſcop: Leonenſ. quatuordecim aureor millia.
Epiſcop: de Oviedo unum ſupra viginti millia aureor.

REDI-

Digitized by Google

REDITUS PRÆCIPUORUM IN HISPANIA MAGNATUM.

MAgna administratio (vulgo) Commendatura Castiliæ præstat quatuordecim aureor. mill.
Commendatura de Ocagna mille quingentos aureos.
Commendatura de Monte Alegre quinque millia aureor.
Illa de Mon treal decem aureorum millia.
Commendatura de Villarruvia mille centum aureos.
Commendatura de Villoria duo aureor: millia.
Illa de Viedma mille quingentos aureos.
Illa de orcajo quatuor aureor: millia.
Illa de Pozo Runio mille sexcent: aureos.
Illa de Mirabel mille trecentos aureos,
Illa de Villa major duo millia aureor.
Illa de Campo de Eriptana, mille quingentos aureos.
Illa de Escusa de Haro, mille quingentos aur:
Illa de Socaellemos quatuordecim aureor: millia.
Illa de Corral de Almaquer quatuor aureor: millia.
Illa S. Crucis. mille aureos.
Illa, domus Provinciæ Castiliæ duo millia quingentos aureor.
Illa, domus campi de Montiel tria mill. aur.
Illa de Aledo, & Totana 4. millia aureor
Illa de Carava 12. millia aureor.
Illa de Cieça mille 200. aureos.
Commendatura de Ricote 6 aureor: millia.
Illa de Socobos quatuor millia 500. aur.
Illa de Moratalla novem millia 400 aureos.
Illa de Montizon & Chielana tria millia 200 aur.
Illa de Torres, & Cagnamares mille.
Illa de Montiel & Osla mille 800. aureos.
Illa de Caricosa unum mille 200. aureos.
Illa de Civitate Hermosa quatuor mill. aureor.
Illa de Mambra & la Solana 6. millia aureor.
Illa de Segura, Sierca, ubi Dux Ferarienſ. Commendator est, duo millia aureor.
Illa de Veas, in qua Marchio Almancæ est Commendator, quinque millia aureor.
Illa de Yest in qua Comes de Buendia est Commendator, sex aureorum millia.

Illa

Illa de Abauches & Viedmar cujus Comes de Fuen-Salida Commendator eſt, quinque aureor, millia.
Illa de Villenova, de la fuente dat mille 500. aureos.
Commendatura de Merida quatuor millia 500. aur.
Illa de Alhanga quinque millia 200. aur.
Illa de Alcueſta duo millia aur.
Illa de Ornachos quinque millia 500. aur.
Hujus Commendaturæ Generalis de Oran eſt Commendator.
Commendatura de Palamos mille 500.
Illa de Clivia unum mille aur.

COMMENDATURÆ PROVINCIÆ LEONENS:

Est etiam in Hiſpania ſtatus Cortes vocatus, quem Rex congregari jubet, ubi comparere debent Deputati Regnorum Leonis, Toledi, Granadæ, Cordovæ, Sevillæ, Murciæ. Civitatum de Burgos, Salamancæ, Segoviæ, Seriæ, Avilæ, Cuencæ, Toro, Zamoræ, Guadalajaræ, Valladolid & Madriti. Hi Deputati conveniunt ad examinandas Regnorum graviores cauſſas. Rex ibi ipſe adeſt, ut & alii deputati plurimi Magnates, ad ferenda Vota congregati. Illa quæ ibi peraguntur. Legis obtinent vigorem; & inviolabiliter conſulta obſervantur, non ſecus ac in rebus ſacris, quæ per Synodos judicantur & decernuntur, fieri ſolet.

Imperat quoque Rex, ut in Monçon Cortes conveniant, ubi juramento fidelitatis Regi ſe obligare tenentur Aragonenſes, Valentiæ, & Cataloniæ incolæ, vel ſe ſucceſſori, Regis filio, fide obſtringunt. Vltimum, illud dignum eſt ſcitu, quod ſubditi Regi Hiſpaniæ ſubjecti, ſubmiſſam præſtent Domino ſuo cum reverentia obedientiam. Status per diplomata Regia publicaſque ſolent convocari literas, ut & mandata expreſſa. Intra Civitates vero Hiſpanicas magna eſt diſtinctio, quoniam illæ propriè ita dicuntur Urbes, ubi Epiſcoporum eſt ſedes, vel Archiepiſcop. aliæ etiam hoc gaudent nomine, quæ tamen nullos habent Epiſcopos. Magnis etiam inter ſe diſſident prærogativis, nam Civitates oppida multum antecellunt, ita ut cum quædam oriantur controverſiæ, oppida ſuarum civitatum partes ſequantur,

Digitized by Google

quantur, ex quibus etiam dependent. Vt vero ex oppido Civitas fiat, ad id non tam magnitudo, quam antiquitas requiritur; cum multæ parvæ sint Civitates, & multa magna oppida, vel urbes. vid. Pierre D'avity p. 96. Tom. 1.

DIVITIÆ, OPES ET VIRES HISPANIÆ.

HIspania rara habet flumina, nec multum pluviis irrigatur, ita ut hac de causa rerum copia non ubique gaudeat, nec commerciis sicut aliæ Regiones adeo dives sit. Cum enim commerciorum lucra, ex commoditate crebrius ad locum visitantium mercatorum dependeant, commoditatem vero terra plana fluminaq; navigabilia faciant, Hispania his caret bonis, montosa siquidem, & fluminibus parum pervia, & ea propter commerciorum abundantia minus clara est. At portus contra valde habet commodos, ad quos vastum mare ingentes mundi opes eructat, & mercaturæ amplam aperiunt viam. Divitiæ illius, quæ in his spectantur portubus sunt; vinum, oleum, cera, mel, saccharum, crocum, ficus, fructus varii generis, quorum tanta hic appellit abundantia, ut etiam Septentrionalibus locis sufficiat, ut sunt mala citrea, aurea, ficus, &c.

In Murcia, optima faciunt ex creta Vasa, ut & subtile valde sericum, ex quibus multum pecuniæ colligitur.

In Urbe Cartagena, mercatura lanæ, floret, quę in Genuam, Milanum, Florentiam, & in alia importatur loca.

In Regno Granatæ præter serici abundantiam, lanæ quoque incredibilis est copia, magnam exhibens lucri vim. Portus Sevillenses, ingenti commodo Hispaniam beant, quia omnium rerum, quas America tribuit, abundantiam præstant, puta Vini, olei, multorumque diversorum fructuum: tanta vero præsertim vini alluit copia, ut communi usu dicant, quando singulis diebus 4. millia doliorum vini, Sevillam non importantur, 'necessum est ut is qui fidem obligavit pro Dacia (vulgo assecuravit) à mensa surgat, fidemque datam fallat.

In hoc loco deponuntur onera auri argentique novæ Hispaniæ & Peru, tum uniones Cubæ, conchæ Mexicanæ, saccharum, & novæ Hispaniolæ insulæ tergora, aliaque

novi

novi mundi opes, quas reliquis Europæ nationibus ex hoc ſolo loco, veluti cella penuariâ Hiſpania miniſtrat.

Præter illa quę modo diximus rerum pretia, etiam Hiſpanis magna accreſcunt ex argento vivo commoda, quod ex Cordua aliiſque locis advehitur.

Nobilium pariter equorum Hiſpani frequentiâ gaudent, de quorum velocitate in Geographicis quædam ſunt dicta. Hi vero equi adeo indolem Hiſpanorum accurate referunt, ut, præter ſpiritus quos altos ſpirant, ad pompam oſtentationis & magnificentiæ nati eſſe videantur.

Galliciæ, maximæ divitiæ ſunt ex orenſi vino, tum ex piſcatura incolarum.

Biſcaja lanas ſuas Septentrionalibus demittit Regionibus; in Bilbao boni cuduntur enſes. Guipuſcoa pecuniam facit ex illis, qui in Tholoſetta parantur.

Portugallia ſerici magnam vim alienis mittit terris, quod melioris notæ in confiniis Braganzæ conficitur: ſalis quoque dolia ad exteros miſſa, non parva dominis reddunt lucra, quę tamen ut plurimum Algarbiam exportantur.

Lisbona aditum præbet omni mercaturæ, locus eſt in quo commercia Indiæ orientalis, Ætiopiæ, Braſiliæ, Maderæ, totiuſque Septentrionis, commode expediuntur. Hæc illa eſt, quæ ſtupendas maritimas claſſes, & exercitus ingentes, ſuſtentat, verbo; quæ univerſo Hiſpaniæ Regno neceſſaria ſuppeditat. Quæ ex mundi longe lateque diſſitis oris, ad illam convehuntur bona, præcipua numeramus hæc: Candia præbet exquiſiti ſaporis vinum Creticum, quod ad Indos Orientales etiam pertingit.

Ex Barbaria adferuntur plurima coria, multique pretioſi lapides, tum tapetes varii generis pretiique, non vulgaris. Ex Anglia multæ appellunt naves, mercibus, imprimis pannis onuſtæ.

Ex Inferiori Germania textrina tela ad vehitur. Gallia exhibet frumentum. Biſcaja arma, India occidentalis optima tergora, in grandi copia, Inſula Hiſpaniola ſaccharum, & cum auro argentum miniſtrat.

Braſiliâ ſacchari plurima venit copia, quæ ſingulis accreſcit annis.

Madritum præſtat 600 menſuras ſacchari ſingulis annis, quod optimum eſſe judicatur.

Ex

Ex Capo Verde ingens eſt copia ſacchari, corii, cerę, olei &c. Inſulam Principis; ſacchari & oryzæ abundantia commendat.

Inſulæ Azores glaſtum præbent copioſum, quod Siculis & Anglis defertur: ubi quoque ex rupe alumen faciunt, quod melioris notæ eſſe creditur.

Guinea ſolum aurum præſtat, India Orientalis aromata varii generis, ex quibus ingens nummorum ſumma colligitur, confert. Zingiberis, cinnamomi, maſticis, caryophylli, nucis myriſticæ copia 200000. coronatorum ſumma æſtimatur. Chryſocolla, camphora, Sandalum, aloës &c. pro 40. millibus aureor. adferuntur. Quale tributum pretioſi lapides, & unjones Regi tribuant, expeditum haberi nequit, cum hujuſmodi pretioſæ merces clandeſtino ut plurimum mercatu inferantur, & minor illarum pars in vectigalium exactionem veniat.

Ex China, Malacca, Malvia, Bengala, Pegu, Lambaya, aliiſque adjacentibus locis, multum venit albi ſerici, vaſa murrhina (alias Porcellane) magni pretii valoriſque optimi, cum rebus aliis multis, quæ in deliciis habentur. Advehuntur ibi etiam ex China margaritæ minores & venduntur Lisbonæ, cum magno ſanè pretio.

Ex eadem China, varia adferuntur tabulata, lignaque odorifera, ex quibus tabulæ, ſcamna, & alia hujuſmodi conficiuntur, quid quod ipſi Chinæ talia jam parata habeant, affabre ſatis auro adhibito exſculpta, ex quibus illorum ingenioſa Indoles ſatis elucet. Perſia ex auro, ſerico, & lana elegantes miniſtrat tapetes. Hę & aliæ benè multæ merces, Lisbonam affluunt affatim, & ex hac reliquis Europæ Regionibus exportantur, hacque ratione ingenti ſumma nummorum Regis Hiſpaniarum theſaurum locupletant. Enimvero quamvis Rex Hiſpaniarum ex tanta rerum peregre advectarum ingenti copia, dives exiſtimandus eſſet, contra tamen egenus reapſe eſt: cauſam hujus, in tanta copia, inopiæ, Politici reddunt hanc, quod Miniſtrorum ſuorum fraude circumveniatur, quibus uti rerum aliarum, ita etiam Mercaturæ Regimen & reditus committitur, ſibi partem aliquam ex iis ſervando. Alit equidem adhuc tres Vice-Reges in India, in Malaca, Ormo, & Mozambico, qui animadvertunt ne aromata per mare rubrum Alexandriam

evehantur, id quod tamen crebrius propter corruptam ministrorum fidem factum est.

Mittuntur etiam in Chinã grandiores ærei annuli, qui ex Flandria veniunt, & pro reali (ut vocant) empti, væniunt ibi aureo. In Brasiliam defertur vinum, pannum, lana, vestes variè, quod ibi nemo reperiatur, qui manuariam artem exerceret: hæ vero vestes non pro incolis, qui nudi incedere solent, sed Lusitanis adferuntur.

In Angliam advehitur vinum, oleum, saccharum, aromata, ut & in Belgium, ingens copia salis.

Naves Italicæ exonerant Lisbonæ aromata, saccharum. Quod reditus Regis attinet, certum est, quod percipiat plus quam 4. milliones auri ex statibus Italiæ & Siciliæ, plus quam 2. milliones, ex Portugallia, circiter 3. milliones, ex Terra Nova, Ex Hispania 1. million. & 400000. coronator. Exceptis illis reditibus qui extra ordinem thesauro ejus accrescunt. Maximos vero ipsi reditus subsidium Ecclesiasticũ facit, ex quibus naves galeræ dictæ) cõparari, & ruens Hispaniæ status fulciri queat, exceptis gratuitis populi donis.

Regnum Neapolitan. singulis trienniis circiter 1. millionem & 200000. coronat. ut & Sicilia, Sardinia, Ducatus Milan. Castiliæ & alii novi Orbis status suis statis temporibus magna Regi præstant munera. Missos jam facimus ordines, & commendaturas S. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ &c. ex quibus magna Regi pecuniæ accedit vis, nisi majorem ministrorum improbi mores (quibus nullæ opes satis esse possunt) consumerent. Cæterum quo majores Rex Hispaniæ opes habeat, eo tamen majoribus indigeat. vid. Les Etats in Regno Hispan.

Non est iis adhibenda fides qui credunt Hispaniæ arma deesse, quoniam in Biscaja tanta illorum conficitur copia, quanta vix alibi in Europa, tum in Guipuscoa, quam propterea defensionem Castiliæ & Leonis nominant. Habent quoque arma quæ in Gallicia conficiuntur, ubi optimum totius Regionis ferrum reperitur. In Hispania id accurate observatur, ut semper octo vel 9. milliones hominum numerentur, quem tamen numerum Bellum Belgicum & Germanicum valde imminuit, exceptis illis, qui in Insulas Italiæ passim sunt delegati, vel etiam in Indiam oriental. navigarunt.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum exercitia militaria parum exercent Hiſpani, nec ulli in perpetuis ſe caſtris occupant, niſi quidam Equites: ſtationes militum exiguæ quoque & raræ ſunt Hiſpanis.

Hoc inde quoque patet quod ex Portugallia non plus quam 6. millia boni militis que magno diſpendio educi queant. Hoc etiam in caſtris obſervare licet, Hiſpani militis ſemper parvum eſſe numerum, qui tamen propter diſciplinam militarem in omnibus exactam magni æſtimatur.

Illorum autem qui ſtipendia merent peditum 6. vel 7. ſunt millia, in Navarra nimirum, Guipuſcoa, Catalonia, Portugallia, Granata, Andaluzia, & aliis. In Inſula Minorica ſuſtentantur 400. milites.

Eſt etiam in Hiſpania Equitatus cum *Magiſtro* Equitum & ejus ſocio. Præcipua eſt Statio Caſtiliæ Veteris conſtans quindecim Legionibus militaribus, quæ dicuntur magnæ haſtæ, faciuntque mille haſtas. Extra has quinque ſunt Legiones militis expediti, cui Legio 600. ſclopetariorũ equitum adnumerat, omnes hi faciunt numerum 560. militum, qui ex Caſtiliæ ſuſtentantur ſumptibus.

In Navarræ autem Regnum manus certa militum miſſa eſt, quæ ſingulis mutari ſolet bienniis.

Extra ſtationem militum in Caſtiliæ Regno agentem, Equitatus quoque in Granada & Andaluzia invenitur. Propter viciniam Barbariæ, & alios imminentes levioris armaturæ hoſtes. Habentur ibi 200. milites cum 3. millib. equitibus, in Caſtilienſi ſtatione collocatis.

Equites adhæc ſunt, dicti de Quantia, hoc eſt, quantitatis 5780. Hic equitatus ad omnem excubat occaſionem promptus, boniſque gaudet equis. Vires maritimas Hiſpanorum quod attinet, 10. vel 12. galeras (ut vocant) in promptu habent, & 12. galiones maria Africæ pererrantes. Præter hæc multæ in Portu Lisbonenſi & Sevillæ paratæ habentur naves, ad omnem conflictum commodæ.

In Regnorum confiniis caſtella munitiſſima contra vicinorum incurſiones habent, illaque præſidiario milite optime firmant, ita ut ad deſperationem hoſtium animos ſæpius compellant, qui in occupandis Hiſpanorum caſtellis deſudant. vid. Pierre D'Avity &c. Tom. 1.

REGIMEN PROVINCIÆ LEONEN:

HUjus Commendator Marchio S. Crucis habet 12. millia aureor.

Commendatura (ut vocant) de Aguza, præstat decem millia aureor.

Illa de Guadalcanal 4. millia 200. aureor.

Illa de Puebla de Sancho Perez duo millia aureor.

Illa Reginæ quatuor aureor. millia cum 500.

Illa de la Fuente la maistre duo millia 200. aureor.

Illa Sanctorum quatuor millia 300. aureor.

Illa de Villa Franca unum mille aur.

Illa de Bien Venida tria millia aureor.

Illa de Usagre, mille, 500. aureor.

Illa de Ribëra tria millia aureor.

Illa de Hinojosa 1. mille 200. aureor.

Illa ædific. Provinciæ Leon. facit 6. millia aureor.

Illa de Cordoüe tria millia aureor.

Illa de la Barra mille 500. aureor.

Illa Arcis Torafe pertinens ad Comitem de Benevent.

Illa Arcis Viridiis 500. aureor.

Illa de Penna Usente ad Mendoçam duo millia 500. aureor.

Illa de Triane ad portus Caranos spectans mille 500. aur.

Magna Commendatura de Montalvan 4. mill. aureor.

Illa de Orchenta ad Mendocas 500. aureos.

Illa de Museros, ad Cardenas 400. aureos.

Illa de Zagra & de Cenette, ad illos de Toledo 2. millia aureor.

Commendatura de Avellino in Sicilia mille 500. aur.

Illa de Fradrel pertinens ad Bacanes 400. aur.

Illa de S. Coloire pertinens ad Spinolas mille aur.

Commendatura de Vesante in Francia duo millia aur.

Commendatura de Orien in Bearnia 500. aur.

Commendatura de Estepe sex millia aureor.

Illa de Paracuellos pertinens ad Cevellones duo mill. aur.

Illa de Moutijo mille 500. aureor.

Illa de Mohernando duo millia aureor.

Illa de Oroja ad Valdeses tria millia aureor.

Illa de Lolon pertinens ad Acugnas mill. aureor.

Illa de Mora ad Pimenteles mille 500. aure.

Illa de Estreviera ad Lunas 800. aureor.

Illæ

Digitized by Google

Illa de Huelamo 400. aureor.
Illa de Mures & Vernaçuęa ad Guevaras facit 500. aureor.
Illa de Caſtilleja de la Cueſta 300. aureor.
Illa Arcis Viridis pertinens ad Guzmanes reddit 300. aur.
Illa de Almendralejo ad Cugnigas 2. millia 400. aureor.
Illa de Montemolin, ad Toledos mille 400. aureor.
Illa de Medina de las Torres ad Padillas 2. millia 500. aur.
Illade Monaſterio, cuius commendator eſt Marchio de Cagnete, facit mille 500. aur.
Illad e Calçadila ad Moncadas mille 500. aur.
Illa de Aquirejo ad Cugnigas facit 600. aur.

REGIMEN ORDINIS S. JACOBI.

REgimen de Quintanar facit 80. aureos.
Regimen Villæ-Novæ & de Alcaudete 500. aur.
Illud de Mote 80. aur.
Regimen de Velez, cui præeſt Comes de Buendia, 500. aur.
Regimen de Bienvenida 400. aur.
Illud de Higuera - 800. aur.
Illud porte Reginæ 100. aur.
Illud de Contalgallo 200. aureos.
Illud de Fuente de Maiſtre 100. aur.
Illud de Montonches mille 200. aureos.

REGIMEN ORDINIS CALATRAVÆ.

HUic præeſt dux de Alba domus Toledanæ, reddit 100. mill. 500. aureor.
Regimen dicti Ordinis novem millia aureor.
Regimen de Caſtellanor 2. millia aureor.
Illud de Almagro pertinens ad Lunas & Mendoza facit mill. aur.
Illud de Mudella quatuor millia 500. aur.
Illud de Caſtilleras ad Manriques de Lara quatuor mill. 500. aur.
Illud de Almuradiel in Velaſquos mille 500. aur.
Regimen de Carion mille 800. aureos.
Illud de Toroba ad Siluas mille 300. aur.
Illud de Valde Pegnas ad Padillas tria millia 600. aur.
Illud de Montauchelos, ad Pimenteles, mille 500. aur.
Illud de Fuente & Moral, Cordoüas & Ponçes de Leon mill. aur.

Illud de Moral Euriques de Riberas, &c. 7. mill. 500. aur.
Regimen de Corral de Saraguel Padillas, duo millia 600. aur.
Regimen de porto plano ad Moros, mile 600. aur.
Regimon de Alcolea ad Ortizes, mille 400. aur.
Regimen de Vallesteros, mille 300. aur.
Administratio de Daniel facit duo millia 700. aur.
Illa de Pozuela Acugnas, mille 100. aur.
Illa de Almodonar Campi Cugnigas & Cordoüas, 2. mill. 700. aur.
Illa de Herrera Manriques de Lara, duo millia aur.
Illa de Macanares, cujus Marchio de Pliego Regens est, 6. mill. 500. aur.
Administratio de Viveros, tria mill. 400. aureor.
Illa de la Pegna de Martos.
Illa domus de Cordoüe, 2. millia 500. aur.
Administratio de Velmez, 700. mill. aur.
Illa Calatravæ, 4. mill. aur.
Illa de Sorita ad Sandoüales, quinque mill. aur.
Illa de Vallega, mille centum aur.
Illa domus de Toledo, mille 200. aur
Illa domus Talaveræ ad Enriques, 800. aur.
Illa domus Placenca ad Osorios, cujus Gubernator est Comes de Adrada, tria millia 400. aur.
Illa domus de Sevilla & de Niebal, facit tria mill. aureor.
Illa de Cagnaveral, duo millia aur.
Illa de Lepera, cujus administratores sunt Gubernatores Castiliæ, mille 600. aur.

PRIORATUS DICTI ORDINIS CALATRAVÆ.

PRioratus de la Fuente, mille aureor.
Prioratus de Asuquesa, 600. aureor.
Ille S. Benedicti de Porcuna, mille aureor.
Ille S. Benedicti de Toledo, 600. aur.
Ille de Corite, 200. aur.
Sacristia dicti Ordin. 2. mill. 400. aur.

REGIMEN ORDINIS ALCANTARÆ.

MAgnum Regimen Alcantaræ, decem mill. 534. aur.
La Clauseria dicti Ordinis, 6. mill. 246. aur.

Regi-

Regimen de Azauchal, duo mill. 200. aur.
Illud de Magdalena, tria millia 300. aur.
De Hornos, 400. aureor.
Illud de Vatumbera & jurisdiction. de Badajoz, 300. aureor.
Regimen domus Calatravæ, duo millia 500. aur.
Regimen de Portezuelo, tria mill. 150. aur.
Illud de la Puebla, mille 200. aureor.
Regimen domuum de Coria, duo mill. 300. aur.
Illud de Nelis & de Navarra, mille 500. aur.
Illud de Castilia, duo mill. 400. aur.
Illud de Eglas, tria mill. 500. aur.
Illud de la Molareja, 4. millia aur.
Illud Santivagnez, 4. mill.
Illud de Mayora, mill. 500. aureor.
Illud de Parragal, mill. 100. aur.
Illud de Velvis de Sierra, mill. aur.
Administratio de la Sarça, 500. aur.
Illa de Yenfayan, mille 500. aur.
Illa de Herrea, 800. aureor.
Illa de Castelnovo, 4. millia 500. aur.
Illa de Cabeça el Buey, tria mill. 600. aur.
Administratio S. Spiritus, 2. mill.
Illa de Calamea, 4. mill. 300. aur.
Illa domus Calatravæ, 2. mill. 200. aur.
Illa de Quintana, mille aureor.
Illa de la Paradela, 2. mill. aur.
Illa de Galizuela, 2. mill. 500. aur.
Illa de Parragosa, tria mill. 300. aur.
Illa del Adelfa, 800. aur.

JURISDICTIO DICTI ORDINIS DE ALCANTARA.

DUÆ Alcantaræ Jurisdictiones, mille 500. aur.
Jurisdictio de Magazela, 500. aur.
Illa de Hesa de Alcorchan, mille 400. aur.
Jurisdictio de Banquerencia, 400. aur.

PRIORATUS HUJUS ORDINIS.

SAcriſtia dicti Ordinis, 500. aur.
Prioratus del Campo, 500. aur.
Prioratus de Magezela, 400. aur.
Prioratus de Calavea, 400. aur.

SPECIALIS REDITUUM CALCULUS QUOS EX OMNIBUS SUIS REGIONIBUS REX HISPANIÆ PERCIPIT.

SAlinæ, quæ in Regno Hiſpaniæ reperiuntur, præſtant annuum lucrum 93. milliones Maraved.

Decimæ Maris, à mercatoribus præſtandæ. qui per Caſtiliam commeant ex Biſcaya de Guipuſcoa venientes, 70. milliones Maraved.

Decimæ maris, quas ſolvunt illi qui Regnum Legion : tranſeunt, & quolibet anno millionem Maravedis præſtant.

Decimæ maris alluentis Aſturiam, valent ſingulis annis 378. milliones Maravedis.

Reditus Præfecturæ Urbis de Bilbao valent 490. million. Maraved.

Civitas Burgos illiuſque territorium ſolvunt 3. & Alcavales quolibet anno 17. million. Maraved.

La Merindal, hoc eſt Vrbs juriſdictionis de Burgos, ſolvit ſingulis annis 2. millio. 66. millia Maraved.

Mons de Oca ſolvit ſingulis annis 34. millia Maravedis.

Merindal, alias de la Rioja, ſolvit tres million. Maraved.

Merindal de Ebro ſolvit 2. milliones Maravedis.

Civitas de Victoria ſingulis annis ſolvit 269. millia Maravedis.

Provincia Guipuſcoa ſolvit millionem 180. mil. Maraved.

Fodinæ ferri, quæ in eadem reperiuntur Provincia, ſolvunt 50. millia Maravedis.

Septem Merindales Caſtiliæ Veteris 942. millia Maraved.

Urbs Mena ſolvit annuatim 228. millia Maraved.

Provincia Civitatis de Logrogno ſolvit 7. milliones & 746. millia Maravedis.

Urbs

Urbs Janquas illiuſque terra 541. millia ſolvit Maravedis.
Civitas S. Dominici de la Calçada 4. milliones 802. millia Maravedis.
Merindal Urbis de Diego ſolvit millionem 545. millia Maravedis.
Merindad de Can de Mugno ſolvit 4. million. 612. millia Maravedis.
Merindad de Caſtro Xeris ſolvit 8. milliones 484. Maraved.
Merindad de Ceriato ſolvit millionem 968. millia Maraved.
Merindad de Monçon ſolvit 2. million. 276. millia Maravedis.
Civitas de Palenca, & Provincia dicta de Campos, ſingulis annis ſolvit 16. milliones 948. millia Maravedis.
Urbs Carrion ſolvit ſingulis annis 4. million. 948. millia Maravedis.
Merindad de Carrion ſolvit 3. milliones 900. decem millia Maravedis.
Loci Petri de Alvares de Vega 658. millia Maravedis.
Urbs de Sehagun ſolvit 2. million. 125. millia Maraved.
Merindad de Campo ſolvit millionem 731. mil. Maraved.
Vallis de Miranpa ſolvit 157. millia Maraved.
Quatuor Urbes, quæ ita à latere maris dicuntur, ſolvunt tres million. 616. millia Maravedis.
Principatus Auſtriæ & Civitas de Oviedo 12. milliones 348. millia Maraved.
Civitas de Lugo ſolvit 4. milliones 137. millia Maraved.
Civitas de Mondognedo ſolvit million. 732. millia Maravedis.
Civitas de Orenſe illiuſque pars 6. milliones 508. millia Maravedis.
Civitas Compoſtellæ, S. Jacobi, ſedeſque Archiepiſcopatus ſolvunt 18. milliones 212. millia Maravedis.
Civitas de Thuy, locique illius Epiſcopatus quinque milliones 827. millia Maravedis.
Urbs de Pontfertada ſolvit million. 975. millia Maraved:
Civitas Leonis, illius loci Epiſcopatus & juriſdictionis ſolvunt 6. milliones 350. millia Maraved.
Loca Civitatis Aſtorgæ, illiuſque Epiſcopatus ſolvunt 2. Milliones 450. millia Maraved.
Loca dicta Cavadiaz Leonis & Aſtorgæ ſolvunt 797. millia Maraved.

Les

Les Barrios circiter de Salas in Principatu Aſturiæ ſingulis ſolvunt annis 130. & millia Maravedis.

Civitas de Zamora & ejus juriſdictio 15. milliones 125. Maravedis.

Civitas de Toro illiuſque pars ſolvit XI. milliones 112. millia Maravedis.

Vrbs de Uregna ſolvit tertiam 62. millia Maraved.

Vallis de Garagna ſolvit 2. million. 335. millia Maraved.

Vrbs de Varacil. de la Loma ſolvit 250. millia Maraved.

Civitas Salamanca & loca ejus terræ & juriſdictionis ſolvunt 24. milliones 300. millia Maravedis.

Civitas Rodiqua illiuſque pars 14. ſolvunt milliones, 300. & 45. millia Maravedis.

Pars de Trigueros ſolvunt 400. & 17. mill. Maravedis.

Vrbs de Olmillo ſolvit 47. mill. Maraved.

Vrbs Tordiſillas locaque ejus partis 2. milliones, 600. mill. Maraved.

Civitas Valladolid, & ejus pars cum juriſdictione, 29. milliones, 700. & 30. millia Maravedis.

Vrbs de Tordehumos ſolvit 821000. millia Maraved.

Vrbs Medina locaque ejus partis ſolvunt ſingulis annnis 31. milliones, 365. Maravedis.

Vrbs de Olmedo locaque ejus partis 2. milliones 149. millia Maravedis.

Vrbs de la Nava & ejus 7. Eccleſiæ ſolvunt 333. millia Maravedis.

Vrbs Madrigal ſolvit 682. millia Maravedis.

Vrbs de Arevalo & ejus juriſdictio quinque milliones, 300. & decem millia Maraved.

Civitas de Avila ejus pars & juriſdictio 19. milliones, 368. Maraved.

Civitas Segoviæ ejuſque terra 12. milliones, 400. & 80. millia Maravedis.

Civitas de Aranda de Duere, ejuſque terra, tres milliones, CCC. 50000. Maravedis.

Vrbs Roa ſolvit ſingulis annis 1. millionem, 582000. Maravedis.

Vrbs de Gomiel de Yſan ſolvit 54000.

Civitas Sepulueda, locaque ejus partis tres milliones, 54. millia Maravedis.

Civitas

Digitized by Google

Civitas Soria ejusque pars decem milliones, 282. millia Maravedis.

Loca Civitatis de Oſſuna ejuſque Epiſcopatus 4. milliones, Maravedis.

Civitas de Agreda & Caracena ejuſque pars 2. milliones 80. & tria millia Maravedis.

Vrbs Molina, ejuſque terra 5. milliones, 700. & 91 millia Maravedis.

Civitas de Cyguença ejuſque pars tres milliones, 662. millia Maraved.

Civitas de Cuenca ejuſque pars 64. milliones, 600. 45. millia Maravedis.

Civitas de Cuenca, ejus pars & territorium 24. milliones, 645. millia Maravedis.

Civitas de Huete ejuſque pars 17. mllion. centum novem & 6. millia Maravedis.

Vrbs de Villarejot de Fuentes ſolvit 2. milliones, quinque centum & ſeptem decim millia.

Provincia dicta Marquiſat de Villena ſolvit 31. million. centum & mille Maravedis.

Vrbs de Belmonte ſolvit tertiampartem 476. mill. Maraved. quoniam decima pertinet ad Marchionem de Villena.

Civitas de Lorca ejus pars & juriſdictio ſolvit 5. milliones Maraved.

Vrbs de Alcarez ejus terra & pars 16. milliones centum novem. 84. millia Maravedis.

Urbs de Segura de la Sierra, illiuſque circa promontoria & terra undecim milliones, 61. million. Maraved.

Villa Nova de Los infantes ejuſque Provincia ſolvunt 8. milliones, 664 millia Maravedis.

Urbs de Ocagna, & Provincia dicta Caſtilia 32. milliones centum tria, decem millia Maravedis.

Civitas Guadalajara ejuſque pars undecim milliones, 64. mill. Maravedis.

Urbs de Prox & Pozo, ſolvunt 160. millia Maraved.

Urbs de Almonacid. & Provincia de Zorita millionem, centum & 88. millia Maravedis.

Urbs de Veuga Talamenca & Tordelaguna ejuſque juriſdictio ſolvunt 18. million. 250. millia Maraved.

Urbs de Yepes ſolvit 4. millioncs & 23. mill, Maraved.

Utbs

Urbs de Alcala de Henarez, locaque ejus jurisdictionis solvunt cum urbe de Bribueda 16. milliones 250. mil. Maraved.

Urbs Madritum, ejusque pars solvunt 23. milliones centum 645. mill. Maraved.

Comitatus de Pegno in Rostro solvit millionem 160. millia Maravedis.

Urbs de Cubas & Grignon tertiam solvunt centum 27. millia Maravedis, quoniam decimæ pertinent ad Don Alonse de Mendoca.

Urbs de Galapahar, solvit tertiam, centum 60. millia Maravedis, quoniam decimæ pertinent ad Ducem de Infantasco.

Urbs de Illescas, ejusque pars 2. million. 297. millia Maravedis.

Urbs de Toledo ejusque pars solvunt 73. milliones.

Reditus, qui dicuntur servitia de Montadgo, valent 19. million. centum quinque & tria millia Maravedis.

Loca Prioratus S. Joannis septem milliones 55. millia Maravedis.

Urbs de Almagro, ejusque Provincia septem milliones, 55. millia Maravedis.

Magisterium Calatravæ solvit tres million. centum 4, & 348. millia maraved.

Urbs Guidad Real solvit 4. million. 150. millia Maraved.

Loca, quæ comprehensa sunt in Archidiaconatu de Talavera, Reginæ 14. milliones 326. millia Maravedis.

Civitas Plesantiæ & ejus loca Archidiaconatus solvunt 11. milliones 460. coronat. 18. millia Maravedis.

Civitas de Truxello, ejusque pars 12. milliones 2. centum 24. millia Maraved.

Urbs Caceres, ejusque pars solvunt 7. milliones centum 800. & 50. millia Maraved.

Civitas Badajoz, ejusque pars novem milliones 71. millia Maravedis.

Urbs Alcantara, ejusque pars, cum sua Provincia novem milliones centum 4. & 3. millia Maravedis.

Decimæ herbarum. Calatravæ ad nutriennum equos tres milliones 481. millia Maraved.

Illæ

Illæ herbæ dantur equis in menſe Marrio, dicuntur Alſalfa & Alcacej.

Provincia Serena ſolvit 7. million. 570. millia Maraved.

Civitas Merida, ejuſque pars 21. million. 234. millia Maraved.

Urbs de la Fuente ejuſque pars 6. million. 9613. mill. Maraved.

Urbs de Guadal-canal, ejuſque pars tres milliones 305. mill. Maraved.

Civitas de Xecez de Badajos 7. millia Maraved.

Civitas Sevilla ejuſque pars 182. milliones 387. millia Maraved.

Omnes reditus Dominatus Sevi[illegible]e 2. million.

Urbs Palma & Gelues ſolvunt tertiam annuam 238. mill. Maraved: quoniam decimæ pertinent ad Comitem Palmæ & Gelues.

Urbes de Teba, & Ardales, ſolvunt tertiam ſingulis annis 580. millia Maravedis, quoniam decimæ pertinent ad Marchionem de Ardales.

Urbs de Lierena, ejuſque pars ſolvunt tertiam, & decimam ſingulis annis tres milliones 125. millia Maraved.

Civitas Cadiz ſolvit 8. milliones centum 4. 42. millia Maraved.

Reditus Vice-Comitatus Civitatis de Cadiz tres milliones 38. millia Maraved.

Civitas Gibraltar ſolvit millionem 500. mill. Maraved.

Civitas de la Frantiera ejuſque pars 21. milliones 150. millia Maraved.

Urbes de Lora & Setafilla centum 680. millia Maraved.

Civitas de Ecija ejuſque ſuburbia 15. milliones quinque centum mill. Maraved.

Civitas Corduba, ejuſque pars octo milliones 998. millia Maravedis.

Principales Cordubæ loci ſolvunt ſinguli 17. millianes 62. mill. Maraved.

Civitas Anduxar ejuſque pars 4. milliones 800. millia Maraved.

Civitas de Erbeda, ejuſque pars ſolvunt 11. milliones 640 millia Maraved.

Civitas de Baeça, ejuſque pars 17. milliones 316. millia Maraved.

Urbs

Urbs de Queſada ſolvit ſingulis annis millionem, 418. millia Maravedis.

Locum tenentis officium in Caçorla, ſolvit 6. milliones, 888. millia Maraved.

Comitatus S. Stephani ſolvit millionem, 340. millia Maraved.

Vrbs Martos, ejuſque pars ſolvit x1. milliones, 436. millia Maraved.

Civitas de Jaën, ejuſque pars, ſolvunt 15. milliones 926. millia Maravedis.

Civitates Granada, ejus terra, & pars ſolvunt ſingulis annis 42. milliones, centum 99. millia Maravedis.

Reditus dicti Guelayabiz Granadæ faciunt 2. milliones; 780. millia Maraved.

Civitates de Loxa & Alhama ſolvunt tres milliones 650. millia Maravedis.

Civitas Baça, ejuſque pars 6. milliones 26. millia Maravedis.

Civitas de Almeria ſolvit tres milliones, 80. millia Maravedis.

Vrbes de Almugneçar, & Salobregna ſolvunt 2. milliones, 643. millia Maraved.

Civitas Malaga, ejuſque pars 16. milliones, 269. millia Maraved.

Civitas Velez Malaga ſolvit tres milliones, 529. millia Maravedis.

Villa Pulchena 410. millia Maravedis.

Civitas Ronda, ejuſque terra ſolvunt 5. milliones, 334. millia Maravedis.

Inſulæ Canariæ 4. milliones, 830. millia Maraved.

Inſulæ Teneriffæ tres milliones Maraved.

Inſula Palmæ 2. milliones, 400. millia Maravedis.

Servitia ordinaria, quæ Regna Caſtiliæ ſolvunt, faciunt ſingulis annis 104. milliones, 350. millia Maraved.

Jus portus Regni Valenciæ, Aragoniæ, Navarræ, valet 49. milliones, 50. millia Maraved.

Jus portus Regni Portugal, 34. milliones, 50. millia Maraved.

Reditus Lanæ, qui ſolvuntur pro exportatione, & libera extra Regnum vendendi poteſtate, valent 52. milliones, 589. millia Maravedis.

Magna

Magna Dohanne Sevillæ facit 154. milliones, 319 millia Maravedis.

Dohanna Indiæ facit ſingulis annis 67. milliones Maraved.

Reditus dicti Signoria ex moneta horum Regnorum 22. milliones Maravedis faciunt.

Rex elocat menſariis jura adminiſtrationis S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ pro 98. millionibus Maravedis.

Elocat pariter herbas quæ decerpuntur in territoriis Illarum ditionum, pro 37. millionib. 500. millia Maravedis.

Fodina argenti Vivi dicta Almedan, facit ſingulis annis 75. milliones Maravedis.

Subſidium facit Regi quotannis 65. millioues Maravedis.

Eccleſiæ & Epiſcopi horum Regnorum reddunt quotannis reditus 110. milliones Maravedis.

Servitia horum Regnorum faciunt ſingulis annis Regi 7. milliones, 76. millia Maravedis.

Reditus monetæ peregrinæ faciunt 16. millia 387. coronator.

Omne illud, quicquid ſingulis annis ex India venit, facit 300. milliones Maravedis

Regnum Navarræ facit ſingulis annis 35. milliones & 800. mill. Maraved.

Regnum Valentiæ, Aragoniæ, & Catalauniæ 75. milliones.

Illud quod ex Sardinię Inſulis percipitur, Majorica & Minorica, impenditur ad cuſtodiam & defenſionem dictarum Inſularum.

Regnum Siciliæ quotannis reditus præſtat 875. milliones.

Reditus Regni Neapolitani cum reditibus Calabriæ valent 450. milliones Maravedis

Status - Milani facit reditus ſingulis annis 300. milliones Maravedis.

Status Flandriæ & Burgundiæ valent 700. milliones Maravedis.

Reditus chartarum valent ſingulis annis 20. milliones Maravedis

Reditus panni aliarumque rerum ſimilium, quæ in hoc Regnum importantur, valent decem milliones Marav.

Omnes partes Maravedis quæ in Ducatibus Hiſpaniæ colliguntur, accedunt adſummam 13. millionum, 48. millia

aureor.

aureor. ſive 12. milliones.

In hac ſumma comprehendi debet Civitas de Saldagna, quæ ſolvit millionem & millia Maravedis.

URBES HISPANIÆ QUÆ A MAURITANIS FUERUNT OCCUPATÆ, QUAMDIU OBSESSÆ, ET TANDEM A CHRISTIANIS VINDICATÆ.

TOletum Vrbs vindicata eſt per Regem Don. Alphonſum VI. Ann. 1086. iterum vero perdita, cum Maurit. iterum Hiſpaniam invaderent, & ibi ſubſiſterent per decurſum 371. annorum.

Corduba fuit in illorum potentia per annos 512. & liberata Ann. 1236. 29. die Jun: conſecrata divis Apoſtolis Paulo & S. Petro.

Regnum Murciæ ſub Maurorum ſtetit poteſtate 527. annos, captum Ann. 715. & recuperatum Ann. 1241. à quo Academia Salamantica fuit fundata.

Civitas de Jaën fuit occupata per eoſdem 129. annos & recuperata Ann. 1243.

Sevilla ab illis recta fuit 55. annos & ab illis liberata An. 1269. tempore Joſephi Jacobi, Aben, & Joſeph. Regis de Marruecos.

Algezira fuit in Æthiopum poteſtate 630. annos & recuperata Ann. 1344.

Ut vindicari poſſent Caſtilia & Legio, miſerunt Regi Don. Alphonſo per totum obſidionis tempus tributum dictum Alcavala, hoc eſt 3. ſolidos de quolibet quarto reali. Hoc tributum ab omnibus Hiſpaniæ mercatoribus exigebatur, hodie de decem unus ſolvitur.

Gibraltar occupata fuit à Mauris 748. annos & iterum recuperata An. 1587. per Regem D. Ferdinandum V. Hoſtes illam tenuerunt uſque dum apparatus pro capienda Granata fierent.

Granata ultimùm vindicata fuit. An. 1492. per Regem Don. Ferdinand. V. Dicta fuit antiquitus Betica, & intra hoſtium manus hæſit 178. annos, & hac ratione Imperium Maurorum finem in Hiſpania ſumpſit.

Lege-

Digitized by Google

Legere autem eſt in antiquis rerum Hiſpanicarũ monumentis, Maurorum quoſdam ad ultimum Chriſtianæ Religioni nomen dediſſe. Cum autem ſibi perpetuam in Hiſpaniaſedem figere vellent, Granatam occupare aggreſſi, ſed illuſi ſunt illorum conatus cum ultra alpes dictas Alpunarac nihil obtinerent, quæ ſunt duo montes, infandis barbarorum ſceleribus inquinati. Ibi enim infandam exercuerunt crudelitatem, cum Chriſtianorum ingentem numerum, per varia ſuppliciorum genera miſerabiliter excruciatum, trucidarent. Eligebant Regem, cujus tamen Regimen intra 7. menſes terminabatur. Ab illo tempore Hiſpania ad annum 1601. libera ab omnibus acquievit turbis. Mauri, qui Chriſtianam Religionem amplexi erant, ingenti numero Sarragoſſam in Aragoniam commigraverant; cumque iterum ſe Regi opponere auderent, ingentemque armorum apparatum haberent, ad ultimum detectæ illorum fuerunt deſtinationes. Mox edicto Regis compulſi, ut tota Hiſpaniâ exeſſent, intraque ſpatium trium menſium ditionibus Regni eliminarentur, hoc edictum illos magno cumulavit damno, quoniam maximam bonorum ſuorum partem hac ratione perdiderunt. Numerum autem illorum, qui Sevilla & Andaluſia aliiſque ex locis fuerant ejecti, 200. millia æquabant. Hac ratione tota Hiſpania in priſtinam ſecuritatem & libertatem vindicata fuit,

SERIES REGUM HISPANIÆ, SECUNDUM DEDUCTIONEM PIERRE D'AVITY. &c.

ENumerant nonnulli Seriem Regum Hiſpanorum, principium ſumendo ab ATHANARICO ſecundo Gothorum Rege, ſucceſſore Tritigerni, qui primus Rex fuit Gothorũ, diviſorum in Oſtrogotos & Weſtgotos, h. e. Orientales & Occidentales, qui Hiſpaniam imperio tenebant eo tempore, cum ab illis quoque Italia premeretur.

Ille Athanaricus incepit regnare ſecundum Sigeberti Chronic: Ann. 383. cujus tamen imperium unus terminavit annus; poſtquam enim cum Imperatore Theodoſio pacta feciſſet, ut ipſum Conſtantinopolim iturum comitaretur, 15. die poſt diem, ſuum obiit. Poſt illius obitum

Weſtergothi ſine Rege erant, per decurſum 14. annorum ſubjecti Romanis, dein elegerunt *Alaricum* familiæ Balthes: Ann. 398. hic ille eſt, qui Romam occupatam ſpoliavit An. C. 412. Mortuus hic eſt paulo poſt in Conſenca, iter in Siciliam parans. Ritius refert, illum magnam Hiſpaniæ partem imperio tenuiſſe & regnaviſſe 23. annos.

ATHAULPHUS, in lingua Gothorum Eitlwolf, ſucceſſor fuit Alarici, ſecundum Lazium. Uxorem duxerat Anno 414. Placidiam ſororem Honorii Imperat: captam Romæ, & Narbonnam miſſam. Occiſus eſt à ſuis Barcelone in Catalonia Ann. 416 vel 417. ſecundum Garibay, & eodem tempore cum vita ſua ſex perdidit filios, quod videre eſt adhuc in ejus tumulo, cujus pars etiam nunc Barcelonæ conſpicitur.

SIGERICUS, in lingua Gothica Sigreich, hoc eſt Victoriâ inclytus, ſucceſſor defuncti, ultra annum non regnavit, in cujus fine à ſuis occiſus eſt. Wallia illum excepit ſucceſſorẽ Ann. 418. pax cum Honorio, ipſi ſororem illius Placidiam conciliavit, cum hac conditione, ut bellum Vandalis inferret, ut & Alanis & Suevis. Hos populos ubi ſuperaſſet, Walliam Hiſpaniamque potentem feciſſet, Tholoſæ vitam finivit Ann. 419. ſecũdum Marianam, ſecundum alios autem ut Sigebertum in Chronic. Roderic. &c. (qui illum regnaſſe dicunt 22. annos, loco trium) Ann. 439. Garibay illius ponit mortem Ann. 437.

THEODORICUS, in lingua Gothica Dietrich, hoc eſt dives in Regimine Walliam ſecutus infelicius regnavit, ideo quod *Suevi* totam perturbarent Hiſpaniam, illamque propemodum totam tenerent, ita ut ſtatus Gothorum in Hiſpania Cataloniæ ſolum finibus hæreret, quamvis in Gallia eſſet ampliſſimus. Habuit 6. filios, nimirum Toriſmondum-Theodoricum, Fredericum, Ericum, Riccimerum, Himericum, & duas filias, quarum unam uxorem duxerat Hunnericus filius Genſerici Regis Vandalorum, alteram Recejarius Rex Suevorum in Hiſpania. Ultimus in Gallia vitam cum morte, in Prælio contra Attilam Hunnorum Regem Ann. 451. TORISMUNDUS, Patri in Regno ſucceſſit, ſed propter nimiam ſuam crudelitatem & ſuperbiam, odio fratrum Theodori nimirum & Friderici gravatus, ex illorum periit inſidiis Ann: 454.

THEO-

Digitized by Google

THEODORICUS ſecundum in illius ſucceſſit locum meruiſſetque recenſeri inter optimos Principes, niſi famam virtutis, Religionis Arrianæ labe maculaſſet ; & ſe ſanguine fraterno fœdaſſet. Filiam ſuam Regi Remiſmondo in uxorem dedit : obſidione cinxit Bæticam vel Andaluziam, & Granatam, demum occiſus Tholuſæ, per conſpirationem Fratris ſuis Erici Ann. 467.

HENRICUS huic in Regno ſucceſſit, cujus tempore Hiſpania erat diviſa. Galicia & pars Luſitaniæ obtemperabant Suevis, Bætica & Catalonia Gothis. Romani Regnum tenebant Toletanum, vel terram Carpetanorum. Sed HENRICUS omnes dejecit Romanos, Gothoſque totius Hiſpaniæ fecit Dominos, excepta Galicia, quæ Suevis paruit. Poſtquam XVII. annos imperio præfuiſſet, obiit in oppido Arles, ubi ſuam Regiam firmaſſet. Ann. 483.

ALARICUS ſecundus ejus filius Gothorum Rex factus eſt, qui in conflictu interiit contra Clodoveum Regem Franciæ. Ann. 506. Tum temporis Gothi fere omnia quæ in Gallia tenebant, amiſerant.

Reliquit duos filios, unum ex uxore Thendicoda ſuſceptum, dictum Amalaricum, alterum Genſalaricum, ex concubina natum.

GENSALARICUS, vel Geſſalaric, in ſucceſſione Regni, tamquam dignior qui imperaret, præpoſitus eſt Amalarico, quinque tantum annos natus: ſed hic Rex per Ilbam infeſtatus, miſſus eſt à Theodorico Rege Oſtrogoth in Italiam, compulſuſque in Africam fugere. Redux tamen in Hiſpaniam, ope Traſimondi Regis Vandalorum adjutus, ex morbo eſſe deſiit Ann. 510.

AMALARICUS, adjutus à Theodorico avo ſuo (qui omnium rerum tenebat adminiſtrationem, meritoque Wiſigothorum & Oſtrogothorum Rex dici poſſet) Rex fuit pronunciatus : ſed cum omnes terræ quæ Gothis parebant ipſis eſſent ademptæ, Hiſpaniaque per Gallos vaſtaretur, Childebertus Amalarici omnes occupavit theſauros, qui quinto mortuus eſt anno, poſt ſuſceptum imperium. Deceſſit autem improlis, ita ut familia Wiſſigothorum Regum deficeret.

THEUDEUS Oſtrogothor : qui vivente Amalarico imperium rexit, electus eſt Rex propter ſua merita, regnavit

17. Annis, quinque Mensibus occisusAnno 584.

THEUDISELUS vel THEUDEGISILUS, consanguineus Theudi filiusque sororis Totilæ Rex Ostrogothor: in Italia occisus est à suis, propter Scortationes cum cœnaret, imperii Ann. uno, cum dimidio, 3. dieb.

AGILA illius est successor designatus, regnavit per 5. annos, tres menses, continuo tamen fuit infelix; nam Athanagildus Romanorum ope adjutus ipsum vicit; post in Merida, à contraria sibi factione interemptus est, Ann. C. 554. ATHANAGILDUS subito in illius successit locum, per totamque suam vitam operam dedit, ut Romanos Hispaniâ eliminaret, qui Domini multorum facti erant locorum. Susceperat ex uxore sua Goisvinda duos filios, Regnavit XV. An. 6. mens. morbusque illi mortem peperit A. 567.

LIWA vel LUIBA, Rex Gothorum electus in Hispania, post 5. mensiũ interregnum. Nulla tamen hic Rex inclaruit magna actione, nisi quod secundo anni sui Regno, in societatem curarum Regni, Fratrem suum LEWIGILDUM assumserit, illique æqualem permiserit dignitatem, qui multas provincias Romanis extorsit. Finivit LIWA vitam Ann. C. 572.

LEWIGILDUS post obitum Fratris regnavit, Romanos ex omni Bætica ejecit, occupavit urbem Leonens. Biscajam deprædatus est, Imperiumque suum firmum reddidit. Duo erant Filii Ermenigildus & Recaredus, quos in imperium assumsit, ut Gothis morem Reges eligendi auferret. Divisum in tres partes habuit imperium: Lewigildus suam stabilivit sedem in Toledo, ubi ante Regia Gothorum fuit, Lewigildus ante à Catholicis quamlibet exilio afflictus, postquam vicisset Andecam ultimum Suevorum Regem, extinxit in Hispania Ann. 586. Dominationem Suevorum, qui in imperio durarunt 174. Annos. Ipse eodem anno diem suum obiit, post 18. Annum ex quo Regnare cœperat cum fratre suo.

LIWA, ejus secundus Filius, in Regno Patri successit, sed propter proditionem Witterici mortuus Ann. 603. cum 2. Ann. imperio præfuisset.

WITTERICUS Regnavit 6. Ann. & decem mens. in fine populus in cubiculum ejus irruit, securecque cibum capientem obtruncavit, per plateasque traxit Ann. 610.

GUNDE-

GUNDEMARUS, ejus ſucceſſor, delevit Vaſcones vel Navarros rebellantes, Præfectoſque militiæ militum Roman: Ann. C. 612. Poſtea ex morbo interiit in Toledo, in eodem anno poſtquam per unum annum imperaſſet x. menſ. 3. dies. Nullis autem ex Hilduara uxore relictis liberis.

SISEBUTHUS, homo ſtrenuis & fortis, à Præcipuis Gothorum Rex ſalutatus, multas urbes Romanis abſtulit, illoſque adeo debilitavit, ut vix unum locum ſecuritati ſuæ in Hiſpania reſiduum haberent. Hic Judæos Regno ejecit, illos tantum retinens, qui fidem Chriſtianam amplecterentur. Exceſſit vitâ Ann. 721. poſtquam regnaſſet 8. Ann. 6. menſ. 16. dies.

Recaredus illius ſecundus filius adhuc in tenerâ ætate poſt illum regnavit ſolum trib. menſibus.

SUINTHILA, primus Richardi filius, magnanimus valde & liberalis, per plurium potentiorumque in regno vota electus Rex, Romanos omnes Hiſpania ejecit, in Regnoque ſucceſſorum Rechimerum filium ſuum adhuc infantem conſtituit; quod factum ipſi invidiam conciliavit, ideo quod hac ratione Regnum hæreditarium fecerit. Huc igitur Gothi cum filio & uxore ſua Regno exuerunt. An. C. 631. decimo Regni.

SISENANDUS in illius ſucceſſit locum qui 3. Ann. xi. menſes & 16. dies imperavit, obiit in Toledo Anno C. 639.

TULGA, Regni potitus adhuc ætate juvenis, pietate tamen & prudentiâ, tum juſtitia & fortitudine valde inſignis, quamvis tantum duos annos & 4 menſes Imperium rexerit, vivere deſiit in Toledo Anno 641.

FLAVIUS CHINDASUINTHUS, ferro imperium occupavit, quod juſtitia dein conſervavit: cum vero illius ætas nimium ingraveſceret, elegit ſibi Regni ſocium Flaviereccenſvinthum Ann. 648. cum ſceptrum per 6. tenuiſſet annos ſolus, octo menſes, & 20. dies poſtquam vero filio Regnum obtuliſſet, triennium poſt ex morbo, vel ſecundum alios veneno finitus eſt An. 672.

WAMBA, nonnullis Hiſtoricis dictus Bambas, ideo omniſi judicio dignus qui imperaret, quod imperare nollet: is etiam coactus imperium ſuſcepit, quod, cum oblatum detrectaret ſuſcipere, quidam ex præcipuis Gothis contra re-

cuſantem ferrum ſtringere, percuſſurus ni caperet. Rex factus Navarros, alioſque domuit, LL. quaſdam ſancivit, captas 1612. Sarcenorum naves in Africa combuſſit. Dein veneno ſublatus eſt: Verum ſe corpore ægrum animoque deficientem videns, in monaſterium ſe recepit, ubi vivere deſijt An. 680. poſtquam octo annis, menſe, & quatuor diebus Regnum habuiſſet.

FLATUS ERVIGUS Regnum poſſedit, qui melioribus artibus Regnum conſervaverat quam quibus acquiſiverat. Hic ubi nonnullas ſeveriores Leges Wambæ correxiſſet, ex morbo in Tholedo vitam finivit, anno Regiminis 7. & 25. diebus.

EGICA, poſt illum, ſolus per decennium regnavit. Hic ſibi imperii ſocium Witizam filium ſuum elegit, obijtque ex ægritudine in Toledo Ann. 701.

WITIZA crudeliter imperio præfuit, Judæis in Hiſpania commorandi poteſtatem permiſit, duos habuit filios, Chindaſvinthum dictum Theodofredum & Favilam, quorum ultimus occiſus eſt ictu baculi, per Witizam, quod licentius cum fœmina ejus jocos tractaret. Obijt Witiza Ann. C. 711. decimo Regni, duos vero decedens filios reliquit, Ebam, & Siſebutham, qui cauſſa magnorum in Hiſpania fuerunt malorum, propter ſtudium partium, quod illi ſuſcitarant.

RODERICUS, filius Theodofredi, Rex electus eſt, per Gothorum præcipuos, qui crudelis Witizæ liberos rejecerant. Hos etiam Rodericus ita exagitavit, ut in Africam fugere coacti ſint; inde vero multos ab æmulis ſuis in ſe concitatos expertus eſt hoſtes, cum quibus crebrius confligens, ad ultimum in fuga occiſus creditur Ann. 714. Nonnullorum eſt opinio, illum aquis eſſe merſum, ita ut Nomen Gothorum & illorum Regnum cum illo interiiſſe videantur.

PELAYO, agnatus Roderici, ferro rem agere optimum judicavit, Aſturiam & Biſcajam contendit. Cum Mauri Corduam, Granatam, & Murciam obſiderent, dein Toletum, Aſtorgam vaſtarent & comburerent, aliaque ad mare ſita præcipua loca. Ita brevi factum, ut tota Hiſpania à Mauris teneretur, qui crudeliter Chriſtianos vexabant, illorum fœminas contrectabant, nec quicquam præter Biſ-

cajam

cajam ſupererat, & partem montiũ Pyrenæorum. Cum igitur Pelajus ſtirpe Regiâ natus judicaretur, vocatur à Chriſtianis ut illorum contra Mauros Dux eſſet. Rex ergo Ann. 716. creatus, in vindictam contra hoſtes exarſit, ſed in ipſis rerum primordiis Regimen ſuum in Aſturia firmavit, poſtea multas Urbes ab hoſtibus vi ferri vindicavit, imprimis Leonenſem Urbem Ann. 722. recepit: inde quidã autumarunt, quod ideo Rex Legionis fuerit dictus, contrarium aliis ſtatuentibus. Poſtquam Pelajus, Alphonſi filii Gubernatoris Biſcajæ opibus adjutus, omnia ex voto feliciter peregiſſet, annorum pariter ac honorum ſatur, vitâ exceſſit Ann. 736.

FAVILA, vel FAFILA, filius Pelagii, hæres paterni Regni, 2. ſolum regnavit annis: interiit in venatione cum urſum acrius urgeret, qui ipſi vitam ademit, An. 739. ſine prole Regnum reliquit.

ALPHONSUS 1. Hunc in Regno ſecutus, ſecundum teſtamentum Pelagii, cujus filiam Ormiſindam uxorem duxerat, ingenti & conſtanti vir fuit animo, adverſis infractus, Religioni valde addictus, indeque dictus eſt Catholicus, quod nomen diu à ſucceſſoribus fuit neglectum, donec per Papam Alexandr. VI. iterum conſtitutum eſſet, ut hoc nomine omnes Hiſpaniæ Reges impoſterum gauderent. Hic Rex fuit admirabiliter felix, ita ut nunquam felicitatem ſuã interruptam ſenſerit. Illo tempore Mauri per Aucupem quendam in Hiſpania regebantur.

ALPHONSUS interea exercitum contra Mauros duxit, occupavit Lugo, Ledeſmam, Zamoram, Simancas Duennas, Mirandam, Segoviam, Avilam, & Sepulvedam, cum magnâ Caſtiliæ parte, quarum tamen maxima pars iterum à Mauris fuit occupata. Deceſſit dein Alphonſus Ann. C. 757. natus 64. annos, poſtquam 19. imperaſſet. Reliquit 5. liberos, quos ex uxore Ormiſinda ſuſceperat, Froilam, Bimaram, Aurelium, filiam Uſendam, vel Odeſindam. Habuit quoque Alphonſus Fratrem Froilam dictum, cujus hæc unica fuit gloria, quod duos egregios habuerit filios, Aurelium, & Veremundum.

FROILA, Filius natu Maximus & Succeſſor Alphonſi, evertit Joſeph Ducem Maurorum, qui Galiciam vaſtabat: Periêre in loco conflictus 54. millia hoſtium. Ultimum Joſeph

ſeph à ſuis in Toledo occiſus eſt, An. 759. & tum omnes in Hiſpania Mauri in potentiam Abderrahmenis pervenerunt. Habuit Trojola uxorem Meninam filiam Ducis Aquitaniæ, occidit is fratrem ſuum Bimaram, ſucceſſorem Regni, ſibi Veremundam filiam fratris ſui adoptans, quæ tamen adoptio effectu caruit. Ad ultimum ipſe Friola jure talionis interemptus eſt, Ann. 768 poſtquam XI. Annis, tribus menſibus cum imperio ſuis prefuiſſet.

AURELIUS, ejus frater & percuſſor, ejus fuit ſucceſſor, quidam illius dicunt fuiſſe agnatum. Regnavit 6. Annis & 6. menſib. obijt Ann. 774. nullo laudabili facto inſignis.

Silo maritus Adoſindæ fuit illius ſucceſſor, cum ſua uxore regimen habuit.

Alphonſus caſtus filius Friolæ, à magnatibus Hiſpaniæ confirmatus Rex eſſe perrexit.

MAUREGAT hoc medio regnavit 5. annis 6. menſib. cum promiſiſſet Mauris tributum 50. Nobilium Virginum & 50. aliarum, obijt An. 788 poſtquam regnaſſet 29. annis. Reliquit 9. filios & XI. filias, ſucceſſorumque Regni nominavit Zulemam filium natu maximum, qui in Toledo imperavit. Sed Iſlem alter filiorum Mauris adjutus imperium rapuit, contraque Zulemam arma movit, qui in Africam victus terga dedit, pactus poſtea cum fratre quietem, exceſſit An. 795. in locum ſuum relinquens filium Alhaca, poſtquam regnaſſet 7. annis, 2. menſ. & 2. diebus.

VEREMUNDUS, dictus Diacrus, Mauregatum in imperio ſecutus, cui 3 annos & 6. menſ. præfuit.

Alphonſus ſolus in Oviedo regnans poſt mortem Veremundi, dictus cognomine Caſtus, quod per totam vitam ab uxore Berta abſtinuit, Is Lisbonam à Mauris vindicavit, quo tempore inventum eſſe dicitur corpus S. Jacobi in Compoſtella. Functus eſt vitâ in Oviedo Ann. 824. relinquens in Regno ſucceſſorem Ramirum filium Regis Veremundi.

RAMIRUS Rex factus, primam curam adhibuit in puniendis veneficis Hiſpaniæ Illos ad ignem condemnans, Latronibus oculos eruit, vindicavit Abderrahmen & Maurorum 60. 844. qui tributum Virginum depoſcebant in

teremit, invocato in anteceſſum' (ut creditur) S. Jacobi auxilio: inde uſu venit, ut Hiſpani in conflictu nomen S. Jacobi ſemper in ore gerant. Expleviſſe vitam dicitur anno Regni ſeptimo completo.

ORDONO vel ORDOGNUS ejus primus filius, Juſtitiæ inſignis Patronus, Patri in Regno ſucceſſit, ejus ſecundus filius Abderhamen obijt An. 852.

ORDOGNUS tertius, dictus Magnus, vix quartum & decimum annum ingreſſus, ſceptrum tenuit, ſæpius Mauros debellavit, Fratremque ſuum Friolam luminibus privavit, quod criminis conjurationis cõtra Regem reus eſſet. Simile ſumpſit ſupplicium de Nugne, Veremundo & Odoar ſuis fratribus, quod eadem laborarent culpâ. In expeditionibus felix fuit, occupavit enim Porto, Bragam, Viſeo, Chiaves & Coimbrem in Portugallia, tum Zamoram, Simancas, Duenas omnemque terram Legionen: & Veteris Caſtiliæ. Filius ejus Garſia matre impulſus Ximena arma contra Patrem ſtrinxit, captus autem ductuſque in arcem de Gauzon. Exceſſit An. 910 poſtquam imperaſſet 47. annis.

GARSIA major natu, patre de Regni poſſeſſione deturbato, Maurorum magnum militiæ Præfectum delevit, poſtea improlis in Zamora obijt Ann. 913. ubi imperaſſet ſolum tribus annis, 1. menſ.

ORDONO, vel Ordognus ſecundo genitus in ſucceſſionem Fratris ſui venit, combuſſit Talaveram urbem Maurorum. Quam cum expilaſſet, vindictam de Mauris ex Africa redux ſumſit. Liberi, quos ex uxore ſua ſuſceperat, hi fuerunt: Manina, Elvira, Sancho, Alphonſus, Ramirus, Garſia, cum una filia dicta Ximene. Cum quoſdam Caſtiliæ Comites, ad colloquium evocatos, in carcere vitâ ſpoliaſſet, Caſtiliani, hoc commoti facto, imperium ejus detrectabant, contra quos cum exercitum ducere vellet, in morbum lapſus ex eodem periit. Ann. 923. imperii 9. & 6. menſ.

FROILA ſecnndus ejus Frater ejus in Regno fuit Succeſſor, ſibi armis Regnum acquiſivit, præter conſenſum Primorum. Talis fuit, qualis cognomento Crudelis dictus. Sub ejus imperio Caſtilienſes contra Regem Legionis rebelarunt, & ſeorſim imperio præfecerunt duos Judices, vel Comites nomine *Nuno Razura*, & *Layno Calvo*, quibus nego-

negotium belli commissum erat, tum vero aliarum rerum civilium causſæ. Ita Castilia sejuncta à Regno Legionis, absolutos habuit Comites, quorum primus fuit Ferdinandus Goncales.

Habuit autem Friola Rex ex uxore sua Munine, vel Nugne, Alphonsum, Ordogne & Ramirum: obiit Ann. 924.

Alphonsus 4. dictus Monachus, subito post illum regnavit: quidam illum Friolæ filium fuisse dicunt, alii Ordogni; quisquis etiam fuerit, deses nullaque virtutis actione conspicuus fuit: imperii molem ægre ferens, illam fratri Ramiro detulit. Ann. 931. postquam illam per sex sustinuisset annos & 6. menses, inde Monachus factus filio Ordogno relicto ex uxore Urraca Ximena, filia dei Sanoço Abarca Regis Navarræ.

Ramirus Secundus perduelles filios Friolæ oculis privavit, eodem modo fratrem Alphonsum excipiens. A Mauris Madritum occupavit, tributariumque Regem Maurorum Abenaya sibi fecit. Filio suo Ordognam uxorem dedit, quem successorem destinavit: excessit vita An. 950. imperio 19. Ann. 2. mens. 25. dieb.

Ordognus tertius ejus filius, fratrem suum Sanchum qui se ipsi oppositerat oppressit, adjutus erat ope Ferdinandi Gonsales Comitis Castiliæ, & de Garsia avunculi sui Regis Navarræ. Verum prudenter ille rebus suis consuluit, & æmulorum suorum consilia irrita fecit. Odio igitur Comitis Ferdinandi repudiavit uxorem suam Urrancam, aliamque Elviram dictam, sibi matrimonio junxit, ex qua filium Veremundum dictum, postea Regem, suscepit. Ultimum ex ægritudine decessit in Zamora. Ann. 955.

Sancho dictus pinguis, frater defuncti, illum in Regno consecutus, impar tamen imperio, inde etiam Ann. 956. devictus, compulsus est fuga salutem quærere, apud Regem Navarræ.

Ordognus quartus filius Alphonsi, Monachus, sedem vacuam reperiens, ex negligentia & abitione Sanchi, Regni potitus, uxorem Urracam ducit repudiata ab Ordogno 3. Sed cum sceleribus vitam maculasset, dictus fuit nefarius, odioque subditorum expositus Sancho occasionem dedit, pristinum suum Regnum recuperandi. Cum vero Sanchus præpinguem & distentum præferret ventrem, ex

Con-

Consilio amicorum, quod negotiis obstaculo esset, per pharmaca illum imminuit, hoc imminuto Ordognum feliciter aggressus, qui ad Asturios profugus, post ad Castiliam ultimùm intra muros hærens, residuum vitæ in miseria terminavit.

RAMIRUS tertius, cujus filius quinque tantum annos natus, ipsi in Regno successit, Uxorem duxit Urracam Anno. 987. fœminam, ab omnibus Hispanorum præcipuis odio habitam. Habuit sibi contrarium Veremundum suum agnatum. Ultimùm Rex decessit improlis, Anno 982.

VEREMUNDUS secundus, ejus agnatus, secundum LL. Rex successit, conjungens duo Regna Galiciæ & Legionis: dictus est podagricus, quod podagrâ indies afflige-retur. Habuit duas uxores, ex quibus multorum parens fuit liberorum, decessit vita Anno: 999.

ALPHONSUS quintus ipsius in grandi ætate successor dictus, hic omnia magna cum prudentia & fide executus est, correxit LL. Gothorum. Ann. 1020. in Oviedo, excessit in Portugallia Ann. 1028. postquam imperasset 29. annis. Veremundus tertius ejus filius, patri in Regno successit, & quoniam improlis erat, delata est post obitum ejus successio ad Sancham ejus sororem, quæ Ferdinando nupserat, Sanchi magni Navarræ Regis filio, qua sorte illi jus in Castiliæ Regnum competebat, post decessum illorum parentum. Cæterum notandum, quod Nunno Razura & Layno Calvo, priores dicti judices vel Comites Castiliæ, postquam vitâ decessissent, Consalo Nunez filius de Nuno Razura, unus ex duobus primis judicibus, in Regimen Castiliæ successit. Vxorem duxerat Ximenam filiam Comitis Nunno Ferdinandi: in carcere cum aliis ex mandato Regis Ordogni occisus. Ex hoc conjugio natus est Ferdinandus Gonsoles, primus absoluto jure gaudens Comes Castiliæ, omniumque Castiliæ Comitum maxime insignis. Habuit successorem filium Garciam Ferdinand: in Comitatu Castiliæ. Huic iterum suus successit hæres Sancho Garcia, qui ex uxore sua Uraga filium Garciam dictum susceptit, post Fata Parentis in Castilia Comitem, tum vero tres filias, quarum natu maxima, dicta Nunna, data erat in matrimonium Sancho magno Navarræ Regi, altera dicta Theresa fuit

uxor

uxor Veremundi III. Regis Legionis, & ultima Tygrida, manſit Abbatiſſa (ut vocant) Monaſterii S. Salvatoris. Garcia in Comitatu ſucceſſor occiſus eſt, per tres Fratres de Bela, ita ut ejus ſoror Nunna, natu maxima, hæreditate Comitatum Caſtiliæ acquiſiverit, ſecundum LL. & conſuetudinem locorum, hacque occaſione Caſtilia in poſſeſſionem ceſſit Ann. 2028. Regi Sancho Navarræ, qui ex hac Nunna uxore ſua Garciam natu maximum, & alterum Ferdinandum Goncalum filios habebat. Sed Rex Sancho adhuc vivens diviſit intra liberos Regimen, quorum primus Garcia poſt patris obitum Regnum Navarræ, alter Ferdinandus cum Regali titulo Caſtiliam, & tertius Ramirus filius naturalis Comitatum Arogoniæ cum Regali titulo, indepti ſunt. Ferdinandus igitur poſſeſſionem Regni Caſtiliæ occupavit, ſicut alii fratres, ejus illis à Patre proxime defuncto deſtinatas ditiones. Poſt hæc Rex Veremundus tertius in controverſiam cum Ferdinando deſcendit, cum quo Ann. 1038. conflixit.

FERDINANDUS Rex Caſtiliæ & Legionis, nomen Magni meruit, propter ſua egregia facta: in Portugallia Urbes quaſdam Mauris ademit, ad illaſque anguſtias compulit, ut pacem emere fuerint coacti. Bellum ipſi cum Fratre Garcia Rege Navarræ fuit, qui conflictu interiit, occupatis locis de quibus controverſia erat, nimirum Brivieſcâ, monte de Auca. Ex uxore ſua Sancha, filiam habuit dictam Urraquam, dein Sanchum filium, ſibi ſuccedentem, Elviram, Alphonſum, qui poſtea Rex fuit, & Garſiam.

Teſtamento ſtatum ſuum inter tres filios diviſit, hac ratione. Sanchus ejus natu maximus Caſtiliam accepit, Alphonſo obvenit Regnum Legionis, pars Aſturiæ, & nonnullæ Urbes Galiciæ. Garſiæ natu minimo reſiduum Galiciæ ſors dedit, cum parte portugalliæ, quam Chriſtiani poſſidebant. Hi vero omnes tres Reges dicti fuerunt. Quod ad filias, Urraca habuit Zamoram, & Elviram Toro, quæ Urbes dictæ ſunt *Infantaſgo*. Obiit Ferdinandus Ann. 1065. poſtquam præfuiſſet imperio 28. annos, 6. menſ. 12. dies in Regno Legionis & 12. Ann. in Caſtilia.

SANCHO ejus filius, Rex Caſtiliæ, movit arma contra Sanchum Regem Navarræ agnatum ſuum, à quo vin-

dictam

dictam sumebat adjutus ope Regis Aragoniæ, hi duo, ipsi magnam eripuerant à Ferdinando acquisitorũ partem. Fuit etiam Sancho Regii Castiliæ bellum cum fratribus, in quo occupavit Alphonsum, crineque tonsum in Monasterium detrusit, post illius occupavit Regnum. Alter Sanchus Rex Legionis ante conflictum fugâ ad Mauros sibi consulit. Captus dein etiam est à fratre Garsia qui captivus detentus usque ad mortem. His mediis *Sanchus* omnium Paternorum Regnorum solus Dominus factus, cumque etiam Sorores suas, suis à patre illis testamento datis vellet exuere ditionibus, injustorum suorum factorum pœnas dedit; occisus equidem à Zamore Ann. 1075. postquam in imperio fuisset 6. Ann. 9. mens. & 24. dies.

ALPHONSUS sextus, cognomento Validus, quam primum nuncium de morte fratris sui Sanchi acceperat, Toledo profectus, receptusque est pro Rege Castiliæ & Legionis, multasque occupavit ditiones. Cepit Toledum à Mauris Ann. 1085. seque postea Regem Toledi dixit. Occupavit etiam multas urbes, Maquedam, Escalonam, Illescas, Talaveram, Gonsvegram, Moram, Madritum, Berlangam, &c. Eo tempore Joseph Tesfin familiæ Almoravedes regnans in Africa, misit in Hispaniam Ali Abenexa qui illam terrore perfudit. Ann. 1091. se vocans Hispaniæ terrorem. Postquam hoc Mauris persuasisset devicto Rege Maurorum Sevillæ, regimen suum in Cordua firmavit, Rex Alphonsus aliquoties victus fuit. Cumque ipse Joseph Aben Tesfin cum ingenti exercitu Hispaniam inundasset, Alphonsus collectis omnibus copiis, adjutusque aliorum Christianorum suppetiis, hostem devictum Hispania ejecit. Finivit tandem vitam hic Rex egregius Toleti Ann. 1509. 70. annorum senex, tenuitque post Patris obitum imperium, tam in Castilia quam Legione 43. annos, relictis filiis filiabusque nonnullis.

ALPHONSUS septimus, filius Alphonsi sexti, adhuc in cunis sceptro dignus habitus. & ideo Rex Castiliæ puer proclamatus est. Adultior factus animadvertens post mortem Regis Arogoniæ, duorum Regum Navarræ & Aragoniæ, Garsiæ & Ramirii stabilita imperia, unius impotentiam, alterius senectutem contemnens, edicto publicavit, ad se illorum Regnorum jure pertinere possessionem: occu-

occupatis igitur multis locis intravit Arragoniã, poſt Legionem, & Rex Navarræ, Arragoniæ, Cataloniæ, proclamatus, dictuſque ſuis eſt imperator. Pactum dein cum Garſia Rege Navarræ inivit, ut ipſi redderet ſtatum ſuum, hac cum conditione, ut Regem Caſtiliæ majorem agnoſceret, armaque ſua contra Ramirum Regem Arragon. armis Alphonſi jungeret. Exceſſit Alphonſus Ann. 1167. cum quinquaginta annos, 5. menſes, 20. dies in vita, in Regno 35. fere annos fuiſſet.

SANCHUS X. ejus filius ſucceſſor Regni Caſtiliæ, & inde dependentis terræ. Sed hic Rex tantum unum regnavit annum & XI. dies: abijt Ann. 1158. ſtatim poſt Blancam uxorem ſuam. Reliquit filium Alphonſum, 4. annorum, ſub tutela Gutierri, uſque dum annum XV.* ingrederetur.

ALPHONSUS VIII. Legitimus Patris in ſucceſſione hæres, Avunculum ſuum expertus eſt adverſarium, qui illius turbavit poſſeſſionem, & omnia fere occupaverat loca. Annos vero 18 natus, invitatus eſt à Regni proceribus, ut ſuas viſitaret ditiones, quo pacto omnes Civitates illi ſuas aperuerunt portas, auxiliumque nummorum hoſpiti tulerunt. Ultimũm Toledum ingreſſus eſt, & in fugam Ferdinandum conjecit, ingreſſus annum quintum ſupra decimum. poſtquam omnia ſuæ potentiæ ſubjecit, junxit ſibi matrimonio Eleenoram filiam Henrici X. Angliæ Regis, quæ ipſi enixa eſt Henricum Regni ſucceſſorem, alioſque liberos. Acquievit Ann. 1214. poſtquam 57. vixiſſet, 53. annos regnaſſet, cum 32. dieb.

HENRICUS ejus Filius Patris fuit ſucceſſor, natus ſolùm Annos XI. Is in juventute etiam ſua occubuit, ludendo cum quibuſdam Magnatibus, An. 1207. Imperavit 19. Annos, 9. menſes.

FERDINANDUS SECUNDUS, filius ex Berenguela, ſecundus Alphonſi Filius. Duxit Beatricem filiam Philippi Imperatoris Germaniæ Ann. 1220. Ex quo connubio nati ſunt VII. Filii, Alphonſus, ſucceſſor in Regno Caſtiliæ & Legionis, Fredericus, Ferdinandus, Henricus, Philippus, Sancho, Emmanuel. Obſidione cinxit Andaluſiam, variaque occupavit à Mauris loca, & ſecundas nuptias celebravit cum Joanna de Ponthieu, filia Comitis Simonis, ex qua ſuſcepit Ferdinandum, Eleenoram, & Ludovicum.

Digitized by Google

vicum. Poſt obitum patris ſui Alphonſi Legionis Regnum occupavit An. 1230. quamvis à Patre, qui ipſum odio habebat, ab omni ſucceſſione teſtamento excluſus eſſet. Sed ſorores illi jus ſuum cedebant pactione 30000. coronatorum annuatim ſibi præſtandorum, invicem initâ : ultimum ex morbo in Sevilla interiit An. 1252. cum in Africam ire deſtinaſſet, ubi regnaſſet 34. Annos, XI. menſes, 23. dies in Caſtilia & circiter 22. Annos in Legionis Regno.

ALPHONSUS NONUS, ejus Filius, patrem ſucceſſor excepit. Hic ille eſt, qui Sapientis nomen & laudem obtinuit, qui intra arma electus Rex, omnium peritiſſimus in Hiſtoria, Aſtrologia & Philoſophia claruit. Filiam Aragoniæ Regis uxorem habuit, ex qua multos ſuſceperat filios. In Germania à quibuſdam Electoribus imperator eſt electus, ſed quia longo itinere à Germania excluſus, amicos pariter ac imperium perdidit, occubuit Ann. 1224. ſucceſſores Regni deſignando Alphonſum & Ferdinandum teneræ adhuc ætatis filios.

SANCHO, cognomento Validus, ad Regnum promotus, non obſtante contraria patris ſui diſpoſitione. Filia quoque ejus Iſabella hæreditaria Regni pronunciata fuit, in defectu aliorum liberorum, ſed cum ipſi poſtmodum Sevillæ Ferdinandus natus eſſet, illum ſucceſſorem deſtinavit. Exceſſit vitâ Ann. 1224. poſtquam XI. Annos, 4. dies imperium tractaſſet.

FERDINANDUS tertius, filius Sanchi Validi, Patri ſucceſſit, ſed qui Regnum magnis involvit turbis, deceſſit 24. ætatis Anno, menſe 9. Imperio præfuit XVII. Annos, 4. menſes & 19. dies : in matrimonio habuit liberos Conſtantiam Portugalliæ, Alphonſum hæreditarium Regnorum, & Leonoram quæ fuit Aragoniæ Regina.

ALPHONSUS decimus, Patris ſucceſſor, ſolùm unum natus annum & 26. dies, ita ut Regnum Maria illius avia tamdiu teneret, quę tandem in Valladolid extincta eſt. Rex dein 38. Annos explevit, vitam finivit An. 1350. relinquens in Regnis ſucceſſorem Petrum filium ſuum, alioſque liberos naturales.

PETRUS, cognomento Crudelis filius Alphonſi & Mariæ paternum Regnum Ann. ætatis XV. intravit, matrem ſuam Mariam trucidari imperavit, tum fratres ſuos alioſque præci-

præcipuos in Regnis Viros sustulit. Uxorem tertio die ductam repudiavit, Aliam vivente uxore prima, dictam de Castro sibi matrimonio junxit. Post hæc aliaque scelera, venit Henricus Comes de Transtamara ejus frater sed nothus in Hispaniam, cum magna Gallorum manu, Rex Castiliæ & Legionis coronatus est Ann. 1366. ita ut Petrus Rex metu percussus saluti fugâ consuluit, profugusque Castilia in Boyonnam Galliæ venit. Postquam igitur Status in Burgos convenerant, se fide juri-jurandi Joanni Henrici filio obstrinxerunt, & tanquam hæreditarium Regni exceperunt. sed Henricus conductis quibusdam Gallicis copiis, paucioribusque quam res postulabat in præsidio retentis, devictus fuit à Petro Rege, qui copiis Anglicanis aliorumque fuit adjutus: At vero cum illis, qui ipsi suppetias attulerant, parum satisfeciſſet, ad ultimum illorum auxilio privatus, facile in Henrici victoris potestatem & vindictam incidit. qui novo exercitu ex Gallia conducto auctus, Petrum Regem clade prostravit, captum An. 1369 occidit, postquam regnavit 19. Annis.

Hac igitur ex victoria Henricus Rex Castiliæ & Legionis factus, qui intra breve tempus Dominus omnium illarum evasit ditionum, ex his Regnis dependentium. Factus igitur omnibus circumcirca vicinis terrori, veneno interemptus creditur, per insidias Mahumeti, veteris Granatæ Regis Anno. 1378. postquam imperasset ultima vice X. Annos, 2. menses, vixisset 49. Annos. Uxor ejus erat Janna filia Joannis Emanuelis fratris Regis Alphonsi 4. potentissimi in Hispania Principis. Joannes primus, successit Patri Annor. 21. & trium mensium, filium statim post dictum Henricum habuit, is ipsi in Regnis successit. Finitâ Leonorâ primâ ejus conjuge Beatricem duxit, uxorem filiam Regis Ferdinandi Portugalliæ An. 1383. hac cum conditione, ut Infantes ex hoc conjugio susceptí essent Reges Portugalliæ. Excessit vitâ Joannes An. 1324. annorum 33. Præfuit cum imperio XI. Annos, tres menses & 20. dies.

Henricus 3. ejus filius ipsi successit, anno ætatis Undecimo, justitiæ magnus patronus, habuit uxorem Catharinam filiam Joannis Ducis Lancastriæ. Hæc ipsi filium Joannem hæreditarium Regnorum genuit. Cumque totam

totam velut per vitam cum morbis conflictaretur, Toleti Ann. 1407. expiravit, postquam 27. vixisset, 16. annos, 2. mens. & 20. dies Regnum tenuisset, sepultus est in habitu S. Francisci.

JOANNES secundus ejus filius Rex agnitus est ætatis 22. mensium. Connubii fœdere sibi junxit Mariam filiam Ferdinandi Regis Aragon: hac finita ad secunda transivit vota cum Izabella filia infantis Joann. Portugall quæ fuit Regina Castiliæ & Legionis. Obiit Ann. Christ 1454. mense Julio, postquam vixisset 47 regnasset 42. annos.

HENRICUS quartus, ejus filius & non minus successor, vivente adhuc patre anno ætatis XV. Blancam sibi matrimonio conciliavit, filiam natu maximam Regis Johannis Navarræ. Sed naturali impotentiâ nullos habuit hæredes, ideo Statuum consensu Izabella Regnorum hæres est facta. Desiit esse Henricus Ann. 1474. cum absolvisset 45. annos, regnasset 20. 4. mens. 22. dies. Regni successorem Joannem filium naturalem testamento scripserat, sed hoc nequaquam à proceribus observatum est.

FERDINANDUS quintus, postea cognomento Catholici dictus, & Izabella, actutum pro Rege, & Regina Castiliæ agniti sunt. Hac igitur de causa Ferdinandus & Izabella titulos assumserunt, dicique voluerunt Rex & Regina Castiliæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliæ, Toledi, Valentiæ. Galiciæ, Majoricæ, Sevillæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Gibraltar, &c. Comites Barcelonæ, Domini Biscajæ & de Molina, Duces Athenarum & Neoparitæ, Comites Rossilon & de Cerdagnes, Marchiones de Oristagne & de Gociam. Susceperat vero Ferdinandus ex Izabella I. filiam dictam Izabellam natam An. 1470. & alios sequentibus Annis liberos. Tenuerunt Hispaniæ sceptrum cum ingenti gloria, hoc laudabili facto hæc Regio insigniter crevit, quod Judæi Hispaniæ Regnis omnibus publico edicto exesse jussi, ejectique sint.

PHILIPPUS primus filius Maximiliani Imperator. hæres Caroli Ducis Burgundiæ, Rex fuit Castiliæ cum uxore sua Joanna Annorum 26. Hi duo cum Hispaniam appulissent An. 1506. occuparunt Regnorum possessiones: paulo autem post Philippus vita decessit, cum imperasset Annum & 2. menses. Reliquit ex filia Joannem Carolum Austriæ

ſuum ſucceſſorem Ferdinandum, qui poſtea factus eſt Imperator, primus ejus nominis. 4. filias, Eleonoram, Izabellam, Mariam, Catharinam, omnes Principum matrimoniis elocatas. Prima habuit Emanuelem Regem Portugalliæ; altera Chriſtiernum Daniæ Regem, tertia Ludovicum Regem Hungariæ. Ultima Joannem 3. Regem Portugalliæ, nata poſt obitum patris ſui.

Joanna Marito orba ſola manſit, vocavitque Ferdinandum, qui tamdiu imperiis præeſſet, uſque dum Carolus ſuus filius, in inferiori Germania eductus, & tum ſeptem ſolum annos natus, adultiorem ingreſſus eſſet ætatem. Venit igitur Rex Ferdinandus ex Neapoli Hiſpaniam An. 1507. Hic Regnum Navarræ adminiſtravit, ſed ex brevi tempore vitam cum Regimine depoſuit, cum per quatuor ſolum annos quid eſſet imperium diſcere cœpiſſet. Regina Joanna poſt ejus deceſſum in omnibus ſucceſſit Regnis: ſed cum, ex animi imbecillitate, Regiæ moli par non eſſet, ipsâ adhuc vivâ, præter Hiſpaniæ conſuetum morem, Carolus ejus filius titulum Regis aſſumſit, quamvis adhuc in Inferiori Germania ageret. Obiit Joanna An. 1555. ætatis 75. annorum.

Carolus V. etiam Germaniæ Imperator, vivente adhuc matre ſua Rex Caſtiliæ & Granatæ deſignatus eſt, ſtatim poſt obitum Ferdinandi, cumque dein Hiſpaniam veniſſet, Ann. 1517 pronunciatus eſt Rex Caſtiliæ, Toleti, Granatæ, & pertinentium ad ſtatum Valladolid Regionum, An. 1518. paulo poſt etiam Rex Aragoniæ, Navarræ, Neapolis, Siciliæ ſalutatus eſt. Imperator Francofurti An. 1519. 28. Junii electus eſt, tum in Sacello Aix Ann. 1520. coronatus, & poſtea à Pontifice Boloniæ Ann. 1530. Expeditiones illius illuſtres, plenas auctorum fecerunt paginas, quæ etiam in ſerie Romanorum Imperat. nonnihil nobis tactæ ſunt, Ex uxore ſua Izabella filia Regis Portugall: Ferdinandum, qui juvenis fatis conceſſit, & Philippum 2. Ex Nobili quoque ſed incognita Virgine ſuſceperat Joannem de Auſtria, ut aliòs hic taceamus.

Philippus Secundus natus 21. May Ann. 1527. loco quod quidam illum natum dicant 26. May. An. 1525. Uxorem primam duxit Mariam Portugalliæ filiam Joannis

nis tertii, ex qua habuit Principem Carolum, quem pater neci demiserat Ann. 1568. ex crimine affectati Regni ipsi impositio: in cujus rei fidem ab ingeniosæ oblectationis Magistris versus Ovidii adductus est illumque exprimens annum quo obijt Carolus.

Filius ante Diem patrios Inquirit In Annos. Vid. Strad.

Obijt Anno ætatis 22. Ubi Maria vitam claussisset, Rex novam sibi elegit conjugem Mariam Reginam Angliæ, quæ tamē improlis decessit Tertia ejus uxor fuit Elizabetha filia Henrici II. Galliæ Regis, ex qua genuit Infantem Izabellam Clarogeniam, Principem Belgii & uxorem Archiducis Austriæ Adalberti, & Catharinam uxorem Caroli Emanuelis Ducis Savojæ. Quarta ejus uxor fuit Anna Austriaca filia Maximiliani 2. Mater Philippi tertii illius in Hispania successoris & Ferdinandi. Quanta hic Rex in Belgio gesserit cum quanto humani sanguinis profluvio, satis nota Historia Belgica docet. Tandem miserabili enectus morbo obijt 72. Annorum fatur.

PHILIPPUS tertius. Duxit uxorem Margaritham Austriæ filiam Archiducis Caroli, quæ in Octobri decessit 1611. ex qua multos liberos suscepit. Hic Princeps omnes Mauros Hispaniâ exturbavit: obijt 1621. Madriti, regni Anno 23. vitæ 43.

PHILIPPUS IV. Hodie Regnans Patri suo successit, multos veterum ministrorum exauctoravit, novosque illis surrogavit, Duxit in uxorem 1612. Elizabetham Regis Franciæ Ludovici Justi sororem.

PRÆTENSIO REGIS HISPANIÆ.

ILla est; in Ducatum Britanniæ. Fundamentum ejus hoc est. Fanciscus Secundus duas reliquit filias, Annam, & Izabellam: Anna succedebat in Ducatum Carolo VIII. in matrimonium data, postea Ludovico 12. nupsit, successionem paternam deferebat, ex quo duas suscepit, filias,

Claudiam in matrimonium Franciſco I. datam, & Renatam Ducem Ferrariæ. Franciſcus I. filium reliquit Henricum II. cui tres filii Regis ſuccedebant, Franciſcus ſecundus, Carolus nonus, & Henricus tertius: præter hos filiam Elizabetham Philipp. II. nuptam Izabellæ Archiduciſſæ matrem habebat. Poſt obitum Henrici III. Philippus II. jus filiæ ſuæ matrem repræſentantis allegabat, verum irrito conatu: nam Galli duo ipſi objiciebant, quod nullus extraneus, qualis eſt Hiſpanus, in Provincia Regno per Franciſcum I. innexa hæres eſſe poſſit, idque juxta illorum LL. II. Quod ex ſimili LL. diſpoſitione, illud quod ex hæreditate Regi obvenit, ſemper maneat coronæ annexum. Has ſane exceptiones, in LL. Francorum fundatas, Hiſpani, utpote juri ſuo valde præjudicantes, neutiquam voluerunt admittere, quaſi juri proximitatis & ſanguinis, quod nullæ LL. imminuere valeant, per jura civilia velſtatuta quicquam poſſet derogari.

Altera in Ducatum Burgundiæ eſt; cujus hoc fundamentum eſt.

Carolus Bellicoſus, Burgundiæ Dux, unicam habebat filiam Mariam hæredem. Hanc in matrimonium duxit Maximilianus Imperator, à quo hodierni Reges Hiſpaniæ ſuam trahunt originẽ, quem cum poſſeſſorẽ Belgii & Burgundiæ Galli viderent, illum Ducatu, ex innato contra Hiſpanos odio, privarunt, ſolo ipſi relicto Comitatu dicto la Franche. Ne vero probationibus deſtituerentur, Ducatum Burgundiæ à Regibus Francorum & in ſpecie à Philippo Pulchro, Domino Fœderatarũ Provinciarum in Feudum Maſculum conceſſiſſe allegabant. Fatentur quidem Comitatum Burgundiæ ut Feudum Imperii etiam ad fœminas pertinere, ſed hoc de Ducatu negant. Hac ex cauſſa firmiorem ab Hiſpano probationem deſiderant, quod Ducatus Burgundiæ Feudum ſit fœmineum. Præcedenti rationi hanc Gal i adjungunt, quod omnia à Regno Franciæ dependentia Feuda ejuſdem cum Regno præſumantur conditionis: Lex enim Salica nullam in Regnis, fœminæ patitur ſucceſſionem. Concludunt igitur Ducatum Burgundiæ, deficientibus Maſculis, recte ad Regem Franciæ ut verum Dominum rediiſſe. Hinc maximum inter Ludovicum XI. & Maximilianum exarſit bellum, cui Rex Franciæ Helveticos

auro

auro emptos immiſcuit. Contra Hiſpani hæ ſunt reſponſiones: I. Negat Ducatum Burgundiæ unquam Regni Franciæ feudum, quin potius Germaniæ membrum fuiſſe, remque à primis petit initiis. Ann. 1020. primum Burgundiæ Rex factus eſt Rudolphus gener Buchardi Ducis Suevorum, cujus filiam Bentham uxorem habuit idem ſocer Conradi Imperatoris, qui cum improlis moreretur, ſucceſſit ei Henricus filius Conradi Imperatoris. Complectebatur Burgundiæ Regnum Sequanos, Burgundiam, Allobrogos, Delphinatum, & territorium circa Urbem Arelatenſem, ubi Rhodanus in mare mediterraneum ſe evolvit. Paulo poſt diviſa fuit Burgundia in Ducatum & Comitatum, donec ſub Ducibus poſterioribus rurſus ſub unum imperium redacta ſit. Lugdunenſis Provincia ſuo obſequens fuit Domino. Sabaudia ſuos accepit Comites, Delphinatus ab Umberto in Regem Franciæ conferebatur. Cum igitur Regnũ in tot divideretur partes, interiit, Burgundiæque Reges Imperatori fidem & obſequium promiſerunt. Quin & Carolus ultimus ut Rex coronaretur à Friderico Imperatore petiit, verum fruſtra. Ex hoc patet abunde, Bergundiæ Ducatum ab imperio dependere: petitio enim Privilegii ſuperioritatem arguit. Accedit, quod Burgundiæ Dux ſeſſionem inter Principes imperii habeat. vid. de his Limn. de jure pub. l, 5. c. 2. Exinde Hiſpanus concludit, Ducatum Burgundiæ non à Gallis dependere, neque Regem in defectu Maſculæ prolis ad ſe Ducatum trahere potuiſſe. II. Eandem eſſe Comitatus & Ducatus rationem; quod ſi enim Comitatus in colum cadat, etiam Ducatum, neceſſum eſt.

Prætensio tertia Hiſpani in Cataloniam eſt, quam, ut & Comitatum Roſſilionenſem, Chriſtianiſſimus Galliarum Rex jure belli occupavit.

Quarta Prætensio in Regnum Portugalliæ eſt. Hæc illo nititur fundamento.

Emanuel Rex reliquit Joannem, cui erant, Joannes, Maria, Sebaſtianus, Carolus.

2. Ludovicum, qui habebat filium naturalem Antonium Henricum, primùm Cardinalem, poſtea Regem.

Edvardum, mortuum ante Fata Fratris Henrici Regis, cui erant Maria, Catharina.

Izabellam, cui erat filius Philippus Secundus.

Ex his omnibus Edvardus Henrici Regis Portugalliæ frater, ante Regis mortem, diem ſuum obierat, nemoque magis ex ſanguine Emanuelis, quam Izabella ſoror Henrici, & Catharina filia Edvardi ſuperfuit. Philippus ſecundus ex jure matris, ut ex proximitate gradus excludentis fratris Edvardi filiam Catharinam, Regnum ſibi Arrogavit; frater enim gradu fratris filia proquinquior eſt, utpote qui ulteriorem ex L. XII. tabul. excludat. Adhæc dictus Philippus ſecundus Hiſpaniæ Rex Izabellæ matris ætatem allegabat, quâ nepotem Catharinam præibat, ſed ætatis in adeundis Regnis maxima habetur ratio. Atque hæ ſunt rationes, quæ Philippum 2. commoverunt, ut nulla habita aut proceſſus à Pontifice oblati ratione, proceſſum Portugalliæ occuparet, quæ tamen haud diu in Hiſpanorum permanſit poteſtate. Circa annum enim 1640. Philippus 4. publica procerum Regni voce imperio fuit exutus, quo in illius locum Joannes quartus antea Dux Braganciæ à Catharina procedens ſubſtitueretur. Atque hoc eſt quod Hiſpanus prætendit. Johannes 4. Thodoſii filius Catharinæ Nepos Philippum 2. ratione Izabellæ matris Catharina proximiorem fuiſſe confitetur. Sed hoc proximitati lineæ, quæ hic maxime ſpectari deberet, nihil derogare autumat. Nec minus allegat jus repræſentationis, quod Catharina Edvardum patrem ſuum repræſentaverit, atque ideo propinquior lineâ quam Izabella fuerit. Quod Hiſpanus contra eludit, negans in Regnis & Feudis jus eſſe repræſentationis.

RATIO STATUS REGIS HISPANIÆ.

SI unquam priſtinorum Monarchas ſeculorum, terrarumque Dominos formidabiles cupido ſemper vincendi, & in majus augendi imperium inceſſit, certe illa Heroas Hiſpanicos flagrantiſſima occupavit. Hi autem cum plurimas gentes armis ſub imperium ſuum compuliſſent, veriti ne libertatis ſuæ antea habitæ deſiderio priſtinorumque dominorum memoria accenſi, ad aliquam reſilirent mutationem, optimum duxerunt lenius in principio imperii habitis per-

perſuaſum reddere, deſtinationes ſuas imperſcrutabiles eſſe quæ abſtruſæ diſſimulationi involvuntur.

Illa autem de cauſſa ſedem dominationis ſuæ in Hiſpania Philippus fixit, ut præſens Rex in pace & concordia ſubditorum teneret animos, reliquam vero Europam turbis per artes implicaret, ut bello invicem colliſam, viribuſque ad ultimum exhauſtam, facilius ſolus omnẽ occuparet. Quamvis autem hanc peragendi rem omnem, tempus Philippum defecerit, poſt ſe tamen ita omnia reliquit expedita, ut ſucceſſori ejus, facilem viam ad illa quæ reſtabant peragenda, relinqueret. Unde ſequentes regulæ, quæ veram rationem Status Hiſpaniæ abſolvunt, non ſecus ac oracula obſervantur. *Prima Regula* in Religione fundatur, quâ populi, obtentu conſcientiæ quidvis conantur. Summus Catholicæ Religionis ardor oſtendatur oportet omnibus, qui artibus ſerviat. Perſuadendum Pontifici, auctoritatem ſuam vel hoc maxime medio ſtabiliri, ſi potentiæ Hiſpanicæ in extirpatione Principum Proteſtantium faveat. Reliquis Italiæ Principibus hoc inſtillet, quod ſalva Eccleſiæ contra quamcunque ab exteris ingruentem, vim in profectione Hiſpanica ſita ſit, illa ſola omnes exteros ab Italia arceri, ac Religionem conſervari, quæ alias ex commercio peregrinorũ inquinata maneret. In Gallia, quæ multos alit Proteſtantes, Catholici tamen præcipui validioreſque ſunt, Rex incitandus, ut illos expellat. Papa monendus, ut idem Regi perſuadeat, acriterque negotium urgeat. Contra animandi Proteſtantes, iiſque auxilia promittenda, ut bellum civile inde accendatur, Regnumque hoc tanto magis viribus exuatur. Quod ſi Regi hæc conſilia fuerint ſuſpecta, tum Catholici adverſus Regem ipſum ſunt concitandi, utpote talem, qui hæreticis nimis ac fas eſt faveat, promittendæ igitur ſubditis ſuppetię. Papa etiam, quoad fieri poteſt, his immiſcendus eſt rebus. Quomodocunque autem id fiat nil intereſt, modo eo res deducatur, ut hoc ingens Regnum ſuo ſibi jumento calamitatem attrahat, propriâ ruina exagitatum corruat, ne, quod facere conſuevit, obicem Hiſpanicæ Monarchiæ ampliorem ponat.

Cum Anglia, ubi primas Proteſtantes obtinent, quibuſcunque conditionibus paciſcendum, ne illa maritimâ ſanè potentiâ admodum potens, in Indiis, unde præcipui adfe-

runtur thesauri, sibi aliquod faceſſat negotium, atque sub hac ficta amicitia Catholici tanto facilius in Anglia tolerentur. Ea de cauſſa peculiaria in Flandria & Hiſpania erigenda ſunt Collegia, in quibus Anglica juventus in Religione Catholica informetur, eademque ad hoc ſpeciali munificentia alliciatur, muneribus concilietur.

Secunda Regula In Germania, ubi Imperator Romanus quidem Catholicus eſt, Proteſtantes tamen in partem potentiæ veniunt, allaborandum ſedulo, ut imperium penes domum Auſtriacam, quę eadem eſt cum Hiſpanica, conſerſervetur, quippe quæ ſola adverſus Proteſtantes propugnaculum, iiſque ſupprimendis par ſit, idque ſub Religionis velo, & quaſi hiſce mediis Chriſtiani contra Turcas defendantur. In Helvetia, ubi Religio utraque parem habet cum poteſtate auctoritatem, altera pars contra alteram concitanda, ac Proteſtantibus quidem ſpes facienda, Proteſtantes ipſi in prædam datum iri, iiſq; ita conſtringendi, ut quovis tempore fœderi mutuo renuncient. In Belgio confœderato, ubi jam Catholici potentiâ & Imperio ſunt exuti, populuſque necdum diuturnis quamvis cruentis bellis cladibuſque attritus, longævis Armorum induciis, ſchiſma ſeminandum, quod animos eorum ſeparet, vel jam pace utrinque confirmata Præcipuorum, qui clavum Reipub. tenent, mores pecunia, largitionibuſque corrumpendi, ut conſilia Senatus prodant, Hiſpaniſque in conſulendo faveant.

Cæterum in omnibus ſtatibus clandeſtini foveantur inquiſitores, quo officio omnium optimè Legati, quibus undique ingens habetur honor, defungi poſſunt, nec minus per Monachos & concionatores, qui in ſacris roſtris multâ pollent auctoritate, tum etiam per privatos, auro Hiſpanico conductos. Miniſtri Principum in partes imprimis flectendi, ut, ſi quid in præjudicium Hiſpanorum agatur, id ſincere enuncient, ut etiam eos, qui Principi ſuo fidelem præſtant operam, integriſque moribus ſunt, criminationibus gravent, odioſos reddant, & quibuscunque modis in exitium præcipitent.

Tertia Regula in negotiationibus & tractatibus conſiſtit, qui perſonas, quibus eſt ſpectata fides ſilentii, requirunt. In his ſemper pacis deſiderium obtentui ſumendum, ut alii hoc ipſo ſecuriorem agant quietem, belli tamen neceſſaria

ria clam parentur, ut nihil tale metuentes imparati impetantur. Quod si inter duos Principes, tenuioris conditionis, oriatur dissidium, illico offerendum illorum conciliandorum studium, sive sub judicis, sive vero arbitri conditione. Controvertentium interim alter adversus alterum sub larva conciliationis stimulandus, cum altero fœdus feriendum, spe facta, alterum prædæ utrique futurum, ad ultimum utrumque ditione sua exuendum. Nulla occasio prætermittenda, se vicinorum negotiis immiscendi, ut tamen alii è propriis Hispaniæ excludantur. Ne vero Galli Italicis se immisceant negotiis, cum cura vigilandum, utpote qui soli Hispanorum destinationibus ibi detrimentum ingens facere possunt.

Quarta Regula in perpetuo consistit Armorum exercitio, quo & subditi in continuo Imperii obsequio & vicini in perpetuo conserventur metu, tum vero hostium conatus occupari queant, vel, si nimis secure agant, tutius impetantur; facilique occasione sub imperium redigantur.

Quintam Regulam Auctoritas constituit, quam Hispanis severus Religionis Catholicæ ardor conciliat & apud vulgus venerationem gignit. Hæc inferiores incitat, fœdera cum Hispano pangendi illiusque se protectioni submittendi. Atque hęc succincte ad mentem Comitis Ruani hac de Materia dixisse sufficiat.

JUDICIUM POLITICUM DE HISPANIA,

EX SENTENTIA
PHILIPPI HONORII
IN RELATIONE HISPAN.

QUamvis Potentia Hispaniæ magna sit, admirabilior tamen videbitur, si attendatur Aragoniæ Regnum ex infimo statu quo erat Ann. 1470. ad tantam amplitudinem provectum fuisse, non armorum quidem strepitu, aut populorum strage atque eversione, sed ope nuptiarum, ac matrimoniorum: equidem per nuptias Ferdinandi & Izabellæ, Regna Castiliæ & Aragonum post mortem Henrici Regis conjuncta fuêre. Quemadmodum autem Hispanis propitia fuit fortuna, ita virtus ac sagacitas maxime profuit,

fuit, in acquirendis Regnis Navarræ, Neapolis, Granatæ, & Mediolani. Adeo ut revera pronunciandum sit, coronam Hispanicam brevi tempore ad hanc, quam cernimus, magnitudinem perveniſſe rara ſane felicitate propter magnam atque mirabilem Regum ſuorum conſtantiam atque patientiam, quâ Gallicorum exercituum potentes impetus ſuſtinere & bello cunctantes fortunæ viciſſitudines expectare, neque ob adverſa ulla animum deſpondere, ſed quotidie magis invaleſcere valuerunt, dum omnes cenſebant, eos de tanto dejectum iri culmine, demum contra omnium hominum ſententiam tot Regnis debellatis victores evaſiſſe.

Lib. 21 Audiamus judicium Auguſt. Thuan. ita de Hiſpanis prolatum: Hiſpanicum nomen antea obſcurum, & vicinis pæne Nationibus incognitum, primum emerſit in Duce Raimondo Cardano contra Gallos, tractu temporis in tantam excrevit magnitudinem, ut formidoloſum ex eo & terribile toti terrarũ orbi eſſe cœperit. Nullam autem uſquam Hiſpanus Gallos invadendi occaſionem, vel contra datam fidem, prætermittit.

Boteri de Hiſpania hoc eſt Judicium, quod ab orbe condito nullum extiterit Imperium, Hiſpaniæ Regis Imperio majus. Quippe quod præter Inſulas, Imperia, Regiones plurimas in omnibus Mundi quatuor partibus, Dominus ſit multarum Regionum, adeò ut veriſſimè dictum ſit, quod in illius Regno ſol nunquam occidat. De quo tamen uſitato pronunciato Ampliſſ. Verulamius ita ſentit. Solem in Imperio Hiſpanorum nunquam occumbere, ſed aliquam ejus partem ſemper irradiare, ſi verum dicendum ſit, radius quidem eſt gloriæ, non dico corpus ſolidum gloriæ, in quo Monarchia Hiſpanię reliquis omnibus ſuperior eſt. Cæterum quamvis potentia Hiſpanica per univerſum diffundatur orbem, magnum tamen à pauco tempore paſſa eſt detrimentum, cum ubique plurimas perdiderit & ingentes poſſeſſiones. Ac in Hiſpania quidem

In lib. de ſapient. Veter.

Digitized by Google

quidem numerum XIV. Regnorum, Burgundiæ Ducatum, & 7. Provincias Belgii, in Africa optimos portus magnique momenti loca. In Asia plurimas Insulas, Regnum Ormitz, (de quo proverbium apud Arabes, si mundus esset annulus, Ormuzium haud dubie gemma foret) & cum provinciis, quam plurimas Urbes, in tabula Gölnitzii Geograp. notatas, Brasiliam, Flandriam, Brabantiam Domini IV. Hæc si adhuc omnia, viciniaque quadam conjuncta Rex Hispaniæ teneret, salvum utique maneret Cl. Boteri judicium. Adhæc, cũ illa quæ adhuc possidet Hispanus Regna, non imbellibus populis erepta sint, sed bellatoribus strenuis, fingẽs adhuc illi facessũt negotiũ illi, qui ęgre alienigenã Dominũ patiuntur.

Regnum Ormiz, Regi Persarum ereptum est. Conflixerunt Hispani cum Rege Cambajæ, Calecuti, & Rege Acham milite Turcico instructissimo. Quæ expeditiones Portugallorum non magis admirandæ, quam Alexandri M. in Persia & Asia victoriæ. Præter alia hoc mirandum, quod 12000. Lusitani, nec plures, tot potentes in Asia Reges veluti fræno coerceant & ad 90. annos in officio contineant. Quamvis autem Rex Hispaniæ dissita habeat Regna, illa tamen quasi classe conjungit, & tuetur. Et licet Turcarum Imperator plus terrarum & portuum maritimorum possideat, caret tamen illo nautarum numero, quo Rex Hispaniæ gaudet. Duabus potissimum in rebus Hispanus Turcâ superior est: I. Ut ut Turca plures numero subditos habeat, tamen quia magnam partem Christiani sunt, non audet iis confidere contra Christianos: II. quod oræ maritimæ Regis Catholici magis conjunctæ sint, quam Turcarum Imperatoris, indeque vires maritimæ facilius conjungi possint. Contingit autem classes occidentales sæpius superiores esse orientalibus, & septemtrionales meridionalibus, quod ipsi fatentur Turcæ, nostras triremes illorum longe esse superiores. Quoniam autem per totum orbem Hispanicæ ditiones sparsæ sunt, distractęque, eo difficilius defendi possunt. Accedit, quod Hispani crebras arces in subactis terris extruere, illasque validis præsidiis munire soleant, quæ res magno militum numero indiget. Quid quod ipsam Hispaniam Angli, Scoti, unitæque Belgarum Proviciæ viribus maritimis longe superent, quod Thuan. lib. 5. testatur. Examinavit subtiliter potentiam Hispanicam Boccalinus

calinus in Petra del Paragone, ubi per ſtateram Hiſpanicas vires ponderat, ſed reliquis Regnis & Rebuſpub. multo minores. Ita ut quamvis Imperium Hiſpanicum tam longe lateque diffuſum ſit, & in tantam excreverit magnitudinem, ut mole laboret ſua, majores tamen expenſas quam reditus habet, Ita ut veriſſimum dictum ſit Stradæ, quod ingentia corpora magnis plerumque morbis obnoxia ſint, carius alantur, motuque tardiora, & accipiendo vulneri latius porrecta. Quod in corpore Reip. Hiſpanicæ ſatis patet. Accedit, quod cladibus à Gallis ſæpius affectus ſit Hiſpanus, perdideritque Cataloniam cum Portugallia, indeque dependentes Inſulas. Magnum quoque Hiſpanicæ potentiæ robur exiſtimantur validæ claſſes, quæ tamē ſæpius à minimis navibus deletæ ſunt: quod pugnâ navali effectum dederunt Hollandi in littore Britannico A. 1635. Et ſoli Batavi plures uno menſe in utramq; Indiam emittere poſſunt naves, quam Hiſpani ſenis. Ad firmandam potentiam copiæ terreſtres & equeſtres Hiſpanis ſunt. Sed, ſi recte calculum ponimus, amplitudine tanti Regni longe inferiores. Et quamvis Hiſpani ſtrenui ſint milites, qui vitam, ut antiqui teſtantur ſcriptores, ſine armis nullam exiſtimaverint: Laborum patientes & ingenioſi, ſtratagematum conſiliorumque fabri; tamen illorum terra penuria incolarum laborat & vix 9. milliones hominum complectitur. Cauſſam tantæ paucitatis egregie lateque notavit Campanella in Monarchia Hiſpan. ubi Conſilium ſuppeditat, quo pacto Hiſpanica gens creſcere poſſit, nimirum per matrimonia cum Belgis Britanniſque contracta. Inter Principes autem cauſſas Inquiſitiones numerantur, Maurorumque ejectio. Tempore Caroli V. ad tantam paucitatem Hiſpani erant redacti, ut exercitus vix 9. millium, de Hiſpanico milite, ex Hiſpania duci potuerit. Nobilitas ipſa propter peculiare Privilegiū exire regno detractat, & vix unquam Pyrenæos montes egreditur. Inter alias hujus rei hæc eſt primaria cauſſa, quod magnificentiā ſuam

Dec. 2. 46.

apud

apud exteros ita ut domi exerere nequeant. Ærario Regio India Occcidentalis nutrimentum ceu Stomachus miniſtrat, ſed & in illa potentes experitur rivales Gallos, Belgas, Anglos, quorum quanta ſint contra Hiſpanum Conſilia, hiſtoriæ teſtantur. Neque ulla Hiſpano ſunt nota loca auri, rerumque pretioſarum feracia, quæ his tribus nationibus non eſſent notiſſima. Exiſtimat non nemo eruditorum, vix quicquam eſſe, quod facilius ſubverti queat, quam ſtatus Indicus, Africanus & Americanus: quod Hiſpaniæ Vires multis adverſis præliis & infauſtis navigationibus valde ſint attritæ. Auri argentique fodinæ Indicæ, avarâ perveſtigatione evacuatæ aut aquis obrutæ, multum ſunt imminutæ. Ærarium Regis immodicis ſumptibus ita eſt exhauſtum, ut Rex quotidie mutuò ſumat à Genuenſibus & Antverpienſibus Mercatoribus. Apertum cum Rege Galliæ bellum non parum quoque vires attrivit Hiſpaniæ. Ferunt Philippum II. Regem Hiſpaniæ moribundum pronunciaſſe, ſe ſubducto calculo plurimas Myriades auri inutiliter conſumſiſſe, neque tantæ operæ aliquod pretium habuiſſe, præter Portugalliam, quæ tamen facile amitti poſſet, dictum factum. Conſilium Status Philippo III. Hiſpaniarum Regi bonum ſuppeditavit Conſilium A. 1619. ut media adhiberet moderandæ incolarum infrequentiæ, mitigando enormia tributa, quę miſeros abigunt, & expellunt, hocque faceret exemplo Priſcorum Regum Hiſpaniæ. Neve Rex, in res cauſſaſque tam inutiles, tantam pecuniæ vim effunderet. Ut parceret immodicis donationibus & ſumptibus: qui effundi ſolent in aulicos, peregrinos, Legatos, in exteros proditores. Ubi tantas inter gazas tam egenus factus Rex, ut omnium pæne debitor audiat, & tantum abeſt ut ingentes Americæ opes Regno tantum utiles ſint, quantum incommodent Nec minus damni attulerunt donationes innumeræ, quibus Duces, Marchiones, Epiſcopi, Nobiles, & alii bene multi affecti ſunt. Hoc per exemplum Ferdinandi & Izabellæ patet. Igitur non concedendam iis, quos ſupra diximus, perpetuam aulæ inhabitationem: ſed perfectis negotiis cito dimittendi. Suaſerunt quoque ne pupillis Regno excedere permitteretur, & commerçia cum exteris vetarentur. Utque ſinguli adigerentur ſuos proprios inviſere labores, ſuaque quiſque maneret

neret in Provincia, tam majoris quam humilioris conditionis. Ablegandos ex Curia Magnates. Epiſcopos, & alios, ne Fiſcus Regius tantam opum jacturam faciat. Ut agri diligentius colerentur. Ut expenſis modus ſtatueretur. Inhiberentur LL: bus, in aula & alibi non neceſſariæ Regis in alias Provincias profectiones. Pubem ruſticam, à cujus labore omnes vivunt, Privilegiis ad meliorem agriculturam excitandam, ne omnia onera, exemptis per Privilegia Nobilibus, ad illam devolverentur: Ne impoſterum facile Nova Monaſteria, aut Novi fierent Ordines Religioſorum. Tandem ut 100. Quæſtores abrogarentur, quod aliud non quærat, quam miſeram plebem opprimere. Utque Rex recenti malo medelam ferret, antequam Lethale fieret, & incurabile. Varia de Hiſpanis videre cupiens judicia vide lib. Arçanor. domination. Hipan. Todos Todos, &c.

FINIS HISPAN.

Digitized by Google

4
317

LIBER QUARTUS,

EXHIBENS

MORES VETERES ET RECENTIORES

GALLORUM,

STATUM ECCLESIASTICUM, POLITICUM, REDITUS, VIRES, POTENTIAM, SERIEM REGUM, PRÆTENSIONES, RATIONES STATUS, JUDICIUM POLITICUM, ETC.

EX SUPRA

CITATIS BONIS AUCTORIBUS ALIISQUE IN FRONTE MATERIARUM POSITIS.

MORES

Digitized by Google

MORES VETERUM GALLORUM.

CLemens Alexand. & Strabo, Antiqui ſcriptores de Gallis teſtantur, quod promiſſos crines alere ſint ſoliti, nec permiſſum erat Regi, diviſum in fronte, & præciſum aut tonſum capillum geſtare. Symmachus illos à cura addiſcendarum literarum commendat, Caton. duplicem in ſuis orginibus laudem ipſis tribuit, cum quod armis, tum vero elegantiæ linguæ operam darent. Cæterum Galli ſacris & Religioni addictiſſimi fuerunt mortales, adorabant Mercurium, quem omnium artium inventorem, & comitem omnium iter facientium, credebant. Venerabantur etiam Apollinem, Martem, Jovem, Minervam, eandemque fere de illis quam aliæ gentes fovebant opinionem. Pro illorum ſalute, qui ex morbis decumbebant, homines immolabant: illi, quibus uſus ſacrificandi interdictus erat, pro ſceleſtis habebantur. Inter hos, maxime celebres ſunt autorum ſcriptis, Druidæ, quibus ex omnibus unus Imperio & auctoritate præerat. Primo vitâ functo, digniſſimum quemque mortuo ſurrogabant. Si plures æqualia commendarent merita, tum is, pro quo plurimum vota faciebant, Princeps proclamabatur. Hi Druidæ ſingulis annis in certum locum omnes convocabant, qui in foro jure experiri vellent, ibi partium componebant rixas. Illi, qui caſtra ſequebantur, ab omnibus tributis, quæ incolis imponebantur, immunes erant. In more habebant ad comitia in conventum armati procedere. Plutarchus narrat, quod illorum fœminæ belli & pacis conſilia tractarent, quæ viri dein exequebantur. Si quis orationem haberet in comitis non acceptam, quidam, cui id datum erat negotii, ſtricto & in altum ſublato gladio ſilentium imperabat: ſi prima vice Orator non taceret, tum ille ſecundâ, mucrone minas vibrabat; quod ſi tandem non pareret monitis, capite plectebatur. Qui peregrinum interfeciſſet, graviſſime puniebatur: reliqui, qui incolam aliquem trucidaſſent, proſcribebantur.

Quod ad res bellicas attinet, Galli hoc à Marsilienſibus didicerunt, ut muris habitationes ſuas clauderent: quod omnibus ſe periculis de ſtudio expoſuerint, auctor eſt Ælianus. Vopiſcus gentem perhibet inquietam, & pacis impatientem.

Cum ira accenderentur, cujus impotens gens eſt (Livio teſte) illos non paruiſſe Regi, idem autor eſt. Libertatis ita tenaces fuerunt, ut, cum aliquando captivi detinerentur, dentibus catenas perfringerent, ut, effractis levioribus partibus, gulam alter alteri frangere poſſet. Livius dicit quod in bello primo impetu pluſquam viriles eſſent, in exitu minus quam mulieres. Idem: *Galli gens eſt, cui natura corpora animoſque magna magis, quam firma dedit. In omne certamen plus terroris, quam virium ferunt.* Suo tempore ita timebantur Galli, dicit Salluſt. ut totam Italiam tremore percuterent, & *ubi cum aliis nationibus pro gloria, cum Gallis pro ſervanda vita* dimicabant Romani. Juſtino teſte, Reges Aſiæ tanti Gallos fecerunt, ut ſine illis nihil quod bello acquiſiviſſent, conſervari poſſe crederent, nec recuperare quæ perdidiſſent. Cum ab Alexandro interrogarentur, quid potiſſimum timerent, reſponderunt ne cœlum ſuper ſe ruat. Ælianus ſcribit, illos fugam ignominioſam habuiſſe ſemper. Cæſar hoc de illis perhibet, quod in bellum exituri omnes mares & qui 14. annum attigiſſent armatos cogebant, & qui ultimum veniſſet, in conſpectu omnium graviſſimis tormentis necabatur. Ex eodem autem Cæſare nonnulla de Gallica gente afferemus teſtimonia: l. 3. de Bell. Gall. dicit *Gallorum ſubita & repentina ſunt ingenia. Omnes fere Galli novis rebus ſtudent, & ad bellum mobiliter, celiterque excitantur.*

Ad bella ſuſcipienda ut Gallorum alacer, & promptus eſt animus, ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt,

L. 4. de B. Gall. *Galli ſunt Conſiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent: in Gallia non ſolum in omnibus Civitatibus atque pagis, ſed pene etiam in ſingulis domibus factiones ſunt*, lib. 6. de B. Gall. de moribus Gallor. fuſius agit.

Modus armorum, quo utebantur, hic erat:

Gerebant graves enſes, & oblongos, verum ſine mucrone, adhæc haſtis oblongis, ferro acuto munitis, utebantur;

Digitized by Google

tur: capita cornubus, aliisque animaliũ exuviis, ad terrorem hosti incutiendum, circumdabant. Magis autem equite, quam pedite valebant. Cæsar de potentia equitum Gallicorum facit mentionem: jam jam vero pugnaturi horrendum & trucem sustulerunt clamorem. In castris, militem secundum nationes dividebant, & cujuslibet Urbis miles seorsim pugnabat, ut omnem ita evitarent confusionem. Impetratâ victoriâ captivos Diis immolabant. Druidæ & Equites magnæ apud illos erant dignationis, quorum primi sacris occupabantur & prædicebant futura, alteri ex occasione castra sequebantur. Nefas erat liberos in conspectum parentum suorum nisi armatos venire. Marito vitæ & necis in uxorem potestas erat. Ædes suas in sylvis & in circumjectis rivis habebant, ad vitandum nimium æstatis calorem. Cum cibum caperent, non accumbebant, sed prostratis super pellem lupinam, vel caninam, pueri parvi ministrabant. Pauperiores aquam, ditiores vina ex Italia bibebant: cibus communis lac & carnes erant. Si cui titulus honoris tribueretur, & alter sibi illum melius competere existimaret, de hoc usque ad mortem depugnabant. Ammian. Marcellinus testatur, illos venationibus cum voluptate incubuisse: natare etiam solebant, Cæsare auctore: in funeribus, omnia defuncti pretiosa in ignem conjiciebant, ut alia plurima auctorum de illis consignata taceamus.

MORES GALLORUM NOSTRI TEMPOR. ET I. PARISIENSIUM.

PArisienses satis gratæ sunt indolis.

Commoveri facile possunt. Argenti cupidine ingenti flagrant, ut nihil sub sole sit, cujus ope Parisienses non utantur pro paranda pecunia, id quod hominibus vilioris conditionis imprimis commune est. Peregrinis non multum fidunt, & magna erga advenas laborant suspicione, nec sane sine caussa; quia multoties ab illis decepti sunt. Fœminæ Parisiensium ostentatione delectantur, & magni pretii vestimenta sibi comparant, ita ut supra conditionem census elegantes incedant, & ingentes luxu proluant opes. Mariti

illarum illis complacere ſeſe ſtudent, ita & fœminæ omnia fere imperio regunt, voluptatibus undique vacantes & tempus variis ludis & novis oblectationibus fallentes. Hoc tamen illis laudi cedit, quod ad Xenodochia. Orphanotrophia, ſæpius accedant, ægrotis omnique ope deſtitutis pharmaca & victum præbeant.

Hic populus novarum quæ in mundo geruntur rerum relationibus admodum delectatur. Cum illi, qui ex opere manuario vivunt, filias locant, multos ſumptus in illas impendunt, ita ut cenſum plerumque ſuperent, hoſpites autem invitati quilibet pro ſe ſolvunt. Nobiliores contra, minus his, quam pro conditionis ſuæ dignitate, impendunt. Ad ultimum, Pariſienſes ſatis ſunt civiles & humani, ut reliquos omnes Gallos in hac laude præeant. Ruricolæ feri ſunt, & horridi, ut ſimiles vix alibi reperias.

Carnutes amabiles, & humani audiunt, omnibus ſuaves & officioſi, mutua inter ſe pace concordes vivunt, amant peregrinos, pii, & Religioni Veterum addicti, charitate & miſericordiâ erga pauperes ducuntur, eleemoſynis pariter ac lucri faciendi ſtudio commendabiles.

Belſii ſimili fere genio præditi, dediti agriculturæ, & mercaturam frumento exercent. In multis locis callidi & aſtuti ſunt.

Chataudunienſes, boni ingenio, & ſubtili pollent intellectu, ex dimidiis verbis ſenſa dicentis percipiunt, paucis etiam dictis ſe expediunt, ita conciſe & breviter, quam ſæpiſſime loquuntur, ut vix intelligi videantur.

Bloenſes propter aëris amœnitatem humani ſunt, affabiles, concordes, pacati, ſubtiles, rei familiari addicti, laboribus ſeduli, peregrinorum amatores, cum quibus tranquillè vivunt: verbo, hujus Regionis populus elegantiâ morum nemini in Gallia cedit.

Vendomenſes ingenio affabili civilique præditi, omnique culturæ, & rerum elegantiæ addicti ſunt, imprimis ut in aliqua re, cui animum applicant, excellant.

Orlèanenſes, & illis adjacentes, civiles ſatis ſunt, gratam habent valde linguam, mordaci ſunt ingenio, Animoſo tamen & mercaturæ ſtudiis addictiſſimo.

Senenſes olim monſtrarunt, quantis pollerent animis, cum omnium primi fuerint, qui in Italiam conceſſerant. Populus

lus minime malus eſt, & nequicquam ferus. Omnes incolæ Religioni addicti ſunt.

Campani dicuntur ſuarum opinionum obnixe tenaces & pertinaces, aditu tamen faciles ſunt, nec novis indulgent auditionibus.

Picardi libere agunt, oblectamentis faciendis prompti, ſed adhæc aſtuti audiunt, conviviis valde delectantur, nec magis alios, quam qui illis in poculis reſpondent, æſtimant. Bene invicem conveniunt, ut, quod ſi unum civem offenderis, reliquos omnes tibi iratos timeas. Hæc natio minime pectoris duplicis eſt, ſed cui in omnibus ſecuram fidem habere poſſis.

Turones ſunt pleni humanitatis, & affabilitatis, Regi imprimis fidi, commerciis addicti.

Meduani laboribus dediti, induſtrii, ingenio ſubtiles ſunt.

Normanni audiunt callidi, nec ulli legi aut extraneorum conſuetudini ſubjecti, ex antiqua vivunt Politia, quam tenaciter ſervant. In litibus juris prudentes & circumſpecti ſunt.

Britones culti civileſque ſunt, & in vita communi converſatione accepti, humanitatis tamen laude reliquis pares non ſunt. Illos lucri habet ſtudium, & poculis indulgent libenter liberiuſque.

Anguiniones à bono commẽdantur ingenio. Reverentiam ſui, curæ habent. Ideo jactabundi, parum commercia curant, ſed ex annuis vivunt. Nobiles literas amant, magnifici, & civilia præ ſe ferunt ingenia. Reliqui rudes & laboribus dediti ſunt, opinionum propugnatores, & ad arma quaſi nati.

Perigordii hilares, agiles, & ſobrii deſcribuntur, parvo & parabili contenti, magniſque ſe occupant exercitiis. Fœminæ illorum caſtæ, reique familiari addictę ſunt. Nobiles, humanitatis exercitia & ipſius virtutis amplectuntur.

Limoſii indole ſobrii, nec niſi in urbibus vina bibunt. Boni ſunt parcique Oeconomi, parentes cum liberis concordes cohabitant, quin inter illos familiæ reperiuntur, in quibus centum numerantur

capita eadem ſtripe nata : adſcendunt vero etiam ad decrepitam ſenectam. Maxima horum pars laboribus vacat, ſed hoc vitio notantur, quod nimium in lites juris faciles ſint. Nobiles etiam contentiones ſæpius inter ſe miſcent: reliqua, generoſi audiunt.

MORES GALLORUM NOSTRI TEMPORIS

AVerni dicuntur eſſe aſtuti, labores naviter exercent, lucri cupidi, & ideo mercaturam ardenter amplectuntur. Homines duplices, rixis & injuriis ſe invicem raptantes. Nobilibus humanitas tribuitur.

Burbonenſes ejuſdem fere cum modo dictis ſunt conditionis, commendantur propter morum elegantiam, rei familiaris tenaces, & peregrinis affabiles eſſe dicuntur.

Meſſinenſes rudes nonnihil ſunt, validi, laborioſi, ſimplices, Religioſi vocantur.

Burgundi opinionum ſuarum admodum ſunt tenaces, honorem ſuum accurate obſervant, magnis inhiant rebus: fœminas habent elegantes, ad Maritorum obſequia promptas, & quas impudicitiæ captare nemo queat. Plebs laboribus, & in vineis prę ſertim colendis deſudat: cæterum ſeditiones non amant, quamvis validos & audaces natura eſſe voluerit.

Lyonenſes maximam partem peregrinorum numerant, & ad Italorum Mores proxime accedunt. Populus ibi ſuavis & acceptus eſt, Viri juxta ac fœminæ eleganti veſtitu & ſumptuoſo incedunt, ſpecie magis quam re tales.

Delphinates Principem ſuum effictim amant, libertatis tamen ſuæ acerrimi cuſtodes. Incolæ affabiles, ingenio lepido, omnium artium capaces, & imprimis Mathematicæ ſcientiæ addicti, in ſermonibus liberi, diſſimulatores, de ſe optime ſentientes, eſſe judicantur.

Provinciales, ſobrietatis valde amantes, ex propriis vivunt reditibus, inconſtantes, avari, pectoris ſubdoli, fidei dubiæ, ſuarum virtutum jactatores, arrogantes, feri, quibus arga dominos reverentia animis excedit: Fœminæ Italice vivunt. Incolæ, ſi ullibi, in Gallia animoſi ſunt. Cantilenas valde amant, quibus ſæpius curas pellunt: ultimùm, religioni addicti, &, pro bonis Catholicis, ſuis æſtimantur.

AUCTO-

AUCTORES QUI DE MORIBUS GALLORUM TAM ANTIQUIS QUAM RECENTIORIBUS SCRIPSERUNT QUI CONSULERE CUPIT VID.

EX antiquis habitudinem corporis Gall. deſcribentem Cæſarem l. 2. de Bell. Gall. Polyb. l. 2. T. Liv. l 8. dec 4. Ammian. Marcell. l. 15. & 19. Strab. l. 2. Petron. Liv. 38. Agath. Strabon. Clem. Alex. Liv. l. 5. dec. 3.

Qua Fœminas. vid. Amm. Marcell. qui ipſis pulchritudinem & fœcunditatem præ reliquis tribuit. Diod. l 5. Strab. l. 4. Plut. 1. Politian. l. 7. Stratag. Diod. l. 5. Athen. l. 13. Orſel. Maſſilian. Naviger. Athen. l. 12. Eraſmum. Clement. Alex. l. 3. c. 3.

Qua Ornatum corporis. Polyb. l. 2. Strab. l. 4. Plin. l. 34. Tacit. 7. Ann. Catel. de Languedoc. Eginard. in vit. Carol. M.

Qua Habitationem Cæſar. l. 5. de Bell. Gall. Strab. Vitruv. Athen. l. 4. Sidon. Apol. l. 8. ep. 11. Plin. l. 22. c. ult. Diod. l 5. Plin. l. 22. c. 35. & 14. c. 22. Plutar. in Camil. l. 14. c. 6. Athen l. 4. c. 77.

Qua vitia animi. Liv. dec. 3. l. 2. Vopiſc. in Aurel. Liv. l. 5. Scaliger poët. l. 3. c. 17. Diod. l, 6. c. 9.

Amm. Marc. l. 15. Athen. l 4. c. 17. Polyb. l. 2. Cœl. Rhod Ant. lect. Diod. l. 5. Euſeb. l. 6. c. 1. præp. Evang. Plut contr. Apollon. Caſſiod. ep. 12. Port. Caton. Melam, Sidon. Symmachum ep. 8. lib. 9. Julian. Apoſt. in Miſop. Plin. l. 18. c. 11. Scal, poët. l. 1. c. 4. Ammian. Marcell. lib. 15. Plin. l. 18. c. 11. Pauſ. in Phoc. Tacit. de Morib. Germ. Celſ. Plin. Ariſt. in Admir. Sidon. Apollin.

Qua Connubia. l. 6. Cæſar. de Bell. Gall. Tit. 46. de la loy Salique.

MORES HUJUS TEMPORIS

Qua statum corporis, vid. Pierre d, Avity descript. Gener. Europ. tom. 2. Tum habitum, victum. apud eundem.

Qua corporis exercitia. Scal. de Subtil. ad Card. 167. sect. 1. Barcl. Icon. Anim. Diod. l. 5. Isac. Pont. Bartol. & Bald. M. S. des Ordonnances de Paris. & d'Orleans.

Qua linguam. Merul. part. 2. l. 3.

STATUS RELIGIONIS GALLIÆ, SECUNDUM M. S. S. P. ET PIERRE D'AVITY.

Epiphanius tradit S. Lucam fidem Christianam Gallis prædicasse, Tertullianus suis quoque testatur temporibus multas Galliarum Nationes fidem Christianam suscepisse, postmodum etiam universum Galliæ Regnum, Christianorum Sacris nomen dedisse A. C. 456. sub Rege Clodoveo, qui bellum contra Sicambros gerens, votum fecit se victoriâ obtentâ sacrum Baptismum suscipere velle. In hujus coronatione columba dicitur oleum cœlitus attulisse. Hinc loco trium bufonum 3. lilia insignibus Regiis inserta sunt.

Ipsum autem Regimen Ecclesiasticum quod attinet, notandum; illi Archiepiscopos, & Episcopos præesse. Archiepiscopi verò duo sunt novi, ut Tholusæ, & Parisiensis. Prior ab Ann. 1317. sub Papa Joanne XXII. alter Parisiensis An. 1622. sub Gregor. XV. electi.

Episcopi novi, à Papa pariter Joann. XXII. electi sunt, ut Mirepoix, Alet, S. Papoul. S. Pons de Tommieres, &c. Habent autem Archiescopi suos suffraganeos, non secus ac illi primates in veteri orientali Ecclesia, cum quibus optime possunt componi. Ita Archiepiscopus Viennæ tanta poliet auctoritate, ut dicatur Primas Primatum. Archiepiscopus autem de Lyon hanc obtinere non potuit dignitatem, quia sedes Lyonis primariam aliquam Provinciam sub sua potestate nunquam habuit.

Multi

Multi aatem in Gallia ſunt Archiepiſcopi & Epiſcopi, qui honore Cardinalium digni ſunt.

In Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Electione hoc ſemper fuit obſervatum, ut Rex Papæ certas nominet perſonas hac functione dignas, 6. Menſes ante electionem.

Juriſdicto Eccleſiaſticorum in Gallia ſeparata eſt à temporali, Habentque curas Eccleſiaſticas, ex miniſtris Eccleſiaſticis, cognoſcentes de rebus controverſis, ut divortiis, magnis criminibus. Hæc juriſdicto ordinaria eſt vel delegata: in ordinaria diſponunt Officialis, Archiepiſcopus, & Epiſcopus. Delegata ſpectat ad confervatores Privilegiorum Apoſtolicorum. In cauſſis gravioris momenti appellationes ad Regem devolvuntur. Eccleſia Gallica multis gaudet immunitatibus& privilegiis, quod ex Conciliis, quæ in Galliis crebrius haberi ſolent, apparet.

Ordo Eccleſiaſticus Galliæ, ex certo ab hinc tempore, conventus ex conſenſu Regis celebrare ſolet, ſingulis quinquenniis, in quibus de decimis & aliis tractare ſolet negotiis.

Præter Catholicam Religionem etiam Reformatę locus eſt in Gallia, quæ primum ſub Franciſco primo innotuit Ann, 1515. poſtquam Johannes Calvinus librum Inſtitutionis de Religione Chriſtiana in lucem edidiſſet, Regique inſcripſiſſet, An. 1536.

Non permiſſum autem eſt Reformatæ Religioni addictis in Regno Galliæ ſolennes celebrare conventus per Deputatos, qui in hujuſmodi adhiberi ſolent negotiis. Solent tamen ex ſpeciali Regis diſpenſatione Synodos, conventuſque Provinciales inſtituere, ubi de illorum conſulere ſolent diſciplina & miniſtrorum inſtitutione.

Habent autem Reformati certas in Gallia provincias, in quibus cum ingenti ſuorum multitudine liberum Religionis paragunt exercitium, ut ſunt Languedocia, Delphinatus, Bearnia, Normandia, &c. Ut & plurimas Urbes, quarum numerus videri poteſt apud Pierre D'Avity, in deſcr. Gall. p. 122.

Sub Nomine Status Eccleſiaſtici etiam Scholæ, Collegia & Academiæ continentur. Inter alias Marſilia celeberrima eſt omnium, quod Cicero, Strabo, aliique veteres auctores

auctores teſtantur. Secunda ab illa eſt Autinenſis (l'Eſcole d'Autun) Tholuſæ, d'Arles, Narbonnenſis, Lyonenſ.

Academia Pariſienſis, non magis antiquitate, quam majeſtate ſua inſignis eſt, filia Regum natu maxima, fundata ſecundum plurium opinionem à Carolo Magno Ann. 791. Gallis Theologiæ Magiſtra.

Illa in Montpellier Medica facultate inſignis eſt.

Aurelianenſis Academia Legibus ſacra eſt.

Præter has aliæ multæ ſunt, ut Poictiers, Caën in Normandia. Burges, Nantes, Rheims, Valentiæ, de Aix, Orangiæ, de Dole, &c.

Hic omnia recenſere Collegia, & Scholas artibus humanioribus deſtinatas, & à Principibus, Cardinalibus, Epiſcopis, aliiſque fundatas Magnatibus, nimis foret prolixum. Scholis annumerari ſolent Xenodochia, Orphanotrophia, &c. in uſum pauperum fundata. Inter alia hoc memoratu dignum, quod Rex Henricus III. Pariſiis Xenodochium fundavit, cui nomen impoſitum eſt Domus Charitatis. Huc milites ex bello ſaucii adferuntur, & miſeram curant valetudinem. Hæc de ſtatu Eccleſiaſtico breviter dicta ſufficiant.

Qui plura ſcire deſiderat de Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorum Suffraganeis, Abbatibus, eorumque privilegiis, dignitatibus & annuis reditibus, conſulat inſignem auctorem Pierre D'Avity in deſcriptione Gall. p. 124. & ſeq.

REGIMEN GALL. POLITICUM
EX DESCRIPT.
PHILIPPI DE MORNAY,
DONINI DE PLESSIS, & alios

DE REGNO GALLIÆ.

REgnum Galliæ Monarchicum eſt, excluditque à ſucceſſione fœminas Lege Salica. Hæc à Saliis ſeu Francis dicta eſt, vel Franconibus Germanis; unde etiam Franci Salingi dicti, quod flumen Salæ accolerent. Verba legis Salicæ hæc ſunt; In terra Salica mulieres ne ſuccedant.

Reges in Gallia à Pharamundo ad demortuum uſque Ludovicum XIII. numerantur ſexaginta quatuor. Eorum

rum triplex eſt origo. I. Morovingiorum à Morovido, nepote Pharamundi II. Caroli Magni, III. Hugonis Copeti Comitis Pariſienſ. Miniſterium Regis Gall. hoc eſt.

I. Le grand Chambellan, magnus ſeu ſupremus Cubicularius ſeu Præfectus cubiculo, is eſt le Duc de Mayne.
II. Les premiers valets de Chambre, cubicularii primarii 4. ſunt.
III. Le grand Maiſtre d'Hoſtel, ſupremus Aulæ Magiſter ſemper eſt aliquis ex Princip. ſanguinis.
IV. Le grand Eſcuyer, Magnus Stabuli Magiſter.
V. Le grand Veneur, ſupremus Venationis Magiſt.
VI Le grand Fauconier.
VII. Le Maiſtre d'Hoſtel, magiſter aulæ Palitii ſive Aulæ.
VIII. Le Prevoſt de l'Hoſtel. Præfectus Palatii ſeu Aulæ.
IX. Le grand Panetier, qui annonæ & victus curam gerit Quæſtor.
X. Les Eſcuyers trahans ex ordine vel Nobilium vel Nobilitatorum.
XI. Le Chanſon, ſub quo multi alii.
XII. Le Chancelier.
XIII. Le garde des Seaux, Cuſtos ſigilli.

DE OFFICIIS REGNI MILITARIBUS ET TOGATIS.

I. LE Conneſtable.
II. L'Admiral.
III. Le grand Maiſtre d'Artillerie, ſupremus rei armamentariæ Præfectus.
IV. Les Lieutenans,
V. Le grand Pieur de France, hic caput ordin. Melitenſ.
VI. Le grand Auſmonier, magnus Eleemoſynarius.
VII. Le grand Treſorier, ſummus Regni Theſauri Præfectus.
VIII. Les Secretaires.
IX. Les Mareſchaux de France, olim Marchalci Franciæ 4. ſal-

4. saltem erant, jam vero numerus excurrit, & sunt Duc de Bouillon, Comte de Brissac, de Bois, Dauphin, do Roqualaure, de Montigny, de Themines, de Souvray, d'Ornano, Desphan, &c.

DE PRINCIPIBUS GALLIÆ.

HI alii Principes sanguinis sunt, alii Duces nativi, Galli & Germani, quibus non Principum nomen, sed Ducum competit, alii Duces extranei, originem ex Illustribus familiis ducentes.

Ex sanguine Principum sunt I. Regis Frater Gasto, Monsieur le Duc d' Anjou II. Henricus de Bourbon, Prince de Condé, cujus soror nupsit Philippo Auriaco de Nassau, Fratri Mauricii de Nassau, III. Monsieur de Bourbon Comte de Soissons, &c.

Familia Monpensariorum sanguinis Borbonii nuper esse desiit in Henrico Borbonio Duce de Monpensier, relicta unica filia, item Monsieur de Bourbon, Duc de la Roche sur Yon obiit improlis.

Inter Principes extraneos, Lotharingii potiorem obtinent locum, Ampliſſima dominia in Gallia cum matrimoniis acquisita, tum Regum liberalitate ob præstitam in Rempub. egregiam operam, donata possident. Hinc variis gaudent titulis 1. *Le Duc de Guise* 2. *Le Duc de Joinuille*, *Le Duc de Mayne*, *Le Duc d' Aumale*, *Le Duc d' Aiguillon*, *Le Duc d' Elbeuf*, *Le Duc de Mercure*.

Reliquæ familiæ extraneæ Duces sunt Les Ducs de Nemours, qui sunt ex familia Sabaudiæ, Les Ducs de Nevers & Ceuvre, ex familia Gonzagorum Mantuæ Principum.

Duces Galliæ nativi jam dicendi sunt: illi vocantur; I. Henry d' Orleans, Duc de Longueville, & ipsi agnatus Domte de S. Paul. nati ex familia Valesiorum Aurelianens. Ducum naturaliter, Les Bastards d' Orleans, La Comté de Neuf-Chastel, Henrij Duc de Rohan, Duc d' Espernon, Le Duc de Tingry.

Mommoranciorum familia antiquissima est.

Le Duc de Boüillon premier Mareschal de France.

Familia Joyensium (Ducs de Ioyeuse) quæ esse desiit.

Duc d' Espernon, Les Ducs de Rets. Florentini sunt.

Le Duc de Vendosme en Limosin. Le Duc d' Usex en Languedoc.

Monſ.

Monſ. de Ceſſe, Comte de Briſſac. His adduntur naturales filii Regum Gall. Carolus de Valois Comte d' Auvergne & Clermont fil. Carol. IX. Cæſar de Bourbon, Duc de Vendoſme & Beaufort. Henric. IV. fil. natural: &c.

DE PARLAMENTIS.

HOrum hoc tempore decem ſunt, Pariſienſe, Tholoſanum, Gratianopolitanum, Burdegalenſe, Redonenſe, Rothomagenſe, Aquenſe, Divionenſe, Tribunal ab Henric. IV. Gall. Rege inſtitut. in Metropol. caſtro Palo (Pau) Metenſe.

A. Pariſienſi niſi juſſu Regis appellatio non conceditur. Dividitur illud Parlamentum in varias claſſes, & curias.

I. Curia dicitur la Grande Chambre, quæ de appellationib. verbalibus cognoſcit.

II. La Chambre de l' Edict in favorem Religionis Reformatæ facta.

III. La Chambre de la Tournelle, ubi tractantur cauſſæ criminales.

IV. La Chambre des Requeſtes du Palais, in qua Nobilium cauſſæ deciduntur.

V. La Chambre des Enqueſtes, ubi judicantur res Civiles.

VI. Les Requeſtes de l' Hoſtel, ubi de famulitio Regio judicatur,

VII. La Chambre du Threſor, ubi de Regia pecunia cognoſcitur.

VIII. Le Chambre des Comtes, in hac redduntur rationes excepti & expenſi à Regiis Quæſtoribus (Receveurs.

IX. Turonium Andegavum, ubi Generalis Quæſtor eſt, ad quem particulares ſeu ſpeciales collectas pecunias deferunt.

X. La Chambre des Aides, in qua de collectis ſeu indictionibus & ſubſidiis cognoſcitur.

DE PARIBUS CURIÆ.

ERant olim certi Principes Seculares, qui per Provincias, quas poſſidebant, parium perſonam ſuſtinebant, hodie

res

res plane alia est. Pares olim erant Burgundię, Aquitaniæ, Normandiæ Duces, & Flandriæ, Campaniæ, Toloſæque Comites, vera illum dignitas expiravit in interitu Principũ & Comitum illorum Dominiorum. Parium autem numerus hodie idem est, qui olim, nimirum 12. Virorum, inter quos sunt 6. seculares, & sex Eccleſiastici. Hi sunt Archiepiſcopus Remensis (*Reins en Champagne*), ad cujus officium pertinet Regis inauguratio: Epiſcop. Laudunensis, *Laon en Picardie*, Lingonensis, *Langres en Champagne*, Catalonienſis, *Chalon en Champagne*, Nouiomensis, *Noyon en Picardie*, Bellovacensis, *Beauvais* in Francia.

Sed hæc hodie mutationibus obnoxia sunt: solent enim Reges pro temporum varietate hanc Parium dignitatem Principibus Conſanguineis conferre, id quod hodie in usu est, quorum numerus vel copia si deficiat, Viri militari virtute clari ex illustrioribus ut plurimum adhiberi solent. Hi antiqua consuetudine de Princip: sanguin. alicujus criminis enormis rei judicánt, ut & aliorum Magnatum, quæ omnia hoc seculo Regum arbitrio disponuntur.

DE FEUDIS.

FEuda tam Nobiles majores, quam minores, ut & Ignobiles tenere possunt. 1. Illa venduntur quotieſcunq; Feudatario placuerit, nec Domino Feudi super hoc interrogato. Emptor vero ipsi Domino dat duodecimam.

DE CIVIBUS, NOBILIBUS, MERCATORIBUS, OPIFICIBUS.

NOn moris est in Gallia jus Civitatis emere, quod in Germania obtinet; hinc cuilibet in Gallia liberum est emere, conducere, artem manuariam exercere. Nobiles mercaturam exercentes, jura Nobilitatis perdunt, & quotieſcunqe annui colliguntur census, à quibus Nobiles immunes sunt, opus habent Nobilitatem suam demonſtrare. Cæterum Rex Galliæ abſolute potest imponere ſubditis tributa, exactiones, census, Vectigalia, &c.

DE ORDINE SACRO ET BENEFICIIS GALLIÆ EX DN. DE PLESSIS.

ARchiepiſcopus & Elector Trevirensis & Archicancellarius per Galliam, & Regnum Arelatense Arles en Proven-

Provence. Expiravit autem ista dignitas, postquam Galliæ Regnum ab imperio fuit separatum. Est Monasterium Pictavii S. Hilarii: ejus Abbas, finita copula civili & Ecclesiastica, primum concumbit cum Regina. Abbas autem is ipse Rex est. nam Reges Galliæ perpetui hujus Monasterii Abbates sunt. Jesuitæ demolita illa illis ignominiosa Pyramide Parisiis restituti sunt, & in Regnum admissi A. 1603. cum his conditionibus

I. Nullus sit in Gallia Jesuita, nisi Gallus.
II. Provincialis etiam illorum sit Gallus.
III. Nullum Collegium cujuscunque Eleemosynæ prætextu ulli erigant, nisi expresso Regis consensu.
IV. Exceptionem Fori nullam habeant.
V. Ne ab ullis qui in ipsorum Collegia cooptari se patiuntur, neque ex testamento, neque ab intestato aliunde quicquam bonorum immobilium capiant.

Rex jus habet beneficia Ecclesiastica conferendi, contra Concilium Tridentinum in Gallia nondum receptum, id quod sub pœna hæreseos Laicis negatum est.

Clerici in Gallia ad Ecclesiam Romanam provocare non possunt. Contra eos Reges procedunt.

Pragmatica sanctio est antiqua, in qua præscribitur modus administrandi bona tam Ecclesiastica, quam Regia.

DE HUGENOTTIS.

HOrum in Gallia ingens est numerus in omnibus Regni partibus & Urbibus, excepto Comitatu, ipsaque Urbe Avinionensi ditionis potentissimę Habent vero illi certas quas vocant Securitatis urbes, ad quas velut Asylum confugiunt; Gubernatores illarum sunt Reformatæ Religioni addicti: inter Urbes principē tenent locum *Montpellier*, *Nismes*, *Montauban*, *Saulmeur*, *la Rochelle*, *Chastellraut*. Academias habent Salmurensem, Mompessulanam, Nismensem, & Montaubanensem. Templa Calviniana per Galliam numerantur 70. vel 69. Quotiescunque quid incidit, Conventus Generales indicuntur, interdum Synodus Universales ob res graviores, de quibus in commune consultandum est, idque in certa Regni Provincia instituunt, ad quos præcipui Ministri Ecclesiarum convocantur, Illustres, Nobiles, alii magnæ dignationis Viri, usu & experientia vitæque integritate insignes.

REGI-

VT vero etiam interiores Regiminis Politici, quod in Gallia eſt, partes exponamus, ſciendum eſt Regnum Galliæ hæreditarium eſſe, ita ut Rex nunquam in Gallia ſecundum proverbium moriatur: ſolùm autem Regni capaces ſunt, ij qui ex maſcula deſcendunt linea, quo excluduntur fœminæ per expreſſam Regni legem. Ita olim pulchre in Gallia reſponſum eſt, cum quidam fœminam in Regno ſuccedere vellent: Lilia neque nent, neque laborant.

Quamvis autem Regno cum imperio præeſſe nequeant Reginæ, ſæpius tamen una cum Regibus maritis ſuis conſecratæ, coronatæque leguntur: ut Regina Clementia, altera Conjux Regis Ludovici Hutini, Joanna prima uxor Philippi Vallenſis, Joanna ſecunda uxor Regis Joannis, Maria Medicea uxor Henrici IV.

Gaudent etiam certis Privilegiis, cum in illis plurima peculiaria jura Galliæ conferantur.

Cum in aliquam Regni perveniunt Urbem, poteſtatem habent liberandi à morte captivos.

Habent etiam in ſuis terris poteſtatem de Appellationibus cognoſcendi.

Miniſtri Regii ſtatus, qui Regi in aula cum magna dignitate officia præſtant, eadem quoque illi Statui, qui Reginæ proprius eſt, in eodem reſpectu honoris, poſſunt exhibere, ut Magnus Magiſter, Cancellarius, &c.

Reginæ viduæ in Gallia dictæ ſunt Albæ (les Reines Blanches) Primi Galliarum Reges ad Conſilia Regni vocarunt illos, quos Nobilia ſtemmata, vel Merita & Virtus commendabant, ut Principes, Dominos Regni, Epiſcopos, alioſque magnæ dignationis. Judicabant autem Regni negotia publicum concernentia, vel Conſilium Regis, vel Status, in Regno Generoſorum: cui etiam nomen Parlamenti datum eſt. Negotia autem, quæ juſtitiam privatis reddendam ſpectant, illorumque proceſſus, lites & deciſiones, Curiæ Pariſienſi demandata ſunt, aliiſque Regni Parlamentis.

Antiquum verò Conſilium Regis, unde nomen magni Conſilii ſervatum eſt, nullum caput aliud habet quam Cancellarium.

Con-

Digitized by Google

Consilium Privatum obtinuit nomen *Magni* Consilii, quod etiam publicis expressum est diplomatibus. In hoc Consilium primum consultabant Principes, Episcopi, Cancellarius, 8. Magistri quærelarum, 17. Consiliarii, 2. Secretarii, unus Advocatus & Procurator Generalis. Materiæ, de quibus Consilium fiebat, majoris erant momenti, ut hæreditatis, beneficiorum, &c.

Consilium autem Regis talem ordinem & formam non habet, quam aliæ Curiæ. Cancellarius Regis illi omnem dat Ordinem.

Habent autem Provinciæ Gallicæ suos Gubernatores, qui diversos obtinent titulos in suis Regionibus. His autem auctoritate Regis data est potestas illas Regendi Provincias non secus ac apud priscos Romanos fuit observatum.

Illorum Regimen in causis armorum, justitiæ, & aliis uæ ad ærarium spectant, constabat.

Status Nobilis Regni (Les Estats Generaux du Royaume) ex tribus Ordinibus est compositus, nimirum Ordine Ecclesiastico, Nobilitate, & tertio sequiori statu.

Moris autem est, ut Rex publico diplomate & Edicto, concluſa ſtatus vel Consilii, nota faciat, adjecto anno & die.

Edicta mittuntur Parlamentis, & per illa Prætoribus & Scabinis, qui illa nota faciunt Præpositis, & judicibus alicujus districtus.

Cum Consilium Status factum est, Rex, vel Cancellarius exponunt causam convocationis, tresque ex quolibet Ordine Deputati Orationibus universim querelas, proponunt.

Observata etiam est Camera Ecclesiastica, in qua 140. deputati, quos inter Cardinales, 7. Archiepiscopi, 47. Episcopi, 2. capita Ordin.

In Camera Nobilium 132. Nobiles & in tertio Statu 192. deputati.

Quod Statum Nobilium spectat, ille in magno apud Regem est honore, & gratia; cui permissum est, cum gladio ad Regis faciem succedere, usque in illius conclave, quod aliis minime concessum.

Origo Feudorum tum primum in Gallia cœpit, ubi Regnum à Gothis, Wisigothis, & Vandalis aliisque Nationibus Barbaris purgatum esset.

Multa verò adhuc hodie reperiuntur in Gallia mancipia, ex longo tempore ſervata, non obſtante, quod Eccleſia toties contra ſentiat, & Chriſtianos nulla eſſe ſervitute premendos publicè doceat.

Provinciæ vel terræ, quæ LL: Romanis réguntur, quas jura ſcripta vocant, ſunt Languedocia, Delphinatus. Provincia, Guiennæ pars. Reſidua Galliæ pars per conſuetudines regitur, quæ LL: valorem obtinent. Provinciæ Regiones & Urbes ſuas habent conſuetudines: jus Canonicum in Delphinatu, Provincia, Lotharingia, aliiſque ſtrictè obſervatur.

Urbes, quæ LL: Romanas obſervant, etiam ſua habent ſtatuta, quorum reſtrictio & interpretatio penes Parlamentum eſt.

Habent autem Parlamenta Miniſtros etiam diverſæ Religionis. Conſiliarios Reformatæ Religionis, receptos habet Parlamentum de Roüen. Non ejuſdem autem Parlamenta ſunt dignitatis: Nam Curia Parlamenti de Dyon de Rennes, & Aix non habent Cameras edictorum, ut Pariſienſis.

Varia judicum nomina illorumque fructiones vid. apud Pierre D' Avity in Regno Gall. In Capite de Regimine Polit. ut & Les Eſtats, in dicto loco de Regimine Polit. Gall. Nobis hic prolixioribus eſſe non licet.

DE POTENTIA, VIRIBUS, REDITIBUS REGNI GALLIÆ.

EX PIERRE D'AVITY, LES ESTATS, M. S. S. P. &c.

REditus ac divitiæ Regni Galliæ ſunt 1. Ex Mercatura Parienſ. quò non ſolum totius Galliæ opes inferuntur, ſed & omnes illæ quæ ex Italia, Anglia, Hiſpania, Germania, omnique propemodum Europa adferri ſolent. 2. Ingens lucrum ex vinis incolæ capiunt. 3. ex frumento, etiam in Hiſpaniam exportari ſolito, 4. Ex ſalinis. 5. ex ſubtiliſſimo lino. 6. His accedunt ferri, argenti, metallorumque aliorum fodinæ. Terra quoque in Gallia nulla, quæ non magnum ſui præſtet uſum. 7. Commoditas quoque fluminum, quibus tam exportari quam importari res commode queant,

Digitized by Google

queant, magna eſt. 8. Multitudo Civitatum & oppidorum, cauſſa eſt magni emolumenti. 6. Tanta ex mari ſalis copia extrahitur, ut ſal mare totum videatur. 10. Ad Regem Regni ſpectat patrimonium alienari prohibitum: quare & ſacrum dicitur. Excepto caſu quoties aſſignatio Regum filiis conſtituitur, cum eorum conſenſu & Decreto Parlamenti, ordinumque Regni. Eſtque patrimonium hoc totius coronæ, cujus Reges non ſunt niſi uſu fructuarii. 3. Sequuntur tributa, non niſi extra ordinem & tempore belli imponi ſolita, ut militibus alendis ſufficiant.

Hæ tamen non niſi à tertio ordine, hominibus plebeis, dantur. Hæc diſtinguuntur, in perſonalia, realia, & mixta, quæ ſcilicet domiciliis plerumque imponuntur. Ab illis tributis exempti ſunt 1. Eccleſiaſtici, modo tales maneant, 2. Nobiles duplicis generis. 1. Genere & ſanguine tales, 2. Officiis, ut pote familiares & officiarii Regni, illorumque Fratres, Filii, Sorores, modo non exerceant mercaturam. 3. milites. 4. Secretarii Regii. Rectores Univerſitatum, & ſtudioſi. Nec non Conſiliarii, Advocati, Procuratores, ſecretarii, aliique officiales publici. Huc ſpectat tributi adjumentum propter militares copias ab Henrico 2. indictum, quod ipſum lapſu temporis factum eſt perpetuum V. Auxilia vel ſubſidia primum facta Johanne Rege in Anglia captivo poſtea perpetuo facta & aucta, per viceſimum & octavum vino impoſitum. Ut Gaballa ſalis. Nam ſal in horrea Regia certis locis diſpoſita reconditur, pœnâ capitis conſtitutâ in eos, qui aliunde quam ex his horreis emerint. 7. Portoria, nam mercibus è Regno exportandis vectigal primum impoſuit Carol. V. quod ab illo tempore perpetuum manſit. 8. Tributum à Franciſco I. conſtitutum. 9. Decimarum quoque exactio antiquiſſima eſt. 10. Officia publica venalia modus corrogandæ pecuniæ Thuano, aliiſque graviſſimis autoribus pudendus, de quo abrogando cum A. 1614. Conſilium haberetur, inventa eſt ab Ordinibus inde redundans ſumma 200. Myriad. librarum, quæ ſumma, cum aliunde reſtaurari nequiret, nihil actum fuit, quamvis abrogatio ſæpius fuerit tentata.

Inter tantas tamen opes ſæpius theſaurus Regius evaneſcit, cujus rei plures cauſſæ. 1. Sumtus bellici, 2. ſumptus vicinis & confœderatis populis ſuppeditati, qui 5. aut 6.

haud raro myriades ſuperent. 3. Quod patrimonium Regium ſit oppignoratum. Nam ex Tailles, quæ quotannis 19. Myriades dare ſolent, non niſi 6. Myriades ad Regium ærarium conferuntur, reliquæ intra manus officiariorum, quæſtorum, & theſauro præpoſitorum, ſubſiſtunt. Cui rei hodie remedium eſt quæſitum. Accedunt reliquis, ſtipendia & penſiones officialium, & quæ in Helvetios alioſque confœderatos quotannis erogantur. Joh. de Laët in Rep. Franc. inde potentiam Galliæ pulchre demonſtrat. 1. Cum Regnum Galliæ fere in medio Chriſtiani Orbis ſit, ideo aptiſſimum judicatur ad uniendas, & disjungendas prout placuerit, Principum Criſtianorum Vires. 2. Utrumque ejus latus duo claudunt Maria, ſed hoc unico politicæ rei gnari dolent, quod in tanta navium multitudine Regno periti nautæ deſint. 3. Regnum Galliæ ab omni plaga, naturâ & arte eſt munitiſſimum. 4. In ipſo eſt fertilitas terræ admirabilis, ut nullius rei ſit indiga Gallia, qua opus haberent incolæ. 5. Multitudo navigabilium fluviorum tanta facit commoda, ut Catharina Medicea dicere ſolita ſit, in Regno ſuo plura navigabilia flumina eſſe, quam in reliqua Europa. Æſtimatur quoque ejus potentia 1. ex munitis caſtellis ad limites Regni poſitis. 2. copiis equitum. 3. tormentorum bellicorum numero. 4. obſequio Nobilitatis. 6. ex patientia onerum ferendorum apud plebem. Numerantur in Gallia, auri attrahendi magnetes 1. Frumentum, 2. Vinum, 3. ſal, 4. cannabis, unde Rex Galliæ Ludovicus XI. dicere ſolitus; quod pratum viride Gallia ſua eſſet, quod, quotieſcunque fœniſecio opus eſſet, ſecare poſſet. Et Maximilianus I. Imperat: Rex Franciæ eſt Paſtor Ovium, qui oves ſuas cum velleribus aureis toties, quoties opus eſſet, tonderet. Affirmant Politici, Regem Galliæ adeo potentem eſſe ut quotannis ultra millia millionum librarum habere poſſit. (Les Eſtats) Quod ſi Mercurius Gallicus tantæ potentiæ junctam ſemper haberet prudentiam comitem, Arbitrii ſui Europam facile redderet. Sed non fruſtra Poëtæ finxerunt Herculem furioſum, Rolandum fatuum, Achillem iracundum, Martem incautum. Sic magnos non parvus error premit. Cum autem potentia non tam ex pecunia, aut civium multitudine, quam bono regimine æſtimari debeat, notari meretur quod quidam obſervarint.

Digitized by Google

varint. Galliam ab eo tempore, quo Regnum eſt, nunquam eſſe devictam ab alia gente, nec unquam eguiſſe auxilio externo. Contra, quantum valuerint foris arma Gallica, Memoriæ noſtri ævi & expeditio Caroli M ſatis loquuntur. Addenda hic ſunt nomina tributorum, vectigal. &c. Cenſus Galli vocant les *Tailles*, ad quos colligendos Viri digni tempore quadrageſimæ eliguntur. *Dacia* exiguntur à Vino: *Tributs*, tributa, Decimæ Eccleſiarum: *Les parties Caſuelles* ante annos ſunt introductæ, quæ ita ſe habent: Mortuo aliquo officiariorum, Rex hæredi pecuniam, quâ officium emptum erat, reddit, & illud denuo per auctionem vendere jubet, ut qui plus dederit illius fiat poſſeſſor. *La Maiſtriſe*, cum artis alicujus peritus ſpecimen edit. Omnia extraneorum ſive Italorum ſive Germanorũ bona Fiſco cedunt, ſi diem obeant in Gallia. Toloſæ tamen, atque in tota Provincia extranei teſtamentum condere poſſunt, iiſque proximiores ab inteſtato ſuccedunt, ſingulari Regum Ludovic. XI. & XII. beneficio: Burdigalæ idem habent privilegium.

Nobiles & Mercatores, qui ſubditos & colonos habent, ab iis cenſum exigere non poſſunt, quod ſoli Regi competit.

Adhæc reditus, à voluntate Regis dependent. cum penes Regem poteſtas ſit pro lubitu tributa imponendi. Qua de re, exactæ redituum in Gallia rationes haberi, ut in aliis Regnis, nequeunt. Cæterum tellus Gallica tam ferax eſt omnis generis frugũ, ut ex inde profluens utilitas, vix commode æſtimari queat. Accedit ad tantas naturæ divitias & rerum feliciſſimum proventum, impigra incolarum in labore induſtria, tum mercaturæ aſſiduum ſtudium. Quæ omnia adeo Ærarium publicum locupletant, ut Reges Galliæ, quamlibet graviſſima olim gererent per multos annos bella, ſemper tamen aliquot milliones poſt Fata reſiduas reliquerint. qua de re vid. Pier d' Aviti tom. 2. deſcript. General. Europ. Reg. Gall. p. 25. & 26.

Reditus Franciæ ſemper conſtarunt in Ordinariis nummis & extraordinariis.

Ordinarii reditus & plurimum annui, accedunt ab aliquot annis ad quadraginta milliones florenorum.

Reditus autem extra Ordinem, mediam ſupra dictæ ſum-

mæ partem reddebant. Ita ut Rex percipere poſſit ſingulis annis ex ſtatu ſuo ſexaginta milliones florenorum & quod excedit.

Reditus ex Clericis Franciæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Curiis, & aliis beneficiis per calculum ſub Henrico II. examinati præſtabant 18. milliones 200. millia florenorum. Decimæ tres milliones.

Dominium Regis ejuſque Coronæ, ab impoſitionibus exemptum eſt, cum velut ſacrum ſit, & patrimonium ſuorũ Regum. Neque poteſt alienari niſi ſub certa conditione, ita tamen. Ut iterum ad coronam redeat. Dominium eſt immutabile, in perpetuis conſiſtens reditibus, qui nec creſcunt, nec minuuntur. De quo cum ſuperius actum ſit, hic nihil addemus.

La taille, ſive tributum, redituum genus eſt, ſub quo certæ continentur ſpecies, ut adjutorium, conceſſio, &c.

Les Aydes, vel adjumenta, impoſitiones antiquæ ſunt.

Les cinque groſſes fermes. Quinque majora vectigalia ſive locationes vectigalium. Quæ conſiſtunt in aromatibus & aliis mercibus quæ importantur.

Le fermes de la foraine en Languedoc, vectigal ex locatione, quod in Languedocia, & aliis Provinciis eſt.

Ut autem mercatura aliis in locis, ita etiam illa in Gallia velut vena portæ omnium eſt divitiarum.

Quod diſtrictum Pariſiorum limites attingentem ſpectat, magnam nummorum præſtat copiam, ex argento quod ex mercibus conflari ſolet. Purpura, quæ Pariſiis conficitur, per totam Europam venalis effertur, ut & Aſiam, & in ipſam Chinam uſque.

Frumentarii ingentem faciunt quæſtum ex frumento & ſiligine, quæ per ſingulas divendunt partes.

Vinum Aurelianenſe non ſolum mercatores Galliæ, ſed etiam peregrinorum & imprimis Anglorum allicit nationes. Ipſa Aurelionenſis civitas propter Germanos, illuc tam ob commorandi commoditatem, quam ſtudiorum gratia appellentes, non leves contrahit divitias, tum vero quod elegantèr gallice ſonet

Territorium de Beauvais parvum habet oppidum dictum Bulde, unde venit linum ſubtilius, &c. Reperitur quoq; inibi terra, ubi vaſa, quæ magni æſtimantur, conficiuntur, nec

mino-

minoris ſunt valoris, quam illa, quæ Venetiis venduntur.

Notari autem hic merentur præcipuæ Regiones, ex quibus propter rerum variam copiam magna colligi queunt tributa.

Terra Nivernenſis habet ferrum, quod in provincias extraneas exportatur, ut & mille alia affabre ex ferro in Urbe de Nevers confecta.

Præter vinum ſequioris generis, d'Anjou dictum, & in Angliam alioque exportatum, lanificium quoque ibi floret, ex quo ingens ſumma pecuniæ percipitur, imprimis à mercatoribus Hiſpanis.

Nulla in tota Gallia Urbs eſt, plenior mercatoribus quam Roanum, ubi cives mercaturæ optimam habent cognitionem. Tota Normandia florentiſſimum exercet mercatum.

Britannia lucrum facit ex ferro, plumbo, argento, illiuſque fodinis.

Rochella pariter divitiis eſt florentiſſima, propter viciniam maris quod illam alluit, & commercia Anglorum & Belgarum, qui ibi frequentiſſimi appellunt.

Xantonia, ex frumenti abundantia magnam pecuniæ elicit vim, quod Hiſpani propemodũ ſingulis exportant annis.

Perigordia, ex porcorum frequẽtia frequentes facit nummos, illorum uſum Hiſpanis præſtans. Habet etiam aurifodinas chalybem, pubemque robuſtam huic labori aptam.

Limoſii ingentem habent lanæ copiam, quam extra Regnum ferunt: quamvis autem illorum urbs remotior ſit à mari, ut aliis fluminibus commodis minime gaudeat, floret tamen mercatura nihilominus.

Alvernia preſſam lactis copiam, vulgo caſeum in magno exhibet numero, tum verò panni, tapetum, rerumque aliarum, ad veſtium uſum, utilium.

Burgundia, frumentum Hiſpaniæ miniſtrat, tum Italiæ, ex quo ampla conſequitur lucra.

Lyonum inter emporia Galliæ, mercatu celeberrima eſt, ex qua tota Italia, & pars Hiſpaniæ Gibraltar ſpectans, commoda ſumit.

Le Foreſt, mittit opera ſua ferri & chalybis per totum fere orbem, imprimis urbs S. Stephani, ubi mercatores opibus affluentes reperiuntur.

Delphinatus ex frumenti abundantia nummos colligit. Hoc in Hiſpaniam & Italiam exportatur. Ejus etiam promontoria divitias non temnendas parant, ex mulorum copia, tum verò equorum, aliorumque animalium, quæ in Piedmontum & in Italiam devehuntur. Camelos quoque, qui argentum bajulant, habent.

Languedocia ſuum habet glaſtum, quod in varias emittitur Regiones. Hujus rei ſolius uſus mercaturâ communis totam Provinciam opulentam reddere poteſt, quod hęc planta ab omnibus Europæ incolis diligenter inveſtigetur, & cujus abundantiam hæc Regio abunde præſtet.

Illi qui circa Florenſacum & Pomerolos & Lauragues accolunt, copiam quoque frumenti exhibent in Hiſpaniam exportandi. Illi ex Montpellir divitias colligunt ex pharmacis, quæ extra Galliam portant, quæ ſane omnium ſunt præſtantiſſima.

Illi de Frontignac & de Cantaperdis divites ſunt, per illorum vinum dictum Vin Muſcat, ex uvis paſſis conditis quæ per totam Europam exportantur.

Quod Provinciam attinet, illa ex frumento, quod ad exteros mittit, non parva lucra facit, tum ex malis citreis, malis aureis, uvis paſſis, ficubus, aliiſque fructibus. Plena hæc eſt Provincia argento, ex cauſa quotidianorum commerciorum.

SERIES, ILLUSTRIUM FAMILIARUM, ET QUIDEM PRÆCIPUORUM I. PRINCIPUM

PPrincipes Galliæ ſunt vel Coronæ proprii, vel peregrini. Coronæ proprii ſunt Duc d' Orleans cum ſuis titulis.

Henricus de Bourbon 2. nomine, Princeps Condeus, & de Conty, (quorum primus noſtris annis excidit ſua in Gallia dignitate, quod partes Regis Hiſpaniarum ſecutus, arma contra Patriam movit, & criminis læſæ Majeſtatis ideo damnatus ſit.

Charles de Valois, Duc de Aangouleſme, Comte d' Auvergne.

Cæſar Duc de Vendoſme de Beaufort, factus ab Henrico IV. 1597.

Henry

Henry de Bourbon, Epiſcopus Metenſis, naturalis filius Regis Henrici IV.
Henry d' Orleans, Duc de Longueville & d' Eſtouteville, &c.
Maria Dux de Nivers & Retelorum, filia Caroli de Gonzaga Ducis de Nevers & Retelorum Ducis de Mantuani & Montisferati, Princip: S. Imperii.
Henry de Lorraine, Dux de Guiſe, Par Franciæ, &c.
Claudius de Lorraine, Dux de Cheureuſe Par Franc. &c.
Charle de Lorraine Duc d' Elbœuf, Par Franc. &c.
Charles Amedèe de Savoye, Dux de Nemours, Par Franc.
Henry de Savoye de Nemours Marchio.

DUCES ET PARES FRANCIÆ.

HEnry de la Trimouille, Duc de Thours, Princeps de Talmont, &c.
Le Marquis de Noirmonſtier & de Royan.
Louijs Gouffier, Duc de Roüanes, Marquis de Boiſy.
Emmanuel de Cruſſol, Duc d' Uſez, Par Franciæ, Princeps de Soyon.
Charles de Clermont de Tonnerre, Dux Luxemburgi & de Piney, Par Franciæ.
Bernard de Nogaret de la Valette, Duc d' Eſpernon & de la Valette. Par Franciæ.
Hercules de Rohan, Duc de Montbaſon, Princeps de Guyenne.
Margarita Dux Rhoani, Princeps de Leon, Comes de Porbovet, unica filia Henrici de Rohan Ducis & Paris Franciæ.
Charles de Levy, Dux de ventadour, Par Franciæ, Comes de la Veulte.
Le Marquis de Mirepoix, Seneſchal de Cercaſſone in Languedocia.
Henry de Gondii, Dux de Rais & de Beaupreau, Par Franciæ, &c.
Maximilian François de Bethune, Dux de Sully, Par Franciæ, &c.
Roger, dux de Bellegarde, Par Franciæ.
Federic. Maurice de la Tour. Dux de Buillon, Princeps Sedani, Vice Comes de Turene.

Henry

Henry de la Mark, Dux de Buillon, Comes de Maulevier.
François de Blanchefort de Crequii, Duc de Lesdiguieres, Comes de Sault Par Franciæ.
Louiis d'Albert, Dux de Luynes, Par Franciæ, Marchio de Albert vel de Ancre.
Honorius d'Albert, Dux de Chaulnes, Par & Mareschalcus Franciæ, Rector Picardiæ.
Claudius Dux de S. Simon, Par Franciæ.
Franciscus Dux de la Rochefaucaud, Princeps de Marsillac, Par Franciæ.
Franciscus de Cossé, Dux Brissaci, Par Franciæ.
Georgius de Branquas, Dux Villars.
Maria de Vignerot, Dux d' Aigullon.
Jacobus Nompar de Caumont, Dux de la Force, Par & Mareschalcus Franciæ.
Mareschalci Franciæ habent jus portandi coronam Marchionum.
Nicolas del' Hospital, Marchio de Vitry, Mareschalcus Franciæ.
Honorius de Albert, Mareschalcus Franciæ.
Jacobus Nompar de Caumont, Mareschalcus Franciæ.
Casparus de Colligny, Comes de Colligny, Mareschalcus Franciæ.
Franciscus de Bassompierre, Marchi de Harouet, Mareschalcus Franciæ.
Timoleon d' Espinay, Seigneur de Sainct Luc, Comes de Estelan, Mareschalcus Franciæ.
Franciscus Annibal de Estrée, Marchio de Cœuvres, Mareschalcus Franciæ.
Urbanus de Maille, Marchio de Brese, Mareschalcus Franciæ, Gubernator Languedociæ.
Carolus de la Porte, Dominus de la Mesleraye, Magnus Magister rei armamentariæ.
Antonius de Gramonæ, Comes de Guiche, Mareschalcus Franciæ.
Joannes Baptista Budes, Comes de Guebrians, Mareschalcus Franciæ.
De la Mothe Dominus de Houdancour, Vice-Rex Cataloniæ.
Armandus Dux de Richelleu, Par Franciæ.

Atman-

Armandus de Maillé, Dux de Fronſac & de Caumont, Par Franciæ.

Honorato Grimaldy, Princeps de Monaco. Eques duorum Regis Ordinum, Dux de Valentinois, Par Franciæ.

MARCHIONES GALLIÆ.

Marchio de Thury, caput nominis Montmorancici.
Marchio de Neſle in Picardia.
Marchio de Aſſerac in Britannia, caput nominis de Rieux.
Matchio de Curton in Guyenna, caput nominis & familiæ de Chabares.
Marchio de Alegre in Anvernia, caput nominis de Alegre.
Marchio de Galerande, caput nominis de Clermot.
Marchio de Leſé in Anjou, nominis de Laval.
Marchio de Mirebeau in Burgundia, nominis de Chabot.
Marchio de Malauſe in Guyenna, nominis de Bourbon.
Marchio de Gordes in Delphinatu, nominis de Simiane.
Marchio de Brezé in Anjou, Mareſchalcus Franciæ, caput nominis de Maillé.
Marchio de Mortemar in Limoſin, nominis de Roche-Chouart.
Marchio de Molac in Britannia, nominis de Roſmadec.
Marchio de Moncaurel in Picardia, nominis de Monchy.
Marchio de Guercheville de Liancourt, nominis de Pleſſis.
Marchio de Themines in Languedocia, nominis de Lozieres.
Marchio de Canillac in Auvernia, nominis de Beaufort.
Marchio de Lanſac & Balon in terra Maines, nominis de Luſignan.
Marchio de Courtenuau, nominis de Souuray.
Marchio de Ragny in Burgundia, nominis de Magdalena.
Marchio de Vitry, nominis de Hoſpital, Mareſchalcus Franciæ.
Marchio de Archiac in Perigordia, nominis de Bourdeille.
Marchio de Monteſpan in Guienna, nominis de Pardaillan Gondrin.
Marchio des Arts in Provincia, nominis de Villenova.
Marchio de Myoſſens in Bearnia.
Marchio de Laverdin in Menia, nominis de Beaumanoir.
Marchio de Coetquen, in Britannia, nominis de Coetquen.

Mar-

Marchio de la Mouſſaye, in Britannia nominis de Goujon.
Marchio de Beuvron, nominis de Harcourt in Normandia
Marchio de Rambouillet & de Piſany, caput nominis de Angennes.
Marchio de Lugny de Tavanes, nominis de Saulx.
Marchio de Pralin, nominis de Choiſeul.
Marchio de Senecey in Burgundia, nominis de Beauffremont.
Marchio de Nangis, nominis de Brichanteau.
Marchio de Humieres in Picardia, nominis de Crevant.
Marchio de S. Chaumont, nominis de Mite.
Marchio de Oraiſon in Provincia, nominis de Oraiſon.
Marchio de Palaiſeau, nominis de Harville.
Marchio de Traynel in Champarica, ex familia Urſinorum.
Marchio de ſtardes nominis du Bec.
Marchio de Duras in Guyeana, nominis de Durfort.
Marchio de Nolet in Burgundia, nominis de Aumont.
Marchio S. Blancarti in Guyenna, nominis de Gontaut de Biron.
Marchio de Mauny, nominis de la Marck.
Marchio de la caſe in Guyenna, nominis de Pons.
Marchio de Caniſy in Normandia, nominis de Carbonel.
Marchio de Hautefort, nominis de Hautefort.
Marchio de Peraut, nominis de Fay.
Marchio de Fiefmarcon, nominis de Narbonne.

COMITES GALLIÆ.

COmes de Sancerre, nominis de Bueil.
Comes de Monreval, nominis de la Baume.
Comes de Roucy, nominis de la Roche foucaut.
Comes de Tonnerre, nominis de Clermont-Tallard.
Comes de grand-prè in Campania, nominis de Joyeuſe.
Comes de la Suze, nominis de Campania.
Comes de Curſon, nominis de Foix.
Comes de Vertus, Baron de Avangar,
Comes de Lude, nominis de Daillon.
Comes de Aubijous de Amboiſſe.
Comes de Sainct Aignan, nominis de Bau Villers.
Comes de Grignam in Provincia, nominis de Ademar.
Comes de Colligry- Chaſtillon, Mareſchalcus Franciæ & de Saligny, nominis de Colligny. Comes

Digitized by Google

Comes de Carces in Provincia, nominis de Pontenez.
Comes de Rouſſillon, nominis de Tournon.
Comes de Ayen, nominis de Noüailles.
Comes Nancy, nominis de la Chaſtre.
Comes de Criſſé, nominis de Turpin.
Comes de Thianges, nominis de Damas.
Comes de Buſſet, nominis de Bourbon.
Comes de Suze in Provincia, nominis de la Baulme.
Comes de Commarrin, nominis de Vienne.
Comes de Lauzun, nominis de Caumont.
Comes de Confolant veteris arcis, nominis de Vienne.
Comes de Bieule, nominis de Cardaillac.
Comes de Biernieules, nominis de Crequy.
Comes de Monſoreau in Anjou, nominis de Chambes.
Comes de Tillieres, nominis de le Veneur.
Comes de Caramain, nominis de Monluc.
Comes de Braſſac, nominis de Gallard de Bearn.
Comes de Mont-gummery, nominis de Mont gommerey
Comes de la Paliſſe S. Gerani, nominis de la Guiche.
Comes d' Eſtain & Rouergue, nominis de Eſtain.
Comes de la Fueillade, nominis de Aubuſſon.
Comes de Riberat in Perigordia, nominis de Aydie.
Comes de Rieux in Languedocia, nominis de la Jugie.
Comes de Charlus, nominis de Levis.
Comes de Charny, nominis de Chabot.
Comes de Vignory in Baſſigny, nominis de Quinquenpoix.
Comes de Blaignac, nominis de Jaubert Barrault.
Comes de Fontaine Chalandray, nominis de Montberon.
Comes de Roure, nominis de Roure Grimoir.
Comes de Clermont de Lodeſve, nominis de Chaſtelnau.
Comes de Vauvieux, Baro de Vaucelas, nominis de Cochefillet.

VICE-COMITES.

Vice-Comes de Turrenne in Limoſin, Quercy & Perigord, nominis de la Tour.
Vice Comes de Arpajon in Rouvergue, nominis de Polignac.
Vice-Comes de Auchy, nominis de Conflans.

Vice-

Vice-Comes de Briqueil, nominis de Crevant.
Vice-Comes de P. Girons, nominis de Narbonne.
Vice-Comes de Pampadour, nominis de Pampadour.
Vice-Comes de Roche-chouart, in Poictou, nominis de Roche-chouart.
Vice Comes de Rabat, nominis de Foix.
Vice-Comes de Rovet, nominis de Roquefuil.
Vice-Comes de Comborn in Limosia, nominis de Pegre Buffiere.
Præter hos plurimi sunt in Gallia ex antiqua Nobili familia orti, quorum omnium hic catalogum pertexere nimis longum foret.

SERIES REGUM GALLIÆ, AD MENTEM PIERRE D'AVITY.

PRiusquam Gallorum Natio pedem in Gallia fixisset, Reges suos habebat, quorum mentio fit in Historia Romana sub nomine Regum, Ducum Campiductorum, donec illos sequentia tempora plus fecerunt cognitos, Regibus continuo imperantibus feliciores fuerunt Galli. Quorum hic se invicem sequentium Ordo ponitur:

CLODION, cognominatus crispatus, Gallis præfuit An. 427. Hic Rhenum trajecit, subegitque nonnullas urbes Galliæ Belgicæ, cum Regnasset 21. ann. obiit Anno 443.

MEROVIUS illius fuit successor, quibusdam hæc de illo est sententia, quod ejus filius naturalis fuerit: occasio quam hic Rex habuit, denuo per Rhenum in Galliam redeundi, fuit; quod Attila Hunnorum Rex magnam fecerit irruptionem, contra quem cum Valentiniani Imperat. Militiæ Duce Ætio, vires militares necessitas conjungere suadebat. Junctis igitur copiis, Attila cum suis prælio cœsus & devictus est. Quod ipsi causa fuit iterum in Pannoniam redeundi, ubi iterum exercitum conduxit, & in Italiam movit. Hac vero ratione Galli Regnum in Gallia fundarunt. ultra 9. annos Rex non regnavit, obiit Anno 456.

CHILDERICUS successor & filius fuit Merovei, qui tamen, statim ac in Imperium successerat, coactus fuit fugere

gere Thuringiam, quod ejus ſubditi moribus fœdum & liberius in vitiis agentem pati nequirent. In hujus locum electus eſt Ægidius, non diu tamen Rex: rediit enim iterum mox *Childericus* per artes ad imperium, quas ipſi *Winomandus* ſuaſerat, nimirum ut novis tributis & vectigalibus populum liberaret, hoc pacto gratiam recepit populi, in Regnumque poſtliminio rediit. Habuit uxorem Buſinam Reginam Thuringiæ, quæ ipſum reliquit, quod iterum in Galliam redierit. Rebus bene geſtis in florida juventa fatis conceſſit Anno 482. ubi 16. annos regnaſſet, ſub ipſius Regno Romanum plane defecit in Italia imperium, diverſiſque hæreſibus Eccleſia fuit exagitata.

Clovicus vel *Ludovicus*, ejus nominis primus, dictus Magnus, unicus *Childerici* filius, qui ipſi ſucceſſit. Omnes plane Romanos Picardia ejecit, ut & Francia, cum deviciſſet Syagrium filium Ægidii. Reliquit tres filios legitimos, & duas filias ex Regina Clotildi. Liberi *Clovei*, inter ſe imperium diviſerunt Galliæ, idque factum eſt æqualiter. Thierryus natu maximus, quamvis nothus eſſet, partem tamen ſuam accepit, dictuſque eſt Rex Methis & Rhenis, *Clodomirus* Rex Aurelianenſis, *Childebertus* Rex Pariſiorum cum Inſula Franciæ: *Clotarius* Picardiam, *Childebertus* ſuperavit Gothos in Hiſpania, *Clodomirus* Regem Sigiſmundum Regem Burgundiæ. Exceſſit vitâ *Childebertus* Rex Pariſienſ. Anno 559. cum imperaſſet 40. annos: duas reliquit ſolùm filias, quæ à ſucceſſione fuerunt excluſæ propter legem Salicam, de qua alibi diximus.

Clotarius ultimus filius Clovici vel Ludovici Magni, omnibus præpoſitus Fratribus, ſolus magni imperii Rex fuit electus. Filius ejus Chramne ſe ipſi oppoſuit, ſed victus, pœnas dedit. Mox Pater vitam finivit Anno 51. Suſceperat ex ſecunda uxore dicta Ingouda, vidua Clodomiri Regis Aurelianenſis, quinque filios, Gonthanum, Childericum, Charibertum, Contranum & Sigebertum, & unam filiam dictam Cloſindam.

Charibertus, *Gontranus*, *Sigebertus*, & *Chilpericus* quatuor filii acceptum inter ſe imperium æqualiter diviſerunt. Chariberto obvenit Regnum Pariſienſe, Gontrano Aurelianenſe & Burgundiæ. Chilperico illud de Soiſſon, Sigeberto

berto illud Auſtraſiæ, Charibertus ſibi matrimonio junxit Bruuechilden vel Brunehaultam filiam Athanigildis Regis Wiſigothorum in Hiſpania. Chilpericus duxit Fredegondam, inferioris ſortis, repudii libello dato uxori legitimæ.

Charibertus non regnavit niſi 7. annis, obiit Anno 572, duas ſolum reliquit filias, quarum una Adelberga dicta nupſit Edilberto Regi de Kentz in Anglia.

Chilpericus, *Contranus*, & *Sigebertus* Regnum Fratris Regis Pariſienſ. inter ſe diviſerunt Repulſi ſunt Saxones ipſos invadentes. Biennium poſt Sigebertus ex inſidiis interemptus eſt. Ejus filius adhuc impubes Patrem in Imperio excepit. Miſero autem fato Chilpericus eſſe deſiit: nam, poſtquam 24. annis Regnum tenuiſſet, interemptus eſt. Ingens quidem potentiâ Rex fuit, vitiis tamen valde coinquinatus, crudelis, hæreſique Sabellici addictus. Ipſi ex multis aliis liberis, quos ex tribus uxoribus habuit, ſolus Clotarius quatuor annorum puer ſucceſſit.

Clotarius 2. ejus nominis tutorem habuit Gontran. avunculum ſuum, qui quamdiu tutelam adminiſtravit, Rex felices in bellis habuit ſucceſſus, Wiſigothos An. 604. ſuperavit, at poſt deceſſum avunculi victus eſt.

Solus autem Clotarius ultimum tranquille Imperium Franciæ tenuit, per 16. annos, regnavit univerſim 44. annos, vitam clauſit An. 628.

Dagobertus ejus natu maximus Filius, cum Ariberto Fratre ſuo ad diviſionem Imperii proceſſit, Ipſi Aquitaniam & Languedociam adimens, communem ſuorum parentum voluntatem ſecuti. Cæterum non diu vixit, ſed deceſſit de vita An. 639. Filius ejus dictus Chilpericus paucis etiam diebus poſt, diem ſuum obiit. Dagobertus diviſit illius Regnum inter 2. illius filios, Sigebertum, & Cloveum: obiit An. 644.

Fuit Rex ultimus Franciæ hujus lineæ, nomenque Gallicum in armis celebre fecit inter Lombardos, Hiſpanos, Sclavones, aliaſque nationes diffitas.

Cloveus Secundus & *Sigebertus* filius Dagoberti patrem ſecuti, iterum inter ſe Imperium diviſerunt: *Sigebertus* Regnum Auſtraſiæ, *Cloveus* Burgundiam acceperunt. *Sigebertus* adoptavit *Grimoaldum* incluſus eſt. Regnum Auſtraſiæ datum

Digitized by Google

datum eſt *Childerico* filio *Clovici*, qui, poſtquam 16. annis regnavit, eſſe deſiit Ann. 66. anno Ætat. 23. Animo erat debilis, reliquit tres liberos, *Clotarium*, *Childericum*, & *Thierry*,

Clotarius 3. ejus nominis in Regno Neuſtriæ & Burgundiæ Cloveo ſucceſſit. Hoc Imperante Childericus factus eſt Rex Auſtraſiæ & Thierry. Sed Clotarius poſtquam Anno 664. eſſe deſiiſſet, Childericus ſecundus ſolus Regni potitus, triennium Regnavit, cum interemptus eſſet An. 667.

Thierrius ejus nominis tertius, conſortium omnium amicorum & honeſtorum ejuraverat. Nonnulli Auſtraſiæ Domini ſumebant arma & copias contra illum ducebant, verum hos omnes bello ſuperavit. Obiit Ann. 690. duos relinquens filios, Cloveum & Childebertum.

Clovens tertius Thierrio ſucceſſit, neque cum Fratre ſuo Childeberto Regimen diviſit. Quatuor tantum annis in Imperio fuit, conceſſit Fatis Ann. 693.

Childebertus ejus nominis ſecundus, frater Clovei, improlis deceſſit, obiit circiter An. 710. Ann. 17. Regnans

Dagobertus, ejus nominis ſecundus, uti filius ita etiam ſucceſſor in Regno Childerici proclamatus eſt, ſed paulo poſt occiſus periit, exceſſit vita Ann. 715. cum per quinquennium Regno præfuiſſet. Reliquit filium, qui eductus eſt apud Abbatem de Chelles.

Daniel vel *Chilpericus* ſecundus filius vel Frater Dagoberti ipſi ſucceſſit, excluſione Clotarii 4. deceſſit An. 719.

Thierrius, quartus Dagoberti 2. filius, Regnum, Clotario & Chilperico Regibus defunctis, ſuſcepit. Maximam gloriam armorum ſuorum ex duabus victoriis contra Sarracenos nactus eſt qui Hiſpaniâ in Languedociam commigrarant. Altera victoria erat parta Ann. 733. qua Urbem Avignionem receperat, quam Sarraceni occuparant, & ſuppetias Hiſpaniâ miſſas hoſtibus ſuis, interemerat. Hac ratione omnem Languedociam potentiæ ſuæ ſubjecerat. Plurimos, habuit liberos & varios, tam legitimos quam extra thorum natos, inter alios Carolomannum & Pepinum de-

ctum brevem, qui post Regem Childericum 3. Rex fuit. Quando Rex Thirryus decesserit, Historici inter se non conveniunt. gessit autem coronam 21. propemodum annos, filium successorem relinquens.

Childericus 4. (sub quo liberi Caroli Marrelli, subjectum & materia fuerunt Historiæ Gallicæ) Rex postea fuit, sed ultimus Rex stirpis *Merovegiensis*: quæ animosos protulit Principes. & imprimis Magnum Cloveum, primum Christianum in illis oris Regem.

Eodem tempore Pepinus electus fuit Rex Franciæ, unctus & consecratus per Bonifaciũ Archiepiscopũ, Legatum Papę.

REGES FRANCIÆ SECUNDÆ LINEÆ DICTÆ CARLOVINGIENSIUM.

P*Epinus*, cognomento brevis, primus hujus lineæ Rex fuit. Concesserat in Germaniam contra Saxones, ut ipsi præstarent Homagium antecessoribus suis Regibus præstari solitum. Papa Stephanus tertius, ipsi suppetias promiserat cõtra Astolfum Regem Longobardorum. Alpes igitur transgressus, bellumque Astolpho jam illaturus, pactis ablatis per conditiones utrinque confirmatas, proposito destitit. Cum vero Astolphus Longobardorum Rex, pactorum non servasset fidem, Pepinus iterum in Italiam redux, multas occupavit sedes. His aliisque bene gestis interemptus est Pepinus Ann. 768. fraude suorum. Finivit autem vitam anno ætatis 54 Imperii. 16. Præter hoc, quod ipse Magnus Princeps, etiam Magni Principis Parens inclaruit, cujus merita & gloriam postera deprædicant tempora.

Carolus Magnus, hic Socium Regni Fratrem suum *Carlomannum*, per duos annos habuit. Coronatus fuit Carlomannus in Soissonia, cui adjecta fuit Austrasia, cum Regione Rheni, sed vitam clausit An. 770. Gessit autem bella Carolus Magnus feliciter contra Hunnos, tum contra Saxones Ann. 772. quos superavit. Ejus etiam opem Papa Adrianus imploravit contra Didericum Regem Longobardorum. Donationem Pipini, Papæ Stephano factam, confirmasse dicitur, quæ tamen dubia gravissimis est judicata scriptoribus. Illius etiam opem expetebant Hispani Christiani contra Sarra-

Digitized by Google

Sarracenos, in quibus etiam reprimendis, poſtquam ferrea corona eſſet coronatus, in Italia ſecunda uſus eſt fortuna, omnem Navarram & partem Aragoniæ ſuæ ſubjciens potentiæ. Quartam contra Saxones expeditionem fecit, cui ipſe interfuit, quos delevit, multoſque S. Baptiſmo initiavit.

Iteravit tertia vice iter in Italiam, ad viſendum Adrianũ Papam, ut ejus duo filii coronarentur, nimirum Pepinus Rex Italiæ & Ludovicus Rex Aquitaniæ. Saxones quotidie rebellionibus aſſueti ſeveriter ab ipſo puniti ſunt, de quibus capitis ſumſit pœnam, & 4. millia quingentos unà trucidari juſſit. Quarta demum vice in Italiam iter fecit contra Aragiſum Ducem Beneventi, generum Dideric. Reg. Longobardor: Eodem tempore multa in Gallia erexit collegia. Invaſerunt paulo poſt Hunni Italiam, quos Caroli Magni militiæ præfectus victoriâ ſuperavit.

Ann. 801. Carolus quinta vice Italiam intravit, & à Papa Leone III. Imperator unctus & per acclamationes Populi Romani Imperator & Auguſtus occidentis ſalutatus eſt. In mediis egregie ſuſceptis actionibus, Carolus filium ſuum natu maximum Carolum, morte amiſit. Filium igitur ſuum Ludovicum Regem Aquitaniæ coronatum, voluit An. 813. poſtquam attigiſſet 62. regnaſſet 47. Annos. Exceſſit vitâ Ann 814. Princeps rerum geſtarum gloria inſigniter celebris.

Ludovicus, dictus *Mitis*, poſtquam Aix veniſſet, Rex & Imperator proclamatus eſt: Stephanus etiam V. Papa, cum in Galliam veniſſet, illum coronavit, cum Regina Hirmengarda ſua uxore, dictique ſunt Auguſti. Indicto Parlamento Imperii ſocium aſſumſit Lotharium filium ſuum natu maximum, eique coronam impoſuit. Pepinum alterum filium Regem fecit Aquitaniæ, & Ludovicum Regem Bavariæ. Bernhardus Rex Italiæ poſtquam ſuſtuliſſet omnem Nobilitatem & potentiores magnates, tam ex Regno ſuo, quam aliis, avunculum ſuum Ludovicum ſuperiorem noluit agnoſcere. Occupavit igitur aditus Alpium. Quo Imperator cum veniſſet, Bernhardus ſupplex deprecatus veniam, ſed ſecundum annalium quorundam fidem morti datus eſt. Poſtea Ludovicus ad ſecunda vota acceſſit, cum Juditha Principe Germaniæ. Repreſſit Rebelliones Hungarorum, Statum Ro-

manorum in integrum reſtituit, bonorumque poſſeſſionibus exutis ſua iterum reddidit. Concilia vel Synodos plurimas in Gallia inſtituit, ut & in Germania. Carolo Filio ſuo, ex ſecundo matrimonio nato, magnam adjudicavit Imperii partem, cui adjunxit Lotharium, id quod male ceſſit, irritatis enim Nobilibus, Pepini Regis Aquitaniæ arma contra Patrem concitarunt. Poſtea aliam inſtituit diviſionem Ludovicus, adactus injuria ſuorum liberorum, qui illum quaſi captivum tenebant: Pepinus & Ludovicus ad illorum redierunt ditiones, Lotharius verò in Gallia manſit: Paternæ gratiæ iterum ſibi fidem conciliarunt Ann. 835. Triennium poſt, Ludovicus mitis imperium diviſit inter Ludovicum & Carolum, reſiduam relinquens Bavariam & Aquitaniam Pepino & Ludovico. Francia, Imperii occidentalis pars Carolo ceſſit. Obiit Pepinus An. 839. & reliquit duos filios, Pepinum & Carolum. Aquitania, hæreditas Pepini data fuit Carolo, filio Judithæ. Exceſſit vitâ Ludovicus in 64. Anno.

Carolus, dictus *Calvus*, cum Lothario & Ludovico fratribus ſuis ſucceſſerunt Ludovico miti, ſed hi, in imperio conſortis impatientis diſcordes, mutuis depugnarunt odiis & armis. Inter quæ Flos Gallicæ Nobilitatis miſerè periit, & ad centum millia hominum interempta ſunt. Cauſa hujus mali Lotharius fuit, qui alterum ſuorum fratrum imperio exuere laborabat, ſed Carolus & Ludovicus fratres, firmatâ inter ſe amicitiâ, copiiſque Germaniâ & Gallia conductis, ſe Fratris oppoſuerunt deſtinationibus, & illum ut pacem peteret coëgerunt. Francia igitur occidentalis à latere Britanniæ uſque ad Moſam Carolo ceſſit, Ludovico autem Francia occidentalis ex latere Rheni, Lotharius ſibi ſervavit titulum Imperii, cum Italia. Hæc diviſio facta eſt in tam magno Imperio, quæ tamen Dominis ſuis magnorum fuit cauſſa malorum: ſeparatis enim Viribus, fraternis denuo armis fuerunt petiti & debilitati. Lotharius, cum uxorem morte amiſiſſet, An. 851. Monachorum ordini ſe addixit, imperiumque diviſit: Ludovico Natu maximo Italiam dedit, cum titulo imperatoris, quem ipſi Papa Sergius confirmavit, Lothario Lotharingiam, & Carolo Provinciam: qui cum paulo poſt ex vita deceſſiſſet, illius portio inter fratres fuit diviſa. Lo-

tharius

tharius ante Ludovicum mox obiit, cujus Regnum occupatum fuit per Carolum calvum, ſuum avunculum, An. 869. Ludovicus natu maximus Lotharii filius, cum Imperator & Rex Italiæ eſſet, vindicavit Italiam à Sarracenis, quos pariter mari & terra debellavit, cumque multa occupaſſet loca, in flore ætatis Milani fato ſuo functus eſt An. 872. Ludovicus Germanicus variis in Germania Bellis fuit exagitatus, vicit autem nationes, quæ ſe ipſi opponebant. Carolus calvus Imperator eſt coronatus An. 866. per Papam Johan. VIII. Ipſiuſque Frater Germanicus Francofurti eodem obiit anno, relinquens tres filios, Carlomannum, Ludovicum, & Carolum, quia ſuis agnatis actutum fuerunt infeſtati. Carolus Imperator (Chauve dictus) victus per Ludovicum, unum ex iis qui ſe illi oppoſuerunt, Tres autem Fratres diviſerunt inter ſe imperium Patris ſui. Quod ad Carolum imperatorem attinet, ille cum à Papa ad reprimendos Sarracenos evocatus eſſet, ſuperavit Alpes, ſed brevi rediit, dein paulo poſt ex vita exceſſit, aliquot relinquens liberos.

Ludovicus, Blaſus dictus, Ann. 877. conſecratus fuit per Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſem. Annum poſt, Papa Joannes VIII. inimicis ſuis preſſus in Franciam venit. Obiit Rex 10. April. ejuſdem anni. Duas habuit uxores. Auſgardam & Alixam: Ex prima ſuſceperat Ludovicum & Carlomanum, qui nothi quibuſdam habentur Hiſtoricis: Ex ſecunda poſthumum habuit, dictum Carolum Simplicem.

Ludovicus III. & *Carlomannus*. Horum primus Rex agnitus eſt vivente adhuc Patre. Poſt Fata Parentis Ludovicus & Carlomannus Imperium inter ſe diviſerunt, Ludovicus habuit Neuſtriam, Carlomannus Burgundiam, & Aquitaniam.

Carolus Magnus dictus, per Status Regni vocatus, & quaſi Rex electus, quamvis in præjudicium Caroli filii poſthumi Ludovici blæſi talis eſſe nequiret. poſtquam duos æmulos Imperii deviciſſet, in debilitatem corporis incidit pariter & animi, derelictus à Germanis & Lotharingiis, & hac occaſione in miſera conditione Anno. 888. Obiit. Aventinus memorat quod annos numerare per æram Chriſtianam cœperit.

Eudeus Comes Parisiensis per Status Imperii Regnum accepit, sed qui in bello interiit.

Carolus Simplex Ludovici Blæsi filius, electus est Rex per dissensiones præcipuorum in Gallia, annos natus 24. Coronatus est Rex Rhemi per Archiepiscopum Foulqueum, qui ipsi approbationis literas à Papa Formoso curavit. Sed maxima pars à partibus Eudei stetit, quæ opem tulit Arnulvo, illius partes sequenti. Hac ratione universa Francia per illam divisionem in misero statu trepidavit, plurium, imperium appetentium cupidini subjecta.

Raulphus, ex Burgundia filius Richardi, proclamatus fuit Rex per conjurationes. Ejus quoque uxor per Archiepiscopum Rhemensem Regina coronata est. Carolus captivus detinebatur, per Herbertum Comitem Vermandoum, vbi etiam ex mœrore obiit, postquam regnasset 37. Annos.

Ludovicus, dictus *D' Outre Mer*, Hic ex Anglia, quo confugerat, vocatus est, ut per Archiepiscopum Rhemensem unctus, Rex fieret. Sed multis æmulis, ut Hugone magno, Heberto Comite de Vermandois, aliisque multum vexatus, Ottonis imperatoris Germaniæ arma in Galliam irritavit. Obiit vero paulo post An. 954. 15. Octob. cujus mors omnes dissensiones & Principum mutuas inter se æmulationes terminavit. Reliquit 5. filios, quorum tres ante ipsum fato suo functi sunt. Lotharius ipsi in Regno successit, & Carolus factus est Dux Lotharingiæ per beneficium Ottonis secundi imperatoris.

Lotharius Rex per Artaudum Archiepiscopum Rhemensem consecratus, ubi post Lutetias est ingressus. Admovit Lotharius filium suum imperio Ann. 976. decem annos post. diem suum obiit. Cinxerat obsidione Lutetias Parisiorum Otto secundus Imperator, sed per Lotharium devictus obsidionem solvere coactus est. Excessit vitâ Lotharius An. 986. postquam imperio præfuisset 32. Annos. Ludovicus ejus filius, annum cum dimidio post Fata parentis tantum regnavit, ultimusque Rex fuit lineæ Carolomanni Princeps socordia laborans nulloque merito insignis. Decessit improlis. Tertia Regum in Gallia Regnantium linea jam sequitur.

SE-

SERIES REGUM FRANCIÆ, EX LINEA CAPEVINGIORUM.

Hugo Capetus, Filius Hugonis Magni, Comes Parisiensis, cujus mentio in superioribus facta est Regibus, Regnum Galliæ, quamvis omnes in manibus haberet vires, occupare noluit, erat parvus Roberti filius, qui se Regem pronunciare passus est, post obitum *Eudes* fratris sui. Electus est Rex per consensum omnium universim factum in Noyon, unctus & consecratus Rhemi. Huic amor subditorum suorum, securum Regnum, firmavit, ut magnis se tueri non opus haberet viribus. Sex post electionem suam Menses, filium suum in partem curarum & Imperii assumsit, ipsique hac ratione successionem firmavit. Ita sane reliqui, qui in Gallia postea imperarunt Reges, hac secure usi sunt, suisque primogenitis filiis certam præstabant in Regno successionem. Excessit Hugo vitâ Ann. 996. cum solum per 8. Annos Imperio præfuisset. Reparavit Parisiis Regiam, quæ antecessorum suorum mansio fuit.

Robertus ejus filius, adhuc vivente Patre Rex agnitus, Burgundiam suæ potentiæ subjecit. Relinquens tres filios ex uxore sua Constantia susceptos, puta Henricum suum successorem, Robertum, & Eudeum, ex vivis excessit, Princeps Religioni addictissimus, qui multas ædes ad pias causas fundavit.

Henricus I. hujus nominis, Ducatum Burgundiæ Fratri suo dedit, Annam secundis nuptiis sibi junxit, filiam Georgii Regis Russiæ, ex qua tres habuit filios, Philippum, Hugonem, & Robertum. Primus horum Rex coronatus est Rhemi, non plus quam 7. annos natus, Anno 1060. Henricus Normannos debellavit: 1306. obiit An. 1060. 55. annos natus.

Philippus Primus annos natus XV. absolutum in Regno accepit Regimen, mox arma in Flandriam expedire aggressus, contra Robertum, pro Baudovino filio tutoris sui. Sub hujus Imperio multa acciderunt tam in Francia quam aliis Regnis memorabilia. Satur annorum 60. vitam cum morte commutavit, Ann. 1106. vel 1109. Gallicum nomen sub ipsius Imperio celebre valde fuit, multisque rebus gestis conspiciuum.

Ludovicus, dictus Craſſus, conſecratus eſt Aureliani per Archiepiſcopum de Sens, uxorem habuit Alixam, filiam Humberti Comitis Turini. Repreſſit Ludovicus multas conjurationes, rebelles dignis afficiendo pœnis. Apertum etiam cum Rege Angliæ habuit bellum, quos tamen Papa Calixtus II. conciliavit. Ad obedientiam etiam compulit Comitem Auverniæ, & paulo poſt filius ejus natu maximus Philippus, Rex coronatus eſt, à Papa Innocentio II. Ann. 1137. Ludovicus craſſus Pariſiis eſſe deſiit, Sexaginta annorum ſenex, ex quibus 30. in Imperio abſumpſit. Eodem quaſi tempore Rex Angliæ deceſſit, cujus Regni ſtatus propter æmulos magnis involvebatur turbis. Ludovicus craſſus plurimos habuit filios, quorum natu maximus ejus in Regno fuit ſucceſſor.

Ludovicus, dictus *Junior*, in principio Regiminis ſui à Chriſtianis ex oris Orientalibus contra Sarracenos & Turcas ut opem ferret expetitus. Conventus ſolennes indixit, conſenſumque eſt in expeditionem, cui etiam Conradus Imperator & Fredericus Dux Sabaudiæ & alii intererant. Sed minime ex voto iter ſucceſſit: Redire enim Imperator coactus eſt ſine effectu, quod male Græcis cum Germanis conveniret. Ludovicus poſtquam annum 59. attigiſſet variis moleſtiis in vita ſua affectus, laborum Regni ſatur, filium ſuum Philippum coronandum deſideravit, id quod in Parlamento Pariſiis convocato concluſum eſt. Exceſſit vitâ Ludovicus Ann. 1180. 43. Regni anno: Junior dictus fuit, ut à patre ſuo diſtingueretur, eodem nomine cum ipſo gaudente.

Philippus Secundus, dictus Auguſtus, fuit Rex omni laude propter virtutes digniſſimus. Magnis enim patriam meritis cumulavit, Judæos Regno expulit, à Chriſtianis ex Syria contra Sarracenos venire rogatus, venire non potuit, vicino Anglico Bello impeditus.

Rex Philippus cum attigiſſet annum Vitæ 59. & Regni 42. obiit Ann. 1223. Multos Dominos cum Imperio conjunxit, ut & Feudis ſibi conciliavit. Pariſienſis Academia illius tempore fuit florentiſſima. Succeſſorem in Regno Ludovicum habuit ex Agnete filia Ducis de Merania in Bohemia.

Ludovicus Octavus Leo Rhemi conſecratus eſt. Statim ac Imperium ſuſceperat, Angli ipſum invaſerunt, qui-

bus

bus fortiter reſtitit, multa occupans Anglicæ ditionis loca. Recruduit denuo Albigenſe bellum ſub Amaulrio filio Simonis Comitis de Montfort & Raimonde filio Tholuſæ. Ipſe Rex huic interfuit, cepitque Avignonem. Deceſſit poſt vitâ Anno 1226. in Montpenſier in Avernia, annorum 39 Habuit 6 filios.

Sanctus Ludovicus Nonus ex voluntate Regis Ludovici 8 Rhemi conſecratus eſt, per Epiſcopum de Soiſſon. Mox Chriſtiani ex Oriente, Palæſtina, & Hieroſolymis expulſi, Ludovici, tum ex morbo revaleſcentis, implorarunt opem, quibus etiam convocato Parlamento, auxilium præſtitit. Legatus dein à Magno Chamo Tartariæ, Chriſtiano facto, Regem ſalutatum acceſſit, ad Damietum hærens à Saracenis captus, ſed paulo poſt libertati reſtitutus eſt. Mors Reginæ, la Blanche, uel Albę dictæ, ipſius in Franciam maturavit reditum, cum per quinquennium Patriâ abfu ſſet. Redux, tractatus cum Anglis indixit. Plurimos habuit filios, quos inter Philippus audax ipſi ſucceſſit. Fuit Ludovicus admodum prudens, & Religioni addictiſſimus, fortis & magnanimus. Papa Bonifacius Octavus ipſum in Catalogum ſanctorum retulit, Feſtum Ludovici ſolenniter celebratur ab Anno 1618 Compertum etiam eſt, diem illum Ludovici, Gallis in expeditionibus admodum fuiſſe ſecundum, quod nuper admodum etiam, memoranda Hiſpanorũ clades ad Arras docuit, ubi Ludovicus XIV. Galliæ Rex hoc ipſo die in cruenta Hiſpanorum Strage, victoriam, quâ vix major in hoc contigit Seculo, admirandam obtinuit.

Philippus Tertius, Audax dictus, Regni potitus, pacem cum Rege Thunorum fecit. Coronatus eſt Philippus Rhemi per Epiſcopum de Soiſſon, primum Archiepiſcopi ſuffraganeum. Præcipuæ illius actiones in aliis adjuvandis fuerunt occupatæ: diverſas habuit uxores. Ex prima Izabella filia Jacobi Regis Aragoniæ ſuſceperat Ludovicum, qui ante patrem obiit, Philippum Pulchrum ejus ſucceſſorem. Carolum Comitem Vallię, Patrem Philippi Vallię. Robertum, qui juvenis mortuus. Ex Maria ſua ſecunda uxore, Ludovicum Comitem de Eureux. Margaritam, quæ Eduardo primo Regi Angliæ nupſit, & Mariam quæ ſecundum Maritum habuit Rudolphum, filium natu maxi-

maximum Alberti Ducis Auſtriæ & Imperatoris.

Philippus IV. Pulcher dictus, unctus fuit Rhemi Ann. 1286. Poſtea Rex fuit Navarræ. Suppetias tulit Joanni Duci Brabantiæ contra Henricum Ducem Luxemburgicum. Eodem tempore recruduit bellum cum Anglis, qui ſe variis pactis munière, imprimis fœdere cum Adolpho Imperatore inito qui Regi bellum denunciavit, ſed Papa Bonifacius VIII. inter hos duos Reges pacem conciliare operam dedit, quæ tandem etiam Pariſiis peracta eſt. Exceſſit vita Philippus in Fontenblau An. 1314. Regni ſui anno 29, 48, ſolum annos natus. Reliquit poſt Fata non paucos liberos: ex Regina Joanna habuit Ludovicum Regem Navarræ Coronatum, Philippum dictum Longum, Carolum Pulchrum, qui etiam Regnum tenuit, ſed ſine prole maſcula deceſſit, Robertum, qui Juvenis obiit, Margaritam, quam uxorem duxit Ferdinandus IV. Rex Caſtiliæ, Izabellam, quæ nupſit Eduardo ſecundo Regi Angliæ, & Blancam, vel Albam, quæ in juventute obiit.

Ludovicus Decimus, dictus *Hutin*, Rhemi fuit conſecratus, cum Regina Clementia uxore ſua. Deceſſit Anno 1316. menſe 19. ſui Regni. Ex Clementia, uxore ſua ſecunda unum poſthumum habuit, dictum Joannem, qui aliquot dies ſolum in vita fuit.

Philippus Quintus, dictus Longus, Joannis in Regno fuit ſucceſſor, conſecratuſque eſt per Archiepiſcopum Rhemenſem. Comites Valliæ & alii avunculi ejus ipſi controverſiam ſucceſſionis fecerunt, ſed Status Imperii in favorem Philippi ſententiam tulerunt, qui Anno 1321. vitâ deceſſit, Regni vero Anno quinto. Gaudebat titulo Regis Navarræ, ipſumque filio conſervavit. Tres illius filiarum matrimonio junctæ erant, Joanna matrimonio Ducis Burgundiæ, Margarita Ludovico Flandriæ Comiti de Nevers, Izabella Guigoni filio Joannis Delphini Viennæ.

Carolus Quartus, Pulcher dictus, poſtquam matrimonium cum Blancha contractum diſſolviſſet, duxit Mariam filiam Henrici VII. Imperatoris. Dictus eſt Rex Navarræ, ut Regnum Nepti ſuæ conſervaret. Ubi Regina vitam clauſiſſet, Rex in matrimonium duxit Joannam filiam Comitis Eurexy. Rex vitam fecit Ann. 1328. cum 7. annis Imperium

perium tenuiſſet. Regina cum eſſet gravida, Status Regni convenerunt, adminiſtrationem Regni Philippo Comiti Valeſiæ deferentes, contra Prætenſionem Eduardi tertii, Regis Angliæ.

Philippus Sextus, dictus de Vallois, fuit Rhemi unctus. Tum Rex Angliæ in Franciam venit, homagiumque præſtitit Regi in Ammians, ratione territorii quod in Regno tenuit. Inivit fœdera Philippus cum Rege Scotiæ, Rege Bohemiæ, Rege Navarræ, & aliis, declarans Robertum d' Artois reum Criminis læſæ Majeſtatis. Mox contra Regem Angliæ arma ſumenda erant, qui Bergerac & Anguleſme occupaverat: dubio prius Marte utriuſque pugnatum eſt, donec Eduardus uſque ad portas Pariſiorum hoſtem urgeret, in quo conflictu præcipui à partibus Galliæ interierunt, puta Rex Bohemiæ Carolus, Comes d' Alençon, Frater Regis, &c. Exhauſta fuit tum temporis Gallia tanta jactura hominum, & erogatione tributorum. Occupatum erat etiam Caletum ab Anglis, & alia loca. Ex prima ſua uxore ſuſceperat Philippus Joannem ſuum ſucceſſorem, & Ludovicum Ducem Aurelionenſem.

Joannes Philippo ſucceſſit, Rhemi unctus cum Regina uxore ſua. Cum Induciæ cum Anglis expiraſſent, copias duxit contra Principem Walliæ: verum res malo ſuſcepta conſilio, peſſime cecidit, cum Regis exercitus ingens paſſus ſit detrimentum, ita ut ipſe Rex in hoſtium pervenerit poteſtatem. Hinc in duorum annorum inducias utrinque conſenſum eſt: emiſſi dein per Provincias Delegati, qui pro Regis liberatione nummos colligerent. Hinc magni à plebe tumultus concitati ſunt, imprimis Pariſienſi, ita ut Lutetiæ Pariſiorum obſeſſæ à Regis fuerint exercitu: ad ultimum eo res deducta eſt, ut pax inter Regem Angliæ & Galliæ concluderetur.

Carolus Quintus, dictus ſapiens, cum negotiis & expeditionibus in Anglia factis gravatus eſſet, pacem cum Rege Navarræ fecit. Poſtea ſtatuit Rex navali & pedeſtri prælio contra Anglos experiri, in quo Dux de D' Anjou occupavit Bergerac alioſque locos. Imperator Carolus quartus, patruus Regis Gall. eodem tempore hoſpes in Gallia, in omnibus Urbibus honorifice acceptus, & tandem in Lutetias à Rege ipſo ductus eſt. Exceſſit vitâ Carolus Ann. 1380.

1380. ubi 56. annis imperaſſet & 42. vixiſſet. Duos ſolum ex Regina uxore ſua Joanna, filia Petri Ducis Borboniæ, habuit filios, Petrum Ducem Borboniæ & Carolum, qui patris in Regno fuit ſucceſſor, & Ludovicum Ducem Aurelia: Tutores filio ſuo inſtituit Ducem D'Anjou, fratrem ſuum, & Duces Burgundiæ: majorennem Regem Annos 14. natum declaravit. Fuit ſui temporis prudens & modeſtus Princeps.

Carolus Sextus, annos habens 13. ad Regnum pervenit. Bellum cum Batavis geſſit, quos prælio ad Roſebec ſuperavit, Turbatores in urbe Pariſienſi digna pœna affecit, contra Anglos, qui in Flandriam venerant, Rex ſed infeliciter copias duxit, poſtea bellum Duci Britanniæ inferens, in phreneſin incidit. Interea Dux de Berry & Burgundiæ Imperium adminiſtrarunt. Richardus Rex Angliæ matrimonio ſibi junxit Izabellam filiam Caroli, qua ratione pax inter hos duos Reges fuit ſtabilita. Verum Regnum Galliæ factionibus Ducis Aurelionenſ. & Burgundiæ dividebatur. Obiit poſt Carolus VI. Ann. 1422. Pariſiis cum 42 annis Imperio præfuiſſet & vixiſſet 40.

Dux de *Bethfort*, in confuſione illa Franciæ Imperio fuit præpoſitus, cui Regina Elizabetha & Dux Burgundiæ negotia Imperii tot implicabant turbis. Ex omni autem maſcula prole, quæ Carolo ex uxore ſua nata fuit, nemo Patri ſuperſtes manſit, niſi unicus Carolus, poſtea in Regno ſucceſſor.

Carolus Septimus pariter Rhemi per Archiepiſcopum de la Ville S. oleo unctus eſt 1429. poſtquam victoriam de hoſtibus ſuis obtinuiſſet. In primis imperii exordiis Angli aliquam ſuorum cladem paſſi ſunt, ruptæ etiam ſunt induciæ antea cum Anglis factæ. Exceſsit vitâ Carolus An. 1452. cum imperaſſet 39. Annis & 59. vixiſſet: duos habuit filios, Ludovicum, in Regno ſucceſſorem, & Carolum Ducem Guiennæ, qui nunquam matrimonium contraxit: cum efferretur, inter alias ceremonias acclamationum, dictus eſt ter Victorioſus.

Ludovicus XI. ſicut alii, Rhemi S. oleo unctus eſt, ſuſcepitque Imperium anno ætatis 38. Exauctoravit primarios miniſtros, qui ſub Carolo anteceſſore ſuo negotia Regni curabant. Poſt varia inter Anglos & Gal-

los

los diſcrimina Ludovicus pacem compoſuit, inducias autem fecit cum Duce Burgundiæ. Eſſe deſiit Ludovicus Anno 1483. cum 61. annos vixiſſet, & 22. Regnaſſet ſuſceperat ex ſecunda uxore ſua Charlota ex Savoja tres filios, ex quibus ſolus Carolus ipſi ſuperſtes & in Regno ſucceſſor fuit.

Carolus VIII. Regni potitus, annos natus 14. nec prius unctus, quam An. 1484. Contendebant interim de Regno Dux de Burbon & Ludovicus Aurelianenſis, quorum diſſidia Status Regni congregati compoſuerunt. Carolus autem, pace cum Henrico Rege Angliæ, cum Maximiliano imperatore, & Ferdinando Rege Aragoniæ facta, ad controverſias Regni Siciliæ & Neapolitani examinandas animum appulit, inprimis quæ jus ſuum concernebant, ſibi per Carolum D' Anjou teſtamento acquiſitum. Pedeſtres igitur pariter ac maritimas copias contraxerat, Alpes ſuperavit, relinquens Petrum Burbonum, qui in Gallia tam diu cum imperio eſſet.

Ingreſſus eſt Carolus Piſam, Florentiam, Siennam, Romam, ubi cum Papa pacta inivit. Poſtea ipſum Regnum Neapolitanum intravit, ex quo Alphonſus ut & Filius ejus Ferdinandus fugâ ſibi conſuluerunt. Rex homagium à præcipuis Regni Dominis ſibi præſtari voluit, quo accepto, terrorem Venetianis ac Turcis incuſſerat. Eo tempore cum Carolus totum Regnum Neapolitanum, ſine ulla ipſi oppoſita potentia, ſuum feciſſet, univerſa Italia in mutuum contra illum conſenſit fœdus. Carolus Italiâ profectus, Romam venit, pacem cum Ludovico 2. Forbia Duce Milanenſi fecit, & cum Rex Alpes iterum ſupergreſ, ſus eſſet, in Grenoblam venit, An. 1495. Obiit Carolus Ann. 1498. annorum 27. Natus erat ex Carolo Ludovicus, qui tanquam proximus in Regno ſucceſſit.

Ludovicus XII. Pater Populi dictus, Princeps admodum prudens, Rhemi ut alii unctus eſt, uxorem duxit Annam, viduam Caroli VIII. Cum in Italiam iter ſuſcipere vellet, amicorum ſuorum fidem ſibi per pacta certiorem fecit, cum Helvetiis pacta, cum Rege Angliæ pacem fecit, homagio Philippum Archiducem Auſtriæ, quod ab ipſo acceperat, ſibi fidelem reddidit. Poſtea novas contraxit copias, illas contra Neapolim ducturus, ubi Friderí-

cus

cus Rex Neapoli se Regiæ permisit gratiæ Redux Ludovicus ex Italia Galliam iterum appulit, armorumque omnem curam in Regno Neapolitano Duci de Nemurs reliquit, sed absentia Regis partorum jacturam victoribus attulit. Redux demum in Italiam Rex cum Venetis & aliis conflixit, repressit etiam Papæ Julii contra se artes: sed tot in Italia contra Regem cõjuratorum conjunctæ vires, magnam Regiis expeditionibus objiciebant remoram. Rex pacem cum Venetis fecit, Milanum obsidere statuit, sed eo missæ copiæ deletæ sunt. Ultimum Rex obiit An. 1515. uxorem habens Mariam filiam Henrici VIII. Regis Angliæ, masculam prolem nullam reliquit.

Franciscus Primus ejus nominis 20. annorum, coronâ dignus est judicatus, pacem cum Rege Angliæ factam confirmavit, inducias cum Rege Aragoniæ in longius tempus promovit, pacta cum Suicieris renovavit, verum Status Milani iterum per conjunctos fœdere in Italia Principes fuit recuperatus. In Regno autem Neapolitano cum Rex contra suorum consilium cum Italis conflixisset, magnam suorum fecit jacturam, cum ibi Gallorum ad 8. millia cæsi sint Ann. 1526. Liga sacra contra Papam Clementem VII. in Gallia publicata est, quâ conjuncti erant; Rex, Venetiani, Florentini, Suicieri, & sub cujusnomine Gallica arma bonos in Italia habuerunt successus. Paulo post nova liga contra Imperatorem, & Regem Angliæ Henricum VIII. suscepta, duorum causa fuit bellorum, quorum unum in Campania erat, sed quod pace mox secutâ tolleretur, alterum in Picardia cum Anglis, cum aliquot præliis esset decertatum Tandem hos duos inter Reges pax fuit stabilita, quorum Fata unum quasi conjunxit tempus. Obiit enim Henricus VII. Mense Januar. An. 1547. & Franciscus Rex ejusdem Anni mense Martio. Vixit 58. Annos, imperavit 33 Nomen ipsi jure optimo, Patris Musarum & artium datum est, cum scientiarum magno flagraret amore. Exequias illius XI. Cardinalium, funus Regis exequentium, decorabat præsentia. Susceperat ex prima uxore sua Claudia filia Ludovici XII. tres filios, Franciscum, mortuum anno ætatis 18. Henricum, qui ipsi successit, Carolum Ducem Aurelianens. qui obiit An. 1545. 23. Annos natus, Tres filias, quarum 2. in pueritia obierunt. Tertia Magdalena nupsit Jacobo

cobo 5. Regi Scotiæ, & quarta Margaritha Philiberto Emanueli Duci Savojæ, ſecunda ejus uxor Caroli V. Imperator. ſoror improlis deceſſit.

Henricus Secundus 29. ætatis anno ad imperium acceſſit, unctuſque eſt per Joannem Cardinalem de Lorraine, Scotis contra Anglos auxilia præſtitit, ſuppetias etiam tulit Octaviano Farneſio contra Papam Julium III. & Imperatorem, cum quibus dein pax firmata eſt. Deceſſit Henricus Pariſiis Ann. 1559. 12. Regni anno, & 42. ætatis. Suſceperat ex Catharina Medicea Franciſcum, ſuum ſucceſſorem, Edvardum, Alexandrum, Ducem D' Anjou: Filias quoque habebat, quarum Izabella nupſit Philippo 2. Regi Hiſpaniarum, Claudia Carolo Cuci Lotharingiæ. Margaretha Henrico Regi Navarræ, poſtea Regi Galliç.

Franciſcus Secundus ejus nominis, qui unctus eſt per Cardinalem Lotharing: Archiepiſcopum Remenſ. ſub ejus imperio controverſiæ Reformatæ Religionis multarum diſſenſionum cauſſa fuerunt. Obiit Rex An, 1560. improlis.

Carolus Nonus frater Franciſci II. ipſi in Regno ſucceſſit, ætatis ſuæ X. annorum, Regina mater verò interea Imperium adminiſtravit, Princeps autem Condeus ex controverſia de Religione Reformata orta Aurelionenſem Urbem obſidione cinxit: à partibus Regiis, illius Regnantis eo tempore matris, ſtabant Dux Navarræ, Dux de Guiſe, magnumque exercitum coegerant. Rex interea cum ad 14 ætatis perveniſſet annum, Majorennis pronunciatus eſt, Regnum cum matre viſitavit, auctuſque copiis ex Hiſpania miſſis, prælium cum Proteſtantibus commiſit. Sed cum inferior eſſet hoſtibus Rex, pacis conditiones tractari cœperunt, quæ etiam concluſa Ann. 1570. Principeſque in Gratiam Regis redierunt. Inſtabant tum nuptiæ Regis Navarræ cum Margarita ſorore Regis, in quibus horrenda illa laniena Pariſienſis tot millia Reformatorum ſuſtulit, Ann. 1572. 18. Auguſti. Quod cruentum factum pacem ſemel initam evertit, noviſque tumultibus viam aperuit. Poſtquam Carolus, 25. attigiſſet annum, Ann. 1573. Regnum cum vita depoſuit, poſtquam 13. annis Imperaſſet,

raſſet. Ex Elizabetha Regina uxore ſua unicam tantum habuit filiam, quæ in pueritia deceſſit, quo tempore Henricus III. ad ſceptra Polonica vocatus fuit.

Henricus Tertius ejus Nominis, An. 1574. Cracoviæ Rex Poloniæ unctus eſt, per Archiepiſcopum Gneſnenſem,(de cujus Regimine, quoad Poloniam, in ſerie Regum Poloniæ agetur) Poſtquam reliquiſſet Poloniam, & in Paternum Regnum rediiſſet, in illo accenſum invenit bellum, graviſſimis diſſidentium partium contentionibus periculoſum. Unctus eſt Rex An. 1575. uxoremque duxit Ludovicam de Lorraine, filiam Comitis de Vaudemont, ex qua nullos habuit filios. Sub hoc Rege Reformati liberum per totum Regnum Religionis exercitium nacti ſunt, paxque Gallię his tandem ſtetit conditionibus: ſed hæc pax per Edictum Regis in conventu ſtatuum Bloenſi mox fuit fracta, libertaſque Religionis ſolis Catholicis in Gallia permittebatur, quod iterum proteſtantium conjunxit vires, in attrocius paulo poſt bellum exarſuras, quibus Germaniæ Principes omnem ferebant opem. Tandem Rex cruenta morte interiit, à percuſſore Jacobo Clemente ordinis S. Auguſtini, interfectus. cum urbem Pariſienſem ingredi vellet, Ann. 1589. cum Regnaſſet 15. annis & 2. Menſ. vixiſſet 38. 10. Menſ.

Henricus Quartus ejus nominis, dictus Magnus, Rex Navarræ, ſucceſſor fuit Henrici tertii, decedens improlis, in quo linea Philippi, filii Ludovici IX. eſſe deſiit. Rex cum Regnum ſuſcepiſſet, bellis inteſtinis, quibus Anteceſſores ejus laborabant, pariter implicabatur, variâ ut in hujuſmodi turbis fieri ſolet, fortunâ. Anno 1610. 13. May, cum in animum induxiſſet Regno cedere, Regionemque reginæ deferre, illi majoris auctoritatis ergo coronam juſſit imponere, eodem tempore Pariſiis crudeliter interfectus eſt, per Franciſcum Ravaillac. natum in Angauleſme, cum magno Hiſpanorum gaudio, qui illius arma horrebant. Nati ipſi erant ex Maria Medicea, Filia Franciſci Magni Tuſcani Ducis, tres filii Ludovicus ejus ſucceſſor, ſecundus filius nomen geſſit Ducis Aurelionenſis natus Anno 1607. mortuuſque eſt in infantia, filias quoque, ut & multos alios liberos naturales reliquit.

Ludo-

Ludovicus XIII. Vix natus 8. annos & 7. menſes, in 2. Regnis ſucceſſit, in Paterno Henrici 4. Magni Galliæ, & Regno Navarræ. Mater ejus, Regens Perlamento Pariſienſi fuit pronunciata, eo die quo horrendum parricidium in Rege commiſſum erat: Omnes Principes Imperiique magnates junctis viribus pro concordia Regni laborabant. Rex unctus eſt Ann. 1612. mox matrimonium cum Anna Infante Hiſpaniæ inivit, paulo poſt Rex majorennis pronunciatus eſt. Princeps Condeus & Dux de Guiſe cum aliis has partes ſequentibus, uti aliis Regibus ita etiam huic ingens fecit negotium, tranquillitatem Patriæ turbantes: eo autem tandem ventum erat, ut pax generalis conſiliis Cardinalis Mazarini conſtitueretur. Rex, cum magnâ cum laude imperio præfuiſſet, fatis conceſſit, relicto filio Ludovico XIV. ſero ex Regina ſuſcepto, & Fratre ejus duce d'Anjou.

PRÆTENSIO REGIS GALLIÆ.

Rex Galliæ prætendit. I. In regnum Navarræ. Ratio: Johannes Rex Navarræ, regno ſuo per Ferdinandum R. A. juſſu Sixti quarti Pontificis privatus, reliquit Henricum Regem Navarræ, cujus unica filia Johanna nupſit Antonio Borbonenſi, Patri Henrici IV. R. Fr. Hiſpanus confitetur propinquitatem ſuccedendi in Henrico IV. ſed ſe legitimam occupandi regni cauſam à Pontifice, qui Johannem, ideo quod contra illum pro Ludovico XII. R. G. militaverit, excommunicavit, accepiſſe opponit.

II. In Regnum Neapolitanum. I. ex adoptione Johannæ I. factâ in favorem Ludovici Ducis Andegavenſis, conſenſu Clementis VII. approbata. II. ex teſtamento Comitis de Maine. III. ex acquiſitione Bellica, qua Corolum Frederici ſecundi ſpurium Ludovicus XII. factio cum Ferdinando R. H. fœdere, ut uterque medietate regni potiretur, expulit. Hiſpanus Papæ, ut Domini Regni Neapolitani, judicium allegat, quo pro Rege Neapolitano agnoſcitur.

III. In Regnum Caſtiliæ. Ratio: Henrico R. Caſt. ſoror ſucceſſit, quæ filium Ludovicum Sanctum reliquit.

IV. In Regnum Portugalliæ: Alhponſus ſecundus duos genuit filios, primum Sanchetum, ſecundum Alphonſum: primo quod capax non eſſet imperii abrogato, ſecundo genito, Alphonſo nimirum, corona a regni proceribus deferebatur. Duxit hic in Matrimonium Mahaltildem, ex qua ſuſcepit Alphonſum & Robertum. Primo finito, alter ſucceſſit, ex quo, ſicut dicunt, Illuſtris Domus Bulionenſis originem traxit quæ obvenit Magdalenæ Laurentiæ de Medicis, unde Catharina Modernorum Franciæ Regum genitrix proceſſit. Dictum ſupra eſt, quod Alphonſus matrimonio ſibi junxerit Mahaltildem, hac tamen repudiata Beatricem duxit, ex quâ Dionyſium ab Urbano IV. legitimatum auctorem hodiernorum Portugalliæ Regum progenuit. Prætenſio hæc eſt Regis Galliæ, ſed longa vetuſtate obſita & à longinquo petita.

V. In Arragoniam. Martinus IV. Papa Petrum Regem Arragoniæ Veſperarum Sicularum authorem, eò quod propter filiam Manfredi fratris Conradini Reg. Neapolitan. naturalis filii in matrimonium ductam in Regnum Neapolitanum prætendere, voluerit, Regno Arragoniæ privavit, & de illo Carolum Comitem Valenſem, vulgò de Valois, Philippi Regis Franciæ filium inveſtivit.

VI. In Ducatum Mediolanenſem: Galeatius III. liquit Johannem filium, qui improlis duas habuit ſorores, Philippam Mariam, & Valentinam, poſt mortem primogenitæ, altera ex proviſione patris qui deficiente ſtirpe maſculina, fœmininam juxta propinquitatem gradus ſuccedere ſtatuit, ducatum ſibi arrogavit, quam Ludovicus Dux Aurelianenſis duxit. Sed obtenditur ab Hiſpano, I. quod paterna diſpoſitio ex maſculo, fœmineum feudum citra jus prætendentium & Domini Imperatoris expreſſum conſenſum facere non potuerit. II. quod ab Imperatore, tanquam legitimo Ducatus Mediolanenſis Domino, Ducatus Mediolanenſis inveſtituram acceperit. Carolus enim V. Imperator filium ſuum Philippum II. eo inveſtivit.

VII.

Digitized by Google

VII. In protectionem Genuæ Carolo VI. delatam. Regibus enim Franciæ citra cauſſam jus quæſitum auferri nequit.

VIII. In ſuperioriatem Flandriæ, Atrebatium, & Henningou, quam, loquente hiſtoria, Moderatores Fœderatarum Provinciarum, à Rege Galliæ, ut Regis Vaſalli ſemper recognoverunt. Nec movetur Francisci I. à Carolo V. in prælio prope Ticinum capti & in carcere detenti facta renunciatione in dictarum Provinciarum ſuperioritatem, quia I. facta hæc fuit citra conſenſum Parlamenti Pariſienſis, cujus authoritas in alienationibus Regiis interponi debet, *Hoſt. in c. dilect. de major. & obedient.* II. quod extorta fuerit per metum carceris adeoque propter coactam voluntatem ex *l. 1. ff. quod met. cauſſ.* reſcindi debeat. Hiſpanus ad primum replicat, quod I. ignarus fuerit Privilegii illius Parlamenti, adeoque talis ignorantia contractui non nocere deberet, II. quod Privilegium alienationes concernat, ſub quibus ſuperioritatis remiſſio propriè non continetur, III. quod metus carceris juſtus metus non ſit, adeoque contractus carcerati valeat. *vid. Menoch. de arbit. caſ. 136. n. 4. Rol. conſ. 2. n. 4. 48. l. 1.* qualis in captivo per bellum eſſe cenſetur, *arg. l. 5. de J. & J.*

IX. In Nizam Comitatum Ducis Sabaudiæ, ex jure territorii Provincialis; urbs enim capitalis Niza in Provincia ſita eſt. Sed Dux Sabaudiæ immemorialem poſſeſſionem, cujus titulum nemo allegare tenetur, pro ſe adducit.

X. Olim in Salutiarum Ducatum ut Italiæ clavem ſuper Duce Sabaudiæ prætendebat, hinc graviſſimum inter utramque partem exortum bellum, quo Henricus 4. Ducem Sabaudiæ toto penitus Ducatu exuebat, eoque illum adigebat, ut commutatione Breſſiæ pro Ducatu Salutiarum pacem à Gallo redimeret. *Thuan. l. 125. hiſt. p. 945.* Quæ commutatio plurimos in admirationem duxit, quod Ducatum Salutiarum tanquam Italiæ clavem, & magnum Hi-

ſpanis terriculamentum ceſſerit, creditur Breſciam ideo accepiſſe, quod proxima Galliæ fuerit.

RATIO STATUS REGNI GALLIÆ.

RAtio Status Galliæ potiſſimum in eo conſiſtit, ut deſtinationes Regis Hiſpaniæ eludat.

Henricus IV. contra quem omnes ſuas callidiſſimas artes Hiſpaniarum Rex ad ultimum uſque exercuit, qui etiam illarum latebras receſſuſque intimos, omnium optime, ſolus perveſtigavit, & revelavit, primus demonſtravit, rationem Status Galliæ in eo ſitam eſſe, ut omnibus Regis Hiſpaniæ conſiliis adverſus ſit: quemadmodum enim prima Regula Hiſpaniæ eſt, Proteſtantes perſequi, illoſque velut prædam occupare, ita prima Status Ratio Galliæ eſſet, Catholicis apprime oſtendere, quantum hic lateat illorum omnium detrimentum, imprimis hoc Curiæ Romanæ ad oculum demonſtrandum, ſpem ei per ruinam Proteſtantium expromiſſam, ærarium ejus inde magna habiturum emolumenta, eo collimare, ut Hiſpania deſtinationes ſuas Univerſalis Monarchiæ hac ratione promoveat, adquam ſi non perveniat Hiſpanus, Papam certo certius illius ſervum fore, cujus affectata auctoritas nullibi magis conſpicitur, quam cum Chriſtianorum Principum & Statuum, par cum Hiſpano in quibuſdam eſt potentia. Proteſtantibus Principibus & Statibus quamvis in Religione diſſentiant, Hiſpanum perſuadere, malle ſe eorum converſionem, quam deſtructionem, aſſeverando illis hoc minime obeſſe, quominus illis ſuis ſuccurrat Viribus omnibuſque illis reſiſtat, qui in Dominiis & libertatibus eorum quicquam immutare allaborant.

Cæterum, ſicut altera maxima ratio Status Regis Hiſpaniæ in ſtudio clandeſtinarum explorationum conſiſtit, ita altera regula Galliæ eſt, eaſdem pariter non negligere, pecuniæ in exploratores & penſionarios non parcere, quò ſciri queat quid rerum in malefida agatur vicinia, timidorum animi firmentur, oppreſſi liberentur, omnique vi ac ope Hiſpanicæ explorationes retundantur.

Quod

Quod tertiam ſpectat Regulam tractatus concernentem, non permittendum, ut Hiſpania aliis tractatibus ſe immiſceat, niſi ſimul Gallia interveniat; in Italia imprimis, ubi illa ſola judicis & arbitri partibus defungi cupit, id quod etiam facile fieret, niſi Gallia portam in illam intrandi bene obſediſſet, quam eouſque Galliæ reſeratam habere expedit, quod potentiæ Hiſpanicæ reſiſtere, & propugnaculum Chriſtianæ libertatis eſſe queat. In tractatibus cum Hiſpania, adhibendæ quoque ſunt perſonæ conſtitutionis phlegmaticæ, & quæ non ſint moræ impatientes, quod alias Gallis proprium eſſe ſolet, ut ita Hiſpanis longanimitate ſuâ, qua totum fere defatigarunt orbem, ſpem omnem ſcopum ſuum aſſequendi adimant.

Quarta ratio vult, vim vi opponere, ſilent enim juſtitiæ LL: & bonæ rationis fundamenta inter arma illorum, qui ſemper in perniciem alterius excubant: igitur Gallia omnes alias expenſarum rationes amputare, armis Validis ſemper ſe munire debeat idque faciat & propriis viribus, nec ab aliis ſtatibus milites, arma vel pecuniam mutuet.

Per has modo dictas regulas accurate obſervatas, Hiſpanica auctoritas ſenſim decreſcet, contra Galliæ potentia majus promovebitur, quin alii Chriſtiani Principes & Status, cum tantum Hiſpanorum intentioni oppoſitam vim animadvertent, animum colligent, & abſque metu jacturæ virium, propriæ conſervationis ſuæ cauſſam accuratius agent.

JUDICIUM POLITICUM, DE REPUB. GALLIÆ, AD MENTEM CL. V. S. P. ET ALIORUM.

SIcut Monarchia eſt optima Regiminis forma, ita Reſpub. Galliæ eo debet haberi felicior, quo Rex regnat abſolutius & juſtius, illius tamen potentia abſoluta Legibus naturalibus vel communi hodie vocabulo fundamenta-

mentalibus circumſcripta eſt modoque gubernandi. Sic autem bona Reipub. forma cognoſcitur 1. ex bonis Legibus, 2. bonis conſiliis, 3. bonis Miniſtris, omnis generis, 4. Abundantia divitiarum & opum, 5. Armis & potentia bellica, pedeſtri juxta ac equeſtri, pariterque maritima, 6. locis, commerciis commodis, 7. multitudine incolarum, 8. munimentorum numero, 9. Exercitia Juſtitiæ, 10. militiâ, 11. bonâ politia & parſimonia. 12. facultate tributa & collectas imponendi habendiq; 13. moderamine ſumptuum & expenſarum publicarum, 14. Abſtinentia ab immoderatis & continuis, nec non temerariis bellis, 15. in confœderatione licita & circumſpecta, 16. prudenti belli adminiſtratione. 17. Principum *Aula & Miniſtrorum* Juſtitia & æquanimitate, 18. Amore & benevolentia ſubditorum, 19. internorum diſſidiorum & corruptelarum ſtudiosa everſione, 20. Morum ingeniorumque populi intime perſpectorum accurata notitia. Ex his, qualis ſit, & non ſit Gallia, judicari poteſt. Quædam autem ex his membra, ſecundum lancem judicii auctorum quorundam libravimus.

Eleganter dixit Pietra del Paragone Bocalini p. 101. *Il Regno di Francia è un mare, che ſi ſemina & una terra, che ſi naviga per tutti i venti.* Quid hoc dicto notare auctor voluit prudentiorũ judicio relinquimus: præcedenti pagina ita ad ſenſum dicit, Monarchia Gallica plena eſt infinita Nobilitate, equis armata, quæ non ſolum conſervat pacem domus, ſed quæ omnes orbis nationes timore Regis ſui percuſſit, ubi conſpicitur ingens numerus hominum ſacrorum, literatorum, mercaturam exercentium, Artificum, qui illam præſtant divitem, & omnium rerum affluentia fœcundam, &c.

Magna etiam in hoc eſt Gallicæ Nationis felicitas, quod nunquam Regem alienigenam experti, ſed ſemper à ſuæ gentis Regibus recti ſint, id quod Comin : l. 8. his verbis maximopere deprædicat: *Quo magis opinor ſingulari Dei beneficio factum eſſe, quod imperium Gallia non defertur ad fœminas, ne ſumma rei penes aliquem extraneum ſit. Nam quamvis Princeps aliquis externus bene rem gerat, & commode gubernet, tamen quia à moribus & ingenio populi differt, eam erga illum exhibere nequit benevolentiã, ac ſi indigena eſſet, hic facile diſſenſionum*

oriuntur

eriuntur occaſiones. Quocunque qui externa alicujus Gentis Imperium ſuſcipit, niſi magna & eximia quadam ſit praditus dexteritate, multis haud dubie, & longe graviſſimis implicabitur difficultatibus.

Miniſtros Regni quod attinet, de horum quibuſdam idem ita ſentit auctor.

Expilationes Advocatorum, majores profecto ſunt in Gallia, quam in quavis alia Regione.

Inter alia vero incommoda, quæ Regnum Galliæ vehementius affligere ſolent, & erroribus Regiminis adſcribuntur, hæc ſunt: quod Galliæ ſubditi tot diverſis de iiſdem rebus promulgatis edictis, (quæ vilem Regentium auctoritatem reddere ſolent,) gravari ſoleant, ac nulla Lex, etiam à præcipuis Parlamentis ſancita, diu duret. Notarunt hunc errorem magni Politici, & inter hos Philippus Honorius in Relationib. Regni Galli. Mihi p. 149.

Alterum Reipub. Gallicæ malum inde naſci ſolet, quod cum Reges adhuc impuberes ætate, adeoque imperii, ſecundum LL: Regni, incapaces ſint, illi, quibus tutela Regis, vicariaque Regni adminiſtratio commiſſa eſt, pro libidine ſua, omnia agant & Rempublicam factionibus & magnis calamitatibus involvant, ita ut Regnum Galliæ nunquam infelicius inveniatur, quam cum Tutores Rex ob ætatem habet. Hoc ſi unquam, certe noſtris temporibus ſub Ludovico XIV. clariſſimum evaſit. vid. citat. Honor.

Quales ſint Miniſtri & Conſiliarii Regni Galliæ, quantaque polleant virtute, Philipp. Comineus illud expreſſit, ita ad ſenſum. Pactio inter Anglos & Gallos nulla unquam facta fuit, in qua non ingenii vi & acrimonia Galli Anglos ſuperarint, ut apud Anglos proverbium ſit, ubi cum Gallis prælio decertarent, victores ſe ut plurimum fuiſſe, quoties vero cum illis pacti ſint, detrimentum ſemper aliquod accepiſſe. Idem teſtatur Bodinus lib. V. de Repub. Mihi p. 712. Verum ut ut Galli prudentia rerum gerendarum Anglis ſint ſuperiores, contra tamen ipſi queruntur

Galli se ab Hispanis consilio & prudentiâ superari, & in fœderibus sæpissime circumveniri. Ita in Fœdere Cameracensi omnia, quæ annorum 30. victoriæ Gallis pepererant, momento ablata sunt, cum tamen viribus superiores Galli fuerint.

Ex Largitionibus autem nimiis, ingens Respub. Galliæ patitur detrimentum; quæ contra LL: à superioribus Regibus eapropter sancitas, pessimo tolerantur exemplo. Erat inter alias Lex Franciſci majoris, lex qua cautum erat, *ut ararii sanctioris* 4. claves fabricarentur, *ut unam penes se Rex haberet, reliquas iis, quos arario præfecisset*: additum huic legi, ne ex arca nummi, nisi præsente ærarii præfecto & Scriba, moverentur. Postea vero. Henrici 2. edicto, Præfecti ærarii, hac Lege soluti sunt, ne rationum distrahendarum actione tenerentur, tum vero lata lex est, cum unâ largitione centum aureorum millia in unum ex ærarii custodibus effusa fuissent. Hinc teste Bodino, fundi Gallici calamitas æstimari debet. Quod si quis cura judicii de Galliæ Regno habendi teneatur, consulat Bodinum, & August. Thuan. ipsos auctores Gallicos, & non nisi gravissime de rebus Galliæ judicantes.

Lib. 6. Mihi p. 10, 4.

FINIS GALLIÆ.

LIBER QUINTUS,

EXAMINANS

ANGLIÆ, SCOTIÆ, ET HIBERNIÆ MORES.

STATUM RELIGIONIS, REGIMEN POLITICUM,

REDITUS ET POTENTIAM, SERIEM REGUM ET ILLUSTRIUM FAMILIARUM. PRÆTENSIONES, RATIONES STATUS, ETC.

JUXTA ILLUM ORDINEM, QUI IN ALIIS SERVATUS EST, ET IN SEQUENTIBUS SERVANDUS ERIT.

MO-

Digitized by Google

MORES VETERUM ANGLORUM.

VETERES Britanni olim uſi ſunt certo ære, quidam ferro, loco monetæ. Illi indecorum æſtimabant, de lepore pullo vel anſere comedere. Pauci illorum agriculturam exercebant, quapropter lacte & carnibus victitabant. Ut magis in bello hoſtibus eſſent terribiles, ferarum induebant pelles, faciemque glaſto tingebant, ut aſpectu horridi hoſtibus viderentur: quin fœminæ illorum in certis ſolennitatibus plane nudæ incedebant, illâque herbâ pingebantur.

Quidam illorum fœminas habebant communes, in hoc Platonis Reipublicæ ſtatuta ſequentes, quam noſtris temporibus Anabaptiſtæ renovarunt. Illi vero, qui communes invicem habebant uxores, fratrum titulo ſe ſalutabant. In conflictu ex curribus depugnabant, quos falcibus, ferro & haſtis, eminus protenſis armabant, rapidoque curſu circum agebant. In medio, ferventique conflictu ex curribus deſiliebant, & pedites cum hoſtibus decernebant, cum vero nimiùm ab hoſtibus urgerentur, mira velocitate, ſaltu in currum ſe recipiebant. Strabo ideo illos pro barbaris tenet, quod, cum copia lactis abundarent, modum tamen caſei conficiendi ignorarent. Latitabant in ſylvis, foſſis circumſeptis, quæ contra hoſtium irruptiones ſecuros reddebant. Dio hoc de illis teſtatur, quod nunquam terram laborarint, ſed ex venatu tantum vixerint, & fructibus arborum, piſcibus, quamtumlibet optimis, tamen non veſcerentur. Famem, frigus, aliaque mala fortiter durabant, nam cum intra paludes diu hærerent, inedia laborantes, radicibus corticibuſque famem levabant. Tenellis infantibus notas certaſque figuras animalium ardenti ferro imprimebant. Magicis artibus famoſi erant, in quibus ita perfecti æſtimabantur, ut omnes etiam optime in naturæ myſteriis peritos antecellerent. Iter per mare facturi, nihil comedebant, quod facile illud abſolverent, quoniam cum nulla na-

tione

tione amicitiam & commercia exercebant, potum ex hordeo & aqua bibebant factum.

Præcipua veterum Anglorum laus hæc eſt, quod bellicoſi habiti ſint, & hoſtium ſuorum arderent cruorem, quo faciem ſuam fricare ſolebant, adhæc eloquio pollebant, famis & frigoris laborumque patientiſſimi. Otio autem ita diffluebant, ut, quamvis lactis copia abundarent, caſei tamen neutiquam ſuſciperent. In Tentoriis ſuis nudi morabantur, ſacrificiis quoque nudi nonnulli cum fœminis ſuis intererant.

Illi, qui præ aliis eminere ſeſe ſtudebant, gladiis ſuis dentes grandiores piſcium maritimorum applicabant.

Qui tentoria amabant, domos ſuas humiles habebant, ut plurimum ex lignis factas.

Fœminas, de quibus ſupra dictum, ita communes habebant, ut decem viri decem mulieres communes, 12. Viri totidem uxoribus jungerentur. Fratres vero imprimis cum fratribus & parentes cum liberis ſuis hanc pudendam exercebant conjunctionem.

Arma quibus utebantur, erant lancea, ſcutum, gladii longi, ex nudo corpore ſuſpenſi.

Quod vetus illorum Regimen attinet, habebant quidem Reges, ſed nihilominus ab iis regebantur, qui capita factionum ſæpius ortarum erant. Tantum autem mulierum quam Virorum in ſe amabant imperia.

In Sacris adorabant etiam deas, ut Ardatem, hoc eſt Victoriam & Andraſtem. Ipſorum Magia adeo fuit obſcura, ut nonnulli in hac fuerint opinione, quod Magi Perſici ſuas inde didicerint Artes. Autumarunt etiam quidam, Druidarum Sacra ab Anglis proveniſſe.

Qua corporis qualitatem. Qua indolem.

Quem fuſiora de Anglorum moribus delectant, conſulat auctores ex quibus reliqua hauſta ſunt. Strabon. lib. 4. Tacit. in vit. Agric. Diodor Sicul. l. 5. Cæſar Bell. Gall. l. 5. Horat. Car. l. 3. Herodian. l. 3. Sol. Polih. c. 25. Juvenal. Sat. 6. Xiphilin. Strab. l. 4. Cæſar.

Digitized by Google

Cæſar. Bell. Gall. l 5. Diod. Sicul. l. 5. Solin. Polib. 25 c. Tertulian. Apologet: Herodian. l. 3. Xiphil. Herodian. l. 3. Plin. l. 22. Solin. c. 25. — Otia. Corporis habitum.

Plin. l. 33 Diodor. Sicul. l. 5. Cæſar Bell. Gall. l. 5. Tacit. Vit. Agr. — Habitationes.

Euſeb: de Præparat. Evang. l. 6. c. 8. Cæſar Bell. Gall. l. 5. Solin. c. 25. — Connubia.

Cæſar B. Gal. 5. Strab. l. 4. Cic. Epiſt. ad Att. l. 4. Mela l. 3. c. 6. — Divitiæ.

Herodian. l. 3. Dion. Sev. Herodian. l. 3. Tacit. in vita Jul. Agr. — Vires antiquas.

Diodor. l. 5. Cæſar B. G. l. 4. Cicer. Epiſt. ad Attic. l. 4 Cæſar B. G. l. 5. Sever. Spartian. Adrian. Strab. l. 4. Diod. l. 5. Sueton. in Cæſ. l. 4. Mela. l. 3. Tacit. in vit. Agr. Xiphil. Epit. Dion. Solin. c. 25. Tacit. Ann. l. 14. Plin. l. 30. Cæſar B. G. l. 6. — Regimen Polit. Religionem.

MORES HUJUS TEMPORIS.

NOſtris temporibus Angli ſunt moribus cultiſſimi & humani. Imprimis vero Nobilitas Angliæ ſummâ pollet humanitate, ut nulli in hac laude nationi cedat: plebis quidem mores agreſtes & aſperi ſunt, at vero Nobilium ordo, ceri & opes & ingenium ſupra cæteros emergendi facultatem præbuerunt, ex meliore luto præcordia habet. Cæterum ingenia Anglorum prompta & ſubtilia ſunt, omnium artium cum excellentia capacia, corpora habent mirum in modum agilia, & ideo omnibus celerrimis actionibus perquam apta. Homines ſpectatæ conditionis, moribus gravitate & modeſtia mixtis commendantur, id quod non ulla arte acquiſitum, ſed naturâ datum habent. Peregrinos optime excipere, ſibi in honore ponunt: hoc notatu dignum eſt, quod omnibus peregrinis ad ædes Primarii in Londino Viri accedere, ibique gratis cibum capere liceat. Ad bella promptiſſimi, & mortis acerrimi ſunt contemptores, nulli timori vel fugæ obnoxii, nihil aliud animo quam victo-

rias

rias volventes. Insuper belli adversa non adeo patienter ferunt, magisque conflictum, quam moras prælii exoptant. Qui literis animum dant, incredibiliter in omnibus scientiis excellunt. Quod habitum corporis spectat, gallice vestiri ex longo volunt tempore. Natio hæc uti virtutibus magnis, ita vitiis etiam non levibus notabilis est. Ac quidem Angli furta exercent, & latrociniis aliis infesti sunt, ad quæ cum terra parvo circumscripta spatio non sufficiat, ideo in mari has malas artes etiam frequentant, & adversas ex hoc speculantur. Vino se implere, in consuetudine habent, illo vero liberalius hausto, ad pellendam crapulam, harbam Indicam vulgo Tabacum accendunt, hoc remedio non viri solum, sed etiam fæminæ (liberius quam decebat modestas, potę) utũtur, quas eximia formę pulchritudine natura donavit. Ad ultimum Angli novandis rebus, & ad seditiones exprompti sunt, ut difficillimum sit hunc factionibus affluetum populum intra cancellos coërcere.

MORES SCOTORUM ANTIQVI.

Est quorundum opinio, quod Scoti olim dicti fuerunt Pictii, quod vocabulum Pictorem notat, quod nimirum in usu habuerint sua corpora colore tingere, & brachiis manibusque notas inurere. Verum hoc nomen non fuit omnibus commune, quoniam hæ duæ Nationes, nimirum Pictii & Scoti, nomina sua dederint habitatoribus ad partem magis Septentrional. magnæ Britanniæ sitis. Illi Pictii tingebant arte crines colore, & carne humana vescebãtur, tum mamillis mulierum, quas in deliciis habebant. Sed Boëtius aliter loquitur, testaturque quod illi fuerint valde sobrii in comedendo & bibendo, tum in somno parci, quod omnia grana ipsis pro cibo parato sufficerent. Venatione communiter vitam sustentabant, ex illaque captis feris, vel, in defectu illarum, carne bubula utebantur. Vesperi autem plerumque genio indulgebant, cum laboribus amplius non impedirentur, tum enim herbas boni odoris sumebant, & illis aquam præparabant, sed in bellum exeuntibus pura aqua placebat, portabant autem secum farinam, quantum ad diem sufficeret, præterea siccos pisces, & sole duratos comedebant, cum ad explendam famem alia non occurrerent. Tempore pacis habebant præcisos capillos, excepto, quod in fronte, partem

Digitized by Google

tem quandem crinium, capronem referentem relinquerent. De ſtudio incedebant nudatis pedibus, ut ſe omnibus aſperis indurarent. Infantes nullo alio lacte quam materno lactabant, & ſi quæ matrum, infantem nutrici commiſiſſet lactandum, in ſuſpicionem adulterii incurrebat. Cum ſuperarentur acie, in montibus, ad quos citato gradu confugere ſolebant, ſalutem quærebãt, nec acquieſcebant, donec vindictam ex hoſtibus reportaſſent. Quod ſi Nobiles præſenti aliquo urgerentur periculo, illis illorum ſubditi & ſervi opem ferebant, vel illos liberaturi, vel cum Dominis mortem ſubituri. Ad tumulum autem Nobilis defuncti, tot collocabant ſtatuas, quod ille ex hoſtibus in prælio occidiſſet. Illi qui in bellum ibant, aut in caſtris agebant, reperti ſine funda, vel gladio, ignomiã notabantur, utebantur autem ut plurimum lancea, arcu, gladio, tegebantur laminis ferreis vel cute bovina. Non impetratâ prius veniâ ex caſtris exeuntem cuilibet occidere impune permiſſum fuit. Fœminæ quoque in bellum ire tenebantur, exceptis gravidis, & ætate confectis. Cum verò ad conflictum exirent, moris habebant primam ſibi occurrentem feram occidere, tum mucronem gladii in illius effuſum ſanguinem immittebant, & guſtabant, cum ſpe, quod hæ cerimoniæ ſibi pręſagium bonæ Victoriæ futuræ ſint. Illos, qui nimium poculis vel patinis addicti erant, in aquam præcipitabant. Literis hieroglyphicis utebantur, more Veterum Ægyptiorum. Et hi Veteres ſunt illorum Mores.

MORES RECENTIORES.

Jam Scoti natura ſunt invidi, & ſuperbi, contemnentes omnes alias Nationes, Nobilitatem ſuam, valde jactant, quin homines vilis fortunæ, infimique ſubſellii, ita ſunt impudentes, ut genus ſuum ex Regali ſtirpe deducere, & jactare nil vereantur. Sed hoc notandum eſt, quod Scoti diviſi ſint, in civeles, & agreſtes. quorundam enim magis civile eſt ingenium. Quidam velut bruta ſunt, quamvis Chriſtiano gaudeant nomine. Politiores illi ſunt, qui ad latus meridionale habitant, quod Alta dicitur Scotia, magis fertilis quam altera Septentrionalis, & habitatores dicti ſunt populus terræ ſuperioris, illique fere ut plurimum lingua utuntur Anglicana. Feri Scoti illi ſunt, qui Satus Septentrional.

trional. accolunt, incolæ dicti sunt, populus terræ inferioris. Hi retinent Arma, Mores, linguam Irlandorum, ex quibus suam hausserunt originem. pro armis utuntur arcu, sagittis, & gladio valde longo, & minori quoque ferro. Cæterum, Scoti sunt audaces, & animosi ad bellum, incommoda varia patienter ferunt, magis quam Angli. Subtiles sunt, factionibus addicti & seditionibus, & ad omne genus scientiarum apti. A longo tempore propter servatam fidem inclaruerunt, quapropter Reges Galliæ ex hac natione custodes corporis sibi eligere solent. Hodie magis sub hasta quam pileo miseram trahunt vitam.

MORES HIBERNORUM VETERES.

TEstatur Strabo, quod Veteres Irlandi fuerint magis feri quam alii Magnæ Britanniæ incolæ. Hi carnem humanam loco cibi comedebant, & voraces admodum erant. Erant in hac opinione, quod honesta res esset, parentum demortuorum cadavera manducare, cum fratribus sororibusque suis. Mela dicit, quod fuerint omnium agrestes, & omnium Virtutum rudes: Solino teste, Victores in more habebant, fricare suam faciem, illorum sanguine qui in prælio occubuissent, postquam illos terræ mandassent, secundum eundem auctorem, & rectum & iniquum ipsis perinde fuit. Mulier puerum enixa, primum cibum mucroni gladii, quo maritus accingi solebat, affigebat, & infanti exhibebat, molliter illius os pungens, vovensque ardenter, ne aliter quam in bello morte finiretur. Illi, qui videri præ aliis volebant, annectebant illorum gladiis dentes majorum animalium: Præcipua namque gloria Irlandorum in armis fuit posita. Ceterum hic populus, propter barbariem qua laborabat, non fuit satis cognitus, neque satis tuti apud illos erant advenæ. Quod vestitum illorum attinet, utebantur lacerna seu sago villoso, cum limbo jubata, vestis est Hibernica exterior, ad talos usque ferme demissa. Hac veste etiam fœminæ utebantur Hibernicæ, quæ à Romanis creditur accepta, nam sagum Romanis pariter ac Hibernis notum fuit. Hinc Gallia etiam Sagata dicta est. Ad arma quod attinet, certum est, Hibernorum

Vete-

Veterum arma ænea fuiſſe : Solinus teſtatur de illis, *qui ſtudebant cultui, dentibus marinantium belluarum inſigniſſe enſium capulos, & candicâſſe ad eburneam claritatem.* Plura vid. in antiquitatib. Hibernic. Jacob. Waræi.

MORES HIBERNORUM NOSTRI TEMPORIS.

Hiberni ut plurimum fortes ſunt, agiles, animoſi, ſe omnibus periculis facile exponunt, laboris omnis ſunt patientiſſimi. nec non frigoris, inediæ, variique generis miſeriarum. Amori valde ſunt dediti, conſtantes in amicitia, humani erga peregrinos, implacabilis odii, gloriæ cupidi, & qui pati nequeunt, ut factis vel verbis prodantur, affectibus addictiſſimi, ut qui mali ſint, pejores non evadant, nec boni meliores. Baptizatis infantibus nomina imponunt profana, adijciuntque aliud ex eventu quodam natum cognomen, vel coloris, ut rubri, albi, nigri, vel alicujus morbi, vel ſimilis rei, vel nomina injurioſa, ut ſuperbi, Non eſt permiſſum, infanti nomen Parentis imponere, aut alicujus familiæ, ſi adhuc vivit, quod autument hoc pacto illorum mortem accelerari. Patre vero mortuo, nomen ejus à filio ſuſcipitur, nę cum patre intereat, & cum ex poſteris aliquis hoc nomen habeat, ab illo ſibi magna quæque promittunt. Hæc opinio per Poëtas aucta eſt, qui ſcriptis facta veterum memoriæ prodiderunt. Puerperã mulierem multæ ſalutatum veniunt, ad conſequendam infantis nutriendi facultatem; & quamvis hic Populus Veneri maxime ſit deditus, & pudori ducat, dare fœminas mamillas proprio infanti. tamen ſæpe uterque conjugũ de ſtudio à coitu abſtinent, propter amorem infantis, donec grandioris cibi capax fiat. De cæteroipſi aliam pretio conductam nutricem ſervant. Cum infans ægrotat, nutrix illum (ſit honor auribus) veteri lavat lotio, & contra alia quæ ipſi poſſent accidere mala, ſuſpendit ipſi ex collo Evangel. S. Joannis, & præterera ungulam equi toſtam : adhæc infans cum nutrice Zingula ex equa compoſita portant. Fœminæ etiam ſuis amatoribus manicas, ex propriis capillis contextas, donare ſolent. Qui ex eodem nutricis ubere pependerunt, ſe intimo deperiunt invicem amore, & ſæpius accidit, ut ma-

gis ſe eodem nutriti lacte ament, quam Germani fratres. Cæterum hic populus deſidiæ admodum eſt deditus, & pro maximis divitiis ducit, nihil agere. Muſicam adhæc amant. Illi, qui Religioſam agunt vitam, auſteri ſunt, precibus nimiiſque jejuniis ſe fatigantes. Fœminæ quoque illorum bis in hebdomade diebus Mercurii & Saturni jejunant. Verùm illi contra, qui flagitiis addicti ſunt pejores ſunt, quam ut credi poteſt. Ex arborum corticibus veſtes nigro tingunt colore. Latrocinia, ab ipſis magna cum crudelitate exercita, neminem illorum infamant, dicuntque, quod ſibi magno pudori vertant, ex propriis victitare manibus, & totam ſtertere noctem, nec ad prædas in longinquum excurrere, quibus ita inhiant, ut nec templa violentis rapinis inquinare vereantur. Matrimonia contrahunt, non de præſenti, ſed de futuro, ideo facile divortium admittunt, ubi ſine negotio maritus aliam quærit uxorem, & mulier alterum maritum. Ejecta ædibus mariti fœmina, per veneficia, ſterilem ſolet facere novæ maritæ thorum, vel conjuges morbis infeſtare. Viri fœminæque magni crines ſuos præſertim longos & flavos faciunt. Sylveſtres Irlandi in genua procumbunt, cum novilunium ſpectant, Lunamque his alloquuntur: Præſta nos etiam ita ſanos, ſicut nos inveniſti. Deum pro lupis orant, & autumant quod per hæc media nullum patientur damnum, Illam fœminam pro Venefica judicant, quæ 1. die May ignem ab aliquo petit, quem niſi ægrotis non concedunt, nec ſine convitiis: hoc etiam pro omine habent, quod projecta ad portas arbor 1. May, faciat ut greges pecudum lacte ingenti abundent. Non permittunt alicui equum vel aliud laudare animal domeſticum, ſine præmiſſis verbis, *Deus illud ſervet.* Quod ſi intra triduum aliquid mali equo acciderit, requirunt eum qui equum laudavit, ut ipſi dicat in aurem Pater Noſter & Ave Maria. Ægrotis, neque de condendis teſtamentis, vel ſalute animæ quicquam dicunt, ſed de cura convaleſcendi tantum: In exceſſu amici tantos clamores & ejulatus produnt, ut diceres totum mundum perditum iri. Quod victum attinet, herbis, lacte, radicibus, butyro, farinæ ex avenâ factæ mixto, ſe ſuſtentant. Frumentum pro equis, quorum ingentem gerunt curam, ſervant. Urgente

gente nimium fame etiam crudas carnes comedunt, utque melius concoquere ſtomachus ingeſta valeat, aduſtum vinum adhibent, vaccæ ſanguinem coagulatum butyro ſuperfundunt, & ita comedunt. Nudis quotidiè incedunt capitibus, niſi quando in bellum ituri galeis ſe tegunt. Longos criſpatos alunt capillos, nec ullum ab aliis jocum ferunt.

His non poſſumus non adjungere illa quæ de Anglo-Hibernis notavit *Richardus Stanihurſtius Dublinenſis lib. de rebus in Hibernia geſtis, &c.* ubi illa, in anteceſſum à nobis ex aliis dicta, fuſius declarat, & quædam excuſat.

Qui incolæ ſunt Anglicæ Provinciæ, ab Hibernis victu, cultu, & ſermone differunt. Nam à priſtinis Anglorum moribus ne tranſverſum quidem diſcedunt unguem. Hibernicum tamen idioma ab Anglica provincia fere exulat, quin & multos Angliæ ſenes in Anglia conſpiciuntur, qui vix unum & alterum verbum Hibernice intelligant, nedum loquantur. Proceres quoque Hiberni & vulgus ab Anglico ſermone plane abhorrent.

Adhæc Anglo-Hiberni adeo ab antiquis illis Hibernis ſunt ſeparati, ut colonorum omnium ultimus, qui in Anglica Provincia habitat, filiam ſuam, vel Nobiliſſimo Hibernorum Principi in matrimonium non daret. Nam domeſtica connubia adeo inter ſe habent conjuncta, ut unus alterum proximitate ſanguinis tangat.

Cives & municipales more & inſtituto Anglorum vivunt. Legum Britannicarum auctoritate Rempublicam adminiſtrant, Anglice pariter ac Hibernice loquuntur propter quotidiana commercia, quę illis cum vicinis Hibernis intercedunt, ſuos tantum cives mutua devinciunt affinitate, Hibernicos tamen procos procul arcentes.

De nativis vero Hibernis apud plurimos hæc conſedit opinio, quod omnem exuerint humanitatem, fuſos per denſiſſimas ſylvas & diſperſos vagari, & ferina quadam immanitate effrænatos, vitam horridam & incultam degere. Verum, qui illos per hæc convitia raptant, à veritate in plurimis diſcedunt. Quanquam enim non eadem qua Angli commendentur morum civilitate, & ab ipſorum lautitiis abhorreant attamen neutiquam omnis apud illos humanitas in exilium pulſa cenſeri debeat.

Quantum ad ædificia, illa ſane adeo magnifica & ſplendida non ſunt, ſed agrariis culmis ut plurimum tecta: ſomnum tamen raro, niſi in caſtellis capiunt, quod aularum integumenta facile ignem concipere queant.

Caſtellano etiam præſidio ſe tueri ſolent, ne illos ſecure quieſcentes nocturna aliqua vis in ſperatò occupet. Qua de cauſſa, in caſtelli vertice velut in ſpecula excubias nocturnas curatius obſervant, in quibus per noctem clamores edunt, majoremque noctis partem inſomnem ducunt.

Habent quoque areas magnis aggeribus & foſſis circumdatas, dumetis ac virgultis circumſeptas. In has urgente neceſſitate armenta compulſa detrudunt, ut eo melius illa à nocturnis graſſatoribus tutiora reddant. Neque vero, ut plurimi præter verum autumant, per ſilveſtres anfractus & paludes palantas vagantur, verum prædia & domicilia certa habent, quæ à magna hoſpitum frequentia quotidie viſuntur. Adhæc illorum laus eſt, quod hoſpitales admodum ſint, neque ulla re magis delectentur, quam ſi quis ſponte illorum ædes viſat, vel illos ad convivium invitat.

Hyeme horis antelucanis, æſtate vero circa horam ſeptimam prandere ſolent.

Si ullam habent à militia vacationem, cum ſatellitio in Sylvas excurrunt.

Judicia ſua ita exercent: Stato die ex tota vicinia ad certum locum concurſus fit, qui cum præcelſus ſit, unus inter cæteros eminet. Ibi quilibet de injuriis ſibi ab alio illatis conqueritur. Tales autem injuriæ clandeſtinis furtis frequentiſſime committuntur, quo flagitio plebs valde laborat, & Cominorum ædes furtorum receptrices habent. Quodſi ipſi Proceres inter ſe aliquo capitali odio accenſi ſint, noctem in ſocietatem ſceleris & auxilium prædarum non adjungunt, ſed exercitum ex ſicariis, excurſoribus, &c. conducentes, in inimici ſui territorium luce clara ingruunt, omniaque ejus bona rapiunt, & palam prædantur, niſi alter ad arma vocatus, paratus ſit ſuas rapinarum miniſtris vires opponere, prædonumque impetum arcere In hujuſmodi Excurſionibus multæ peraguntur cædes. Quod ſi congregata pecora in ſuas adducere poſſint ditiones, hoc, tanquam præclarum quoddam facinus inalbum rerum egregie geſtarum referunt. Qui ex his contentionibus fortu-

nas

nas ſuas amiſerint, tempori cedunt, vindicias ab inimico ex data occaſione ſumpturi, inimicitias foventes, implacabiliter odia ſervant, minas tamen non jactant, cum non latrare ſed mordere velint. Simulant tamen interea amicitias, mox ex occaſione in publicam vindictam exarſuras, quandoquidem hoc ſitum in animis habeant, ſanguinem non aliter quam ſanguine expiari poſſe. Hæreditarias autem inter ſe habent inimicitias, & paternarum diſſenſionum cauſſæ, etiam filios in arma & vindictam compellunt. Hac ratione illorum ſtatus variæ fortunæ viciſſitudini obnoxius, vacillat.

Ubi autem damna alicui data ſunt, de illis querelæ ad coronam deferuntur. Adſunt præſto indagatores, qui mercede adducti furtorum veſtigia ſolertiſſime ſectantur. Si quis reus falsò vel vere ſceleris inſimulatur, non alia juris forma reſpondet, quam *Nego hoc*: ſi autem actor apertum non deprehendat furtum, ſed ex præſumtionibus tantum agat, fruſtra litem agit. At vero ſi quis per aperta ac luce meridiana clariora documenta furti convictus eſt, tenetur reus aut ad reddendum ablatum, vel valorem ejus præſtat. Tales vero lites æſtimare ſolent certi homines quos BREHONIOS appellant, qui tam juris Civilis, quam Britannici ignorantes ſunt, judicantque ſolum ex domeſticis conſuetudinibus, quæ uſu & frequentia actuum receptæ ſunt. Hi artem aliquam ex rebus commentitiis conflatam habent, quam nullo modo divulgari patiuntur, ſed ſibi ipſi velut abſtruſa quædam Myſteria & à notitia aliorum remota ſervant. Hinc autem propter opinionem affectatæ ſcientiæ apud imperitam plebem magni habentur. Agunt etiam inter illos ſemidocti quidam Legulej, qui à primis annis civili & pontificio juri dediti ſunt.

Uſum Latinæ Linguæ tanquam rem puerilem flocci faciunt, neque latine unquam bene ſonant.

Ubi tandem poſt longam litigationem ſolem ad veſperam pronum vident, domum redeunt, & ut quiſque opibus & fortuna valet, ita etiam hoſpites ad cænam ſecum capiendam invitat.

Solent autem magnifice & opiparè cœnare: quamvis enim delitiis, quæ multorum ſumptuum jacturam pro-

movent, careant, menſas tamen bovina porcinaque carne, & aliis cibariis habent inſtructiſſimas. Nonnullorum, etiam fuit opinio, illos cruda carne veſci, quod tamen præter rei veritatem eſſe Auctor exiſtimat, quamvis non adeo accurate cibos coquant, & aſſos reddant. Utuntur pro medicamine, ignito quodam vino, nullo alio liquore permixto, vulgo dicitur Aqua vitæ. Hoc potionis genus intimo artificio inſtillant. In vicinis oppidis magnam vini emunt copiam, in epulis accumbere ſolent: primum in menſa locum mater familias tenet, talari induta tunica, fereque manicatâ: inter cœnandum adeſt citharista, ſæpius cæcus, qui chordis ex ære plerumque factis animos accumbentium exhilarat: utũtur autem Hibernici more tubæ, lignea quadam fiſtula, affabre compoſita, cui ſaccus ex corio adhærens dependet, ex quo aliæ fiſtulæ eminent, Muſicus turgidis buccis ventum per fiſtulam in follem demittit, tum pellicula aëre fracto intumeſcit, quam preſſo ad latus brachio ſollicitat, quæ per alia excavata ligna breviorem vel longiorem emittit ſonum, per digitorum alternantem pulſum non ingratum. Hoc Muſicum inſtrumentum etiam in bellis ad excitandum Hibernorum animos commune eſt.

Jam de illorum ordine, quo in bellis uti conſueverunt, nobis agendum eſt.

Primus in bello ordo Equeſtris eſt. Multum autem Hibernicæ Gentes ab aliarum Gentium conſuetudine alienæ ſunt: Equidem ponderoſas haſtas habent, equis etiam inſignibus pollent, quibus nihil eſt tractabilius: Equi per ferreas aſcendunt ſcalas, Jubarum ſetas frontibus imminentes ſiniſtrâ apprehendunt. Nihil autem equitis æſtimationem magis minuit, & cachinnum promovet, quam equo fœminâ vehi

Poſt equites pedites ſunt, qui ex quodam ſagatorum militum genere conſtant, quos illi vocant *Galeglaſtos*, homines eximia prædicti ſunt corporis magnitudine, habent tela pedalia, ſecuribus ſimilia, gemina, novaculâ acutiora. Prius vero, quam aliquis in illorum aſſumatur collegium, itenetur juramento ſe obſtringere, ſe non velle tergiverſari. In omni acri conflictu, ubi ad manus ventum eſt, illi aut cito pereunt vel citius perimunt. Extra controverſiam homines

ſunt

ſunt validi, Hibernicique belli robur atque fundamentum. Tertius ordo complectitur pedites levis armaturæ, dictos *Macharophoros*, vel ab Hibernicis Karnos. Iſti haſtas totis viribus adeo viriliter toquent, ut quaſi in gyrum compelli videantur. Manicis ferreis armati pugnant, nec admodum ponderoſo incedunt veſtitu. Inſignes ſunt fundarum miſſores, armis, more palæſtræ uti ignorant, neque in ludicra gladiatorum arte exercitati. Hoſtes crebro ictibus vulnerant, enſes acutos & ſcabros amãt. Ferunt quendam è bello reducem graviſſimis vulneribus fuiſſe ſaucium; cumque reſpexiſſet gladium, & nulla parte læſum vidiſſet, gratias dis egit, quod vulnera non gladio ſed corpore excepiſſet.

Bombardarum uſus jam quoque apud illos increbuit: etſi enim olim illarum ſonitum ferre nequirent, noſtra tamen ætate ipſi pulverem tormentarium conficiunt, & plumbeos globos expedite collimant.

Cum de hominis ſalute conſilium ineunt, quo diutius conſilium capiunt, eo propius captivi caput petunt. Habent proverbium Hibernico ſermone receptum, quoties de rebus deliberatis diffidunt: POSTERIOR KARNORUM CONSULTATIO. Si quem iſti occidant, ſemper ad occiſum cadaver nova vulnera addunt. Nam unuſquiſque interfecti ſanguine gladium tingit.

Ultimus omnium ordo Curſorum numero concluditur, quos Hiberni Daltinos vocant, nobis miniſtri à pedibus ſunt. Totus autem tam equitatus, quam peditatus, quoties ad manus & pugnam ventum, alta clamat voce *Pharro pharro*. Qui ex acie invulnerati diſcedunt, ſaucios commilitones domum portant.

Quod illorum ſpectat eruditionem, illa valde exigua eſt. Medicos ibi hæreditas, non doctrina facit, ſatiſque ſe doctos putant, ſi illud Hippocratis, *Ars longa, vita brevis*, recitare queant. Lectitant tamen quidam eorum pervetuſtas & fumoſas membranulas, multis lituris interpunctas, Hibernice ſcriptas, quas valde amant.

Si quis inter Hibernos, præſertim ſummo loco natus, ex vita decedat, incredibile dictu, effuſo fletu & ejulatu omnia implent: ut enim quis dignitate conſpicuus obiit, illico fœminæ per vicos & campos decurſant, truci clamore omnia replentes, tum vero templum quando mortuus terræ man-

datur, idcirco redimicula ponunt, capita nudant, crines lacerant, frontem feriunt, latera intendunt, palmas dilatant, ſupinas in cœlum tollunt manus, mortuorum ciſtas verſant, cadaver amplexantur, oſcula figunt, ac vix humari ſinunt. Idque ſimulata quadam pietate, unde proverbium apud Anglos *Hibernice lachrymari.*

Sicut autem omnes Gentes non ſolum Vitiis ſunt obnoxii, ſed ſuis etiam Virtutibus pollent, ita quoque Hibernorum indoles utrique obnoxia eſt.

Primum enim valde ſunt hoſpitales, beneficæ mentis, laborum patientes, bellatores ſtrenui, rebus anguſtis animoſi. Nutrices ad ultimum Vitæ ſpatium loco parentum honorant, earum natos, quos collactaneos vocant, magis quam germanos fratres amant. Tanta autem incredibili fide pollent, ut, licet exquiſitiſſimis ſuppliciis illos excrucies, ab inſita tamen fidelitate illos non deduces.

Sacerdotes in magno habent honore, &, quamvis bello omnia ardeant, Religioſi ubique ſecuri agunt, qui nefas ducunt ſacerdotum bona contrectare, multo magis illos aliquo afficere damno.

Neque vero ſolum ſacerdotes, ſed etiam literas magni faciunt, nullum autem etiam in omni doctrina abſolutiſſimum, Virum doctum, ſed bonum doctrinæ filium appellant.

Cum hoſtes etiam in maximo armorum ardore ad templa confugiunt, tuta aſyla ſemper ibi reperiunt: hoc remedio uti ſolent ruſtici, qui in magnis depopulationibus eo cum ſuis confugere ſolent.

Ultimum notari debet, illa quæ ſuperius dicta ſunt (quod Hiberni ita feri ſint, ut in ſylvis & montanis velut feræ oberrent locis) ad id genus hominum referri debere, qui ex præda & flagitiis vivunt. Atque hæc de moribus Hibernorum dixiſſe ſufficiet. Qui indolem ipſius Hiberniæ noſcere vult, tum ſoli cœlique naturam, animalia tam terreſtria quam aquatilia, frugum genera, &c. vid. lib. Anglicum cui titul. *Irlands* Naturall. Hiſtory, Samuelis Hartlib Londini An. 1652. Anglice impreſſum, ut & alium, cui titulus *A Reſtitution of decayed Intelligence*, ubi mores & origo Anglorum aliaque memorabilia exponuntur.

STA-

STATUS ECCLESIASTICUS ANGLIÆ, SCOTIÆ, ET HIBERNIÆ, NOSTRI TEMPORIS, EX CL. ANONYMO.

ALium fuiſſe Statum Eccleſiarum Magnæ Britanniæ ante Bellum civile, & in mediis paulo ante tumultibus, ſatis omnibus conſtat. Quamvis autem olim Eccleſiæ per Archiepiſcopos illiſque ſubſtitutos Myſtas rectæ fuerint, fuerũt tamen quidam à primis reformationis temporibus, qui publicum Religionis cultum in multis rebus Romano-Catholicæ Religioni nimium conformem quererentur, illamque Hierarchiam Epiſcopalem ex opinione illorum nimio faſtu turgentem, potentiaque prævalidam ſublatam vellent.

Hoc Epiſcopi & Aulici perſpicientes, illos exoſo *Puritanorum* criminabantur nomine, & ut non ſolum ſibi verum etiam Regiæ Majeſtati infeſtos apertis odiis perſequebantur, ut ita quos palam opprimere non poſſent, per artes paulatim omnes everterent.

Poſtquam autem Rex Angliæ Carolus uxorem ex Gallia, Romano-Catholicæ Religioni addictam, ſibi matrimonio junxiſſet, tum primum *Puritanos* totis quaſi aggreſſi ſunt viribus, quos ut eo facilius exturbarent, ſyncretiſmum cum Romana Eccleſia moliebantur, ad quod promovendum negotium, Pontifex Romanus Nuntios ſuos Georgium Coneum Panzani & alios in Angliam & aulam ablegavit Regiam. Acceſſit quod *Wilhelmus Laud*, Archiepiſcopus Cantuarienſis ultimus, implacabiliter Puritanis iratus hoſtis, contra illos gravem moliretur perſecutionem, illorumque animos novis conſtitutionibus & juramentis, Scoticaque Liturgia gravaret.

Hæc cum Puritani conſcientiæ dictamine prohibiti amplecti non poſſent, & vero Hierarchici per vim illos ad unam in Religione opinionem cogere vellent, plerique ipſorum ab Eccleſia Anglicana abalienati ſunt, donec in ſchiſma apertum & ſeparationem diſceſſerint, dicti dein *Non Conformiſtæ*, *Separatiſtæ* & *Browniſtæ*. Hoc illorum facto admodum Hierarchici irritati, Regem ad

illos perſequendos ſtimularunt, cujus juſſu multi Paſtores officiis Eccleſiaſticis exuti, quidam in carceres conjecti, ære & corpore mulctati, atque etiam in exilium acti ſunt. Horum dein pars in Hollandiam, Geldriam, alii numero plurimi in Americæ Septentrionalis Regionem, hodie novam Angliam dictam, per colonias velut commigraverunt. Ibi vero Eccleſias complures particulares fundarunt, in dogmatibus fidei cæteris Reformatis propemodum per omnia ſimiles, in Regimine ſolum eo diſcrepabant, quod nulli Eccleſiæ, præterquam illi cujus membra eſſent, ſe obnoxios agnoſcerent, unde etiam dicti ſunt *Independentes*.

Cum vero nuper Parlamentum Reformationem ſuſcepiſſet, primò omnium Epiſcopos & totam Hierarchiam abrogavit, deinde Synodum Nationalem convocauit, quæ Directorium, Confeſſionem Fidei, Cathechiſmum parvum & Magnum publicavit, quæ à pleriſque per Britanniam Eccleſiis ſuſcepta ſunt, quamquam in Anglia nemo cogeretur id ſuſcipere, libertate cuique in omnibus relictâ. At vero in Scotia huic ſe ordinationi opponentes gravibus cenſuris Eccleſiaſticis ad ſubſcriptionem & approbationem cogebant.

Cum autem Parlamentum abrogatâ Epiſcopali Hierarchiâ non ſtatim novam Eccleſiæ gubernationem inſtituiſſet, prohibitum tum bello civili, illo tempore invaleſcente, tum vero Senatorum diſcrepantibus ſententiis, hinc cuilibet libertas conſcientiæ relicta, quę mox in licentiam & complurimas mox degeneravit ſectas. Hinc Anglia tot diverſis in Religione opinionibus velut aggere rupto inundata fuit, quilibet ſibi Religionem & ſacra fingebat, ſomnia & commenta pro fidei articulis habebat, ſe eo ſanctiorem quo ab omni Eccleſiaſtico ordine remotiorem fore autumabat.

Ex hac vero diverſarum opinionum colluvie, duæ imprimis prępotentes emerſerunt in fide factiones, in fide quidem concordes & Reformatæ, ſed in Eccleſiaſtico Regimine diſcrepantes, dicti *Presbyteriani* & *Iudependentes*. Equidem quicunque Directorium ſuſceperunt, & Eccleſias per Paſtores, & Preſbyteria, hæc per claſſes, claſſes per Synodos Provinciales, has per Nationes gubernabant, dicebantur Preſbyteriani: qui vero Directorium non ſuſceperant, vocati ſunt Independentes, ipſi ſe Congregationales appellabant.

In quo Presbyteriani & Independentes convenium, & diſcrepant.

Con-

Digitized by Google

Conveniunt I. In Confeſſione fidei & articulis Religionis omnibus, nullaque inter eos & reformatos tranſmarinos alicujus momenti diſcrepantia eſt. 2. Utrique Eccleſias particulares gubernant per Presbyteros, tum *Docentes*, qui Paſtores ſunt, tum *Regentes*, III. Jus vocandi miniſtros apud utroſque penes Eccleſiam eſt.

Diſcrepant I. In conſtitutione Eccleſiarum particularium. *Presbyteriani* quoſvis, qui non in aperto ſcandalo & impietate vivunt, tanquam membra Eccleſiæ ſuſcipiunt, & numero potius, quam delectu gaudent. *Independentes* vero ſtrictiores & rigidiores ſunt, in membris Eccleſiaſticis admittendis, requirentes poſitivam ac viſibilem ſanctitatem.

In Gubernatione I. *Presbyteriani* Eccleſias habent in templis publicis: *Independentes* partim in templis, partim in privatis ædibus aliiſque locis.

II. *Presbyteriani* ad ſactam cœnam admittunt quoſvis ſibi notos, ſi ſcandalo aperto non inquinati ſunt: *Independentes* eos tantum, quos noverunt (quantum ex viſibili & externa converſatione judicare licet) non tantum ſceleris puros, verum etiam vita integros, in divinis ſcriptis & rebus Theologicis probe verſatos, cujus documenta tum precibus, tum interpretatione ſcripturarum coram Eccleſia ediderunt. Celebrant autem Independentes ſacram cœnam vel ſingulis dominicis vel rarius.

Presbyteriani illos tantum dignos habendis ſacris concionibus autumant, qui operam ſtudiis, Linguis & Theologiæ navarunt, & ad Eccleſiaſtica officia legitime vocati ordinatique ſunt, diverſis pro ſententia ſua defendenda in medium prolatis argumentis. E. g.

Sanctum non eſſe profanandum, nec ante currendũ vel Prophetandum, quam quis vocatus ſit, omnia ordine & decenter in Eccleſia fieri debere. Deum quoſdam dediſſe Apoſtolos, alios Evangeliſtas, metuendam confuſionem & ſectas, tum vero hæreſes ex promiſcua illa licẽtia pullulãtes.

Contra Independentes quemlibet ad conciones admittunt, qui dona ſolum & impetum habent. Horum hæ ſunt rationes: Vocationem ad miniſterium internam à Deo, & non externam, vel ab hominibus eſſe. Tales etiamſi non in ſcholis,

ſcholis, tamen à Deo doctos. Scholaſticam eruditionem non ſufficere ad Miniſterium, niſi interna accedat vocatio. Hanc cauſſam, illam ſolum ornamentum & inſtrumentum eſſe: Spiritualia neminem poſſe comprehendere, aut docere, niſi ſpiritualiter & à cœlo doctum. Deum ſua dona non alligare certis hominibus, ſed nullo reſpectu perſonarum habito vel etiam externæ vocationis, illa quibus velit largiri. Verbum Dei eſſe clarum & ſimplex, Deum contemptibilia Mundi elegiſſe, ut ſapientiam hominū confunderet. Ea nunc inſtare tempora, quibus Deus ſpiritum ſuum in omnem carnem effundat, & univerſam terram ſui notitia impleat, imminere Iudæorum & Gentilium converſionem, ac propterea relinquendam ſuam Spiritui Sancto libertatem, neque curſum verbi Dei impediendum aut dona Dei, ut lucem ſub modio occultanda, quemlibet teneri ad propagationem gloriæ cognitioniſque Divinæ, ſolum Deum cordium eſſe ſcrutatorem.

Presbyteriani Eccleſias particulares ſubijciunt Claſſibus, claſſes Synodis Provincialibus, has Nationali, eamque ſubordinationem juris divini & Decreta Synodorum leges neceſſario ſuſcipiendas faciunt.

Independentes quamvis Eccleſiam particularem ſui juris, nulli alii ſubjectam ſtatuant, nemini fidei ſuæ rationem reddunt, niſi illis cujus membra ſunt Eccleſiæ Magiſtratui autem in cauſſa turbatæ Reipub. aliiſque rebus civilibus jus ſuum relinquunt. Habent etiam claſſes ſive Aſſociationes & Synodos, quibus conſultandi & perſuadendi, non imperandi & decernendi decidendique poteſtas tribuitur. Quapropter claſſes & Synodos approbant, quoad Conſilia, improbant quoad juriſdictionem, humanum inſtitutum fatentur, Divini eſſe negant juris.

SECTÆ, QUÆ SUB INDEPENDENTIUM NOMINE LATENT.

PRopter illam libertatem quam Independentes ſibi in rebus Eccleſiaſticis arrogarunt, multi alii Sectarii ſub hoc nomine in Anglia propullularunt: horum præcipui ſunt *Anabap-*

baptiſtæ, qui in Anglia multo puriores, quam alibi ſunt, id quod illorum oſtendit confeſſio. Hi in pleriſq; capitibus cum Reformatis faciunt, ſanctis Sacramentis ſuam non detrahũt vim, Magiſtratus agnoſcunt, bellum contra libertatis & conſcientiarum oppreſſores legitimum eſſe ſtatuunt, negant tamen id Religionis propagandæ gratiá ſuſceptum cum æquitate geri.

Conſcientias cogi vetant, ſed perſuaderi. Contra, libertatem prophetandi acriter urgent, ſecundum quam, omni qui inſtinctum Spiritus Sancti ſentiat, conciones habendi poteſtatem faciunt. Quapropter ultimum Parlamentum abrogationem totius miniſterii, ſubblatis decimis & parochiis, moliebatur, & cuilibet poteſtatem conciones habendi dari volebat.

Anabaptiſtas excipiunt *Antinomiani*, qui vetus Teſtamentum velut jam completum & abolitum reijciunt, ſolumque Novum Teſtamentum amplectuntur. In concionibus non niſi abſolutam Dei gratiam & Evangelium, ſublimia & ſpiritualia omnia prædicant, legem verò & cenſuras Eccleſiaſticas omnes, tanquam ad Moſaicam Pædagogiam pertinentes, ſuſque & æque habent.

Antiſcripturiani, vel gravius errant, qui totam ſcripturam ſacram reijciunt, dicentes *eundem ſe ſpiritum cum Prophetis & Apoſtolis habere*. Idcirco omnes libros & eruditionem ſpernũt, conciones Eccleſiaſticas reijciunt, ſpiritu ſolo contenti.

Sequuntur *Shakeri* ſive *Quackeri*, omnium Enthuſiaſtarum colluvies. Hi ſe in hac vita plane perfectos exiſtimant, & ab omnibus peccatis mundos, nec aliud cœlum, quam quod in corde ſuo ſentiant, vel infernum, quam homines malos credunt. Nihil ergo ipſis reſtare, quam ut corpore velut carcere liberentur. Sæpius in tantas incidunt Ecſtaſes, ut toto corpore contremiſcant, ut perhibent, magnitudinem illam lucis ſplendoriſq; divini, quo obruantur, perferre non poſſint. In illa autem ecſtaſi horrendos edunt clamores: ubi ad mentem redierunt, de ſumma gloriæ Majeſtate multa magnifice jactant. Verum hi, non diu eſt, in Wallia, ubi maxima illorum erat copia, publice pro concione hæreſis, & diabolicarum convicti ſunt impoſturarum, & ex hoc inviſi ſunt, omnibuſque bonis deteſtandi.

Qui

Qui ſuccedunt *Ranteri*, omnium turpiſſimi & impiiſſimi eſſe judicantur: Hi in agendis ſolum ſuam pravam ſequuntur voluntatem. Omnia naturalia à Deo, adeoque neceſſariò bona eſſe putant. Verum hi, cum omnem honeſti reſpectum exuerint, in publico nullibi tolerantur, ſed, ubicunque deprehenduntur, in carcerem conjecti libertatis amiſſione & corporis pœna plectuntur. Inter hos & alios multos fanaticos quidam ſunt, qui ſe Moſem & Aaronem dicunt, ſibi parem cum illis poteſtatem arrogantes.

Levellerii politica potius, quam Religioſa factio ſunt, Status Democratici, vel potius Anarchici ſtudioſiſſima. Leges naturales vel illis dictas fundamentales gentis, inprimis urgent, quibus cuivis homini poteſtas æqualis in Rempub. ejuſque adminiſtrationem data ſit, neque vero alium alteri ſuperiorē aut inferiorem honore vel opibus eſſe debere, verum omnia æqualia & quaſi communia habenda. Atque hi maximi ſunt magiſtratus hujus hoſtes, ſatiſque numeroſi. Eorum primipilus eſt *Joannes Lilburn*, homo plebejus & factioſus, Auctoritati ſuorum ſuperiorum ſemper contrarius & multarum in Anglia turbarum auctor.

Quomodo ſe Magiſtratus erga Eccleſias gerat.

Quemadmodum ſe Reges Angliæ caput Eccleſiæ vocarunt, ſummamque ſibi in eas poteſtatem vindicarunt: Ita hic Magiſtratus contrariam inſtitit rationem, & non dominium aliquod in fidem & conſcientias, ſed tantum defenſionem & Prorogationem Religionis ſibi attribuit. Qua de cauſſa non permittit.

I. Ut Eccleſiæ ſe negotiis Reipub. immiſceant.

II. Eccleſias Reformatas, earumque Paſtores ſive Presbyterianum regimen, ſive Independens amplectuntur, publicis ſtipendiis fovent & tuentur, reliquas ſectas tolerant, & ſive publice ſive privatim conventicula celebrare permittunt, hac tamen lege: *Ut ſolum verbum* DEI, *normam fidei & vitæ amplectantur*, ac ſine offenſa erga Rempublicam, & proximum vivant.

Quicunque igitur vel ſeditioſa vel blaſphema atque impia dogmata fovent, illi ab hac conniventia excluduntur, & in facinore deprehenſi, corporali pœna vel carcere, prout meruerunt, plectuntur. Sicut præterita æſtate factum, cum quidam heterodoxi in ſacello Somerſetio ſuas opiniones erroneas

Digitized by Google

neas satis petulanter spargerent, atque etiam fœmina quædam publice concionem haberet, missi milites, qui fœminam captivam abduxerunt, & aliquos foribus obsessis per aliquot hebdomadas inde excluserunt.

III. Ut vero hujusmodi Ecclesiarum mala extra Regnum eliminarentur, latæ sunt LL: pro stricta Sabbathi observatione, contra impias maledictiones, superstitiones, imprimis ad extirpandam Religionem Romano-Catholicam, quam Reipublicæ noxiam, seditionibusque concitandis aptam, pro comperto habent.

Ut vero Reformata Religio magis magisque propagetur, varia adhibent media, quantum in hac Reipub. distractione fieri queat.

Primò Academias ab omni abusu & corruptione reformãt, neque Scholasticas illas opiniones, quibus alibi Protestantes in contraria studia scinduntur ac colliduntur, regnare volunt, sed potius ipsam doctrinæ & vitæ sanctitatem.

Cæterum, certum aliquem numerum Virorum piorum & eruditorum constituerunt: horum munus est, Ecclesias omnes per totam Angliam visitare, de Pastoribus & Ministris ubicunque sint, diligenter & sanctè inquirere, num in tanto numero muneri pares sint, utrum illorum dicta factis respondeant, respicientes potius vitæ sanctimoniam & puritatem, quam variarum rerum acquisitam eruditionem, ac elegantiam: quod si tales invenerint, in officio & Opere stabilire, de sufficienti stipendio prospicere, iudignos verò removere, & magis idoneos in locũ substituere; denique omnia cum diligentia procurare volunt quæ ad propagationem Evangelii, extirpationem anti-Christianismi facere possent.

V. Confirmationem Conjugii velut rem Civilem, & quæ Sacramenti prætextu, à Sacerdotibus Pontificiis, Magistratui prærepta fuerunt, denuo sibi vindicarunt, ita ut non permissum sit Pastoribus, sine auctoritate & consensu Magistratus, quenquam, ut illi dicunt, copulare: liberum tamen cuilibet relinquitur, vel à solo Magistratu, vel à pastore præsente Magistratu & potestatem dante copulare. In Belgio quoque hic obtinet mos, ut illi, qui matrimonium inire volunt, prius in curia coram Magistratu conjugii copula ligentur, postea ex sacris rostris publice denuncientur.

Ad

Ad ultimum, ſummus ſcopus Magiſtratus eſſe videtur, ſe rebus Eccleſiaſticis non immiſcere, ſed res ad fidem pertinentes, ſive ut Theologi loquuntur res de fide, conſcientiæ & arbitrio cujuſque committere. Quapropter in ſacris nec præcipiunt quicquam, nec prohibent, verum externam ſolum tuentur diſciplinam, ne quis exercitationes impune exerceat, aut Rempub. perturbet. Quicunque Jeſum Chriſtum ſecundum ſcripturas profitentur, ſeque abſque ſcandalo pacifice gerunt, illi, quamvis diſcrepent opinionibus, erroreſque ſuos habeant, tolerantur tamen, & ut ſe quoque mutuo tolerent publica auctoritate admonentur.

VII. Imprimis omni conatu nituntur Presbyteranos & Independētes ad mutuam pacem & concordiam adducere, hoc præcipuo argumento. *Quod cum utrique ſecundum illorum ſententiam Reformatam fidem profiteantur, non pulchrum eſſe, illos propter ſolum diverſum ſua Eccleſia regimen collidi. Ne quidem Reformatas trans mare Eccleſias ad eandem formam omnes, ſed quaſdam adductius, remiſſius alias regere.* Neque ullum dubium eſt, pacem brevi coituram, ſi utrique de priſtino fervore & obſtinacia quotidie quicquam remittant, & utrinque agnitis erroribus modeſtiores fiant.

DE ECCLESIIS IN WALLIA.

WAllia ſub Epiſcopis in craſsâ Religionis ignorantiâ jacuit; propter ruditatem Paſtorum, qui populo non niſi Liturgiam, neque eam ubique prælegebant. Iis ſublatis lux Evangelii ex tenebris illis clarius ferè quam alibi refulſit, ac ingens ejus gentis multitudo ad fidem converſa fuit. Differunt autem & ibi aliquomodo Eccleſiæ: *Quædam* enim omiſſis omnibus illis inter Presbyterianos & Independentes ortis quæſtionibus, in fide & pietate mutuò ſe ædificant, ac fractionem panis celebrant, liberum relinquentes aliis pædobaptiſmatis uſum. *Aliæ* ſunt illorum, qui ſe *Chriſtianos Baptizatos* vocant, & tum hoc nomine, tum aliis externis ritibus, à cæteris diſtinguuntur. Hi minus puri ſunt. & nimium ſuis imaginationibus indulgent, ac rixis & contentionibus colliduntur.

DE.

DE ECCLESIIS IN SCOTIA.

SCoticæ Eccleſiæ admodum hodie conturbantur, propter Synodum Nationalem, quę cum hactenus in ipſam Remp. ſe ingeſſiſſet, nimiamque poteſtatem ſibi arrogaſſet, hinc authoritas ejus valde decrevit, & à multis palàm ſpernitur, qui ſe ab eâ eximunt, & particulares ac Independentes Congregationes inſtituunt. Cætera ferè ſunt ut olim, neque quicquam vel in Eccleſiâ vel Scholis ac Academiis mutatum. Sola igitur Synodi nimia tum in Eccleſiaſticis tum civilibus poteſtas imminuta & circumſcripta eſt.

DE ECCLESIIS IN HIBERNIA.

ECcleſiæ Hibernicæ, in ſanguinante illa Rebellione, penitus exciſæ à Papiſtis fuerunt. Nunc domitâ immani gente, ſicut ipſa iterum regio colonis impletur, ita Eccleſiæ quoque paſſim conſtituuntur à piis paſtoribus. Sic Præpoſitus Collegii, ſive Academiæ Dublinenſis, magnam Eccleſiam, ſecum in Reformata fide conſentientem, collegit. Idem alii alibi faciunt, & vel Presbyterianum vel Independens regimen ſectantur. Inprimis magnus illorum numerus eſt, qui ſe *Chriſtianos Baptizatos* vocant. Quos Commiſſarii, qui Hiberniæ regendæ præſunt, abſque diſcrimine omnes fovent & tuentur.

REGIMEN POLITICUM ANGLIÆ.

QUOAD REGIBUS ANGLIA PARUIT. EX DESCRIPTIONE PIERRE D'AVITY, LES ESTATS, NOVO ANONYMO, CAMDEN. SMITH, BODIN, &c.

ANGLIA noſtris adhuc temporibus Regum Imperio fuit ſubjecta, quos Koning vel Kyning, & ultimum Kyng vocabulo Veterum Saxonum ſuorum anteceſſorum

appellabant. Ista dignitas per successionem acquisita, tanquam jus quoddam hæreditarium ad proximos semper Successores & primarios sanguinis Principes devoluta est, adeò ut etiam in defectu masculæ prolis successio ad fœminas pertineret.

Rex autem Angliæ nullii in Europa Principi, ut Imperatori, Papæ, &c. respectu Angliæ ulla ex causa subjectus est, Neque vero in causis civilibus, verum etiam Ecclesiasticis nullum agnoscit superiorem: Quapropter visibile caput Ecclesiæ Anglicanæ, ipse Rex fuit, se suamque Ecclesiam tam à temporali quam (vulgo) Spirituali auctoritate Papæ vindicando. Quod autem Regis vel Monarchæ, multis ita dicti, auctoritatem & potestatem attinet, sciendum est, Regem Reginamque summam pacis bellique denunciandi potestatem habuisse, tum vero fœdera percutiendi, inducias, approbandi vel improbandi, vel suo vel consilii sanctioris arbitratu. *Sanctius autem consilium* è Nobilibus, Baronibus, Armigeris &c prout Regi placuit, collectum fuit. Hi singulis diebus, aut illud exigente rerum necessitate, de gravissimis Regni negotiis deliberaturi, convenire solebant, ut Principi optima suppeditarent consilia. Princeps autem, si ita visum fuit, aut omnibus, aut ex illis nonnullis summa Legationum capita, quæ ab exteris Principibus adferebantur, exponebat literas ad se missas communicabat, in quibus quicquid tacitum, vel sibi soli reservans. Qua in re absolutissimum præ Venetorum Ducâtu hoc Regnum Angliæ est.

Domi militiæque Princeps absolutam, ac nullis Legibus coercitam, exercuit potestatem. Ejus placita vim Legis sustinebant, sine ulla processus judiciarii formula. Ad mortem condemnare quemlibet, vel aliam damnatis pœnam imponere, tam belli quam pacis temporibus Rigorem L L: in causis favorabilibus mitigare, mulctarum ad se pertinentium debitum restringere, de præcipius Regni & Status officiis tam sacris quam profanis disponere, decimas à rebus Ecclesiasticis ut & anni primitias exigere, nonnulla Collegia & Academias excipiendo, omnia mandata, omnes actiones sub Regis fieri nomine. Adeo ut Anglicus loquendi mos fuerit: Subditorum Angliæ vita, illorumque membra ad Regem solum pertinent, cujus in potestate est, gratiam ad mortem damnatis concedere.

Princi-

Principalis etiam auctoritatis documentum, in monetæ æstimatione fuit, quæ sub Regis imagine & titulo excudebatur. Forma, pondus, argenti puri aut impuri, fusio ex solo Regis nutu pendebat. Cætera verò mensuræ genera, rerum sive solidarum, sive liquidarum, non edicto Principis, sed Senatus Consulto æstimabantur.

Dictum est penes Regis potestatem esse, gratiam pœnæ in delictis faciendi. Excipitur casus quando actio criminalis per viam inquisitionis intenditur, quod proxime ad Instantiam principis dici solet. Sub hujusmodi formula reo condonatur, *modo stet rectus in curia*, hoc est, *dummodo delinquenti nemo imposterum aliquid objiciat*: quo fit, ut quamvis indulgentiam à Principe nactus sit, si tamen is, qui damno affectus fuerit, actoris vel accusatoris vices sustinere voluerit (Vocatur Anglice *The appeale*) quod in quibusdam casibus admittitur, impunitatis concessio reo nihil conducat.

Ad Principem etiam pertinebat tutela pupillorum & pupillarum. Quibus præter ejus consensum nuptias contrahere non licebat. Illis tamen illa libertas nubendi non est denegata, qui fundum, vel Feuda imperii tenent. Præterea custodia mente captorum, morbique vitio insanientiũ omnium, ad Regem pertinet. Hoc per consensum trium ordinum in Comitiis Parlamentariis semel impetratum, tametsi quædam mala hac ratione in Rempub: sint invecta. Supersunt etiam hujus ordinis consimilia jura & privilegia, quę Regalia appellantur, quorum mentio fit apud jurisconsultos. Ad conclusionem hujus membri notandum, quod tanta Regibus Angliæ à subditis suis reverentia & veneratio exhibita sit, qualem, in nullo per totam Europam Regno, Regibus à subditis suis habitam unquam leges. Nemo enim Regem alloquebatur, nisi in genua procidens, nemo ad mensam ministrabat, nisi sub specie adorationis. Omnes Regni incolæ Rege præsente capita nudabant, immo in camera præsentiæ, ubi augustum curule collocatur, nullus ambulare, nullus, etsi absente Rege, ibi permanere, nisi nudo capite audebat, præsertim Regni subditus, nam exterarum Gentium advenæ à stricta illa consuetudinis observantia facile absolvebantur.

Secundus à Rege filius ejus est primogenitus, qui Veteribus Anglo-Saxonibus *Ætheling* & Clito vocabatur. Olim

nullo certo gaudebat titulo nisi *Filii Regis*,& *Primogeniti Anglia Regu*. Postea Edvardus I. Filium Edvardum *Principem Wallia*,& *Comitem Cestria* dixit. Edvardus porro II. Edvardum filiolum decennem *Comitem Cestria* & *Flint*, qui Regni potitus, filium item Edvardum Cornubiæ Ducem creavit. Ex quo tempore primogenitus Regis Cornubiæ Dux natus censetur, paulo post, eundem *Principu Wallia* titulo per solennem investituram creavit. Hujus investituræ diploma extat in Seldeni parte 2. Operis sui, cui titulus *Titles of Honor*, cap. V è quo hæc notanda. *Edvardum Principem Wallia fecimus & creavimus,& dictũ Principatum illi dedimus & concessimus, & per cartam nostram confirmavimus, ac ipsum de dicto Principatu, ut ibidem proficiendo presideat, & presidendo dictas partes dirigat, & defendat, per sertum in capite & annulum in digito aureum, ac virgam argenteam,investimus juxta morem, habendum & tenendum de nobis sibi & heredibus suis Regibus Anglia in perpetuum cum omnibus dominiis, & terris nostris Northvallie, Westvallie, Southwallia, ac dominio, Castro, villa & Comitatu de Caernarvan,in dominio,castro & villa de Crukich in diplomate Henrici IV. quo Filium suum Henricum creat Principem VVallia, Ducem Cornubia & Comitem Cestria.*

Fit autem investitura per sertum in capite,annulum in digito aureum, & virgam auream. Postea quia Ducatus Cornubiæ censetur primogenito hæreditate obtingere, tantum Comitatus Cestriæ fuit adjectus. Ex his successores Regni destinati Principes Walliæ, & Comites Palatini Cestriæ electi fuerunt: Donec tandem Anglia & Scotia in unum corpus coalescerent, tum Jacobus Rex Henricum Filium Principem Magnæ Britanniæ appellavit.

DE PARLAMENTO EJUSQUE POTESTATE.

IN Comitiis Parlamentariis posita est omnis Augustæ absolutæque potestatis vis. Equidem quemadmodum robur Angliæ in militia consistere creditur,quia ibi cum Magnatibus cæteraque omni Nobilitate Rex ipse adest, ita quoque pacis rerumque aliarum ardua consilia Dynastæ, puta Equites, Armigeri, Nobiles, tanquam præstantior Reipub. pars, pera-

Digitized by Google

peragunt. Cleri nomine Præſules conveniunt; mox animam quaſi & colophonem addit mandatum Principis. Ubi autem res in deliberationem apud illos vocata concluſaq; eſt, poſt longum deliberandi ſpatium ſchedula pro more loci recitabatur, & in utraque domo rationibus agitata, ſeorſimque ambarum partium calculis comprobata Regio demum aſſenſu confirmatur. Inde liquet, quod Reipublicæ Anglicanæ adminiſtratio penes tria hominum genera ſtare videatur. 1. *Regem* (vel, deficiente maſculâ prole, Reginam) cujus nutu & auctoritate omnia regebantur. 2. Regulos & Dynaſtas, qui Baronum ordine comprehenduntur, & quî honore dominorum vocantur, Equites Auratos, Armigeros, & reliquam inferiorum Nobilium multitudinem. 3 Genus ex plebeis conſtat, quorum unuſquiſque in judiciis, cenſuris, tributis indicendis ipſiſque LL: ſciſcendis auctoritatem obtinet. Cum igitur res, ut dictum, per Horum duorum Ordinum calculos approbata eſt, conſenſu Regis comprobatur, & confirmatur: quæ vero res ita geſtæ ſunt, Principis & univerſi Regni conſultum & factum dicebantur. Qua de re nullus poſtea cuiquam oboriri debet querelæ locus, ſed quia reſcindi amplius non poteſt, promulgatis LL: omnes tenentur acquieſcere, & Promulgatum firmum, ſtabile, & ſanctum dicebatur, legiſque vigorem habebat.

Parlamentaria Comitia veteres Leges jubent eſſe irritas, novas indicunt, præſentibus juxta & futuris modum conſtituunt, jura & poſſeſſiones privatorum commutant, ſpurios natalibus reſtituunt, cultum divinum ſanctionibus corroborant, pondera & menſuras variant, jus in Regno ſuccedendi præſcribunt, incerti juris controverſias dirimunt, ubi lege nihil cautum fuit, cenſum agunt, cenſus & vectigalia indicunt, delictorum gratiam faciunt, afflictas majorumque crimine perditas familias erigunt, vitæ neciſque poteſtatem in eos obtinent, quos ad hujuſmodi diſquiſitiones Princeps avocaverit: verbo, quicquid in centuriatis comitiis, aut Tribunitiis populus Romanus efficere potuit, id omne in Comitiis Anglicanis, tamquam in cœtu qui Principem populumque repræſentat, commode tranſigitur. In LL: condendis, aut omnes in eandem deſcendunt ſententiam, aut major numerus, adhibito prius aſſenſu Principis. Qui munus aliquod in comitiis obeunt, ſunt

Oratores, Scribæ duo, quorum alter domui ſuperiori additus, alter inferiori, ipſique Arbitro. Oratoris eſt, Schedulas, quæ in Parlamento exhibentur, verbis ornare & proponere: idque munus à Rege vel Regina datur. Scribæ ſunt Parlamento ab Archivis, & Scta. cuſtodiunt, tam quæ prælo excuduntur, quam quæ propter hominum privatorum utilitates in vulgus non emittuntur. Arbitrium penes illos eſt, quos domini civeſque peritiſſimos Legum componendarum artifices eſſe cenſuerunt, ſuper ejuſmodi negotiis, quæ in ſchedulis proponuntur, quæque illorum judiciis diſpiciuntur.

MODUS HABENDI PARLAMENTI.

SOlenne quondam erat, ut Principis juſſu per literas XL. plus minus dierum ſpatio interjecto ad Comitia evocarentur Duces, Marchiones, Barones, cæterique ſive Eccleſiaſtici ſive Politici Domini, quibus ſuffragandi jus erat. Quin etiam reſcripta Principis ad ſingulos Provinciarum Vice Comites ablegabantur, ut, facta in conventu Provincialium electione duorum equitum, hi loco illorum ſurrogarentur, diſceptarent, & totius Provinciæ nomine ſententiam interponerent.

Urbes quóque & oppida ſingula quoſdam ex ſuis deligebant, qui, poſthabita cunctatione, ſe primo comitiorum die ſiſterent. Equites, qui cauſſas Provincialium procurant, à plebe Nobilibuſque deſignantur, qui ſtato die eum in finem conveniunt. Quod ſi quis per id tempus abfuerit, ille jus ſuum ſuffragandi perdidit. Numero plebis autem continentur illi, qui XL. ſolidos in ſingulos annos de cenſu proprio queant expendere. Atque his in unum convocatis, duo, qui plurium calculis fuerunt approbati, Equites Parlamentarii eliguntur. Conſimili ratione ad hoc munus, in ipſis urbibus, municipes creantur. Primo Comitiorum die in Senaculum ſuperius Principes cæterique Dynaſtæ convenire ſolebant, ubi re divinâ ritè factâ, præſentium nomina in tabulas referebantur: qui vero vel morbo vel ſontico aliquo negotio impediti, intereſſe conventui non poterant, ex præſentibus ſibi aliquem Procuratorem eligebant: unde omnes per ſe vel per proxonetam ſuum adeſſe illic intelligebantur.

Lo-

Digitized by Google

Locus, in quem convenire mos erat, tapetibus & picturis ſplendide erat exornatus. Solium Rege dignum in medio conſpiciebatur. Proximus à Rege in demiſſiore loco ſedebat Cancellarius, Regis Orator & interpres, Dextrum latus Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſiniſtrum Duces & Barones claudebant. Utrumque inter ordinem, medii ſunt conſeſſus judicum & illi qui Regi ſunt ab Epiſtolis, & Cancellario ab Archivis, de more laneis inſidentes ſaccis, ut ibi de literis hinc inde miſſis, tum vero variis controverſiis, commode reſpondeant. Atque hoc Superius Senaculum dicebatur, in quo prius ſinguli, deinde pro illis etiam illi quorum vicem obibant, judicium ſuum, conſenſum vel diſſenſum formula *Placet Non Placet* interponebant.

Interea Equites municipeſque Parlamentarii qui hoc ita vocantur nomine, & numerum quaſi CCC. aut CCCC. plus minus hominum faciunt, in aliud conclave viritim convocãtur, qui interrogati, cujus Provinciæ oppidique rem gerant, illico virum aliquem idoneum jubentur eligere, qui Comitiorum rogator ſit, coramque Principe ſiſti queat. Hic vero, qui huic negotio præfici debeat, ſe modeſte velut impar illi negotio excuſabat, cui Principis verbis Cancellarius reſpondebat, illius Virtutes dignis efferens encomiis, gratiaſque plebi agens, quod tam circumſpectum & prudentem Virum huic negotio præeſſe voluerint. Poſtea Rogator Comitiorum Regem plebis nomine ſupplicabat, ut conclave inferius immunitatibus & privilegiis antiquis perfruatur, ut, ſi libere ſententiam de quacunque re controverſa protulerit, id ipſum *Regia* Majeſtas non ægre ferat, ut ſi forte nonnemo in illo caſu deliquerit, aut quod dedeceat dixerit feceritque, aut alium eo loci convocatum offenderit, pro vetuſta conſuetudine pœnas de illo ſumat, ut, ſi dubium occurrerit, unde conſilio colloquiove Regis aut Baronum opus fuerit, eo uti liceat, ſpondet vero ſe curam inſuper omnem daturos, ut fidi & amantes Principis ſui ſubditi adhibeantur: Cancellarius pro eo ac viſum fuerit verbis Regiis reſpondet. Atque his negotiis tranſigendi, unus dies, interdum biduum abſumitur.

Præter Cancellarium adeſt quidam lector: cujus officium eſt Schedas legere, ex quo *Parlamentarius* appellatur. Quic-

licet alius pro roganda, alter pro abroganda lege censeat. Quilibet autem Oratorem, non alius alium alloquitur, neque consuetudo fert, aliquem saltem nomine designare, sed periphrasi uti mos erat, *qui suasit dissuasitque, hunc vel illum adduxit in medium rationem.*

Qui semel orationem habuit, quamvis statim confutetur, eodem die respondere non potest, ut ut sententiam mutare vellet. Quapropter bis in die de eodem negotio nemini loqui permissum est, ne hac occasione duo altercantes diem soli consumerent. Idem facere postero die licet, unica tamen tantum vice. Opprobriis se invicem proscindere sicut non decorum, ita neutiquam est licitum. Quin imo observatum legitur, quod is, qui verbum immodestius aut insolentius adversus Principem aut Senatum effutiverit, non prohibitus tantum loqui, verum etiam interrim confestim abreptus sit. Quapropter in tanta conferta multitudine, tamque exagitata sæpius animorum dissensione, haud temere quisquam intra verba peccabit.

A meridie comitia amplius non habentur, Oratori quoque nulla est perorandi potestas. Cæterum lectâ semel schedulâ quam brevissime illam simplicissime que enarrat, id quod ad ejus pertinere creditur officium.

Si populus rem aliquam ratam habet, cujus patricii auctores extiterunt, tali subscriptione res confirmatur, LES COMMUNS ONT ASSENTES. Vicissim si Senatus id habuerit ratum, cujus populus auctor fuerit, communi contestatur calculo LES SEIGNEURS ONT ASSENTES. Quando Senatui populoque idem non convenit, ex utraque domo nonnulli deliguntur, quorum officium est supra proposita quæstione disceptare mutuoque sententias suas exponere, tum alter alterius opinionem approbat.

In concilio superiori vota sua quilibet pro se facit, tum vero illorum nomine, quorum Vicem subit, ubi Cancellarius quæsivit, num rem suffragiis tentari velint, post renunciatam ter schédulam, *Placet non Placet*, Singulis assentientibus, absque ulteriore disputatione, prout pluribus placuerit ita res peragitur. In Senaculo inferiore nulli sive equiti sive municipi electo suffragium suum alteri confe-

rendi jus est: eorum qui præsentes adfuerunt ratio solum habetur, apud quos pars major semper obtinet. Renunciata vero bis pro more consueto schedula, & dein scriptis consignata, repetita postea & satis agitata, Orator quærit, an caput negotii punctis & suffragiis decerni velint: cum annuerint, sublata in manibus schedula inquit: *Quotquot petitioni acquieverint, abnuerintque, clare affirmanto.* Tum, quibus Legis promulgatio arridet, *Etiam*, quibus vero displicet, *Non*, acclamant. Quod si adhuc nondum constet utra pars vicerit, diremptis mox suffragiis Orator interloquitur: *Qui legem sciscendam censetis descendite, qui & non ferendam accumbite.* Ita in partes discedunt, & pro suffragiorum numero Legis postulatio valet aut rescinditur.

Nulla autem promulgatio decreti, constitutionis, aut Edicti Parlamentarii vim sortitur, priusquam utraque domus assensum præbuerit; quin imo neque subsistere poterit, nisi Princeps ipse ultimo consessus die assensu suo illam confirmet.

Cujusque autem Constitutionis caput hac quasi forma recitatur: *Decretum est*, &c. *Decretum est*, &c. simulque observatur, quod Princeps dicto comprobet, ubi sic ait, *Le Roy* aut *La Royne le Veult*: & ita consummatæ habentur Regni Anglici constitutiones.

Atque hæc est præscripta supremæ curiæ Anglicæ forma. A Regis autem absoluta potestate dependebat, bellum gerere, & fœdera cum hostibus inire. Dein Magistratus creare. Leges autem sancire & censum publicum procurare, Regis in Parlamento munus erat. Supersit justitiæ administratio. Invaluit autem consuetudo in Anglia, ut tres observatæ sint judicii formæ; nimirum in *Comitiis Parlamentariis*, in certamine singulari, & in *Juridicis conventibus*. Modus sententiæ in Parlamento ferendæ supra est observatus, sive inter privatos vel Principem. & privatum civiliter vel criminaliter agatur, nihil ab illo discrepat modo, qui modò fuit expositus.

Certamina singularia, sive duella, hodie fere in desuetudinem abierunt in Anglia. Qualis hujus duelli fuerit formula, sub Normannorum imperio, explicatur accuratè in libello Thomæ Ducis Gloceſtriæ Edvardi 3. R. filii ad Richardum Regem, narraturque ibi jam exoletam consuetudinem repetitam

titam fuiſſe Anno 13. Elizabethæ Reginæ, quæ tamen rem ſine ſanguine compoſuit.

Reliquæ vero duæ Judiciorum ſpecies abſolutæ ſunt, neque per appellationem reſcinduntur.

Illi autem qui ſententiam capitalem pronũciant. vel reum abſolvunt, aut condemnant, judicum nomine non inſigniuntur, ſed duodecim Viri vocantur: hic mos non ſecus in civilibus ac criminalibus obſervatur, Actiones, vel verius Accuſationes vocantur coronæ placita, Ubi autem quis ex ſententia 12. Virorum deliquit, tum ad Principem res ſpectare incipit: Permiſſum autem eſt captivo, ut omnes rationes & exceptiones afferat, quæ ad cauſſam ſuam ſuſtinendam maxime valent, dumque cauſſam ſuam agit, attente & benevole auditur: ubi alicujus criminis reus poſtulatur, patronum aut defenſorem nullum conducit, quem tamen in civilibus negotiis, puta pro fundis, cenſu, iure aut poſſeſſione, etiam adverſus Principem litigans habiturus eſt.

Præcipua Tribunalia & Curiæ in Anglia ſunt, *Aula Weſtmonaſterienſis*, *Curia communium placitorum*, *ſubſellia Regia*: in curia communium placitorum Civiles cauſſæ, in ſubſelliis Regiis negotia criminalia, peragebantur.

Quatuor autem anni vicibus tantum, quæ termini dicuntur, Fora in Angliâ aperiuntur, in Feſto S. Michaëlis ad 6. Hebdomadas, elapſo ab ipſis Natalibus menſe hebdomadas 3. Dieb. XVII. A Feſto Reſurrectionis interjectis tribus hebdomad: 4. per ſeptiduum à Sabatho S. Trinitatis.

Judices vero duos uſu rerum & doctrina ſpectatiſſimos Rex eligebat, quorum alter *Juſtitiarius Principalis Regiorũ ſubſelliorum*, alter *Communium Placitorum* dicebatur.

Subſellia Regia, vulgo *Bancus Regius*, ex eo appellationem ſuam acceperunt, quia ibi ipſi Angliæ Reges ſedere conſueverunt, cauſſæque omnes coronam attingentes, quæque ad inſtantiam Regis fierent, ibi expediebantur. In hoc foro judicat Principalis Angliæ Juſtitiarius, una cum reliquis aſſeſſoribus, & collegis ſuis.

Eſt etiam *communium Placitorum Curia*, in qua dijudicantur privatorum hominum lites, ex quacunque juris parte natæ. Ideo autem ſic dicta eſt, quia exactæ Legum municipaliũ adminiſtrationi ſubſervit. Illi Foro principalis (ut conſue-

tudo

ſupremo Quæſtori alter ſervit. Clerici Pipæ chartas locationum componunt, illi in ſe recipiunt rationes Vice Comitis computandas, accipiunt quoque literarum obligationes: ſunt præterea alii officiales qui pecunias colligunt & numerant. Miſſas hic faciamus illas controverſias quæ in hoc foro tractantur.

Lites autem omnes pro more Legum Anglicanarum decidunter ex Duodecim virorum ſententia.

Dicitur autem Vice Comes qui Comitatus procurationem ſuſcipit: quod ſi aliqua mulcta pecuniaria cuiquam in hac curia indicta eſt, & non ſolvitur, Vice Comitis eſt illam Fide bona colligere & in Fiſcum referre. Vice-Comiti ſubeſt Vicarius & apparitores ad illius nutum parati. Quando ſuper facto controverſia eſt, neque certo de re conſtat, ad Vice Comitem eo loci ubi fundus eſt, de quo lis orta, formula dicta VENIRE FACIAS ablegatur, tum eodem modo ALIAS PLURIES, aut DISTRINGAS. Si citatus contumax ſit, Vice Comes poteſtatem habet ejus bona pignori accipere. Is etiam *Eirenarcha* in conventibus qui ſingulis anni quadrantibus celebrantur adeſt, tum indicibus qui dicti ſunt *Itinerantes*, *vel* iter in Provincias facientes, de carceris cuſtodia & pœna capitis diſponit.

Dictum antea eſt de duodecim Viris cujus ordinis & ſtatus in Repub: ſint. Quamvis autem duodecim Viri appellentur, ut ſint XVI. XX. aut integer XXIV. numerus, parum refert, pauciores eſſe, quam duodecim. Inquiſitio legitimum eſt per duodecim Viros judicandi genus.

In actionibus Civilibus, quæ ex Dominio aut contractu aut poſſeſſione deſcendunt, ubi qui inquiſitionem conſtituunt comparuerint, uterque litigantium, contra quem libet aut quoſcunque voluerit, exceptiones pro libitu intendere poteſt. Dicitur autem coram judicibus teſtimonium, non pro more juris civilis, ſed publice, ut duodecim Viri modò aut judices, parteſque intelligant, ſed qui circumſtant omnes. Mox teſtis interrogatoriis, premitur ab adverſario vel cauſidico propoſitis, ut hominem pudore afficiant. Id quod contra Cæſareum jus videtur eſſe, quamvis Ciceronis & Quintiliani temporibus non inuſitatum. Cui res, poſt factam inquiſitionem, adjudicata eſt, illos in prandio acci-

accipere ſolet, quod partem mercedis habet, illi autem duodecim-Viri omnes ex eodem comitatu, ex eadem centuria eſſe debent, ubi vel fundus, de quo controverſia nata, vel rei domicilium eſt.

Comitatus autem partes, pro diverſa loquentium conſuetudine, alias habent apellationes, *Hundredum*, *Lathum*, *Rapum*, *Wapentachium*. Centuria (vulgo *Hundredum*) pars eſt Comitatus interdùm decima, interdum duodecima. Cuique centuriæ ſive Hundredo duo aſſignantur *Conſtabularii* præcipui, qui in reliquos inferiores imperium exercent. Ab Eirenarchis iſti conſtabularii deliguntur. Habet & quæque curia Bailivum ſive Prætorem ſuum qui vel per Dominum aliquem, ſi poteſtatem obtinuerit, aut per Vice-Comitem conſtituitur.

Mirum forſan videbitur, quod, cum Anglia omnis in XXVI. Comitatus, & quilibet rurſum Comitatus in Centurias, Centuria denique in Parochias diſtinguantur, juſtamen uno in loco hoc eſt, in aula Weſtmonaſteriènſi ſolummodo dicatur, idque ſtatis temporibus vix anni quadrantem attingentibus, adeo ut nonnemini hæc ſuſpicio animum incedat, parùm juſtitiam in Anglia exerceri. Sed ſciendum eſt, omnes juris ambages in Anglia, & fruſtratrices dilationes remotas eſſe: Equidem Populus æquali gaudet juris diſtributione, in qua eadem eſt divitum & pauperum conditio, neque poſt latam ſententiam permiſſa eſt provocatio. Adhæc curias minores habent, in quibus lites poſſunt exercere, in ſingulis comitatibus, tribus quibuſque hebdomadibus. Negotia quæ XL. ſolidos non ſuperant, Vice-Comes ipſe, & in centuriis aliquibus Bailivi, dirimendi habent poteſtatem.

Prædiorum etiam Domini, pro arbitrio ſuo, id ſibi habent conceſſum Privilegium, ut apud illos in foro ſuo judiciario, quod Curia Baronis dicitur, hujuſmodi controverſiæ quædam explicentur, ibi, qui Dominum illum agrorum ſuorum recognoſcunt, ſuper facti Veritate inquirant; quæ inquiſitio *Homagium* appellatur.

Eſt etiam in Anglia dies legitimus, Anglice *Leſſe* aut *Lawday*, idem autem eſt, ac ſi diceres, juridicus dies. Longi autem temporis conſuetudine vel Regis gratia præſcriptus, quo obſequii ſacramentum nomine Regio exigeretur, fide-

juſſorum

juſſorum nomina caperentur, qui pro fide ſua ſatiſdarent, conſpirationes deferrent, pugnas, homicidia denunciarent, panis cereviſiæque bonitatem explorarent, & reliqua menſurarũ genera examinarent. Hic nomen venit Curia *de Leſte* quæ bis ſingulis annis ſtatus haberi ſolet temporibus.

Cum in cauſis capitalibus judicium inſtituitur, trium conditionum Miniſtri qui illis præſint eliguntur, ut *Eirenarchæ*, *Homicidii Quæſtores*, *Conſtabularii*.

Ex majorum autem minorumque Gentium Nobilibus, puta Ducibus, Marchionibus, Baronibus, Equitibus, Armigeris, Generoſis, Jureconſultis, aliiſque ſpectatæ Virtutis & prudentiæ Viris, qui intra comitatum incolunt. *Eirenarchæ* deliguntur, quandoque etiam primores ex Nobilibus, honoris gratia, non per unum aliquem Comitatum, ſed per univerſam Angliam, ad id munus vocantur. Id vero obſervatum eſt, ut pro Principis beneplacito, ſicubi commodum viſum, à poteſtate removeantur. Numerus illorum non fuit ſemper æqualis; ſed pro occaſione temporis auctior, modo remiſſior. Inter hos in eadem delegatione nominantur nonnulli, qui ob ſingularem fidem in numerum *de Quorum* reponuntur, ut conſtitutis mandato XL. vel XXX. Eirenarchis, quidam Selectiores de numero Quorum adhibiti ſunt. Talis autem eſt Delegationis forma: *Quorum* nos A. B. C. D. E. F. unum eſſe volumus.

Officium autem Eirenarcharum hoc eſt, ut ad forum, latronum, erronum injurias compeſcendas, conſpirationes, vim, congreſſus illicitos, aliaque id genus maleficia coercenda deligneutur. Penes illorum poteſtatem eſt, pacis Reique publicæ perturbatores in carcerem conjiciendi, conſtabulario aut Vice-Comiti mandandi, ut eos deducant, Carcerum cuſtodi cuſtodiat, & in conventibus juridicis ſiſtat. Solent autem quater in ſingulos annos convenire, nimirum quolibet anni quadrante, ut in maleficia, tum vero crimen ſtellionatus diligenter inquirant. Eſt autem ex officio Vice-Comitis, vel ſaltem Vicarii ejus, quatuor inquiſitiones XXIV. Virorum ingenuorum centuriatim colligere, & unam inſuper è ſingulis, quæ grandis inquiſitio dicitur, per univerſum Comitatum cogere. Illi poſtquam convenerunt, jure jurando adiguntur, in hæreticos inquirendi, tũ vero proditores, latrones, ſicarios, homicidas, monetæ

monetæ ādulteratores, repetundarum reos, &c. Quod si quem culpæ obnoxium cognoverint, ipsi ultro deferunt, ubi caput accusationis a Eurenarchis pro Tribunali Sedentibus primum relegitur, quodsi illis super veritate criminis constiterit, hoc unum dorso schedulæ adscribunt *Billa vera*, hoc est scriptum verum, aut *accusatio justa*, vel *reus est, qui accusatur ibi*, qui hic arguitur, delatus, vel judicio postulatus dicitur. Forma accusationis est talis: *Inquiratur pro Domino Rege*. Quodsi crimen non satis liquet, inscribunt *Ignoramus*. Ut reliquas hic observari solitas judicii consuetudines missas faciamus, hoc addendum est, quod sæpe ex jussu Regis Eurenarchæ conveniant, ut, si bellum ingruat, videant ipsi nequid Respub. capiat detrimenti, interdum ut militum copias conscribant, luxum in vestibus coerceant, prohibitos ludos reprimant, malè otiosorum solutam in tabernis cerevisiariis licentiam circumscribant, errones castigent, Verbo, quicquid è Reipub. commodo sit, procurent. Solet etiam Princeps ad insolentiam vulgi reprimendam ęstatis tempore articulos quosdam proponere, & apud Eurenarchas deponere, qui in partes Regionis sibi demandatas Regis mandati implendi caussa secedunt, post aliquod tempus redeunt, Principemque de omnibus certiorem reddunt. Atque hæc ratio cavendi ne subditi peccent, quam ut peccantes puniantur, maxime Reipub. salutaris est, paucis tamen observatur.

Dicenda nunc quædam de *homicidii Quæstore*. Is ex Nobilium minori classe eligi solet, non plane LL: ignarus, ubi vero homicidium commissum est, statim cadaver inspicit, quod nemini humare permissum est, antequam ab ipso visum fuerit, si tale quid contingat, exhumandum statim mandat. & examini subjicit, mox Duodecim Viros Vi juramenti cogit, ut pronuncient, qua ratione tam lethale periculum trucidatus adiverit, Hi post xx. aut xxx. dies demum re melius cognita sententiam dicunt. Modus cogendi duodecim Viros, cadaverque inspiciendi tum sententiæ proferendæ in publica platea peragi solet.

Succedunt *Constabularii* qui custodes pacis dicebantur. Hi majore olim, quam nunc dignitate fuerunt, quorum, ut credi potest, par fuit cum Eurenarchis dignitas atque auctoritas. Horum officium est, ut illos, qui tumultum & turbas

turbas excitant, rixantes ab armis revocare, utque pacem Regiam colant, cogere, tum vero furti, homicidii, aliorumque ſcelerum reos vel ſuſpectos deprehendere, & quod plus eſt, in ædes, alienas ut ſontem inquirant, intrare, ſub cuſtodia retinere, donec Eirenarchæ examen inſtituerint.

Iſti autem Conſtabularii Anglice Headboroughs dicti & alibi Tithingman dicti, illis non ſunt diſſimiles, qui in vicis Gallicanis Conſules vocantur. Solent autem creari in curiis Dominorum ſuorum quæ *Lætæ* dicuntur: in illo autem officio plerumque totum triennium vel quadriennium agunt.

Quomodo vero conventus juridici celebrari & in cauſſis criminalibus reorum cognoſci ſoleat, vid. Thomas Smithius in Repub. Anglicæ deſcript. c. XXVI.

Dicendum nunc eſt aliquid de peculiaribus ſuppliciorum malis, quæ ſontibus irrogari ſolent, & nullibi præter quam in Anglia cognitæ ſunt.

Si maritum uxor interfecerit, viva concrematur.

Si dominum ſervus, crati ſuperimponitur, & ad locum ſupplicii deducitur.

Si quis Venenum propinaverit, in mortem concoquendus datur, ipſe vero conatus vel veneno interficiendi, vel inſidiandi niſi morte ſecutâ capitalis non eſt.

Equuleo aliquem torquendum ſubjicere, ut inter confeſſionem crimen eliciatur, moris in Anglia non eſt. Quodſi reus in ipſo judicio fateatur, Duodecim Virorum ſententiam non ſubit, ſi factum inficiatur, nihil obeſſe poteſt, quod prius culpam agnoverit. Angli vero non tam mortem horrent, quam leviſſimum etiam tormenti genus. Perantiqua etiam apud Anglos ſanctio eſt, ut ſi in carcerem conjectum aliquem equuleo ſubjiciat carceris cuſtos, morte tanquam criminis particeps puniatur.

Criminis Læſæ Majeſtatis reis, graviſſima Pœna olim imponebatur. Primum ſuſpendebantur, viventibuſque viſcera eximebantur, cervice ſecuri amputata, diviſis in 4. partes membris, & diverſis in locis palo affixis.

Quod appellationes, provocationes, quę ſententiam latam reſcindant, ſpectat, vid. Thom. Scmih. l. 3. c. 1.

Illæ autem variæ Appellationes, provocationeſque apud alias Gentes frequentes, in Anglia locum nullum habent,

ſed lata ſententia confeſtim abſque ullo appellationis beneficio executioni per Vice-Comitem mandatur. Quodſi Duodecim Viri ſontem abſolverint, non modo verbis increpantur, ſed in camera ſtellata, aut in Senaculo reſpondere tenentur. Refert auctor, quod noſtra memoria, Eliſabetha nondum imperante, Duodecim Viri in carcerem conjecti, & magna pecunia mulctati, alii etiam ignominia publice affecti ſint, quod reum aliquem propter inductas probationes non pronunciaſſent. Id quod tamen pœnæ genus Anglis durum, & quandam Tyrannidem ſapere viſum eſt.

Eſt etiam in Anglia Forum quod Curia Cameræ Stellatæ vocatur, quale alibi Gentium non reperitur. Huic Cameræ ſtellatæ nomen ob feneſtrarum multitudinem datum eſt: In hoc Foro ſingulis hebdomadibus, Mercurii & Veneris Diebus conveniunt Barones, & quotquot à Sanctioribus conſiliis Principis ſunt, ab hora nona, ad undecimam uſque. In hoc de illis judicium fit qui vim aliquam contra alios exercuerunt, cujus delicti milites laxius quam militaris permittit diſciplina, viventes, poſtulari ſolent. Qui autem huic judicio præſunt in hoc Foro, ſunt ſupremus Angliæ Cancellarius, Quæſtor, Conſiliarii omnes, Barones, &c.

In dicenda ſententia major judicantium pars minorem vincit.

Negotia autem, quæ in hoc Foro fieri ſolent, per ſtatuta definiuntur, hujuſmodi ſunt; Virginum impuberum præter parentum aut Tutorum conſenſum abductio, falſarii, literarum adulteratores, nobilium calumniæ, ſeditionum rumores, turbarum & tumultuum conventicula, fraudis, dolique mali architecti, &c.

Curia quoque Pupillorum in Anglia clara eſt, ubi Tutores tutelæ adminiſtratæ rationem reddunt pupillis, poſtquã adoleverunt, à tutela autem, niſi exactis pupilli XX. annis, nemo eſt liber. Ita autem conſuetudine in Anglia receptum eſt, ut dominus ille, à quo pupillus prædium habet, ſimul atque de obitu parentis certior factus ſit, manũ illico in corpus pupilli injiciat, prædium occupet, cujus commda ad ipſum ſolide perveniunt, abſque eo, ut rationes adminiſtrationis referat, modo pupillum educaverit. Accedit inſuper, quod fœminas XIV. annos natas juvenibus XXI. annorum

rum uxores, in matrimonium dent, quod si illi matrimonium oblatum contrahere renuerint, pretium vel valorem dotis, aut donationis propter nuptias persolvere coguntur, cujus æstimatio ex valore prædii dependet. Ex hoc fonte nonnulli pravam Nobilium educationem proveniſſe volunt, modumque illum Tutelarum plane improbant, qui vel hanc ob cauſſam maxime eſt improbandus, quod mortuo patre non proximo conſanguineo tutela deferatur, ſed prædii domino, Regi, Reginæque, Duci, Marchioni, aut cuivis alteri propolæ vel emptori.

Hujus autem Fori præſes eſt Pupillorum, & emancipationum cuſtos.

Officiarii ſunt; pupillorum *Procurator*, *curator rationarius*, *quæſtor*, *Scriba*, duo *Procuratores communes*, *inferiores miniſtri*, *nuntii*, apparitores. Is autem eſt Procurator, qui titulum & jus Regium defendit. Curator, qui emancipationes confirmat. Rationarius eſt, qui præeſt ſubducendis rationibus, & citationum formulas explicat. Quæſtor, qui pecunias Fiſco applicandas colligit. Scriba, qui acta judiciaria fori literis conſignat.

Negotia, quæ in hoc tractantur foro, ſunt ex tutelis, nuptiis, ſuppetiis pupillorum, & demandata illis poſſeſſione provenientia. Quando autem juſtam ætatem hæres declaraverit, emancipationem ſuam perſecutus, tum clientelam ſuã coram Principis delegato agnoſcere illum oportet, & præmium Domini privati ſigilli perſolvere.

Curia Ducatus Lancaſtrenſis etiam ad Regem ſpectat, in qua actiones in perſonam & in rem, quæ fundos Ducales quoquo modo attingunt, diſceptantur.

Hujus fori præſes eſt Cancellarius, aſſidentibus procuratore Ducatus, Fiſcali, ſcriba, curatoribus quam plurimis, duobus procuratoribus communibus, rationariis aliquot, Adſeſſoribus & juriſconſulto Regio. Hi omnes ſuis certis defunguntur officiis. Præter ſuperiores curias, etiam alla eſt *Libellorum* ſupplicum: In hoc foro omne genus querelarum proponitur, cui nomen eſt *Pauperum & Indigentium Fori*, appellatur quoque curia conſcientiæ. Huic præſunt libellorum ſupplicum Magiſtri duo, qui ſecundum bonum & æquum dijudicant, & tam jus Cæſareum, quam municipale ſequuntur.

Cum vero etiam politici ſtatus non leve fulcrum ſit civium matrimonium ſecundum LL: benè conſtitutæ Reipub. initum, operæ pretium facturi, ſi Angliæ Civium matrimonia illorumque Leges hic loci connotabimus.

Et Primum quidem in Anglia obſervatur, ut peractâ nuptiarum ſolennitate, quodcunque uxores acquiſiverint, id maritis omne acquiratur, ſive æs ſignatum, argentum, aurum cælatum, gemmas, &c. Uxoribus neque mariti res, neque ſuas donare aut alienare licet. In bonis mobilibus, conſtante matrimonio, jus nullum habent, niſi quale ſervi, aut filii familias peculium ſibi vindicant. In quibus ſi teſtamento nihil legetur, nihil debetur, quemadmodnm neque filio ipſi. Cætera penes executores ſunt, ſi teſtamentum ſuum aut voluntatem ultimam condiderit. Londini tamen, & in aliis præcipuis Vrbibus invaluit mos, ut, ſi atim ac aliquis diem ſuum obierit, ipſius bona omnia in tres partes dividantur. Funebribus impenſis & Legatis triens impenditur, trientem alterum uxor ſuum facit, Tertius deinde triens inter liberos per capita diſtribuitur: quare ibi loci ultra trientem aliquid legare fas non eſt. Si vero teſtamentum nullum ſcripſerit, deductis funebribus impenſis, reliquum inter liberos diſtribuitur. Lege quoque municipali cautum eſt, ut, ſi quis inteſtatus decedat, tum judex loci ordinarius per privilegium aut longi temporis præſcriptam conſuetudinem, defuncti bona, viduæ, puero aut conſanguineo proximo, pro ratis portionibus adminiſtranda concedat.

Cæterum uxores maritorum poteſtati ita ſunt obnoxiæ, ut non ſolũ completis nuptiarum ſolennibus in manus ipſorum bona harum perveniant, ſed patris quoque, quamprimum Viro nupſerit, gentiſque cognomen illico amittat & maritorum aſſumat, quaſi in ſolum externæ familiæ tranſplantata eſſet. Quod ſi ad alia vota tranſeat, ſemper nomen cum Viro mutabit. Quod ſi etiam Baroni aut Equiti nubat, quod connubium ipſi titulum Dominæ parit, etſi deinde ignobilis ipſam denuo uxorem ducat, Dominæ tamen appellationem ſemper retinebit.

Quamvis autem in manu & poteſtate Viri uxor fuerit, minime tamen velut in ergaſtulo concluſa, libertate ſua excidit, quod in Italia vel Hiſpania fieri ſolet. Cura autem domeſti-

domeſticarum rerum ad illas ſpectat, Viri Legibus & armis, domeſticiſque negotiis, operam dant.

Cum Viri ex lethali decumbunt morbo, uxores occaſione illa commode uti norunt, lectoque affixos maritos blanditiis permulcere norunt, ut, cum nihil in bonis maritalibus ſibi ex jure vindicent, ex donatione Virorum ſuorum univerſa poſſideant. Aliter tamen Londini uſu & moribus receptũ eſt.

Quodſi uxor ex hæreditate fundum aut prædium ſecum ad nuptias adferat, ejus ex aſſe filius natu maximus hæres fit, aut inter filias per capita diſtribuitur. Obtinuit etiam mos, quod fundum dotalem, aut aliunde emptum, viro diſtrahendi nulla permiſſa ſit poteſtas, ut ut mulier aſſenſum adhibuerit: Si proles nulla ex illo conjugio naſcatur, prædium ad proximos hæredes ex jure nuptiali devenit. Reliqua jura, quæ ad caſus nuptiales ſpectant, aliis de ſtudio prolixius tractata, hic omittimus. Pauca tamen de liberis Anglorum ſubjicienda ſunt. Hi quam primis ex Ephebis exceſſerunt, & ad pubertatem pervenerunt, peculium ſuum donandi, vendendi, aliud emendi, plenum jus & poteſtatem habent. Nullus etiam eſt in Anglia *Emancipationis* locus, neque *ſuorum hæredum de inofficioſo teſtamento*, *neque preteritorum liberorum non emancipatorum querelæ*. Extra cauſſam matrimonii, nullus eſt liberos emancipandi modus, quare quid ſit adoptio vel arrogatio in Anglia neſcitur. Suprema voluntas liberum moriturus de rebus ſuis mobilibus diſponendi permittit arbitrium, neque verò ad illas Leges teſtamenta facientes adſtringuntur, quibus L L: civiles uti ſolent, ſed illa, jure militari condunt. In rebus autem ſoli, id eſt, in fundis legandis, ratio admodum eſt diverſa. Equidem patre defuncto, ad filium natu maximum fundus pertinet hæreditarius, reliqui filii filiæque de hæreditate nihil capiunt, niſi ipſis vivente adhuc patre aliquid fuerit donatum, aut in teſtamento ſcripto ſignato, coramque teſtibus tradito, aliquid relictum ſit. Quamquam vero jure ordinario & municipali prædiorum, univerſum jus ad filium natu maximum perveniat, in quibuſdam tamen Angliæ partibus æquo jure filii omnes hæreditatem adeunt: quod jus in pleriſque Cantii locis uſitatum eſt, & *Gavelkind* vocatur. In quibuſdam contra locis filius natu maximus omnem accipit hereditatem.

Priuſquam hoc membrum concludamus, facienda eſt mentio de *Foro ſpirituali & Eccleſiaſtico* (ut vocant) quod *Curia Chriſtianitatis* appellatur.

Notari autem debet, quod in 4 potiſſimum cauſſarum generibus, Archiepiſcopi, Epiſcopique peculiarem ſuam ſortiantur juriſdictionem, nimirum in teſtamentis & Legatis, in decimis & funeralibus, in nuptiis, adulterio aut fornicatione, ad ultimum in iis demum omnibus, quæ ad ordinem & decus Eccleſiaſticum conſervandum, & Religionem ſtabiliendam pertinent.

Quamobrem hæc negotia in ipſorum curiis pro more Legum civilium aut municipalium, per citationem, libellum, litis conteſtationem, teſtium examinationẽ, exceptiones, &c. expediuntur, ſuoſque Advocatos, Adſeſſores, ordinarios Commiſſarios habent, quæ tamen longe à forma judiciorum ſuperius expoſitorum differunt.

Nam ſi teſtamentum adulterinum aut ſuppoſititium eſſe dixero, actionem in curia Eccleſiaſtica proponere oportet, ſi rem aliquam mihi à teſtatore Legatam petiero, id ipſum obtinet. Adeo diſtincta eſt utriuſque juriſdictio, ſuiſque quaſi finibus forum alterum ab altero diviſum.

Curia autem hæc, perinde atque cæteræ omnes, auctoritatem, imperium, vim, ac juriſdictionem ſuam ſoli Regiæ debet Majeſtati. Atque hæc illa Regiminis Politici forma eſt, quæ ſub Eliſabetha Regina ſequentibuſque duravit temporibus, id quòd Thomas Smith in ſuo de Repub. Angl. libro teſtatur. Jam agendum nobis eſſet de Statu Politico, qui nunc ſub Protectore Cromwellio, in Anglia eſt: Verum cum in hanc uſque horam certi quicquam de illo haberi nequeat, quod de hoc conſtituendo, nunc demum, convocatis Parlamentis agatur, hanc, hujus loci materiam, de rebus his certiora documenta nacti, diſſidentium cauſſas procul habentes, in alio collocabimus peculiari loco.

SCOTIÆ REGIMEN, SUPERIORIS TEMPORIS, EX CAMDENO, ALIISQUE.

RESpublica Scotorum pariter ac Anglorum proxime præcedentibus annis ex Rege, Nobilibus, & Plebe conſtabat Rex-

Rex ſecundum illorum conſuetum loquendi morem directus erat totius Dominii Dominus, Regiamque ſuam auctoritatem & juriſdictionem in omnes Regni ſui ordines tam Eccleſiaſticos, quam civiles exercebat.

Proximus à Rege fuit ejus filius primogenitus, qui Princeps Scotiæ appellabatur, & peculiari jure Dux fuit Rotſayæ, Scotiæque Seneſcallus. Reliqui vero Regis liberi abſolute Principes appellantur.

Inter Nobiles olim erant ampliſſimi & honoratiſſimi Thani, quæ dictio miniſtrum Regium denotat. Ex his ſuperiores dicti erant *Abthanes*, & inferiores *Under Thanes*.

Hic Magiſtratus (dicente Buchanano) cenſus omnes Regios colligebat. Atque qui olim Thani, nunc vocantur Stuarti, pleriſque in locis Scotiæ, ſic etiam Ab-thamus jam Stuartus Scotiæ appellatur.

At verò hæc nomina paulatim exoleverunt, ex quo Rex Malcolmus tertius Comitum & Baronum titulos ex Anglia à Normannis acceptos, Nobilibus bene merentibus detulit. Novi igitur tituli honorum nunc in Scotia invaluerunt, habetque Scotia perinde ac Anglia ſuos Duces, Marchiones, Comites, Vice-Comites, Barones.

Ducis titulum primus in Scotiam intuliſſe dicitur Robertus III. Circa annum ſalutis M.CCCC. Marchionum autem & Vice-Comitum titulos Jacobus VI. Rex Scotiæ.

Atque hi Nobiles majores cenſentur, habentque locum & ſuffragium in Comitiis Parlamentariis, & peculiari Lordes appellatione.

Inter Nobiles minores primum occupant locum Equites Aurati, qui celebriore ſolemnitate quàm ullibi creari ſolent, publicaque Fecialium voce denunciantur.

Secundum tenent locum illi, qui Lairds & Barones ſimpliciter vulgo vocantur, quibus nulli olim accenſebantur, niſi qui immediate terras à Rege in capita tenuerunt, & jus furcarum habuerunt.

Illi qui clarioribus familiis nati, nullo autem certo honore inſigniti ſunt, *Gentlemen* vocantur.

Reliqui omnes, utique Cives, Mercatores, Artifices &c. plebi annumerantur.

Sequuntur Fora juſtitiæ, & Tribunalia, ubi notandum; primum præcipuumque tam dignitate quam poteſtate eſſe

ordinum Regni conventum, qui eodem ac apud Anglos nomine Parlamenti vocatur eandemque absolutissimam habet auctoritatem.

Constat autem ex triplici ordine, Viris Sacris, Episcopis nimirum, Abbatibus, Prioribus, tum vero Dominis temporalibus, puta Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vice-Comitibus, Baronibus, & Delegatis Civitatum, quibus non ita pridem etiam adjuncti erant pro singulis Comitatibus duo Delegati. A Rege autem pro ejus arbitrio indicitur, certo tempore, antequam habeatur præfinito.

Ubi convenerunt, & concilii vocati causæ à Rege & Cancellario explicatæ sunt, Sacri Domini seorsim Octo seligunt ex Dominis Temporalibus, Domini Temporales pariter totidem ex Sacris vulgo (Spiritualibus) Inde illi conjunctim octo, ex Comitatuum Delegatis, totidemque ex Burgorum delegatis nominant. Hi numerum XXXII. conficiunt, & Domini pro Articulis appellati, cum Cancellario, Thesauri Præfecto, privati sigilli custode, illo Regi à Secretis, &c. singula quæ ad ordines referenda proponuntur, admittunt, vel rejiciunt, Regi tamen prius communicata admissa ab universo ordinum conventu sedulo excutiuntur, & quæ pro suffragiorum numero comprobantur, Regi exhibentur, qui admoto sceptro, se confirmare, vel infirmare pronunciat, quod si aliquid Regi displiceat, primum deletur.

In Scotiæ Comitiis sine impetratâ à Cancellario Venia nemini loqui licet, non secus ac apud Polonos Comitiorum tempore in conventu Nobilium observari solet, ubi Marescallus cuilibet seorsim loquendi permittit potestatem.

Mos Comitiorum in Scotia nihil habet populare. Viginti fere diebus edicitur ante Comitia passim omnibus, ut Magistro Rotularum, quæstiones proximo conventu ventilandas, ante certum diem scriptis exhibeant: eas Rex privatim examinet, & quas, visum fuerit, Cancellario suo tradit, in Comitiis roponendas, reliquæ supprimuntur. Quod si quis aliam rem ad ordines detulerit, statim à Cancellario monetur, nullam hujusmodi quæstionem à Rege fuisse approbatam. Tum vero Leges de his rebus ad ordines latæ, Regi exhibentur, ille sceptro insignis quod illi à Cancellario porrigitur hæc dicere habet necesse,

EGO

EGO RATA HABEO QUÆCUNQUE IN COMITIIS HISCE FACTA SUNT. nam si quid Regi displiceat, id ante solet deleri.

Proximum à Parlamento est Collegium Justitiæ sive ut vocant *The session*, quod Rex Jacobus V. Ann. cIↃ. IↃ. XXXII. ad formam Parlamenti Parisiensis instituit, nimirum ex Præside, XIV. Senatoribus, VII. Ecclesiasticis, totidem Laicis (His postea fuit adjunctus Cancellarius, qui primum obtinet locum, & quinque alii Senatores) tribus Scribis primariis, & Advocatis quot Senatoribus visum fuerit.

Jus autem non secundum juris Rigorem, sed ex bono & æquo dicitur, idque singulis per hebdomadem diebus, excepta die dominica. Interjectis tamen temporibus, quibus seritur & metitur, tum enim justitium & judiciariæ relaxantur curæ. Judicant vero ex Statutis Regni Parlamentariis: ubi autem illa deficiunt, ex jure Cæsareo.

Habentur etiam inferiora in singulis Comitatibus fora Civilia, in quibus Vice Comes aut ab eo delegatus jus Incolis dicere solet, de ejectionibus, intrusionibus, damnis, debitis, & à quibus ob iniquitatem aut affinitatis rationem nonnunquam fit appellatio. Illi autem Vice Comites plerique sunt hæreditari. Scotorum enim Reges perinde ac Anglorum, hæreditarios olim & perpetuos Vice-Comites instituerunt, quo sibi præcipuos beneficiis obstringerent. Sed Angli, ex his magna prospicientes incommoda, consuetudinem illam mutarunt. Habentur etiam Fora Civilia, à Prætore in Feudis Regalibus. Qui Regis munificentia Regalium potitus est dignitatem in liberis etiam Civitatibus & Magistratibus.

Statura Regni in certum ordinem redigi curavit Malcolmus Mackenet, ejus nominis secundus, ex quibus hi Ministri Regii provenerunt, Cancellarius, Justitiarius, Camerarius, Senescallus, Constabularius, Maresschallus, Vice Comites Coronatorum. Postea Rex David ejus nominis primus LL. Scotiæ quatuor libris ad imitationem quatuor Librorum Institutionum Juris Civilis componi & publicari mandavit A. C. 1124. Quibus successu temporis plures accesserunt collectiones à Joanne Skenæo editæ & notis illustratæ.

De jure vero Scotiæ operæ pretium est ipsum Regem Ja-

cobum Sextum in oratione illius tertia audire, ubi ad Parlamentum ita inquit. *Nullum proprium Scotiæ jus est, quod juris hujus populi municipali vulgo communi dicto respondeat. Sed totum quantum quantum est, è triplici constat genere. Nam universum illud jus tenendi, possidendi dominii & cætera hujus generis, Cancellariatui Angliæ debemus, ubi æquitas non juris disceptatio est, majora sunt inter nos verborum, quam rerum divortia. Jacobus primus, apud Vos educatus, leges Anglicas in Scotiam scriptas secum invexit. Secundum genus faciunt statuta Regni, quæ comitiorum acta nominantur. Ibi enim illis, ut hic vobis rogandarum Legum jus est; quas Leges jam vobis licebit excutere; neque enim spero amplius in ea Repub. Vos hospites fore. Nec diffiteor, præcipuum esse hujus unionis opus utriusque Regni inter se statuta conciliare. Tertium genus est è Jure Civili, cujus introducendi auctor erat Jacobus Quintus, instituta apud nos perpetua curia, ad illius imaginem, quam in Galliâ ipsa viderat. Horum est, in omni controversia Civili jus dicere. Nec tamen omnia ut in Gallia ad Juris Civilis amussim exigunt: nam si constet, gentis statuta adversari, non datur Juri Civili Locus: & Præses Curiæ si officium facit, ubi quæstio in nostro jure deciditur, jus Civile non audit. Tum demum apud eos Juri Civili locus est, ubi municipale deficit.*

Fora etiam sunt, quæ *the Commissariat* vocant, quorum supremum Edenburgi habetur, in quo coram quatuor judicibus agitur de rebus testamentariis, jure Beneficiorum Ecclesiasticorum, decimis, divortiis, & cætĕris id genus Eccclesiasticis rebus: in cæteris fere singulis Regni partibus ad hæc singuli sunt judices,

In criminalibus primarius Regis Justitiarius forum suum Edemburgi plerumque habet, quod munus jam aliquamdiu gesserunt Comites Argathenæ, quos duos vel tres jurisconsultos delegant, qui de capitalibus cognoscunt, aut quę membrorum mutilationem, aut universorum bonorum amissionem inferant, & hoc in Foro reo permissum est, etiam in Læsæ Majestatis crimine sibi adscisĉere advocatum, qui suam causam agat.

Ad coronam Domini Regis, & illius justitiarii pertinet crimen læsæ Majestatis, item crimen occultationis fraudulosæ thesauri placitum de pace Domini Regis infracta, homicidium, raptus, incendium, crimen falsi, vel de falsa mensura, falsa charta, falsa moneta &, si quæ sunt similia, quæ ultimo puniuntur supplicio, aut membrorum detruncatione.

Insti-

Digitized by Google

Iuſtitiarii etiam in criminalibus nonnunquam Regia auctoritate ad hanc vel illam cauſſam particularem cognoſcendam conſtituuntur.

Vice Comites etiam in ſuis territoriis & Magiſtratus in Burgis nonnullis de homicidio cognoſcunt (ſi homicida intra ſpatium XXIV. horarum deprehendatur)& à juratoribus reum peractum, extremo ſupplicio afficiunt, verum tempore illo elapſo, cauſſa ad juſtitiarium Regium vel delegatos refertur. Eodem etiam privilegio nonnulli gaudent Nobiles, contra latrones in ipſorum juriſdictionibus deprehenſos. Illi & de furtis cognoſcunt, ſecundum Leges Davidis primi.

Sunt etiam qui hujuſmodi gaudent regalibus, ut in criminalibus intra ſuos limites juriſdictionem exerceant, & in cauſis nonnullis intra ipſorum terminos habitantes à Regio juſtitiario revocent, cautione tamen interpoſita ut ex lege jus adminiſtrent.

DE VETERI FORMA IMPERII APUD VETERES HIBERNOS, SECUNDUM JACOB. WARÆUM. IN ANTIQUITATIBUS HIBERNICIS.

DUrante Pentarchiâ, ubi qui potentiſſimus Regum fuit, totius Inſulæ ſibi arripiebat Imperium, vulgoque Rex dicebatur, & quibuſdam Rex Regum, cui ſummam Imperii cæteri Reges, vel rectius Reguli permiſerant, tam belli quam pacis temporibus. Prædicti vero Reges, quod Giraldus Cambrenſis Topographiæ Hibernic. diſt. 3. c. 45. teſtatur, *non alicujus coronationis ſolennitate, nec inunctionis ſacramento, nec jure hereditario, vel aliqua ſucceſſionis proprietate, ſed vi tantum & armis, totius Inſulæ Monarchiam obtinuerunt, & ſub more Regni gubernacula ſuſceperunt.*

Hæc quoque habet, paucis mutatis, liber niger Eccleſiæ S. Trinitatis Dublinii. Quandoque vero etiam duo ſimul Reges in eodem Regno imperabant. Quando vero illa Pentarchia cœperit, expeditum ſatis non eſt, fuiſſe tamen illam à Chriſto Domino ſeculo quinto, conſtat. Hoc tamen notari debet, paucos fuiſſe illorum Regum, ante Anglorum adventum in Hiberniam ſub Hrnrico 2. qui non aliqua violenta morte perierint.

Equi-

Equidem quemadmodum olim apud Romanos Galbam ſuſtulit Otho, Othonem Vitellius, & Vitellium Veſpaſianus, pari ratione multos è Regibus illis Hibernicis qui prædeceſſorum ſuorum cœde manus fœdaverant, pœna talionis crudeli morte ſuſtulit.

Fuit autem ſuperioribus Seculis Temoria ſive Tambra quam hodie Tarah dicimus, in Midia, Regia eorum erat præcipua: Ibi Feſta ſolennia & Comitia olim ſtatis tenebantur temporibus. De his in rerum Hibernicarum Annalibus frequentior fit mentio. Mirum ſane videtur, quod de barbaro ritu, quo Tirconallenſes olim ſibi Regem creare ſolebant, tradit Giraldus Cambrenſis Topograp. Hibern. diſt. 3. c. 25. *Eſt igitur in boreali* (dicit ille) *& ulteriori Ultoniæ parte, ſcilicet apud Kenil cuni Gens quædam, quæ barbaro nimis & abominabili ritu ſibi Regem creare ſolet. Collecto in unum univerſo terræ illius populo, in medio producitur jumentum candidum, ad quod ſublimandus ille, non in Principem, ſed in belluam, non in Regem, ſed in exlegem coram omnibus beſtialiter accedens, non minus imprudenter, quam impudenter, ſe quoque beſtiam profitetur, & ſtatim jumento interfecto, & fruſtratim in aqua decocto, in eadem aqua & balneum paratur, cui inſidens, ducarribus illis ſibi allatis, circumſtante populo ſuo, & conveſcente comedit ipſe; De jure quoque quo lavatur, non vaſe aliquo vel manu, ſed ore tantum circumquaque haurit & bibit. Quibus ita rite, non recte completis, Regnum illius & Dominium eſt confirmatum.* Cæterum ſunt qui aſſerunt, aliquos ex familia O-Brienorum ſolenniter admodum Reges Hiberniæ fuiſſe creatos, ac corona aurea redimitos. Scorſim vero in Hiſtoriis Hibernicis legere eſt, Donatum O Brien: Ann. Dn. MLXV. peregrinationem Romam uſque ſuſcepiſſe, & majorum ſuorum coronam Regiam ſecum detuliſſe. Hactenus dictum eſt de Regibus Hibernicis, qui vixerunt ante Anglorum ingreſſum ſub Henrico Secundo: Nonnullos vero quamvis ſubditos etiam poſt Anglorum adventum Regio nomine gaviſos, & Reges fuiſſe appellatos ab ipſis Angliæ Regibus palam conſtat. Atque hæc de Regulis antiquioribus dixiſſe ſufficiat, ſi quam cupido plura ſciendi habet, conſulat V. C. Joann. Seldenum in opere de titulis Honoris.

STA-

STATUS POLITICUS REGNI HIBERNIÆ RECENTIORIS HUJUS TEMPORIS, EX CAMDENO.

EX Regulorum Hiberniæ variis ſimultatibus, praviſque æmulationibus, Henricus Secundus Anglorum Rex occaſionem arripuit ſerioque cum Proceribus Angliæ Ann, ſalutis cIↃ c L v. conſilia agitavit de Hibernia expugnanda, in uſum Fratris ſui Guilielmi Ardegavenſis, ſed hæc res ex Conſilio Matris ejus Matildis imperatricis in aliud tempus dilata eſt. Poſtea ergo coactis copiis Henricus II. in Hiberniam trajecit, & A. C. cIↃ IↃ L X X I I. inſulæ Principatum obtinuit. Tum omne imperium ſuum & poteſtatem in illum ordines Hiberniæ tranſtulerunt, jam inde ab Joanne Anglorum. Reges Hiberniæ Domini vocati ſunt, Donec Henricus VIII. in Hibernicis Comitiis Hiberniæ Rex ab inſulæ Ordinibus declaratus eſſet. Hoc autem Regni Hiberniæ nomen & titulus, pontificia auctoritate confirmata fuerunt; cum Maria Regina ann. cIↃ IↃ L v. Regni Angliæ nomine obedientiam per Legatos Regios Pontifici Paulo IV. detuliſſet.

Ex quo autem Hibernia Anglici juris facta eſt, Reges Angliæ Proreges ad regendam miſerunt Rempubl. quos primum Cuſtodes Hiberniæ, deinde pro arbitrio Hiberniæ juſtitiarios, locum tenentes, & Deputatos in Codicillis vocarunt, ſive literis patentibus, quibus illis auctoritas & juriſdictio mandatur. Hæc ſane fuit ampla & Regia, utpote cui annexa erat poteſtas bella gerendi, pacem componendi, magiſtratus & munia omnia præter paucula conferendi, crimina (excepto læſæ Majeſtatis) remittendi, Equites Auratos creandi. Hæ literæ patentes, cum quis iniret Magiſtratum, publice prælegebantur, & juramento coram Regni Cancellario præſtito, gladius qui præferebatur in manus tradebatur, Dein in ſolio collocabatur, adſtantibus Regni Cancellario, qui ſunt à Sacro conſilio Regnique Proceribus, cum Rege armorum, ſerviente ad arma & aliis honorariis adminiſtris. Nec alius ſane eſt in toto Orbe Chriſtiano Pro-Rex qui propius ad Regiam Majeſtatem, ſive juriſdictionem, ſive auctoritatem, comitatum & apparatum ſpectes,

ſpectes, accedat. Hic in Concilio habet Regni Cancellarium, Theſauri Præfectum, & alios ex Comitibus, Baronibus, Epiſcopis, judicibus, qui à ſanctiori ſunt conſilio. Nam eoſdem plane habet Hibernia ordines, quos Anglia, nimirum Comites, Barones, Equites Auratos, armigeros.

Nunc quædam de Foris & Tribunalibus Hiberniæ dicemus. Summum Regni Hiberniæ forum Parlamentum eſt, quod pro Regis Angliæ arbitrio à Pro-Rege indicebatur, & diſſolvebatur: & ſi imperante Eduardo II. Sancitum eſſet, ut ſingulis annis Parlamenta in terra Hiberniæ tenerentur. Juridici etiam conventus ut in Anglia quotannis habentur, & quinque ſunt Tribunalia, nimirum Camera ſtellata, Cancellaria, Bancus Regius, Bancus communium placitorum, ſcaccarum, ſive Fiſcus Regius. Sunt etiam juſtitiarii aſſiſarum, miſſi prius ad audiendum & determinandum prout in Anglia, & Irenarchæ in ſingulis Comitatibus ad pacem conſervandam. Habet etiam Rex ſuum ad Legem ſervientem procuratorem, ſive attornatum generalem, & ſollicitatorem. Sunt etiam in remotioribus Provinciis ad jus dicendum Gubernatores, ut in Connathia primarius Commiſſarius, in Momonia præſes dicitur, qui ſuos è Nobilibus habent aſſeſſores & juriſperitos qui tamen ſinguli Proregis nutum reſpiciunt.

Iiſdem autem communibus LL. quibus Anglia regitur, Hibernia quoque adminiſtratur, hæc enim in Sacris Regni ſcriniis inveniuntur. *Rex Henricus Tertius anno* Regni XII. *mandavit Juſtitiario ſuo Hiberniæ, ut convocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Baronibus & militibus ibidem coram iis legi faciat chartam Regis Joannis, quam legi fecit, & jurari à magnatibus Hiberniæ, de legibus & conſuetudinibus Angliæ obſervandis, & quod Leges illas teneant & obſervent.*

Parlamentariæ etiam, ſive ſtatutorum ut vocant Leges Angliæ uſque ad Henrici VII. tempora in uſu erant. Anno enim Regni ejus X. illæ ſtabilitæ & confirmatæ erant, auctoritate Parlamentaria in Hibernia: ſed jam demum ſua habuerunt ſtatuta Parlamentaria. Hos præter Civiles Magiſtratus, etiam unum habent militarem nimirum Mareſchallum, cujus maximus eſt uſus tam ad militum, quam ad rebellium (qui ſubinde ſuis negotium faceſſunt) coërcendam inſolentiam. Atque hoc munus olim Barones *Morley* ex Anglia

glia hæreditarium tenuerunt: Rex enim Johannes hoc officium hæreditario jure habendum illis conceſſit, his verbis: *Johanni Mareſchallo dedimus & conceſſimus, pro homagio & ſervitio ſuo, Mareſchalliam noſtram totius Hiberniæ, cum omnibus pertinentiis. Dedimus & ei pro homagio & ſervitio ſuo Cantredum, in quo ſita eſt villa Kilbunnii habenda ſibi & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris. Ab hoc ad Barones de Morley recta ſerie deſcendit.*

Eſt autem Mareſchallo ſuus Submareſchallus dictus (Provoſt Mareſcall) & aliquando etiam plures, pro rerum & temporum difficultate, qui ſuam circumſcriptam ſub Magno Hiberniæ ſigillo cum inſtructionibus exercent auctoritatem.

Ratio autem juris adminiſtrandi inter mere Hibernicos hæc eſt.

Magnates quorum nominibus quarta vocalis ob eminentiam & excellentiam præponitur, ut O - Neal O- Rorck O- Donell, &c. & ceteri qui præfixum gerunt *Mac.* jus ſuum habent peculiare, quo in ſuperbiſſimo vivunt dominatu, & in ſubditorũ fortunas tributis, exactionibus, ita pro libitu graſſantur, ut ſub illis ſubditorum longe miſerrima ſit conditio.

Habent quoque hi Magiſtratus ſuos juridicos, quos ut Gothi ſuos Beilaginos dixerunt, Breahans vocant, hi, indoctum ſane hominum genus ſunt: ſtatis quibuſdam diebus, edito aliquo & præcelſo colle, vicinis inter litigantes jus dicunt. Coram his actores, querula voce injurias ſibi illatas exponunt, Rei vero inficiatione factum negant, ſi in furto manifeſto comprehendantur, aut reddendum, aut mulcta penſandum pronunciant. Habent etiam hi Magnates ſuos Hiſtoricos, quorum officium eſt res geſtas deſcribere, Medicos, Poëtas, quos Bardos vocant, & citharœdos: his ſingulis ſua ſunt aſſignata prædia, & ſinguli ſunt in unoquoque territorio è certis & ſingulis familiis; nimirum Breahani unius ſtirpis & nominis, Hiſtorici alterius, & ſic de cæteris, qui ſuos liberos ſive cognatos in ſua quilibet arte erudiunt, & ſemper ſucceſſores habent. Jus vero hæreditariæ ſucceſſionis apud hos magnates non obſervatur, ſed qui ex præcipua aliqua familia, viribus, clientelis & audacia validior, dominatum quadam Provincialium factione aut electione ſibi arripit, demortui filiis, nepotibus, & ſanguine proximis excluſis: & Barbaris ceremoniis

in

in ſolio ſaxeo, ſub die collocantur, hoc etiam tempore lege quadam (Taniſtris dicunt) ſucceſſor etiam aliquando deſignatur, qui Taniſt nuncupatur, quidam autumant hoc vocabulum à Danis eſſe mutuatum, apud quos ut apud Septentrionales Britanniæ incolas Thane, pro viro Nobili Regiſque miniſtro diu in uſu fuit.

DE OPULENTIA, POTENTIA, REDITIBUS, ET VIRIBUS REIPUB. ANGLIÆ.

REgni Angliæ opulentia, ex eo præprimis magna judicari debet, quod ſolum in omnibus pæne Provinciis habeat fœcundiſſimum, quod omnia humanæ vitæ neceſſaria & jucunda producat bona, excepto oleo & vino, licet vinum aliquando produxiſſe dicatur.

Æſtimari quoque debet è metallorum copia, quam frequentiſſimæ venæ protrudunt, quorum tamen nobiliſſimũ, aurum, & argentum parce, cætera verò, ut ferrum, ſtannum, & plumbum, largiter profert.

Tertium conſpicitur ex tenuiſſimarum lanarum ingenti copia, & panificio, quod ibi locorum ſupra modum floret, & quidem adeo ut nulla alia per univerſam Europam Regio meliores miniſtret pannos, quorum hodie copiam illorum incredibilis commendat induſtria, quæ tamen his publicis Regni turbis ingens paſſa eſt detrimentum. Accedit quarto commerciorum opulentia, quam variæ & ex diſſitis orbis partibus advectæ merces indies augent.

Quinto, navigandi peritia, & navalium ſociorum navium que ſtupenda copia, ad opes Angliæ augendas plurimũ faciunt. Hac ratione fit, ut ex Angliæ Reipub. in omnes propemodum Mundi partes naves expediantur, cum maximo inſtitorum quæſtu.

Sexto, ex auri argentique copia ingens Angliæ accedit lucrum. Equidem, quamvis utrumque ibi parciſſime naſcatur, maxima tamen hic eſt aureorum atque argenteorum abundantia nummorum, & ſuperioribus annis obſervatum eſt, intra quinquennium monetæ Regiæ cuſæ fuiſſe aurea quędam numiſmata ad pondo 62.14. argentea vero 311.384 Adhæc in Anglia non ſolum Nobilium, ſed & plebejorum

ædes

ædes tantam habent argenteæ ſupellectilis frequentiam, ut incredibile ſane videatur: obſervatumq; quotannis, ſupra 25. millia librarum argenti in nova profundi opera. Hæc ut perennet copia, cautum eſt Legibus Regni, ne ullum aurum aut argentum è Regno efferatur.

Denique ex immenſis multorum privatorum opibus: nam vix ullum aliud Regnum opulentiores mercatores & inſtitores alit, qui heredibus ſuis inuſitatas relinquant opes, non raro ad centum milla librarum ſterlingenſium. Quidam opibus ſuis ad ſummas emergunt dignitates, & Baronum, Comitum, aliorumque ſupremorum Honorum titulos ſibi comparant.

Porro quod potentiam Regni vel hodie Reipub. ſpectat, illa non male æſtimari poteſt exſitus opportunitate pariter ac firmitate. Equidem cum intra inſulam hoc clauſum ſit Regnum, difficilem aditum hoſtibus relinquit. Cæterum quamvis commodos multos habeat portus & aditus, hi tamen contra omnem ingruentem externam vim ita ſunt muniti, ut omnes hoſtiles deſtinationes facile eludant, inſuper quod mare undique ambiens, æſtibus reciprocis tumidum, claſſes hoſtium facile diſijciat.

Magnam quoque potentiam Angliæ eſſe, indigenarum frequentia, fœminarum mira fœcunditas, cœli gratiſſima bonitas, ſatis teſtari poſſunt; tum vero Nobilitatis ac præſertim Equeſtris ordinis ingens numerus, qui ſervitium militare imperanti ad nutum debent. Hinc fit, ut brevi tempore ingentes in Anglia copiæ colligi queant: quod luculentum oſtendit exemplum ann. clɔ Iɔ LXXXVIII. cum claſſis Hiſpanica ibi expectaretur: nam præter XX. millia bellatorum, per littora auſtralia diſpoſita, duo erant juſti exercitus conſcripti, quorum unus mille equitibus & XXII. mill. peditum conſtabat, alter XXXIV. millib. pedit. & XI. millib. equit.

Ex gentis quoque Anglicanæ fortitudine & Virtute militari, illorum potentia optime judicatur. Nam nulla gens magis quam Anglica mortem contemnit, durare mala patienter novit, cupiditatem animi, velocitati corporis parem natura eſſe voluit, quare uſu & diſciplina optimi milites evadunt Angli, præſertim ſi in exteris Regionibus ſtipendia meruerunt, ſiquidem domi mollius educati labo-

ribus & inedia foris exercitati meliores evadunt. Omnes tam idonei equites quam pedites evadunt, hoc etiam cæteras gentes ſuperant, illo vero multis ſunt inferiores.

Accedit navium belli uſui inſervientium inſtructiſſima copia, quibus in illa Regione ſtruendis nec materia neque induſtria operariorum deeſt: quod Angliæ deeſt, Hibernia vicina ſuppedirat.

Auget quoque potentiam Angliæ bellicorum tormentorum immenſus numerus, quæ tam ex ære quam ferro funduntur.

Illam pariter formidabilem facit eorum hominum copia, qui navibus illis commode uti norunt. Equidem ſuperioribus ſeculis Hiſpani & Luſitani navigandi peritiâ celeberrimi fuerunt, verum illi hodie ab Anglis multis modis ſuperantur, ſive ſpectes artem nauticam, ſive fortitudinem in maritimis periculis exantlandis, ſive etiam in prælio faciendo vigorem animoſum & circumſpectum.

Veniamus nunc ad reditus Angliæ Regni.

Primo habuit Rex Angliæ patrimonium Regni, barbare ita dictum Domanium. Illud quale & quantum ſit, ex Annalibus Camdeni conſtat. Henricus VIII. quamvis tres liberos haberet, multa tamen è Regio Domanio profuſe largitus eſt. Contra Regina Eliſabetha pauciſſima è Domanio donavit, neque vero aliter, niſi hac cautione, ut deficientibus maſculis denuo ad coronam reverteretur. Rex quoque Jacobus plurima elargitus eſt, & tamen an. 1607. in Comitiis Parlamentariis viva voce declaravit, ſe putare nullum Principem in Orbe Chriſtiano pulchriores poſſeſſiones coronæ annexas hodie habere.

Statuunt autem fide digni, Domanium ordinarium quotannis 54760. libras facere, cui accedunt aliæ libræ 105752. ex reditibus Abbatiarum, & aliarum domorum quas Rex Henricus VIII. ejectis monachis evertit; & proventus annuos domanio Regni adjunxit, item libr. 37309. è Ducatu Lancaſtriæ.

Secundo quum Rex omnium pupillorum tutelam habuerit, quorum bona coronæ obnoxia fuerunt, ad annum uſque ætatis XXI. durante pupillari ætate omnes reditus ipſorum percipit, & in alimenta illorum expendit, & matrimoniorum eorundem dominus fuit, hoc pacto ingens pecuniæ ſumma

Digitized by Google

ſumma ad Regem quotannis redundavit, quam alii 30. alii 60. millium librarum ſterlingenſium fecerunt. Verum Rex plerumque bonam partem aliis elargiri ſolitus eſt, aut certo pretio ab agnatis redimi patitur, qui non raro X. imo & XX. millia librarum Regi numerant, ut ſuos ab illa eximant tutela. Hoc jus tutelę pupillaris introductum eſt à Guillielmo Duce Normandiæ. vid. Pierre d'Avity tom. 1. in deſcript. Angl. p. 233.

Tertio ex releviis ut vocant, h. e. pretio quod in Feudis recognoſcendis ſolvitur, quorum Feudorum tanta eſt multitudo, ut nonnulli equeſtrium numerum LX. millia eſſe prodiderint.

Quarto è portorio, quod Rex percipit ex omnibus mercibus, quæ exportantur & importantur, ſub nomine *pondagii*: Id, ne rem altius repetamus, Mariæ Reginæ anno primo ita erat conceſſum, ut vigeſimam partem juſti pretii mercium caperet, exceptis, pannis, lanis, coriis, vino, & aliquot aliis mercibus: igitur indicem edi curaverat, quo pretia mercium plerarumque continebantur, qui index & toto Regni Eliſabethæ nomine obtinuit. Verum Rex Jacobus eodem Tributo à Parlamento ipſi confirmato, cum animadverteret, multas merces vilius, multas carius æſtimatas, quaſdam etiam omnino præteritas, omnes denuo æſtimari fecit, & indicem edi, ſecundum quem dein portorium hoc ab indigenis atque advenis ſolveretur.

Adhæc quia ſuperioribus temporibus maxima redituum coronæ pars ex lanis quæ evehebantur collecta fuerat, & tributum illud ob lanificium, ſive pannificium in ipſo Regno inſtitutum valde erat imminutum, fereque ad nihilum redactum, impoſuit Maria Regina pannis in hoc Regno textis & extra Regnum exportandis certum vectigal, ut nimirum hanc reſarciret jactutam. Hoc ab Eliſabetha continuatum, à Rege Jacobo fuit confirmatum. Solvunt autem indigenæ Angli pro ſingulis pannis qui capiunt ulnas XXIV. ſive albi ſint, ſive colore aliquo tincti, ſolidos VI. denar. VIII. peregrini vero atque advenæ ſolidos XIV. denar. VI. cætera vero pannorum genera habita proportione tantundem ſolvunt. Rex vero Jacobus Regni ſui anno 6. portorium ſive vectigal omnium mercium nova auxit, ut vocant impoſitione, annona ſolum excepta, & iis quæ ad victum ſunt neceſ-

ſaria, tum vero omni apparatu bellico & iis rebus quæ fabricandis navibus erant neceſſariæ, iis quoque mercibus exceptis, quæ in Regnum importantur, ea conditione, ut iterum exportentur. Eorum vero mercium, quæ importantur, impoſitionem aut minuit, aut auxit.

Portorium porro illud omne, quod ex omni genere mercium, tam domeſticorum, quam peregrinarum, in uſum Principis ad ſuperiorem exigebatur modum, non ita pridem certa penſitatione à Rege redimebatur à publicanis tam Londini, quam in cæteris portubus; quia magna fraus vectigalibus inferebatur. Boterus hæc vectigalia centum millium librarum æſtimavit, alii decentis millibus, niſi quod hujus fraudis vitio longe minora eſſe fateantur. Compertum autem fuit An. 1621. quod vectigal mercium evectarum reddiderit publicanis 82162. libras, importatarum autem 91059. libr. ſterl.

Magnum quoque emolumentum Regi accedebat ex vacantibus Epiſcopatibus & Abbatiis, tum vero Epiſcoporum nominatione.

Confiſcatio quoque bonorum, quæ Rebellibus pœnæ loco imponebatur, magnam pecuniæ acceſſionem fecit.

Atque hi ſunt ordinarii Regni Angliæ reditus.

His annumerari debent illi, qui extra ordinem veniunt. Quotieſcunq; enim aliqua belli neceſſitas incumbebat, Reges Parlamentum indicere ſolebant, cujus auctoritate auxilium ab omnibus ſubditis impetrare ſolebant. Hoc autem duplex erat; Prius ſubſidium vocabatur, eſt autem penſitatio quædam quam omnes omnino ſubditi, è bonis ſuis omnibus, certa quadam ratione æſtimatis, Regi, vel per partes, vel certis momentis ſolvebant, idque ſemel, bis, ter, quaterve, prout Parlamentum decreverat. Laici autem indigenæ, quorum bona mobilia tres libras annuatim valent. pro ſingulis libris II. Schillingos & VIII. ſolvunt denarios, advenæ autem V. Schilling. & IV. denar.

Deinde quibus bona ſunt immobilia, indigenæ quidem pro ſingulis libris annui antiqui reditus 4. Schillingos, advenæ VIII. Eccleſiaſtici vero ex annis ſuis reditibus pro ſingulis libris ſolvunt IV. Schilling. Hæc vero Parlamentaria auctoritate limitari ſolent, & variis clauſulis muniri. Atque hujuſmodi ſubſidium magna argenti ſumma ærarium

rium Regis cumulare ſolebat : illa autem ſubſidia laicorum bonis impoſita 60. millia & ſupra librarum ſterlingenſium Regi dicuntur attuliſſe.

Alterum auxilii extraordinarii genus, quod ab iiſdem Comitiis Parlamentariis imponebatur, *dena* & *quindena* vocatur; harum quoque binæ, ternæve ſolvendæ Regi ſucceſſive conceduntur. Eſt autem quindena, interprete Camdeno, taxatio certa olim ſingulis civitatibus impoſita, tum burgis & oppidis, non viritim, ſed univerſim, pro ratione decimæ quintæ partis facultatum, locorumq; Dicitur autem decima, quia in oppidis decima facultatum ſolvebatur, quindena vero, quia in pagis & rure tantum decima quinta, Quantum vero una quindena valeat, certo explicari nequit: Cantius refert eam aſcendere ad 1553. libras, item de Conubia 113. libras, de Hutingdonia 371. libras. Solebat etiam Rex ſine Parlamenti auctoritate ſubſidium à locupletioribus petere: quod benevolentia dicebatur.

DE REGNI SCOTIÆ REDITIBUS, DIVITIIS, POTENTIA, EX REPUP. SCOTIÆ, PIERRE D'AVITY, LES ESTATS, ETC.

QUod ex Moniſonio Anglo liquet, Scoti ſuperioribus annis majoribus haudquaquam abundarunt navigiis, neque navigandi ſcientiam cultam habuerunt. Quapropter Reges Scotiæ, ut ſuis rem nauticam magis magiſque commendarent, nulla aut ſane exigua navigantibus impoſuerunt telonia. Flagrante dein inter Anglos & Hiſpanos bello, Scoti crebrius in Hiſpaniam navigabant, merceſque alienas vehebant, ab Anglis imprimis perſuaſi : hac ratione factum, ut & navigiorum numerus, & induſtria navigandi augerentur.

Illi qui occidentalem Scotiæ plagam incolunt, in Hiberniam vicinaſque maximè Regiones, haleces, carbones foſſiles, vinum aduſtum, & ſimiles tranſvehunt merces, & ex Hibernia argentum, vel boum tergora, lineaque fila revehunt. Illi qui ad orientalem Scotiam incolunt, in Galliam vehunt pannos, lanam, pelles caprarum, tum cuni-

culorum, piſcium diverſa genera. Præcipuum vero mercatum quatuor exercent Locis. Primo, Veræ in Zelandia, quo ſalem, & ingentem pellium ex ovibus numerum, exuvias lutrarum, &c. advehunt, inde vero, præter argentum, frumentum etiam advehunt. 2. Burdegalæ in Gallia, quo pannos & pelles ducunt, & vina, grana, juglandes, caſtaneas reducunt. 3. In mari Balthico, quo eadam convehunt, indeque linum, cannabim, ferrum, picemque petunt Denique in Angliam lineos pannos, filamenta, & ſalem inferunt. & viciſſim ex ea triticum, hordeum, & fabas aliaſque fruges efferunt. Reditus Regni Scotiæ olim fuerunt tenuiſſimi,

Ex Feudis Guardiæ, ſive cuſtodiæ, quæ ad Regem ſpectabant, hæredumque tutelæ in poteſtate Regia erant, uſque dum ad maturam pervenirent ætatem, aliquod Rex capiebat emolumentum.

Adhæc poteſtas hæredum in matrimonium collocandorum penes Regem erat, ita ut dos ad illum jure pertineret, vulgo *Maritagium* hæredis vocabant. *Relevium* notabat certam pecuniam, vel unius anni, finem *Wardæ* proxime ſequentis, annuum cenſum (vulgo *Novum extentum* vocant) hunc hæres Feudi militaris, qui jam perfectam ætatem exceſſerat, Regi, vel alii ſuo Præcipuo domino dabat. Per quam hæreditatem ſuam vel terras, quæ in manus Regis vel Domini ſui ſuperioris ratione Wardæ, ceciderant, relevabat hoc eſt reſuſcitabat, & à Rege vel Domino ſuo redimebat.

In Legibus autem & conſuetudinibus Burgorum, per Davidem primam editis, dicitur: Quilibet Burgenſis debet Domino Regi Burgagio, quod defendit, pro perticata terra, quinque denarios annuatim. Hujuſmodi reditus Fiſco ac patrimonio Regis annumerantur.

Mogaldus autem XXIII. Scotorum Rex legem iniquiſſimam, dicit Buchananus, condidit, ut damnatorum bona Fiſco addicerentur, nullam in partem liberis & uxoribus admiſſis. Illam Legem quamvis omnibus iniquam & inhumanam eſſe judicent, tamen à Fiſci procuratoribus, qui Regum cupiditatibus lenocinantur, hac etiam defenditur ætate.

Quod divitias Scotiæ attinet, commodo de ipſa ſentit auctor libri Les eſtats, &c. in deſcriptione Scotiæ, quod ejus

ejus maxima pars tam ſterilis ſit, ut non ſufficiat ſuis incolis alendis. Cumque præter illas, quas ſuperius diximus, merces nullæ aliæ importentur, igitur paucos ſane divitiis affluentes habet mercatores, maxima autem mercaturam exercitantium pars, imprimis illa quæ Nobiliores merces conſequitur, in Angliam conceſſit. Hæc terræ indigentia in culpa eſt quod ad Regem exigui inde deveniant reditus, qui ne par quidem minimis in Italia Principibus hac ratione eſſe poſſit.

Quidam exiſtimant, inter quos etiam Boterus eſt, quod Rex Scotiæ non plus ex ſuis percipiat Regionibus, quam centum millia coronatorum, quæ opinio proxime ad veritatem accedit. Nonnulli autem putant, qui rei fundamenta ex relationibus quibuſdam deducunt, quod redituum illius calculus ad millionem auri accedat: modeſtiores tamen relationes non pluris quam centum millium librarum ſterlingianar. pretio illos reditus æſtimant.

Divitiæ hujus terræ in piſcibus, feris ſylveſtribus, pecore, & mineralibus conſiſtunt. Exhibet etiam aliis Regionibus rudiores pannos, pretii vilioris, parum hordei, glaſtum, vaccas præpingues, caſeos: Hibernis ſuppeditat cereviſiam, & vina extranea, vinum aduſtum, mulſum, & alias vilioris pretii merces, quas Leſſe de rebus Scotic. notavit. Præter aureum ſabulum, invenitur etiam fodina auri in Provincia Lothienſi, in aliis Scotiæ locis pretioſi lapides, adamas, uniones, rubini. Adamantes in magna ſunt abundantia, facilique parantur pretio, uniones rariores inveniuntur.

Poſtquam Scotos & Anglos unius Principis imperium conjunxit, iiſdem in bello utuntur armis. Qui vero deſerta incolunt, arcum & ſagittam habent, gladios ſane longos, & breves pugiones, quibus ilia ſolent præcingere.

In nulla autem legitur Hiſtoria, illorum Reges unquam magnis fuiſſe inſtructos copiis: illorum exercitus nunquam triginta millium ſuperavit numerum. Legitur in priſca Hiſtoria, quod Donaldus quintus à Saxonibus & Pictonibus devictus ſit, cum viginti millia hominum cecidiſſent, & cum Rex Jacobus ſuo tempore 30. millium exercitum conduxiſſet. Hiſtorici Scotiæ illum ingentem nominant exercitum.

Exiſtimat Boterus in Relat. quod ſi Scotia ab Anglia ita ſeparata eſſet, quemadmodum illa nunc illi conjuncta eſt,

illius Reges minus essent idonei contra illos arma movere, qui in illorum essent Regionibus, quod adeo exiguos habeant reditus. Ad defendendam vero Regionem nullo externo opus habent auxilio, quod Scotiam mare undique alluat, quæ Sylvis & montibus undique velut septa est. Neque vero etiam peregrino ad defensionem sui eget ære, ideo quod illius Feudatarii, qui magnum faciunt numerum, propriis impensis sua illi Regioni præstare officia tenantur. Porro etiam ipsi Nobiles omnes, nemine excepto obstricti sunt, urgente necessitate ex proprio ære se suosque in castris alere, contra vero liberi sunt ab omnibus oneribus & tributis, quæ reliquæ plebi imponi solent.

Regio de Merck & de Teifidale, equestri pube abundat, magnique illius habentur milites, quod armorum peritissimi sint: illi de Nidisdale boni pariter sunt equites, & equos cursu habent admodum expeditos.

Vires Scotiæ maritimæ majores esse possent, si reditus terræ præstarent ditiores: nec in ulla legitur historia, Scotos unquam maritimis bellis aliquod insigne factum edidisse. Et quamvis An. 1513. Jacobus IV. contra Anglos navalem misisset in Galliam exercitum, nihilominus nullibi legitur, illos memorabili aliquo facto maritimis armis inclaruisse.

REDITUS, DIVITIÆ, ET POTENTIA HIBERNIÆ, EX BOTERO, REPUB. HIBERN. PIERRE D'AVITY, ETC.

TEste Botero maxima Hibernarum opum pars in illorum ovibus consistit, quarum tantus est numerus, ut in solo Comitatu de Letrim, quamvis satis parvo, sæpius tamen numerata fuerint centum millia lanigerarum pecudum, ex quibus bis in anno tonsi-, ingens percipiunt lucrum.

Vaccarum quoque magna copia, pariter non parvum indigenis præbet lucrum, quod ex illis tergora plurima vendant. Lino etiam abundat Hibernia, quod indigenæ in fila ducunt, & ad exteros exportant. Olim quoque magnam linearum pannorum copiam solebant texere, cujus ipsi maximam partem intra Regnum consumebant.

Ex

Ex equis etiam, quos hobbyes vocant, & in Angliam traducere ſolent, non leve commodum percipiunt, ideo quod & bellis ſint aptiſſimi, & in itinere maxime expediti.

Generat quoque Hibernia præſtantiſſimum marmor, juxta Dublinum Kilkenny, & Corcagium; neque dubium eſt, illam Regionem metallorum admodum eſſe fœtam, modo illius venæ accuratius luſtrarentur: verum ea eſt Gentis deſidia, ut labores opprobrio ducat; ea etiam pauperies, ut ſumptibus ferendis non ſufficiat: accedit, quod plurimi exiſtiment, præſtare illas Gentes pauperiores eſſe, cum magnæ opes illis ad magnas ſeditiones fomenta eſſent.

Abundat etiam hæc Regio amœniſſimis fluminibus, piſcibus & portubus: Maria quoque varia piſcium copia ſcatent. Tanta autem Gentis eſt ſegnities, ut neque lucri ſpe, neque LL: auctoritate ad exercendam piſcaturam adigi queat.

Frumenti quoque Hibernia feraciſſima eſt, cujus abundantia non modo ſibi ipſi, ſed etiam aliis vicinis ſufficit: verum illud extra Regnum alio transferre non licet, niſi prius impetratâ veniâ.

Cum hæc Regio ſylvis etiam frequens ſit, magnam ligni cœdui copiam ſubminiſtrat: inde multos aſſeres, ex quibus dolia fiunt, in vicinas emittit Regiones.

Majora navigia, imprimis bellica, Hibernis fabricare non eſt permiſſum, multa tamen habent mercibus vehendis idonea.

Hoc extra dubium eſt, quod ſinguli Comitatus annua tributa ab aliquot annis Angliæ pependerint.

Ampliſſimi etiam reditus Fiſco acceſſerunt ex Rebellium bonis, ut videre eſt ex proxime elapſi ſeculi Hiſtoria, Anno 1678. extincto Giraldo Deſmoniæ Comite, qui contra Reginam arma ſumſerat, & Pontificis Romani Regiſque Hiſpaniæ copias in Hiberniam advocaverat, Comitatus ejus in Provinciam redactus eſt. & ex illius, aliorumque male confœderatorum bonis acceſſerunt coronæ Angliæ quingenta ſeptuaginta quatuor millia, ſexcenta & 28. jugera, certis reditibus in ſingulos annos Fiſco reſervatis, quos ad bis mille ducentas ſexaginta ſex libras ſterlingenſes aſcendiſſe notavit Morriſonus Anglus.

Quod Vires & Potentiam Hibernorum ſpectat, conſtat illorum militia ex quadruplici militum ordine: primus eſt haſtatorum equitum, alter pedeſtrium copiarum, tertius illorum qui pariter gladiis ac miſſilibus accincti ſunt, & Hibernis Karni vocantur, Quartus ordo curſorum eſt, qui Irlandis Daltini vocantur.

Quantum vero virium exercitum Hiberni producere queant, expeditum ſatis non eſt, pro certo tamen habetur, quod ſoli Comites de Tiron & Tirconel, qui ſe Regi Angliæ Anno 1608. oppoſuerunt, tam fuerint potentes, ut quilibet horum quaſi in momento 12. & 15. militum millia in caſtris habere poſſet: quantas copias alii rebelles potuerint producere vid. Pierre D'Avity in deſcriptione Scotiæ, hoc ſub argumento Tom. 1. p 405.

Regina Eliſabetha ibi X. habuit propugnacula præſidiario milite munita, cujus numerus tam equitis quam peditis ad 12. millia hominum aſcendebat. Cæterum plurima loca ita ibi natura munita ſunt, maribus, fluminibus & ſylvis ita incluſa, ut facile omnem hoſtium ingruentem vim eludant: magis autem Irlandos illorum paupertas periculorum ſecuros reddit, quam propugnacula, æſtate tamen in certiore vivunt ſecuritate, atque hiberno tempore, quod hyeme omnes glacie aſtricti campi, aquis ſuperfuſi ſoluta glacie aquarum magnam patiantur vim. Ultimum, nihil habet Anglia timere, ut aliquando Hiberniam amittat, cum propemodum nullæ ibi res ſint quæ hoſtium cupidinem illas occupandi terras irritare poſſet: majorem enim damni metum, quam emolumenti ſpem Hibernia novis advenis oſtendit.

SERIES REGUM ANGLIÆ, SECUNDUM LES ESTATS. QUI ANTIQUUM REGIMEN ANGLORUM SCIRE DESIDERAT, VID. CL. BOXHORNI METAMORPHOS: ANGL.

Cum Hiſtoria Angliæ plena ſit confuſionis, uſque ad Egebertum qui regnavit anno 801. illa quæ hic variis agitata ſunt controverſiis, miſſa facimus, & certiora ſequi malumus.

Hi

Hi igitur ſequentes ordine ſunt Reges.

Egebertus I. cœpit Imperare anno 801. regnavit 3. ann. obiit anno 838. huic in Regno ſucceſſit

Etelphus imperans 20. annis, obiit anno 858.

Ethelbaldus 5. menſium ſpatio Rex fuit.

Ethelbertus imperium tenuit 5. ann. deceſſit anno 863.

Ethelredus Regnum habuit 9. annis, eſſe deſiit anno 872.

Aluredus 28. annis regnavit, obiit anno 900.

Edvardus priſcus præfuit imperio 24. annis, deceſſit anno 924.

Adelſtanus 16. annorum Rex fuit, vitam cum Imperio depoſuit anno 940. poſtquam totam Inſulam imperio ſubjeciſſet.

Edmondus 6. annis imperavit, deſiit eſſe an. 946.

Eldredus per annos 9. Regnum tractavit, deceſſit anno 955.

Edvinus quatuor annos in Regno fuit, obiit anno 959.

Edgarus 16. annorum imperium habuit, conceſſit Fatis anno 975.

S. Edwardus Martyr tres annos in Regno fuit, occiſuſque inſidiis Alfredis, in numerum ſanctorum aſſumptus eſt, ipſi mors venit anno 978.

Ethelredus regnavit 38. annis deſiit eſſe anno 1016.

Edmondus unius anni Rex fuit, exceſſit vitâ anno 1017.

Canutus Rex Norwegiæ & Daciæ, & poſtea Angliæ Rex, poſtquam Egmondum & Edvardum filios Edmondi evertiſſet, Regnavit in Anglia 20. annis, obiit anno 1039.

Haraldus 4. annis regnavit, obiit anno 1041.

Canutus 2. duos annos imperio præfuit, obiit anno 1043.

Edvardus S. Rex regnavit 23. annis, obiit anno 1060.

Haraldus 2. per unum tantum annum Rex fuit, deceſſit anno 1067.

Guil-

Guillielmus Dux Normandiæ dejecit Haraldum, Angliam vindicavit, regnavit 21. annis, finitus eſt anno 1088.

Guillielmus ruber, imperavit 13. annis, deceſſit anno 1101.

Henricus I. præfuit imperio 35. annis, obiit anno 1136.

Stephanus Comes Poloniens, regnavit 19. annis, deceſſit anno 1155.

Henricus II. Imperavit 35. annos, obiit anno 1190.

Richardus I. imperavit 10. annis, deceſſit anno 1200.

Joannes regnavit 17. annis, obiit anno 1217.

Henricus III. imperium habuit 96. annis, deceſſit anno 1273.

Edvardus I. 35. annis Rex fuit, exceſſit an. 1308.

Edvardus II. annorum 19. imperium habuit, acquievit anno 1317.

Edvardus III. Regnum tenuit 51. annis, obiit anno 1378.

Richardus II. regnavit 22. annis, obiit anno 1400.

Henricus IV. Imperavit 14. annis, exceſſit an. 1414.

Henricus V. regnavit annos 9. an. 1423. natus eſt ſecundum Ritershuſii Genealogiam an. 1387: habuitque uxorem Catharinam, Caroli VI, Galliæ Regis filiam.

Henricus VI. regnum tenuit 38. annis, exceſſit an. 1484.

Edvardus V. 2. menſibus Rex fuit & XI: annorum vitam finivit.

Richardus III. 2. annos in imperio fuit, deceſſit anno 1486.

Henricus VII. clavum imperii tenuit 24. annis, obiit anno 1510.

Henricus VIII. 38. annos regnavit, finivit vitam & Regnum anno 1547.

Edvardus VI. eumdem numerum Nominis & anni Regnatricis clauſit, decedens anno 1553.

Maria cum Philippo Auſtriæ regnavit 5. annis, 3. menſ. obiit an. 1558.

Elſabetha per 55. annos Angliam rexit, annorum pariter & imperii ſatur anno 1603. vitam cum morte commutavit.

Huic in Imperio ſucceſſit Jacobus Rex Scotiæ, qui obiit 26. Martij ann. 1625. hereditariumque Regnum filio ſuo Carolo Stuarto reliquit.

Caro-

Digitized by Google

Carolus I. Stuartus, quam primum Imperii potitus, Legatum ad Regem Galliæ Ludovicum 13. misit, non solum ipsi amicitiam, quam pater Rex cum Rege Galliæ exercuerat, spondens, verum etiam sororem ejus, Henricam Mariam, sibi matrimonio jungi desideravit, id quod etiam factum.

Is sane felix in imperio fuisset, nisi imperasset.

SERIES ILLUSTRIUM FAMILIARUM ANGLIÆ,

PROUT ILLÆ ANNO clɔ DCXL. IN PARLAMENTO A REGE CAROLO CONVOCATO INTERFUERUNT, CUM ADJECTIONE TEMPORIS, QUO QUÆLIBET FAMILIA AD SUAM PERVENIT DIGNITATEM.

GEorgius Villiers, Dux, Marchio & Comes Buckingham & Coventrii, &c. sub Rege Jacobo:

Joannes Paulet, Marchio Wincheste-, Comes Wiltshire, &c. ann. V. Edvard.

Thomas Howard, Comes Arundel & Surrey primarius, Comes & Marescallus Angliæ sub Henr. II. R.

Awbery Vere, Comes Oxford, &c. temp. Henricus II. Rex.

Algernon Percy, Comes Northumberland, Baro Percy, &c. anno primo Richardi II. R. supremus Angliæ Architalassus,

Joannes Talbot, Comes Shrewsburii, Washford & Watteford, &c. an. 20. Henr. VI. R.

Antonius Grey, Comes Kent, &c Edvard. IV.

Wil-

William Stanley, Comes Derby, Baro Stanlay, &c. anno primo Henrici VIII. R.

Henricus Somerſet, Comes Worceſter, anno V. Henrici VIII. R.

Georgius Manners, Comes Rutland, &c. ann. 17. temp. Henrici VIII. R.

Edwardus Rateliffe, Comes Saſſex, Vice Comes Fitzwatter, &c. temp. Henrici VIII. R.

Henricus Haſtings, Comes Huntingdon, Baro Haſtings, ann. 21. temp. Henrici VIII. R.

Henricus Bourchior, Comes Bath, Baro Fitzwaren, ann. 28. Henrici VIII. R.

Thomas Wriotheſley, Comes South-Hampton, Baro Wriotheſley, temp. Edvard. VI. R.

Franciſcus Ruſſel, Comes Bedford, &c. anno primo Edvard. VI. R.

Philippus Herbert, Comes Pembroke temp. Edvard. VI. R.

Wilhelmus Seymour, Comes Hertford, Vice-Comes Beauchamp. temp. Henrici VIII. R.

Robertus Devoreux, Comes Eſſex & Ewe, Vice-Comes Hereford, temp. Eliſabethæ R.

Theophilus Fyne, Comes Lincolne & Baro Clinton, temp. Eliſabethæ R.

Carolus Howard, Comes Nottingham temp. Eliſabeth. R.

COMITES SEQUENTES CREATI A JACOBO R.

JAcobus Howard, Com. Suffolke, &c.

Edvard Sacvile, Comes Dorſſet & Baro Buckhurſt, &c. Reginæ Camerarius.

Wilhelmus Cecill, Comes Salisbury, Vice-Comes Cramborn.

David Cecill, Comes Exeter, Baro Burley.

Robertus Carre, Comes Somerſet, Vice-Comes Rocheſter,

Joannes Egerton, Comes Bridgewater, Vice-Comes Bracley.

Robertus Sidney, Comes Leiceſter, Vice-Comes Liſle, Baro Sidney.

Spen-

Digitized by Google

Spencerus Compton, Comes Northhampton.
Robertus Rich, Comes Watwicke, & Baro Rich of Leeze.
William Cavendish, Comes Devonshire.
Jacobus Hamilton, Comes Cambridge.
Jacobus Stuart, Comes Marſch.
Jacobus Hay, Comes Carlile, Vice Comes Doncaſter.
Wilhelmus Fielding, Comes Denbigh, Vice Comes Fiedling.
Joannes Digby Comes Briſtoll.
Lionell Cranfield, Comes Middleſex.
Carolus Villiers, Comes Angleſey.
Henricus Rich, Comes Holland.
Joannis Hollis, Comes Clare.
Olivetus St. John. Comes Bullingbrook.
Mildway Fane, Comes Weſtmerland.

SEQUENTES A REGE CAROLO CREATI SUNT.

HEnricus Montague, Comes Mancheſter, Vice-Comes Mandevile.
Thomas Howard, Comes Barckshire.
Thomas Wendworth, Comes Cleveland.
Edmund Sheffield, Comes Mulgrave.
Henricus Danvers, Comes Danby.
Robertus Cary, Comes Monmouth.
Jacobus Ley, Comes Marleburgh.
Joannes Savage, Comes Rivers, Vic. Colcheſter.
Robertus Barta, Comes Lindſey & Baro Willenghby, Beake & Eresby.
Wilhelmus Cavendish, Comes Newcaſtle.
Henricus Cary, Comes Dover, Cice Comes Rochford.
Joannes Mordant, Comes Peterborough.
Henricus Gray, Comes Stanford.
Heneage Finck, Comes Winchelſey, &c.
Robertus Perpoint, Comes Kingſton upon Hull.
Robertus Dormere, Comes Carnawan, Vice-Comes Aſcot.
Montjoy Blunt, Comes Newport.
Philippus Stanhop, Comes Cheſterfield.

Joan-

Joannes Tufton, Comes Inſulæ Thanet.
Ulicke de Burgh, Comes S. Alban, Vice-Comes Tunbridge.
Hieronymus Weſton, Comes Portland.
Thomas Wentworth, Comes Stafford, Vice-Comes Wentworth.

VICE-COMITES.

FRanciſcus Browne, Vice Comes Montague.
Joannes Villiers, Vice Comes Purbeke, temp. Jacob. R.
Wilhelmus Fines, Vice-Comes Scy & Seale, temp. Jacob. R.
Edwardus Conway, Vice-Comes Conway & Killultogh à Carol. R.
Edwardus Noell, Vice-Comes Camden. à Carol. R.
Wilhelmus Howard, Vice-Comes & Baro Stafford.

BARONES.

HEnricus Howard, Baro Nowbray, Major natu fil. Com. Arundeliæ.
Henricus Clifford. Baro Clifford, unicus Comitis Cumberlandiæ.
Henricus Nevill, Baro Abergavenny, temp. Rich. 2. Reg.
Jacobus Touchet, Baro Awdeley of Highleigh, temp. Edvard. I.
Jacobus Stanley, Baro Strange major natu fil. Comitis Dorbiæ.
Carolus Weſt, Baro de la Ware, Edvard. I.
Montacutus Bartu, Baro Eresby, major natu Comit. Lindſeyæ temp. Edvard. 2.
Georgius Barkley, Baro Barkley, Henr. V.
Henric. Parker, Baro Morley.
Richardus Lennard Baro Dacres.
Edvardus Sutton, Baro Dudley of Dudley-Caſtle, temp. Henr. VI.
Edvardus Stourton, Baro Stourton of Stourton.
Ferdinandus, Baro Haſtings, Primogenitus Comitis Hutingtony.
Eduardus Vaux, Baro Vaux of Harrowden, temp. Henr. VI.

Tho-

Digitized by Google

Thomas Windſor, Baro Windſor of Stanwell, temp. Henr. VIII.
Thomas, Baro Wentworth of Nettleſted.
Thomas Cromwell, Baro Cromwell of Ockham.
Wilhelmus Eure, Baro Eure of Whitton.
Philippus Warthon, Baro Wharton of Wharton.
Wilhelmus Willoughby, Baro Willoughby of Parham, temp. Edvard. VI.
Wilhelmus Paget, Baro Paget of Beaudeſert.
Dadleus North, Baro North of Carth. Lage, ſub Maria R.
Georgius Brudges, Baro Schandoes, ſub Maria R.
Joannes Cary, Baro Hunſdon, ſub Eliſabetha R.

A REGE JACOBO CREATI.

Wilhelmus Peter, Baro Peter of Writtel.
Duttonus Gerard, Baro Gerard of Gerard Bromlay.
Wilhelmus Spencer, Baro Spencer of Wormleighton.
Carolus Stanhop, Baro Stanhop of Harrington.
Thomas Arundell, Baro Arundell of Wardour.
Chriſtophorus Roper, Baro Tenham of Tenham.
Edvardus Montagu, Boro Kimbolton.
Baſilius Fielding, Baro Newnham Paddocks.
Robertus Grewill, Baro Brook of Beauchamcourt.
Edvardus Montague, Baro Montague of Bougthon.
Carolus Howard, Baro Howard of Charlton.
Wilhelmus Gray, Baro Gray of Warke.
Franciſcus Leake, Baro Danecourt of Sutton.
Joannes Roberts, Baro Roberts of Truto.

CREATI à CAROLO REGE.

Wilhelmus Craven, Baro Craven of Hampſteed Marſhall.
Thomas Ballaſiſe, Baro Fauconberge of Yarrom.
Johanes Lovelace, Baro Lovelace of Hurley.
Joannes Pawlet, Baro Paulet of Hinton S. George,
Wilhelmus Harvey, Baro Harvey of Kidbrooke.
Thomas Brundenell, Paro Brundenell of Stanton.
Wilhelmus Maynard, Baro Maynard of Eſtaynes.
Thomas Coventry, Baro Conventry of Alesborough.

Edvardus Howard, Baro Howard of Eſterick.
Georgius Goring, Baro Goring of Huſterpoint.
Joannes Mohun, Baro Mohun of Okehampton.
Thomas Savill, Baro Savil of Pompret.
Joannes Butler, Baro Butler of Gramfield.
Franciſcus Leigh, Baro Dunſmore.
Wilhelmus Herbertus, Baro Powiis of Powiis.
Edvardus Herbertus, Baro Herbert of Chierburii.
Franciſcus Cottington, Baro Cottington of Hanworth.
Joannes Finch, Baro Finch of Fordwich.

PRÆSULES ANGLIÆ, SECUNDUM FRANCISCUM GODWINUM ALIOSQUE.

PROVINCIÆ CANTUARIENSIS.

1. CAntuarienſis Epiſcopus, Primas Angliæ: hodie valere dicitur hic Archiepiſcopatus l. 3903. ſ. 18. d. 8.
2. Londinenſis Epiſcopus, cenſus Fiſcalis.
3. Wintonienſis Epiſcop. valet annuatim 2191. libr.
4. Elienſis Epiſcop. valet annuatim 2134.
5. Lincolnienſis Epiſcop. cujus cenſus valet 893. libr. &c.
6. Coventrenſis & Lichefeldenſis Epiſcopatus hodie facit 703. ſ. &c.
7. Sariſburienſis Epiſcop. valet 1385. lib.
8. Bathonienſis & Wellenſis, valet annuatim 533. lib.
9. Exonienſis Epiſcop. valet 500.
10. Norwicenſis Epiſcop. valens annuatim 899. lib.
11. Wigornienſis Epiſcop. annuatim valens 1049. lib.
12. Herefordienſis Epiſcop. 768. lib.
13. Ciceſtrenſis Epiſcopatus, valens 677. lib.
14. Roffenſis Epiſcop. valens annuatim 354. lib.
16. Oxonienſis Epiſcop. ab Henrico VIII. inſtitutus, valet 354. lib.
16. Gloceſtrenſis Epiſcop. annuatim valens 414. lib.
17. Petroburgenſis Epiſcop. valens 414. libr.
18. Briſtolienſis Epiſcop. valens 383. lib.
19. Menevenſis valere dicitur 416. lib.
20. Landavenſis 134. lib.

21. Ban-

Digitized by Google

21 Bangorenſis, cujus cenſus annuus 131. lib. facit.
22. Aſaphenſis Epiſcop. cenſus habet 131. lib. &c.

PROVINCIÆ EBORACENSIS.

23. EBoracenſis Archiepiſcopus, cujus Archiepiſcopatus hodie valere dicitur 2609.
24. Dunelmenſis Epiſcop, qui annuatim valere dicitur 1821. lib.
25. Carleolenſis Epiſcop. hujus annui reditus valent ſecundum calculum Fiſci Regii (qui etiam alios examinat) 531. lib. &c.
26. Caſtrenſis Eppiſcop. valet annuatim ſecundum Fiſcales Rationes 420. lib.

SERIES REGUM SCOTIÆ, SECUNDUM HECTOREM BOETHIUM ET GEORGIUM BUCHANANUM.

PRimus Scotorum Rex *Fergusius* fuit, filius Ferquardi Regis Hiberniæ. Regnavit ann. ſalutis 330. præfuit imperio XXV. annis.

Feritharis, Fergusii Germanus, ipſi ſucceſſit, quod Fergusii liberorum ætas nondum erat Regno idonea, ille annis 15. regnavit, cœſus à fratre Ferlego ex inſidiis.

Mainus, Fergusii filius natu minor, Rex electus & XXIX. annis regnavit.

Dornadilla, Maini filius, XXVIII. poſt patrem annos regnavit, & ad Berigonium ſepultus eſt.

Nothatus, Dornadillæ Germanus, populi ſuffragio Regni potitus, illud tyrannice exercuit annis 20. ultimum à Dovalo cœſus periit.

Reutherus, filius Dornadillæ, præter populi ſuffragia â Dovali Rex appellatus, per factionem, ſed exutus à ſuis Regno in Hiberniam fugit, redux autem reſtitutus fuit, regnavitq 26. annis, Berigonii obiit.

Reuther, Reutheris frater, imperium adeptus, ſponte ſua illud anno 14. Regni depoſuit.

Thereus, patruo ſuccedens, Regnum multis fœdavit flagitiis, ſuorumque metuens inſidias, Eboracum perfugit, & ibidem expiravit XII. Regni ſui anno.

Josina, Therei frater per 24. annos in Regno fuit, decessit Berigonii.

Fumanus, Josinæ filius, Regnum adeptus bonis artibus illud exercuit, & 30. Regni anno omnibus acceptus carusque decessit, sepultus Berigonii.

Dursus ejus filius successit, flagitiosa vita inquinatus, hanc ob causam Nobilium interfectus est conjuratione, cum 9. annis imperio præfuisset.

Evenus, Dursti frater successit, & decimo Regni sui anno, præclare pace bellique rebus multis gestis, obiit.

Gillus, Eveni nothus, Regnum tyrannice occupavit, Dursti familiam eradicare annisus, multos Nobilium ac inter hos 4. adolescentes Regios sustulit. Dovali tandem opera in Hiberniam pulsus, interfectus est, postquam biennium imperium tractasset.

Evenus Secundus, Finnani ê Dovallo Fratre Nepos, regnavit annis XXXVI I. Orcades tumultuantes composuit.

Ederus, Dursti, à Dothano filio, nepos, regnavit 48. annis, sepultus in campo Evonii.

Evenus Tertius, Ederi filius, fuit omnium flagitiosissimus, quapropter à suis captus & septimo Principatus sui anno in carcere laqueo gulam & vitam perdidit.

Metellanus, Ederi Nepos ex fratre Carrano, propter virtutes egregias omnibus carus, annis 39. regnavit, secundum Boëthium, 30. secundum Buchananum.

Caratacus sive Caractacus, Metellani Regis ex sorore Europeia nepos, regnum varia tenuit fortuna per annos 20. obiit anno à Christo nato 54.

Corbredus, Caractaci frater, regnavit ann. 58.

Dardanus, Metellani nepos, ob immaturam Corbredi filii ætatem Rex à Proceribus electus est, cumque omnibus flagitiis onustus esset, quarto Regni anno ab iisdem occisus est.

Corbredus II. cognomento Galdus, Corbredi superioris filius. Hic primus Romanorum expertus arma, cum dudum Agricolâ fuisset inferior, illo à Domitiano iterum revocato, Romanos rursus è Scotorum finibus profligavit.

Luctacus, Galdi filius, cum flagitiis inquinatam vitam crudelitate magis odiosam redderet, Evonii in conventu publico, anno Regni tertio, cæsus est.

Mogal.

Digitized by Google

Mogaldus, Galdi è filia Nepos, in principio imperii optimis Regibus virtutibus par, maturior annis contagio vitiorum in avunculi malos degeneravit mores, igitur 36. Regni ſui anno à ſuis eſt interfectus.

Corgnus, Mogaldi filius, cum, à majoribus ingenti labore parta, luxu & libidinibus profudiſſet, cenſum haberi tributumque imperari poſtulavit, quo omnium animos ita acriter offendit, ut ab ipſis carcerem detruderetur, miniſtri gravibus tollerentur ſuppliciis; interim Pro-Regem Argadum conſtituerunt: ipſe Rex animi mærore in carcere defecit decimo quarto Regni ſui anno.

Ethodius, ex Mogaldi ſorore natus, bello pariter ac pace clarus Princeps, tertio & trigeſimo Regni ſui anno, à quodam fidicine noctu in cubiculo ſuo interfectus eſt.

Cum filius Ethodii nondum ad Regnandum eſſet idoneus, frater *Satrael* in Regno ſucceſſit, & ob tyrannidem tam in Nobiles quam plebejos quarto, Regni ſui anno, à ſuis noctu domi laqueo interemptus eſt.

Donaldus, alter Ethodii Germanus, habuit mite imperium, primuſque Chriſtianis ritibus initiatus eſt, & 21. Regni ſui anno deceſſit.

Ethodius, Secundus. Ethodii ſuperioris filius, homo ſocors ingenio, decimo ſexto ætatis anno, ut Boëthius ſcribit, vel 21. ut Buchananus, in tumultu ſuorum familiarium interemptus eſt.

Athirco, Ethodii filius, quam de ſe optimam promiſerat ſpem, magnis dein flagitiis contaminavit: cum enim impar eſſet Nobilitati, quam in ſe ob ſtuprum commiſſum concitaverat, deſertus à ſuis, ſibi manus violentas intulit, duodecimo, quam Regnum ſuſceperat, ætatis anno.

Nathalocus magna Nobilitatis parte adverſa ab iis qui donis corrupti erant Rex factus, cum Regnum malis artibus acquiſitum malis exerceret, à quodam ſuorum familiarium duodecimo prope Regni anno occiditur.

Findochus, Athirconis filius, tam publice quam privatim honeſtis actionibus clarus, decimo Principatus ſui anno inſidiis Donaldi Hebridiani, Garantio Fratre rerum conſcio, periit.

Donaldus II. Findochi Germanus, Vindictam parans, ab eodem Donaldo Inſulano primo Regni ſui anno vix finito, ſuperatus interiit.

Donaldus Insulanus Regnum malis artibus quæsitum pejoribus exercuit, 12. sui Regni anno à Crathlintho Findochi filio ex insidiis cœsus est.

Crathlinthus, studio magno Rex creatus, Regnum 24. annis tractavit.

Fincormachus fratri suo successit, non solum Rempub. bene administrans, sed & Religionem Christianam sedulo promovens, regnavit 47. annis.

Romachus, Crathlinthi ex fratre Nepos, se in Regno, magis vi quam populi Voluntate susceptο, crudeliter gessit, tertioque Regni anno ex suorum conjuratione periit.

Angusianus, Patruelis Romachi, secundo Regni anno à Pictis cœsus est.

Fetelmachus anno R. 3. noctu jugulatus est.

Eugenius sive *Evenus* à Romanis & Pictis cœsus tertio Regni sui anno periit.

Fergusius II. Erthi filius, post Scotorum interregnum ad Regnum accessit, 6. Arcadii, & Honorii anno, tandem à Romanis occisus, cum 9. annos imperium ex libidine tenuisset.

Eugenius sive *Evenus* secundus, Fergusii filius, Britones vectigales reddidit, tertio Regni anno à Saxonibus & Anglis profligatus interiit.

Dongardus, Eugenii Germanus, quinto Regni anno decessit.

Constantinus, Fratris Dongardi successor, Scotos ignaviâ offendens, ut rebellarent, à Nobili quodam occisus est

Congallus, pluribus pace quam bello gestis, 22. Regni an. obiit.

Conranus vel Goranus, Congalli Germanus, 35. Regni anno à suis cœsus est.

Eugenius Tertius, Congalli filius, Regnum habuit ex quorundam sententia, ann. 34.

Congallus, sive Convallus, Eugenii frater, justitiæ & Religionis studiis insignis, X. regnavit annis.

Kynnatellus, Congalli frater, anno Regni secundo decessit.

Ardanus, Conrani filius, 34. Regni anno obiit.

Kennethus, Congalli filius, nihil dignum memoratu gessit; quarto, vel secundum alios XII. mense extinctus.

Eugenius quartus, Ardani filius, 16. Regni sui anno decessit.

Fer-

Ferquardus, Eugenii filius, propter tyrannidem in carcerem conjectus, 14. Regni anno ſibi mortem conſcivit

Donaldus IV. Eugenii filius, deceſſit XV. Regni anno.

Ferquhardus, ejus nepos, omni ſcelere fœdus, ad finem vitæ pœnitentiam egit, obiit anno Regni 18.

Malduinus, Donaldi filius, ab uxore ob ſuſpicionem pellicis vigeſimo Regni anno ſtrangulatus eſt, quæ dein quarto die poſt viva cremata fuit.

Eugenius Quintus, Malduini ex fratre nepos, quarto anni Regno obiit, Northumbriæ Rege cum exercitu deleto.

Eugenius Sextus, Ferguhardi filius, varia fortuna cum Pictis bellum gerens, decem regnavit annis.

Ambirkelethus, Eugenii 5. filius, in bello contra Pictos ictu ſagittæ interiit, nondum biennio in Regno finito.

Eugenius VII. Regis frater, hoc inſtituit, ut in cœnobiis res geſtæ Regum, memoriæ mandarentur. Continuatâ cum vicinis per 17. annos pace diem ſuum obiit.

Mordacus, Ambirkelethi filius, omni vita pacificus ſucceſſit, deceſſit decimoſexto Regni ann.

Etfinus, Eugenii VII. filius, per 31. annos cum fuit in tranquillitate vixit.

Eugenius VIII. Mordaci filius, primis annis probus, optimum, poſtea vitiis onuſtus, peſſimum geſſit Principatum, cumque vitam emendare nollet, in cœtu procerum poſt tertium Regni annum, conſenſu de illo tollendo facto, confoſſus interiit.

Ferguſius 3. Etfini filius, ſimili vitæ malæ conſuetudine fœdus, ſimili etiam quaſi periit Fato, cum triennium in imperio fuiſſet.

Solvathius, Eugenii VIII. filius, ubi cum magna laude 10. annis imperio præfuiſſet, anno C. 787. obiit.

Achajus, Etfini filius. Is omnium Scotorum Principum primus cum Francis & Carolo Magno, tum Romanorum imperatore, fœdus fecit, omnique vita ſua felix 32. Regni ſui anno ex vita exceſſit.

Congallus, Achaji patruelis, in ſumma domi foriſque concordia quinquennium Regno præfuit.

Dongallus, Solvathii filius, bellum adverſus Pictos parans in navicula ſubmerſa rapidiſſimo extinctus eſt amne, ubi Scotis cum imperio præfuiſſet 6. vel 7. annis.

Alpinus, Achaji filius, quarto Regni anno à Pictis captus crudeliterque in bello cœsus est.

Kennethus, Alpini filius, Pictos pænè delevit, Leges quoque multas, & apud posteros usu observatas, tulit, obiit Regni sui vigesimo anno.

Donaldus Quartus, Kennethi Germanus, vir avaritiæ, luxuriæ, ignaviæ deditus, amisit multa & ex Scotorum possessionibus, tandem in carcerem à suis conjectus sibi violentas intulit manus, sexto postquam Regnum tenuisset anno.

Constantinus, Kennethi filius, vir ingentis animi, Danos, Pictis in subsidium venientes, ex improviso aggressus primum cecidit, dein ab ipsis superatus, & occisus est. Regnavit annos XIII. secundum Boëthium, secundum Buchananum vero XVI.

Ethus Fratri successit, dictus alipes à pedum celeritate. Ejus autem segnitiem cum proceres ferre nequirent, secundo Regni anno illum Regnum ejurare coëgerunt, interiit dein tertio die in custodia, ex mœrore.

Gregorius, Dongalli filius, homo plane Regio animo, hoc se insigniter commendavit, quod LL. de immunitate ministrorum Ecclesiæ, vel veteres revocavit, vel etiam novas condidit. Cumbriam & Westmariam Scotorum adjecit imperio, Hybernos valde contrivit. Decessit 22. Regni anno, Rex fortitudine, temperantia, & justitia clarus: hinc apud suos Magni cognomentum indeptus est.

Donaldus Quintus, Constantini secundi filius, laude dignus Princeps, XI Regni sui anno esse desiit.

Constantinus Tertius fœdus cum Danis fecit, exercitumque contra Anglos duxit, quo ad internecionem cœso, se imperio abdicavit, seque ad culdeos h. e. Dei cultores recepit, ubi 5. annos inter hos ad Fanum S. Andreæ privatus exegit. Decessit anno à Regni initio 40. Anno C. 943.

Malcolmus, vel *Malcolumbus*, inito cum Anglis fœdere, XV. Regni anno acrius latrocinia puniens vitaque castigans, in Moravia à conjuratis noctu interfectus est.

Indulfus, Constantini 3. filius, à Danis bello petitus, ab iisdem novem annorum & trium mensium Rex cœsus est.

Duffus, Malcolim filius, Foresiæ insidiis Donaldi arcis præfecti jugulatus, ubi 4. annis & 6. mens. imperio præfuisset.

Cule-

Culenus filius Indulfi, omni flagitio laborans, ob ſtuprum commiſſum periit, ubi 4. annos, 6. menſes regnaſſet.

Kennethus, frater Duffi, Danos inſigni clade ſtravit, novam legem, ut Regi defuncto filius natu maximus ſuccederet, filio vero ante patrem defuncto, nepos avo ſubrogaretur tulit, id quod à Nobilitate obtinuit, occiſus dolo, anno Regni 25.

Conſtantinus IV. Culeni filius, cognomento Calvus, finito anno & 6. menſibus quam Regnum invaſerat à Kennetho cœſus periit.

Grimus, Duffi filius, vel ſecundum alios nepos, optimus prius Princeps, poſt flagitioſiſſimus, à Malcolmo ſive Milcolumbo prælio ſuperatus, captus, & oculis privatus, decimo Regni anno periit.

Malcolmus ſive Milcolumbus, 2. Kennethi filivs, Regiam legem obtinuit confirmatam, Danos in Moravia ſuperavit, omnes Regios agros inter Nobiles diviſit, cui contra Nobilitas conceſſit, ut, cum illorum aliquis moreretur, liberi ad 31. ætatis annum in tutela Regia eſſent, Rexque omnes proventus, exceptis illis qui in educationem liberorum impenderentur, acciperet, adhæc ut ipſe puberes collocandos poteſtatem haberet, ad illumque dos rediret. Nova inſtituit Magiſtratuum nomina, ubi à bellis reſedit, aliquot annos in magna regnavit gloria, ingraveſcente vero ætate avaritiâ & ſævitiâ laborans, incurrit in Nobilium odium, abilliſque interemptus eſt, ubi annos XXXVI. Regnaſſet.

Donaldus Banus, h. e. albus, Malcolmi frater, pulſis nepotibus, Regnum tyrannicè invaſit. Multis tamem exoſus, poſt ſextum menſem ac Regnum invaſerat, in Æbudas profugit.

Duncanus Regni potitus, cum imperioſius ageret, noctu à Dunaldo interemtus eſt, poſtquam annum & 6. menſes regnaſſet.

Edgarus IV. Malcolmi filius, in Regnum accerſitus, in ſumma pace 9. annis regnavit & 6. menſes, Dunaldo in vinculis mortuo, 7. Regni anno improlis deceſſit.

Alexander, Edgari frater, cognomento Fers, h. e. fortis,

cum Scotiam 17. annis rexiſſet, deceſſit, nullis relictis filiis è Sybilla Gulielmi Normanni filia.

David, Alexandri Germanus, in Regno ſucceſſit a. C. 1124. habuit bellum cum Stephano Angliæ Rege, deceſſit an. 1153. poſtquam regnaſſet 20. annos & 2. menſes.

Malcolmus Quartus, Davidis ex Henrico filio nepos, inteſtinis ſeditionibus, ſuorumque rebellione exagitatus eſt, quibus ſuppreſſis, XII. Regni ſui anno eſſe deſiit.

Wilhelmus, Malcolmi frater. Is Regnum Scotiæ in fidem & clientelam Regis Angliæ, conſentientibus proceribus, dedit, ut quidam ſcriptores Anglici dicunt: quidam tamen exiſtimant, conventum inter Reges, non de deditione, ſed de certa pecunia per penſiones danda, arceſque Anglis tantiſper traditas, donec ea perſolveretur. Richardus autem Rex Angliæ, in Sitiam iter ſuſcipiens, pactiones omnes remiſit, & à Wilhelmo X. millia marcas dono accepit. Tandem multis egregiè geſtis clarus, ingreſſus 74. vitæ Regni vero 49. annum, deceſſit anno 1214.

Alexander Secundus, Wilhelmi filius, arma movit adverſus Joannem Anglorum Regem, & in Angliam penetravit, Joannam ſororem Henrici Angliæ Regis in uxorem accepit, deceſſit anno ætatis 51. regni 35. an. C. 1249.

Alexander Tertius, ſuperioris filius, duxit uxorem Margaritam, Henrici filiam: Norwegos, Scotiam invadentes, magna perculit clade. Equo dein vectus ex illoque in terram præceps, fractis cervicibus, expiravit, an. C. 1285. vixit annos 45. regnavit 37. Extincto igitur cum tota ſtirpe ſua Alexandro, nec niſi unica nepte relictâ, interregnum in Scotia fuit, quod variis diſſenſionibus agitatum, ſex annos & novem menſes duravit.

Joannes Balliolus, promiſsâ Angliæ Regi ſubjectione, ab Eduardo, ut Rex Scotiæ fieret, promotus eſt, in verbaque Angliæ Regis juravit, id quod iniquo animo Scoti acceperunt; itaque acceptum hoc à Scotis reſciſſum, Anglus Scotiam invaſit, multa oppida arceſque cepit, & Regem ad deditionem compulit. Eduardus Anglos decem annis, Scotos multis incommodis afflixit.

Robertus Bruſſius, An. 1306. Rex factus, exantlatis multis calamitatibus, quibus, occaſione belli, varia fortuna cum Anglis geſti, afflictus fuit, tandem devictis pulſiſque hoſtibus

ſtibus, Patrium Regnum reſtituit. Deceſſit an. 1329. Regni 24.

David, Roberti filius, regnare cœpit poſt Regnum per Thomam Ranulphum inter regem biennium circiter adminiſtratum, verùm ab Eduardo Balliolo ſuperatus, in Galliam profugit. Balliolus Regno potitus, ab Andrea Moravio pro Rege profligatus, anno 1332. eundem paulo poſt cepit. Poſt bello & mutua internecione utrinque ſævitum, David in Scotiam reductus, cum à Francorum partibus adverſus Anglos eſſet, ab iis ad Dunelmum profligato exercitu captus eſt, undecimoque poſt captivitatem anno dimiſſus. Ultimum in arce Edimburgenſi vitam cum morte commutavit, anno vitæ 47. Regni 39. ſalutis humanæ 1370.

Robertus Secundus in avunculi ſucceſſit locum, primus è Stuartorum familia, nulli Regum felicitate inferior, ideo quod toto ejus Regni tempore vix unquam ſiniſtra fortuna pugnatum ſit, teſte Boëthio, quamvis Buchananus nonnullas acceptas clades memoret. Deceſſit in arce ſuâ, an. 1390 vixit annos 75. regnavit 19.

Johannes, Roberti ſecundi filius, Roberti 3. nomen aſſumpſit, propter inauſpicatum Joannis nomen, quod Rex Joannes Franciæ captus eſſet. Defuncto Roberto ſucceſſit Mordacus filius, ingenio ſegnis, Regnoque minus idoneus.

Jacobus, Roberti III. filiùs, ex Anglia redux, Regnum ſuſcepit ann. 1323. anno Regni tertio & decimo inſtinctu Valtheri Atholii patrui ſui, à Ruberto Gramo ann. 1437. Rex optimus, peſſime eſt occiſus.

Jacobus Secundus filius ſeptem annos natus ſucceſſit Laboratum eſt dein factionibus per aliquot annos, quibus oppreſſis. Regnoque pacato. cum ad ſubſidium Eboracenſibus præſtandum in Angliam profectus eſſet, arcemque Roxburgenſem oppugnaret, excuſſo cuneo ligneo ex una machinarum bellicarum, cæteris illæſis omnibus, Rex in terram dejectus, ſtatim obiit. an. 1460. regni 23. ætatis 29.

Jacobus Tertius, ſeptennis, in patrium ſolium evectus eſt. Illo imperante Proceres factionibus inter ſe diſſidebant, multis damnis Regnum gravabant. Rex ætate maturior ſibi matrimonio junxit Margaritam, Daniæ Regis filiam,

liam, an. 1470. Poſt Angli Scotiam ingreſſi, omnia latiſſima ſtraverunt ruina. At mox induciæ cum Henrico VII. factæ. Acquiſitam foris pacem graviſſimæ domi exceperunt factiones, ubi plerique Proceres in Regem conjurarunt, à quibus ſub arce Sterlinenſi cœſus eſt ann. 1488. Regni 28. vitæ 35.

Jacobus Quartus, Jacobi 3 filius, XV. annorum adoleſcens, ad Regnum pervenit, & concordiam denuo reſtauravit. Margaritam, Henrici VII. filiam, in uxorem accepit. Cum autem Henricus VIII. rerum potiretur, ſuſcepto Francorum cauſſa in Anglos bello, ut Anglum è Gallia revocaret, in Northumbriam magno cum Nobilium numero ingreſſus ad Flodelum vicum ab Anglis cœſus eſt, 25. Regni ſui anno, Chriſti 1513.

Jacobus Quintus, biennis, in Regno ſucceſſit, Joannes vero Dux Albini creatus eſt Pro Rex. Rex dein Magdalenam, Franciſci I. Gallorum Regis filiam, & hac mortua Mariam Guiſianam ſibi uxorem legit. Mortuus apud Falcland. anno 1542. relicta filia Maria hærede.

Maria primum Franciſco ſecundo Gallorum Regi nupta, deinde Henrico Stuarto, Matthæi Stuarti Comitis Leviniæ filio, quem fraude inſidiarum ſuſtulit, dein per factiones domi foriſque miſere agitata Regnoque pulſa, poſt longam in Anglia captivitatem, ſub Eliſabethâ Regina capitis ſupplicio ſcelerum pœnas dedit.

Jacobus Sextus, poſtquam Regno vitaque laudabiliter defuncta Regina Eliſabetha, Angliæ Regnum hæreditate accepit, duoque potentiſſima Scotiæ Angliæ Regna uno imperio conjunxit, Princeps non minus literis decoratus, quam bellica fortitudine armatus, utrumque belli & pacis tempus recte gubernavit.

DE

Digitized by Google

DE REBUS IN HIBERNIA PER OSTMANOS ET DANOS GESTIS, ILLISQUE QUI IN ILLA REGES FUERUNT AB ANNO CHRISTI DCCXCV. USQUE AD INGRESSUM ANGLORUM SUB HENRICO II.

EX NOVISSIME EDITIS ANTIQUITATIB: HIBER: JACOBI WARÆI EQUIT. AURAT.

QUod Oſtmanni magnam olim Hiberniæ partem ſubjugarint, & præcipuas ibi Urbes maritimas ad Anglorum uſque adventum occuparint, pro explorato habetur. Oſtmannorum autem nomen Danos, Norwegos & Normanos notat. Anno 807. Dani cum Norwegis in Hiberniam appulerunt, & Roſcomaniam, Regionemque adjacentem, ferro flammaque vaſtarunt. Anno 812. claſſis Normannorum Hiberniam ingreſſa, Anno quoque 835. Norwegi magnis inſtructi copiis cum magna claſſe appulerunt. His & aliis quamplurimis vicibus novos hoſtes advenas Hibernia paſſa eſt, quorum Dani vel acerrimi fuerunt.

Melachlinus autem primus in ſerie Regum Hiberniæ eſt, cui cum Danis atrox bellum interceſſit, quo multi utrinque perierunt, poſt inter Melachlinum & Danos induciæ pactæ ſunt.

Cum Melachlinus Rex Hiberniæ vitâ deceſſiſſet an. 862.

Lorcanus filius Cathaldi & *Cornelius* filius Dermii Midiæ Regnum inter ſe partiti ſunt, iis vero ab Edano, captis;

Edanus Rex Hiberniæ factus eſt.

Amlavus Anno 809. Armacham vaſtavit, igneque abſumſit, mille in prælio interfectis.

Amlavus & *Ivarus* Anno 878. cum claſſe in Britaniam in auxilium Danorum ſolverunt, ſequenti anno Dublinum magna onuſti præda redierunt, paulo poſt Amlavus acquievit.

Ailulus, Rex Lageniæ, Anno 871. à Danis interemptus.

Ivarus, qui ab Annalibus Hibernis Rex Normannorum totius Hiberniæ vocatus, Anno 872. fato ſuo functus eſt.

Oſt-

Oſtinus, Amlavi filius, magna ſtrage Scotis profligatis, Danorum fraude periit, Anno 875. ubi imperium ad Godfridum Ivari filium perveniſſe dicitur.

Flanus, Rex Hiberniæ, atrox bellum Anno 888. cum Danis habuit, quod quamplurimos ab utraque parte peremit. Ortæ dein ſimultates, inter Sitricum filium Ivari, & quendam Galfridum Merlum dictum, hi per inimicitias eo profeceruntut Urbs Dublinum inter eos quaſi divideretur.

Nellus Glundub, Rex Hiberniæ, Anno 919. prælio ingenti cum Oſtmannis decrevit, quo Rex ipſe cum proceribus bene multis interiit.

Donatus, Flani filius, occiſo Nello Imperium ſuſcepit, & ſequenti anno Oſtmannos magna ſtrage attrivit.

Godfridus rerum potitus, ubi anno 921. Reginaldus Oſtmannorum Regulus Dublini naturæ conceſſerat: Godfridus autem aliquot expeditionibus defunctus, nimia crudelitate infamis, Anno 934. obiit.

Aulafus, filius ejus, Patri ſucceſſit, qui tamen anno 941. morte repentina ſublatus eſt. Hic à Caraduco Lhancarvanenſi præcipuus Hiberniæ Rex vocatur.

Congalachus, filius Mælmithi, poſtea imperium ſuſcepit, qui anno 944. Brieni Regis Lageniæ auxilio, Dublinum vi cepit diripuitque.

Blacarus Oſtmannus, Aulafi frater, anno 945. auxiliaribus copiis Dublinum recuperavit iterumque reſtauravit.

Anno 948. Bellum, quod antea Dubinienſes inceperant, iterum redintegrarunt, qui tamen à Congalacho Rege denuo ſuperati ſunt, ipſo Blacaro Rege, & è ſuis 1600. fere in prælio occiſis.

Godfridus, Sitrici filius, Blacaro ſucceſſit. Atque circa hæc tempora Oſtmanni Hibernici Religioni Chriſtianæ nomen dederunt.

Commiſſum dein fuit anno 956. vehemens prælium inter Congelachum Regem Hiberniæ, & Oſtmannos Dublinenſes, in hoc Congelachus fuſus occiſuſque eſt, quo cæſo, ad *Donaldum Nellum* Hibernorum Imperium pervenit.

Aulaphus; Dublinii Regulus, à Caradoco Lhancarvanenſi Abloicus Rex Hiberniæ ſalutatus eſt, anno 959.

An. 962. poſtquam Godfridus Oſtmanus, Aulafi filius diem ſuum obiiſſet, Eadgarus Angliæ Rex magnam Hiberniæ partem ſubegit, & ſeorſim Dublinium Urbem. Do-

Digitized by Google

Donaldus igitur Rex Hiberniæ & Donaldus Congelachi filius inter ſe bello decertarunt, ubi plures Donaldi Regis ceciderunt.

Prælio quoque ſuperati & interfecti ſunt Murtachus & Congelachus Donaldi Regis filii, ab Aulafo Sitrici filio anno 977.

Melachlinius, alias *Malachias*, Donaldo Regi defuncto ſucceſſit. Hic, eodem anno, memorabili prælio Oſtmannorum vires fregit, cum primarii Oſtmannorum Ducum in illo ceciderint. Is etiam Melachlinus Rex, ab Oſtmannis Dublinienſibus adjutus, Donaldum *Clan*, Lorcani filium, Regem Lageniæ, prælio fudit.

Cluniarandus, Aulafi filius, Dublini Rex Oſtmannorum, à famulo ſuo interfectus eſt, cui Frater ejus Sitricus ſucceſſit, anno 988.

Sitricus, Aulafi filius, Dublini ab Oſtmannis in exilium pulſus, regno dein vix anno exacto redditus

Anno 100. Oſtmanni iterum Dublinum reſtaurarunt. Hoc anno Ivarus Oſtmannorum Waterfordiæ regulus vita deceſſit, cui filius Reginaldus ſucceſſit.

Brienus Borous Rex cum plurimis dein Hiberniæ Regulis egit, uti conjunctis viribus, Sitricum, omneſque Oſtmannos Dublini velut publicos Regni hoſtes ex Hibernia ejicere anniterentur. Sitricus rerum certior factus, ad ſe ſuoſque propugnandos ſedulo excubavit, ſuppetiaſque à Danis obtinuit, copiis autem contractis commiſſum eſt prælium, in quo Brieno victoria ceſſit, qui tamen ex lethali vulnere in prælio accepto mox occubuit.

Anno 1018. jam dictus Melachlinus copias Lagenienſes & Oſtmannicas in prælio ad Fodvay fudit.

Ann. 1019. Brennus, Mælmurii filius, Rex Lageniæ, oculis Dublini captus eſt.

Anno 1020. Reginaldus Ivari filius, Oſtmanorum Regulus, ſine liberis Waterfordiæ obiit, cui Sitricus frater ejus ſucceſſit.

Ann. 1022. Ugairus, Rex Lageniæ, in conflictu ad Delgne Sitricum Regem Dublini in fugam conjecit.

Anno 1023. Sitricus, Waterfordiæ Oſtmannorum Regulus, ab Oſſorienſibus occiſus eſt, cui ſucceſſit Reginaldus O Hivar.

Anno

Anno 1029 Oſtmannorum Rex, Dublini, ſuſcepta Romam peregrinatione, in via, vitam amiſit. Huic ſucceſſit filius ejus Aulavus, ſive Auloedus, hic ſequente captus anno, Matthæo vel Mathgaunno O Riagan 200. vaccas pro lytro ſolvit & 80. equos Britannicos, tres uncias auri, & gladium, dictum Caroli gladium.

Anno 1035. Aulavus, filius Sitrici Dublini, Romam profectus, in Anglia occiſus eſt cui filius ejus Sitricus ſucceſſit.

Reginaldus O-Hivar, Regulus Waterfordiæ, occiſus eſt Dublini, anno 1036. a Sitrico Rege.

Communanus O-Raban, Regulus Waterfordiæ, ex domeſticis periit inſidiis An. 1038. quo anno Waterfordia à Dermitio, Rege Legeniæ, direpta & incenſa eſt.

Sitricus, Aulavi filius, Rex Oſtmannorum, Dublini deceſſit. Sitrico ſucceſſit Aulavus, ſive Aulvedus, an. 1041.

Crovan, Rex Manniæ, Dublinum ſibi ſubjugavit An. 1066.

Godredus Croan, Rex Dublinius, nec non Manniæ & Hebridum inſularum, obiit in illa inſula an. 1076.

Moriertachus O-Brien, Rex Hiberniæ, Dublinium cum exercitu pervenit, indeque Godfridum Meranagh Regulum expulit An. 1095. quo tempore Godfredus Meranagh mœrore confectus, vitâ deceſſit.

Torfinus, filius Torcalli, Oſtmannorum Dublini Regulus, in ipſo flore juventutis repentina obiit morte.

Reginaldo, Torcalli filio, Dublini Regulo, an. 1147. in acie à Midenſibus occiſo, itaque Regno exuto.

Godredus, filius Olavi, Rex Manniæ, ab Oſtmannis Dublinii Rex ſalutatus eſt, ſed in annalibus Hibernicis Oiterus, alias Octerus, Reginaldo dicitur ſucceſſiſſe, licet, Octero biennio poſt occiſo, Dublini principatum obtinuit Brodarus Reginaldi frater.

Aſculphus Brodaro Torcalli filio, Oſtmannorum Dublinii Regulo à Midenſibus in prælio occiſo, ejus frater ann. 1161. ſucceſſit. Hic Aſculphus, variis expeditionibus occupatus, ultimum etiam contra Dublinenſem portum ſuſcepit, adjutus à Joanne quodam, & copiis ſuis auxiliaribus fretus; ſed cæſi ſunt in fugam. Aſculphus etiam ipſe captus, & poſtea ultimo ſupplicio affectus eſt. Paulo poſt adventus Henrici 2. in Hiberniam fuit, de quo ſermonem facere hujus loci non eſt.

SUC-

Digitized by Google

SUCCESSIO ET SERIES REGUM HIBERNIÆ, FORMAQUE IMPERII APUD VETERES HIBERNOS.

OLim in Pentarchia potentiſſimus totius inſulæ quiſque Dominium ſibi arripiebat, vulgoque Rex Hiberniæ dicebatur, & à quibuſdam Rex Regum.

Logarius filius Nelli *Nigialac* regnavit anno 35. & in prælio à Lagenienſibus interfectus eſt. Atque ab hoc Series Regum Hiberniæ commodiſſime inſtituitur, quod illa omnia, quæ de ejus anteceſſoribus dicta ſunt, fabuloſis commentis repleta ſint, cum quòd multi per abuſum dicti Reges ſint.

Lugdathus, alias Lugaidus, Lœgarii filius, regnavit 25. annis, illum fulmine ictum periiſſe perhibent, anno D. VIII. quod pertinax in Gentium colenda Idololatria fuerit. Hoc extincto. 5. annorum ſecutum eſt interregnum.

Moriertacus, filius Ercæ, dum vinum licentius quam decebat ſobrium, haurit, bene potus, miſere periit, quidam aſſerunt, illum dolio vini immerſum, ita vino fuiſſe ſepultum, anno 634. cum 21. annos Rex fuiſſet.

Tuathalus Malgarb regnare cœpit An. C. 534. tenuitque per 10. annos Regnum, à Mælmorda vero occiſus anno 545. Verum homicida ſtatim à famulis Regis captus, & confoſſus eſt.

Dermitius primus, Cervaili filius, qui in Regno ſucceſſit, occiſus eſt ab Ædo, ſive Hugone Nigro, anno D 565.

Ferguſius & *Donaldus* primus, filii Moriertachi, Nepotes Ercæ, ſucceſſerunt anno 565. Sed interfecto in prælio Donaldo, ſequenti anno imperium ad Amirachum pervenit.

Amirachus, filius Setnai, peremptus eſt à Ferguſio, filio Nelli, anno C. 569. quod facinus ipſi Ferguſio ultricem acceleravit mortem, qui ab Edano, Amirachi filio, ſequenti anno confoſſus eſt.

Beobanus & *Eochanus*, hic filius, ille Frater Morierfachi, interempti ſunt à Cronano, filio Figernaci, cum triennium Reges fuiſſent.

Edanus, ſive Æd. primus, alias Hugo, filius Amirachi, ſucceſſit anno 572. ſed in prælio occiſus anno 598. ætatis 66.

Edanus II. alias *Æd Slane* & Collmannus, Rex Temoriæ simul regnarunt, annos 6. tumque Edanus occisus est à Conallo, filio Suibnei, & Colmannus à Locano Delman.

Edanus III. cognomento *Varidnac*, Donaldi filius, annos VII. regnavit, Obiit Temoriæ anno 612.

Maleobus, filius Edani, 3. tres imperavit annos periitque in prælio.

Suibneus Mend, filius Fiacri, occisus est à Congalo, filio Scanlani, anno 618. cum 13. annos regnasset.

Donaldus II. filius Edani sive Hugonis I. Amirachi nepos, obiit anno 642. 14. Regni sui.

Cellacus, & *Conalius*, filii Mælcobi Regis, simul regnarunt 12. annos. Conallus interfectus est an. 654. Cellacus supervixit, posteaque 4. annos regnavit. decessit 658.

Dermitius II. & Blathmacus, filii Edani Slani, 2. regnarunt annos. Decesserunt ex peste, quæ universam Hiberniam misere afflixerat anno 665.

Secnesacus, filius Blathmaci, 6. regnavit annos, occisus est anno 671. à Duibdino, Rege Coirpriæ.

Cenfaladus, filius Blathmaci, regnare cœpit anno 671. & in prælio victus & occisus à Finsa successore, anno 679.

Finsa, alias Finacta, filius Donati, Edani Slani Nepos, 20. a. regnavit, & cum Bressailo filio in prælio una occisus est.

Loingsecus, Finsæ ex fratre Ænguſa nepos, eodem an. successit, regnavit 8. annos & in prælio cecidit victus, una cum tribus filiis, Ardgallo, Consaco & Flano, anno C. 703.

Congallus, cognomento *Genmacciar*, filius Fergusii, Rex Temoriæ, sequenti anno successit, morteque repentina obiit anno 710.

Fergallus, filius Mæladuini, successor, in prælio *Cat-Almain* interfectus est, una cum 160. è suis, à Munchardo, filio Brienni. Rege Lageniæ, anno 722.

Fogertachus O-Cernaig, unicum solum regnavit annum, & occisus in prælio de *Cindelgin*, à Cinædo successore, anno 724.

Cinadus, filius Irgalli, successor, pariter in prælio periit, occisus, à Flachertaco filio Loingsecci, anno 728.

Flachertacus regnavit 6. annos, diem suum Armachæ obiit, ubi vitam monasticam amplexus est.

Edanus IV. cognomento Allain, Fergalli filius, Rex Temoriæ,

Digitized by Google

moriæ, cœpit regnare anno 734. & poſt 6. annos in prælio occiſus eſt Kenanuſiæ, à Donaldo ſuo ſucceſſore.

Donaldus III. filius Murchardi, imperium ſuſcepit anno 743. regnavitque 20. annos

Nellus Fraſſach ſive Nimboſus, filius Fergalii, diſceſſit anno 778. cum 15 annos regnaſſet.

Donatus primus, filius Donaldi, Rex Temoriæ, regnavit 19. annos.

Edanus VI cognomento Hugo Ornaid, filius Nelli Traſſach, obiit anno 819. vel ſecundum alios 820. ætatis 60.

Comobarus, alias Corneliu, filius Donati, obiit anno 832. cum 20. annos regnaſſet.

Nellus Caſl, alias Gracilis, filius Edeni V. ſucceſſit Concobaro, anno 832. & ſubmerſus eſt Callinæ, anno 846. ætatis ſuæ 55.

Melſechlinus primus, vel Malachias, filius Mælruani, regnavit 16. annos, obiit anno 862.

Edanus VI. filius Nelli, dictus Fiuliat, Rex Temoriæ, ſucceſſit regnavitque ferme 17. annos, obiit an. 879.

Flanus, Melſechlini filius, Rex Temoriæ, regnavit 36. annos, menſes 6. ac dies 5. obiit anno 916. ætatis 68.

Nellus Glundub, à nigro genu ita dictus, Edani VI. filius, vix tres annos regnavit, & prope Dublinum à Danis ſive Oſtmannis occiſus eſt.

Donatus II. Flani filius, regnavit annos 25. interiit autem morte repentina, anno 944.

Congelachus, filius Melmithi, qui ſucceſſit, ab Oſtmannis Dublinenſib. occiſus eſt, in prælio ad Tiguiran, anno 956.

Donaldus O-Neal, ſucceſſor ejus, mortem obiit Armachę, anno 980. Eo tempore Edgarus, Rex Angliæ, maximam Hiberniæ ſubjugavit partem.

Melſechlinus II filius Donaldi, patri defuncto ſucceſſit, anno 979. Is aliquod prælis Danos ſuperavit. Cum autem regnaſſet annos circiter 23. Regnum ceſſit Brieno, Regi Momoniæ: Brieno autem in bello occiſo, Regnum iterum Melſechlinus poſtliminio ſuſcepit.

Brienus, filius Cenedi, Lorcani nepos, cognomento Boruma ſive Boro, Rex Mononiæ. Princeps propter Virtutes animi maxime clarus, poſtquam Danos multis ſuperaſſet prælis, Rex totius Hiberniæ declaratus eſt, anno 1002 Ex-

actis postea 12. annis, ipse in prælio occisus est, ad Clontarf prope Dublinum, anno 1014. ætatis suæ 74.

Secutum est interregnum annorum 30. Cuano O Lachnan & Corcrano, aliis Corcano clerico clavum (ut creditur) imperii regentibus.

Dermitius III. post 20. annorum interregnum, imperio præfectus est, quod plusquam 30. annos tenuit. occisus est in prælio à Conochero O Melaghlin, Rege Midiæ.

Tirdeluacus O Brien, Brieni Borumæ è Thaddæo filio nepos, Rex Momoniæ successit, obiit Kincoræ anno 1086.

Moriertachus O-Brien paulo post Regnum est adeptus, qui fuit Tirdalvaci filius, qui, cum multos regnasset annos, decessit anno 10200.

Firdelvacus O-Conner, Rex Conatiæ, Regni potitus, illud tenuit usque ad annum 1157. quo diem suum obiit. ætatis suæ 61.

Mauritius, alias Moriertachus, Nelli filius, Loglini nepos, sed vulgo dictus Mauritius Mac-Loglin, cognomento ab avo ducto, regnavit annos plus minus 9. occisus a Donato, O-Caroll. Rege Ergalliæ sive Urielis. anno 1166.

Rodericus O-Conner, filius Tindelvaci, Rex Conatiæ, successit anno 1166. obiitque 1198. sepultus in cœnobio de Cong. Ejus tempore Hibernia ad Anglos pervenit, quamvis Angliæ Reges olim Domini Hiberniæ dicti fuerint, donec Henricus VIII. in Parlamento Dublini, habito anno Dn. M. D. XLI. *Hiberniæ Rex declaratus est, Sub priori autem nomine dicti Reges, omnimodam habuerunt Regiam jurisdictionem, potestatem, præminentiam, & auctoritatem Regalem, spectantem & pertinentem ad Regalem statum & Majestatem Regis: quandoquidem Regia Majestas, & Nobilissimi sui progenitores juste & rectè fuerint, & de jure esse debuerunt Reges Hiberniæ, & ita reputandi, accipiendi, nominandi, & vocandi*, ita statutum.

PRÆ-

PRÆTENSIO ANGLORUM

PRætendebant Angli immunitatem à Vectigalibus, à Rege Daniæ in tranſitu Freti Baltici; hiſque nituntur rationibus: Allegant quod Rex Daniæ tempore Regum civibus Anglicanis talia conceſſerit, quæ cum univerſitati donata fuerint, eſſe realia, neque unquam expirare, ſed ad poſteros tranſmitti contendunt. Quin poſt abrogatos Reges, eoſdem eſſe cives, eandem communitatem, quæ antea fuerat. Et quod privilegium conceſſum à concedente, iterum ſtatim revocari nequeat, ex communi conſenſu interpretum, maximè ſi per formam contractus ſit initum. Rex vero Daniæ contra confitetur, ſe privilegia Civibus conceſſiſſe Anglicanis, ſed non ut Civibus ſtatus cujuſdam turbati & qui Reſpublica eſſe velit, ſed Civibus Regii ſtatus: cum igitur privilegia ſtricti ſint juris, & ſicut à perſona ad perſonam, ita à populari ſtatu ad Regnum extendi nequeunt, quin contra, cum tantum inter hunc ſtatum & illum interſit, ideo jure merito prætenſam libertatem & immunitatem illis derogari, cum privilegiis ſuis privandum ſit, qui alienis, h. e. Regiis derogat.

Angli pariter ab Hollandis propter piſcationem Halecum in Oceano Anglicano, vectigal aliquod ſibi deberi prætendunt, illud exigunt; his in medium adductis rationibus.

1. Quod Rex, ſive Regnum ſit Dominus maris Anglicani, quod Seldenus in ſuo mari clauſo oſtendit l. 2. c. 23. ubi Edvardus 3. ſe Dominum Maris Anglicani vocat.

2. Quod Rex ſive Regnum, cuſtodiam, præfecturam, ſeu (ut vocant) Admiralatum maris Anglicani, poſt Normannorum adventum ſemper conſtituerit.

3. Quod certum vectigal, Danegeldum dictum, Regibus Angliæ pro uſu maris ab omni antiquitate præſtitum ſit.

4. Quod, quamvis mare jure Romano ſit juris Gentium, tamen mores Anglicani illius admittant dominum.

5. Quod ab exteris peregriniſque Dominium Regum Angliæ in mari Anglicano demiſſione velorum recognoſcaturique late omnia à Seldeno in mari clauſo deducta ſunt. Contra Hollandi regerunt; quod mare nullum admittat Dominium, cum contra naturam ſit, illud Dominio ſubjicere, quod propter continuum fluxum & refluxum nullos admit-

tit poſſeſſionis terminos, quod ipſa natura adeo amplum fecit, ut omnibus Gentibus ſufficientem præbeat piſcationem. Atque hæc hujus argumenti controverſia, in nuperis inter Belgas & Anglos habitis concluſiſque pacis tractatibus, nondum fuit concluſa, ſed ad certum tempus, quo de his agi debeat, devoluta.

RATIO STATUS ANGLIÆ.

REgina Eliſabetha, quæ cum prudentiſſimis etam orbis Monarchis, potentia & viribus componi potuit, veram Status ſui Rationẽ in eo conſiſtere exiſtimavit, primo ut concordiam in Regno ſuo aleret, priorumque reliquias factionum omnes ſimul extingueret, judicans, Angliam animal tum vaſtum eſſe, quod non niſi propriis queat mori manibus. Pro funda nentali obſervavit Regula, Catholicam Religionem exterminare, quo unico medio Hiſpanorum machinationes impediri poſſent, qui ſub hujus prætextu om nes fovere Rebelliones conſueverunt. Hinc, utrum male illi ſentiant, qui in hac ſunt opinione, quod Rex Carolus 1. in culpa fuerit, quare vitam cum imperio amiſerit, quia partes Catholicorum in Regno foverit, hæc aliorum relinquimus judiciis.

Quin ipſa Regina Eliſabetha, quamvis faſſa fuerit, ſe Philippo, quem magni faciebat, ſummopere eſſe obligatam, nihilominus ſtatus ſui rationẽ tam alte cordi infixam habuit, ut nunquam conſultum judicaverit cum illo paſciſci, idque triplicem ob rationem. 1. Ut ſummam illam in Indiis potentiam, ſibi maxime ſuſpectam, coërceret. 2. Ut Regnum ſuum opimis prædis locupletaret. 3. Ut hac ratione ſubditos ſibi devinciret, ac in perpetuo bellorum maritimorum exercitio, in quo conſervatio ejus Regni fundatur, conſervaret.

Exiſtimavit etiam rationem ſtatus ſui in eo conſiſtere, ut Galliæ Regno ſubveniret, ne illius ruina incrementum illius eſſet, à cujus viribus ſibi imprimis metuendum erat.

Cum Principibus Galliæ Poteſtantibus, propter ſingulares quaſdam rationes, arctiſſimam coluit amicitiam. Atque his paucis regulis prudentiſſima Regina ſucceſſoribus ſuis teſtatum reliquit, Angliæ Regnum, præter communem Principum aliorum Status rationem, peculiarem aliquam habere, nimi-

nimirum in propagatione Religione Proteſtantium poſitam, & quidem pari zelo, quo Rex Hiſpaniæ ſe Religionis Catholicæ Protectorem oſtendit.

Igitur Anglia ubique locorum, re ita exigente, quid agatur, per ſuos emiſſarios ſcrutabitur, omnibus tractatibus, quæ cum Principibus Proteſtantium haberi debeant, interſit ſemperque arma in promptu habeat, ut ſe aliis hoc modo formidabilem reddat.

Hæc Anglici ſtatus ratio, quamdiu ſtricte obſervata fuit, velut antemurale quoddam dicentibus Anglis, incolumem paſtorem cum ovibus præſtitit. At vero nunc ſtatu rerum mutato quotus quiſque Anglorum incola jam non exclamat: Totne in Anglia Religio

— — *Potuit ſuaſiſſe malorum?*

Hodierni Anglicani Regiminis ratio ſtatus in his tribus potiſſimum ſubſiſtere videtur, quæ etiam ex ratione nuper conſtituræ Reipub. Angliæ apparent.

1. Militarium copiarum tam terreſtrium quam maritimarum aliquot millia, X. nimirum equitum & XX. peditum, in ſtipendiis ſervanda eſſe. Neque vero ſola Eliſabetha uſu edocta eſt, conſervationem Angliæ *in perpetuo maritimorum bellorum exercitio fundari.*

2. Ut nemo Romano Catholicorum, aut conjurationis Hibernicæ reus, ad dignitatem Parlamentarem promoveatur,

3. Ut Rex Carolus, cum omnibus ſuis ſucceſſoribus, in perpetuum Anglia, cujuſque Regimine ſit excluſus: cujus excluſionis rationes ſonticas, ipſum Parlamentum aliquot emiſſo tractatu notavit.

REGIMEN POLITICUM NUPER CONSTITUTÆ REIPUB. ANGLICANÆ.

QUEMADMODUM ILLUD ANN. MDC. LIV. LONDINI IN COMITIIS PARLAMENTARIIS INTRODUCTUM EST EXTRACTATU, CUI TITULUS RATIO CONSTITUTÆ NUPER REIP. ANGL. AD VERBUM FERE DECERPTUM.

POstquam fessam bellis Civilibus Angliam, consensu & Auctoritate Parlamenti, Olivir Cromwellius nomine Protectoris accepit, in publicis Parlamentariis Comitiis, hanc mutuis suffragiis Reipub. Anglicanæ administrandæ constituerunt rationem.

DE PARLAMENTO.

1. PArlamentum triennio, vel sæpius convocandum est, neque id summi Magistratus arbitrio permittetur, velit nec ne convocare; aliis enim certis potestas facta est, imo ex officio injungitur, absque eo, si is ei muneri deerit, conventum indicere, perduellionis crimine postulãdis, ni id fecerint, &c.

2. Quod ad Parlamentorum constitutionem; illorum numerus, qui eligendi sunt, majori cum æquitate ac ratione quam antea per singulas provincias descriptus est, ut neque laxus, neque plus justo constrictus sit.

In Electione de iis tam qui eligunt, quàm qui eligi debeant, cautum est, ne eligantur qui armis contra Parlamentum usi fuêre post ann. 1641. nisi si post illud tempus Parlamento militarint, aut suum insigne studium testificati sunt.

Sed quoniam spes est, posse tales, in civitate libera degentes, ad sanitatem aliquando reduci, præmissa illa cautio haud amplius *Trium Parlamentorum Triennalium* spatio duratura est, præterquam si *Romanæ Religionis* sint, aut barbaræ ejus ac sanguinariæ *Conjurationis Hibernicæ* conscii fuerint. Utque observandæ in electionibus conditiones irritæ ne sint, potestas concilio reservata est, de electis judicandi, eosque prius appro-

approbandi, quam in ſenatum recipiantur; quæ itidem poteſtas poſt tria deinceps Parlamenta triennalia finem eſt habitura.

Ejuſmodi nunc poteſtate Parlamentum inſtruitur, ut præter eam quæ Parlamentis præcedentibus attributa eſt, in inquirendis quæ à Magiſtratu male geſta ſunt, ac corrigendis &c. poſſint & præſenti conſtitutione, auctoritate propria, leges ferre aut antiquare.

Hoc etiam providetur, ſi intra diem vigeſimum Dn. Protector oblatas ſibi à Parlamento Rogationes non ſignaverit, uti pro LL. deinceps nihilo ſecius habeantur, ac ſi ipſe ſuum aſſenſum præbuiſſet.

De Parlamentorum duratione hoc cavetur, ut prorogari, intermitti, aut diſſolvi intra 5. menſium ſpatium, citra ipſorum conſenſum, ne poſſit.

DE LEGIBUS.

PRimum illud & ſupremum ſupremæ auctoritatis caput, quod in LL. latione poſitum eſt, integrum Parlamento reſervatum eſt.

DE MILITIA.

ADminiſtratio Rei militaris, quam Rex ſibi, velut jus ſuum proprium & abſolutiſſimum, excluſo ab illo, ideoque maxime diſſentiente Parlamento, vendicavit, nunc talis eſt, *ut Dom. Protectori res militaris terra marique cura ſit, quamdiu Parlamentum habetur ejuſque duntaxat conſenſu; cum non habetur, conſenſu majoris partis Concilii. Quod ſi quid per intervalla poſthac in ejus adminiſtratione à Concilio male geſtum fuerit, Parlamenti ſuccedentis erit, ea de re cognoſcere, remediumque adhibere.*

DE JURE BELLI.

IUs belli & Pacis, *ex conſtitutione hujus Regiminis, non ſolum cũ concilio, ſed cum Parlamentis etiam communicandum eſt. Si quod bellum cum externo hoſte impoſterum contigerit*, convocabitur ſtatim Parlamentum, ut de eo gerendo conſulatur; quod

est Privilegium, ne à Parlamento quidem in suis Novendecim propositis, neque in ullis eorum scriptis per id tempus evulgatis, sed Regi semper ex more permissum.

DE VECTIGALIBUS.

JUs Vectigalium ac tributa imponendi totum Parlamento reservatur. *Quod autem articulo* hujus constitutionis tricesimo, est clausula quædam, qua D. Protectori potestas facta est, ad tempus, habendi census, consentiente concilio, ad prævertenda pericula atque incommoda quæ alioqui poterunt accidere, advertendum est, quemadmodum hoc necessitati solum tribuitur, nec diutius quam ad sequentis Parlamenti initium durare debebit, jus ultimę Provocationis Parlamento reservatum est.

DE MAGISTRATIBUS.

JUs creandi & Constituendi Magistratus, à summo usque ad infimum, in Parlamento situm est.

DE RELIGIONE.

QUod in iis, quæ ad Religionem attinet, id ei quoque fini per omnia respondet, quem & Parlamentum & exercitus sibi proposuerant. *Nam memoriâ repetendum est, Parlamentum ad id imprimis incubuisse, (exceptis semper dissolutu & blasphemis quibusque opinionibus & vitæ moribus) ut infirmis conscientiis Christianâ libertate consuleretur; idque operam dedit, Religioni, eamque sincere profitentibus, faveret ubique, ac patrocinaretur*, utque iis, qui, conscientia sic suadente, formis receptis assentiri nequivissent, communi hominum ac civium jure, libertate ac commodis, eam ob causam ne excluderentur, dummodo innocenter & modestè erga omnes, pacate atque fideliter erga Rempub. se gererent.

De Religione autem Romano Catholica ita statutum est: Atque huic convenienter sanctissimo & Christiano consilio arbitramur piorum omnium rationibus summopere prospectum esse, uti & *Evangelii, ministris alendis, errorum atque hæresium confutationi, Papismi, Prælatus, & quidquid pietati famæque*

que doctrinæ contrarium eſt, extirpationi. Cum etiam exploratum ſit, factionem Papiſticam domi foriſque incertum hunc apud nos Religionis ſtatum in ſua commoda quam maxima convertiſſe, quantaque exinde occaſio aſtutis quibuſdam atque irreligioſis data ſit, Religionis obtentu innumeris ſeſe factionibus duces præbendi, opinioneſque blaſphemas fovendi &c. exiſtimamus, veniſſe jam tempus, in quo Magiſtratus noſtros maxime oporteat vulneribus hiſce ac morbis lethalibus medelam aliquam adhibere. &c.

DE MILITIBUS.

DE ratione alendorum terrâ marique militum ita conſtitutum eſt, ut hoc ſtatuto anno reditu perficiatur. Terreſtrium copiarum numerus in ſtipendiis habendus, ſunt equitum X. millia, peditum XX. Ex eoque reditu ſupradicto ſtipendium iis ſuppeditandum eſt, quod reliquum erit, in claſſem tutando mari ſatis validam impendetur. Quod ſi poſtmodum non erit ex uſu Reipub. tantas copias terra marjque inſtructas retinere, ejus pecuniæ reſiduum ſub publicis uſibus in ærario reponendum erit, atque ex conſenſu Parlamenti erogandum.

Quod ad ducenta millia librarum; quotannis inſuper ſolvenda, non illæ quidem D. Potectoris domeſticis ſumptibus ſuſtinendis, aut privatis cujuſcunque commodis deſtinantur, veram adminiſtrandæ juſtitiæ aliiſque Reipub. rationibus, judicum nimirum ſtipendiis aliorumque miniſtrorum curialium perſolvendis, legatis accipiendis, aut ad exteros mittendis, Negotiis publicis per tres nationes obeundis, aliiſque ejuſmodi uſibus inſumendæ ſunt.

JUS CREANDI MAGISTRATUS

POſtremum atque præcipuum ſupremæ Auctoritatis caput. Jus creandi ac conſtituendi ſummos Magiſtratus, ſummoſq; rerum gerendarum Miniſtros, ut *Magnum Cancellarium, Cuſtodem magni ſigilli, ſeu commiſſarios, Theſaurarium, Amiralium, Scotiæ & Hiberniæ præſides*, & Tribunalis utriuſque ſummos judices, non niſi comprobante Parlamento, eligendi ſunt.

Quoad

Quod autem Concilium, tametsi Electio eorum, qui in illo adsunt, non explicite & proxime, virtute tamen atque ultimò penes populum in Parlamento est, ab eoque in posterum originem ducere oportebit. Quoties enim eorum quisquam vel moritur, vel loco movetur, Parlamentum sex alios nominabit, spectatæ prudentiæ ac probitatis viros, Dei timentes, quo ex numero Concilii pars major duos eliget, Dominoque Protectori nominabit, quorum unum is vacantem in locum cooptabit: Unde, si quis indignus cooptabitur, id Parlamento imputandum erit, cum eligendi potestas prima ejus sit.

Ultimum, quod ad ipsum D. Protectoris munus, advertendum est; neminem ad illam dignitatem provehendum esse, vel sui, vel familiæ suæ causa, sed prout idoneus vel illo munere dignus videbitur, quod non hæreditatio jure, sed suffragiis ad illum perveniet.

DE MORIBUS ROMANORUM.

MORES ROMANORUM VETERES.

ROmani apti nati erant ad bella. In principio rerum parvi litteras fecerunt, donec imperium suum amplificassent, ubi maximi quique & divitiis potentes, studia excolebant, neque vero animum ad arma applicabant, nisi in scientiis versatissimi. Juvenes illustrium familiarum caussam pauperum coram Senatu agebant, Legumque suarum notitiam optimè imbibebant. Eloquentia se valde exercebant. In primis rerum suarum incunabulis; sobrii & parvo vivebant contenti, magnas temnentes divitias, quod exempla Valerii Public. & aliorum, qui ab Aratro Dictatores facti sunt, demonstrant.

Verum, subjugatis tot Provinciis, acquisitisque ingentibus terrarum possessionibus, luxui & voluptati vacare cœperunt, ut in his etiam omnes superarent Nationes; ad ultimum nihil aliud præter amplitudinem imperii quærebant, ad quam consequendam, nullo humano pepercerunt sanguini, ad quod vitium non parum juvit, gladiatorum invicem

Digitized by Google

vicem commiſſorum fœdum certamen, & beſtiarum certamina, quibus ita addicti erant, ut nullam his potiorem voluptatem exiſtimaverint. Præcipui illorum, favorem populi ſibi largitionibus frumenti conciliabant, vino, & argento. Patres, domum redeuntes, oſculo filias excipiebant, exploraturi num vinum biberint. Non permittebant, ut illorum filii extra domum cibum caperent, ad illorum loquelam ita attenti, ut nullum inhoneſtum verbum, ex ore illorum prolatum, incaſtigatum ſinerent. Conſueti erant illos in Toſcanam, Athenas, & Rhodum mittere, ad artes & ſcientias capiendas. Illi nunquam in publico conſpiciebantur, uſque dum ætatem X. annorum attigiſſent. Annos nati XVII. Prætextam ſumebant, togamque virilem induebant, &, quam primum illam accepiſſent, quilibet juvenis cum ſene ſtatim ambulabat, illi magnum faciens honorem, &, cum Senatus comitia haberet, iſti juvenes quemlibet Senatorem comitabantur, & ad curiam deducebant, tamdiu expectantes, donec de curia deſcenſuros domum reducerent. Cum filias elocarent, clavem ipſis in manus, cingulum, & flammeum dabant, de quibus, aliiſque Antiquitat. Roſini, & alia paſſim docent, nec illa jam hic repetere neceſſum eſt. Sepulturam quodattinet, habuerunt Veteres duplicem cadavera condendi morem: 1. Mortuos terra tegebant, moreque noſtro ſepulcro claudebant, 2. Cadavera comburebant. Verum hic mos non multum duravit: Primus Senatorum qui poſt mortem combureretur fuit Sylla, & Numa Pompilius inventor fuit exequiarum, inſtitituo Pontifice cui hoc commiſſum erat negotium. Primus demortuis Illuſtribus exhibitus honor, erat quod illos oratione funebri laudarent: ſic Cæſar 12. anno: Tiberius vero 9. unus aviam, alter parentem, pro funere, oratione executi ſunt. Ceremonias, quibus apud ſepulchra uti ſolebant, quam plurimas, literis Kirchmannus & alii conſignarunt: nos illis hic recenſendis ſuperſedemus.

MORES HUJUS TEMPORIS.

NOſtri ſeculi Romani multa ab antiquis mutuata retinent, ut morum gravitatem, quæ cum ipſis nata eſſe videtur, magnificentiam, & rectum quendam in rebus animum.

mum. Affectationem melius quam Hiſpani tegunt. Verum cum ibi ingens confluxus ſit, ex omnibus Europæ Nationibus, mores illorum pro advenarum ingenio variant. Urbs hæc ex variis vivit artibus. In honore pauperes illos habent, qui ad aliquam aſpirare poſſunt dignitatem, nec varia magis alibi fortunæ ſors eſt quam hic; nihil enim tam miſerum abjectumque eſt, cui ad felicitatem Via non pateret, modo virtute non egeat. At verò, ut alii Itali, ita etiam Romani fucum amant, nec facile acceptarum obliviſcuntur injuriarum, domi parce & adſtricte vivunt, foris, in illis quæ ſpeciem pompæ habent, prodigi ſunt. Nobiles illorum affabiles & humani ſunt, armis valde addicti. Plebs vero agreſtis eſt, rudis, & aſpera, animoſa tamen, & robuſta, ſicut antiquitus. Ex Ancona, confidentes & audaces ſunt, & ideo bellis apti, in converſatione rudes ſunt, agriculturam excercẽt, nec quicquam mercaturam curant. Ferrarienſibus Itali hoc vitii dant, quod callidi ſint. Peruſinos promptos & audentes vocant Spoletanos ſubdolos, Bononienſes feroces, Oſtienſes avaros, Romanos crudeles & validos. Romani ad bellum perſeverantiam, Ferrarienſes machinaſ ignivomas, Viterbenſes calcaria. Adferunt Ferarienſes opinionibus indulgent, vindictæque cupidi ſunt ꝫ. ſicut Romani, ſupra quos vix alii crudeliores ſunt.

In excipiendis advenis Ferrarienſes rudes ſunt. Spoleletani agreſtes, & in omnibus rebus aperti. Peruſienſes dicuntur fœminas bene ſervare, Beneventini ruſticitate laborant. Bononienſes nonnihil glorioſi, Ceſani rapaces, Ravennenſes civiles. Verbo: omnes Itali æmulationi obnoxii ſunt, & ſuſpicioni, item Zelotypi. Fœminas in ædibus ac in clauſtris captivas tenent, nec ulli illas videre fas eſt, nequidem proximioribus amicis, niſi ſingularem aliquam ipſis exhibere voluerint gratiam. Ingentes ſunt diſſimulatores, & irarum tenaciſſimi, quas non prius deponent quam ultionem contra inimicum exercuerint, nec citius offenſas quam vitam ponunt, etiam amicitiam ſimulant, ut commodius ſibi fidentes perdant.

Fœminæ Italorum, hic Auctoribus, Virtutum vitiorumque confinio notantur.

Senenſes, pulchræ ſunt; Florentinæ, delicatæ; Peruſinæ elegantes, cajetanæ, formoſæ, Conſentinæ, obſtinatæ, Beneven-

ventanæ,ruſticæ, Bononienſes, arrogantes, mutinenſes,benignæ; Ceſenates, rapaces; Genuenſes Salaces; cremenſes, fallaces; Placentinæ, difficiles; Lucenſes,caſtæ; Piſtorienſes, faciles; Romanæ, graves; capuanæ, ſuperbæ; Neapolitanæ,ſolicitæ; Brundiſinæ, inertes, Ferrarienſes, avidæ; Ravennates, humanæ,urbinates,affabiles; Vincentinæ,conſtantes,Parmenſes, avaræ. papienſes; lucri cupidæ, mediolanenſes, urbanæ; Pedemontanæ, procaces; Venetæ, petulantes; Veronenſes, gratioſæ, Brixianæ,diligentes,Formianæ, ſpecioſæ, Laudenſes ſuperſtitioſæ; Cremonenſes, ſumtuoſæ; Tarviſianæ, Zelotypæ. Bergomates aſtutæ, Aretinæ, tenaces; Puteolanæ, bellæ. Virorum Italorum, hæc laus & vitia ſunt.

Mediolanenſes non Zelotypi, Mantuani, ſolciti, Neapolitani perditiſſimi, Lucenſes, conſtantes; Veneti,libidinoſiſſimi, Senenſes,indefeſſi; Peruſini ardentes, urbinates, cadti, Brixienſes, firmi. Calabri pertinaces, Vincentini diligentes, Genuenſes odioſi, motinenſes gnavi, Bononienſes fideles, Placentini acres, Cremonenſes avidi. Veronenſes molles, Romani inſani, Ravennates cupidi,Piſani, vehementes; Tarentini profuſi; monopolitani, ſtrenui. Cortonenſes. furioſi, Piſtorienſes, ſedati. Savonenſes, placidi. Hæc de illis eatenus dicuntur, quatenus fœminarum ſunt amatores.

LIBER

LIBER SEXTUS
PROPONENS
ITALIÆ
ILLIUSQUE PRINCIPATUUM
AC EMPORIORUM
MORES, STATUM ECCLESIASTICUM, POLITICUM, REDITUS, VIRES,
SERIEM PONTIFICUM, DUCUM, ET ILLUSTRIUM FAMILIARUM, PRÆTENSIONES, RATIONES STATUS, JUDICIUM POLIT. SECUNDUM PRIOREM OBSERVATAM METHODUM.

STATUS ECCLESIASTICUS ITALIÆ, ET SEORSIM URBIS ROMÆ DEQUE PONTIFICE ROMANO.

Hic Eccleſiæ Catholico-Romanæ (ut vocant) Præſul ſupremus ſedem ſuam habet. Noſtris temporibus Pontifex Romanus vocatur. Qui totam Italiam ſub Romano-Catholica fide tenet. Præter Catholicos autem, ibi etiam tolerantur Græcæ Religioni addicti, & Reformati, qui in ditione Neapolitana, apud Venetos, Peruſianos, Valenſes, Ducem Savoyæ, Lucernens: agunt, Judæi quoque in nonnullis locis commorandi habent poteſtatem. vid. Pierre d' Avitii tom 3. diſcurſ. Gener, Ital.

Auctoritas Pontificis ſpiritualis, licet magna ſit, variat tamen pro temporum ratione. Ditiones ſuas per Cardinales regit. Illi autem plures eſſe non poſſunt, quam LXX. per Conſtitut. Sixti V. ſecundum numerum diſcipulorum Chriſti. Sed Pontifices per diſpenſationem quandoque hunc numerum excedunt, interdum etiam pauciores admittunt. Inter Cardinales quidam reperiuntur Principes, ex ſummis nati Europæ familiis: Quibuſdam etiam ad hanc dignitatem prudentia & doctrina viam parent. Dividit vero Pontifex inter Cardinales, quatuor ſumma officia. Horum Primum eſt *Magni Pœnitentarii*, qui, una cum conſultoribus ſuis, expenſâ confitentis culpâ, modum ipſi pœnitendi præſcribit. Huic parent alii pœnitentiarii minores, qui vel abſolvunt confitentes, vel, celato nomine illos pro gravitate peccatorum ad ſupremum remittunt Pœnitentiarii maximi tribunal. Secundum officium habent *Vicarii Papæ*, qui curam gerunt cultus divini, & Regiminis Spiritualis. Tertium eſt *Vice-Cancellarii* (nam Cancellarii dignitatem ipſe ſibi reſervat Pontifex, Vel S. Laurentius) Hic miniſtros ſibi ſubjectos habet. Quippe omnes judices ipſi parent, etiam auditores Rotæ, numero XII. Viri ſummæ dignitatis, de cauſſis totius Chriſtiani Orbis cognoſcentes. Quartum officium eſt *Camerarii*,

Quod, ut & alia, cum ad Statum vel Regimen Politicum ſpectent, in ſuo loco exponemus fuſius. Cæterum Pontifex, à Romanis, ut & Romano-Catholicæ Religioni addictis aliis, pro capite univerſæ Chriſtianæ Reipub. Divi Petri ſucceſſore, & Chriſti in terris Vicario agnoſcitur, taliſque habetur, qui in rebus ſacris errare non poſſit. Inde hoc perſuaſis, firma ſtat ſententia, quod ab ejus judicio, & ſententia, ne latum quidem unguem liceat diſcedere. Is L L: a ſe latis omnes coaſtringere valet, & in illis etiam, quæ in Conſiliis tractata ſunt, plenam ſtatuendi & determinandi ſibi vindicat poteſtatem. Eſt etiam ſupra concilia, quorum decreta, ipſius eſt declarare, infringere, corrigere, in nonnullis etiam diſpenſare. Id hoc tamen, Sorbona Pariſienſis ſecuta Concilii Baſilienſis auctoritatem eſt, nunquam plàrè voluit conſentire. Sed rerum Sacrarum cura omnis, ſoli conceſſa eſt Pontifici, cui non ſolum Sacerdotes, ordineſque varii monaſteriorum, ſed etiam ſeculares ſubjecti ſunt, nec tantum reſpectu rerum pure ſpiritualium (ut vocant) verum etiam temporalium; nimirum judiciorum, tam civilium, quam criminalium, & matrimonialium. Nec defuerunt, qui ſcriberent, Principes omnes & ſtatus ſeculares Pontificum Imperio eſſe ſubjectos. Quorum officium eſſet, de Regum & Principum controverſiis Judicium ferre, & quid unius alteriuſque ſit determinare. Maxima verò Pontificis auctoritas in duabus rebus conſiſtit, in præmiis, & pœnis. In pœnis quidem, quas Pontifex infligit, non de fortunis ſolum, & vita, ſed de animæ quoque ſalute agitur. Sed illa trita latiſſimaque eſt via, conferendi beneficia Eccleſiaſtica in alienis Regionibus ſive imperiis. Hodie verò illa poteſtas non parum eſt acciſa, reſtrictaque, præcipue in Germania, ubi Collegia Canonicorum, quæ capitula vocant, Epiſcopos & Prælatos eligendi jus habent: exceptis iis, qui ſubſunt Auſtriacæ familiæ Imperio, qui ab Archiducibus nominantur.

In Gallia, ſolus Rex poteſtatem habet Epiſcopos nominandi, quæ etiam Regi Hiſpaniæ competit. In Hiſpaniæ Regnis, *India* occidentali, Belgii parte, Sardinia. In Regno Neapolitano nominationis jus habet in 24. Eccleſiis, ſecundum conventionem cum Clemente VII. factam. Eodem jure nominandi Epiſcopos Imperator, quatenus Hunga-

Hungariæ & Bohemiæ Rex eſt, utitur, in dictis nimirum Regnis. Quod etiam in aliis Regnis, ut Polonia & Luſitania, obtinet. Licet verò Pontificis poteſtas in eo ſit reſtricta, tanta tamen adhuc beneficiorum diſpenſandorum copia ad Pontificem pertinet, ut nemini Chriſtianorum principum major pareat. Sed qui ab ipſo collationem non accipiunt, confirmationis tamen diploma impetrare tenentur.

Quomodo vero creetur Pontifex, paucis his ſubjungemus. Initio, clerus Romanus, conjunctis populi ſuffragiis, jus renunciandi Pontific. habuit. Huic Imperatores ab Anno CCCLI. ſuam interpoſuerunt auctoritatem, à quibus illi confirmationem ſoliti erant petere, primo ſumma pecuniæ data, dein ſine pretio. Poſtea totum jus creandi pontificem, ad ſolos Imperatores, Pontifices detulerunt; quo populi Romani inſolentiam infringerent. Hoc jus Imperatores diu tenaciter retinuerunt, adeò, ut cum in Pontifices denuo repeterent, graviſſimum Schiſma, Chriſtianam Rempublicam valdè concutiens, inde exſurgeret. Dum hæc agerentur, quidam Pontifices ſibi deſtinabant & eligebant ſucceſſores; quorum Electione dein Clerus confirmavit. Ultimum, cum prævaleret Pontificum auctoritas, excluſis cum populo Imperatoribus, electio penes Cardinales & primates aliquot ex clero permanſit. Hic modus tandem in Concilio Lateranenſi ab Alexandr III. anno MCCLIX. præſentibus CCLXXX. Epiſcopis confirmatus eſt, decretumque ut is, qui à tertia Præſentium Cardinalium parte electus fuiſſet, Legitimus Papa agnoſceretur.

Hic mos ad bene multos annos obtinuit, quando Martinus V. ad tollendam iſtius temporis controverſiam, electus fuit. Poſtea vero Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi primus illud ordinavit conclave, donec illa electio ad illam, quæ nunc eſt in uſu, formam componeretur.

Modus verò Pontificem eligendi à Cardinalibus triplex fuit obſervatus, Per *compromiſſum*, per *adorationem*, & per *Scrutinium*. Olim non plures erant Cardinales, quàm quinquaginta tres; Pius verò IV. ſeptuaginta 6. vidit. In hoc Purpuratorum Patrum collegio, magnæ erant factiones ſub Carolo V. Imperat. & Franciſc. I. Hinc factum, ut Europæ Reges illorum gratiam ſibi conciliare ſtuderent.

lta Catholicus certis donis ſibi nonnullos obligavit. Imperator ſex & ſeptem ſibi tenet obnoxios. Galli ſe illorum quærere gratiam diſſimulant.

DE REGIMINE SECULARI QUOD IN PONTIFICEM ROMANUM CADIT.

POntifex ſex ditionum in Italia Dominus eſt, quæ magna terrarum occupant ſpatia. Siquidem in medio Italiæ Urbem Romam & totum regit Latium, magnam partem Etruriæ, Umbriæ, Ducatus Spoletani, Perulię. & Bononiæ Ferrariæ, Flaminiæ, Agrum Picenum, & partem Samnii. His non ita pridem acceſſit Urbini Ducatus. Gaudet ſupremo jure, in Regno Neapolit. & Siciliæ, Placentia & Parma; in ditione quoque Radicofanenſi, cum territorio, quod uſque ad pontem Centinum porrigitur, & perpetui Vicariatus titulo à Florentinis poſſidetur. Papa ditiones ſuas per Legatos regit: Hi ut plurimum Cardinales ſunt magni nominis. In reliquis locis gubernatores conſtituti ſunt vel Poteſtates. Illi cum nihil magni concludere queant, referũt ad Conſilium, quod Romæ bis ſingulis habetur hebdomadibus, conſiſtens ex præcipius Viris, magna prudentiâ, & brevitate cauſas controverſas componentibus.

PLENIOR ET ACCURATIOR DESCRIPTIO AULÆ ROMANÆ. QUOAD STATUM POLITICUM, ACCURATISSIME ITALICE DESCRIPTUM, PER EQUITEM GIROLAMO LUNADORO ROMÆ AN. 1652. EX QUO PRÆCIPUA BREVITER EXCERPTA SUNT.

SUmmus Pontifex R. habet LXX. Cardinales, qui in tres ordines diſtincti ſunt, & dicuntur *Cardinali Veſcovi*, *Cardinali Preti*, quorum 50. 14. *Cardinali Diaconi*. Hi omnes nomine ſacri collegii Cardinalium veniunt, dicti *Il ſacro collegio de Cardinali*. Inter hos vero unus ſemper officio cuſtodis Cameræ fungitur, dictus *Camerlengo del ſacro Collegio*, diſtinctus à *Camerlengo di ſua santità*, ſive Pontificis cubiculario. Huic au-

autem commissa est cura redituum ad Collegium Cardinal. spectantium. Annuum vero hoc officium est, & ubi illud deponit, unicuique Cardinali partem redituum illi debitam addicit: absentium non habetur ratio, nisi post sex menses, ubi Roma excesserunt. Adhæc Secretarius unus, tum Clericus Nationalis, & Rationes expediens, (quem illi computistam vocant) à Cardinalib. creatur. Secretarius semper est Italus Clericus, per unum annum tantum officio præest.

Officium Secretarii est in conclave intrare, literas scribere, nomine Sacri Collegii, quæ subscribuntur à tribus Cardinalibus qui capita ordinis sunt, dicti *Il Cardinale primo Vescovo, Il Cardinale primo Prete, & il Cardinale primo Diacono.* Hæ literæ tribus illorum signantur sigillis. Certis diebus horis matutinis conventus fiunt generales, ubi decretorum in consistorio factorum catalogum secretarius tenet.

Clericus Nationalis substitutus est Secretario, in cujus absentia officium Secretarii ille exsequitur, eodem vestitu, quo Secrerarius rubro nimirum indutus.

Qui Rationibus præest, expeditas habere debet reditum rationes S. Collegii. Has Cardinali Camerlingo exhibet liquidas.

DE MAGISTRIS CEREMONIARUM PONTIF.

DE' MAESTRIDELLE CERIMONIE, DI SUA SANTITA.

HI 4. sunt, quorum duo priores *Participanti* dicuntur, quibus omnium Cardinalium hæredes solvunt 50. aureos ex Camera, & quilibet de novo electus Cardinal 112. aureorum, ut quilibet horum 600. scudi pro stipendio habeat.

Alteri dicuntur *soprannumerarii*, qui à quolibet novo Cardinale 12. aureos ex Camera viritim accipiunt. Pollent autem æquali auctoritate, & facienda Dn Cardinali 6. nuntiant. Hi omnibus intersunt conventibus & ritibus.

DE MAGISTRO S. PALATII.
DEL MAESTRO DEL SACRO PALAZZO

HIc continue in Palatio Vaticano habitat, cum 2. adjunctis ſociis. Hoc officium ſemper ad Patres ordin. S. Dominici pertinet: Hujus officium eſt, omnia revidere opera, quæ Romæ ſunt imprimenda; quæ ſubſcripta demum imprimuntur.

DE MINISTRO SACRISTIÆ PONTIF.
DEL SAGRISTANO DI SUA SANTITA.

ET hic quoque in dicto habitat Palatio: hoc vero officium ad Patres Ordinis S. Auguſtini ſpectat. Hujus negotium eſt Pontificis ſacriſtiam (ita dictam) curare, ubi tunicæ ingentis pretii ſervantur, &, cum Pontifex ſacra facit, hic illi miniſtrat.

DE SECRETARIO PONTIFIC. ET SUBSECRETARIO.
DEL SECRETARIO DI SUA SANTITA, E DEL SOTTO SEGRETARIO.

PApa numeroſam & Nobilem alit aulam, & in diverſas claſſes diſtinctam.

Hic præcipuus eſt Secretarius, is ſemper Cardinalis Nepote vel Nipote eſt, Huic multi ſubſunt Secretarii. Atque hic Cardinalis ſcribit & ſubſcribit literas Pontific. ad omnes Nuntios, Principes, &c. ſignatq; diplomata vel patenta (ut vocant) variarum poteſtatum &c. omnes etiam Legati Principum, cum à Pontifice diſcedunt, oſtendere coguntur, quod negotia ſua cum hoc Cardinal. Nipote tractarint, quod & reliqui omnes miniſtri Romæ faciunt. Atque hic Nipote, ſolus titulum habet ſuperintendentis General. ſtatus Eccleſiaſtici.

DE MAGISTRO DOMUS PONTIF. ET ALIIS EJUSDLM AULÆ.
DEL MAESTRO DI CASA DI SUA SANTITA, ED ALTRI DELLA MEDESIMA CORTE.

ESt præterea Pontifici Magiſter domus, qui ſemper (Prelata) ſive ex magnatibus eſt. Hocque notari debet, quod Papa

Papa nunquam det titulum di *Magiordomo*, alicui Magiſtro Cameræ, vel aliis, ex quibus Papa declarat Camerarios. (*Camerarii Participanti*) ſex, vel octo, pro libitu. Ex his vero ſecretis Camerariis unus eſt Theſaurarius ſecretus, qui dona & eleemoſynas nomine Papæ diſtribuit. Alter Subcamerarius dictus *Guardarobba*, ſive veſtium cuſtos, ſub cujus cura pretioſa templi ſacriſque dicata cuſtodiuntur.

Stipendium annuum ſecreti Camerarii, aſcendit ad mille ſcudi: qui vero eſt Camerarius participans (*Il Cameriere participante*) habet 1800. plus quam illi, qui non ſunt participantes. Ideo vero Participantes dicuntur, quod ex donativis, quæ Cameræ Pontificis inferuntur, & Cancellariæ Apoſtolicæ, eandem obtinent partem, vel paulo minorem Capellani Secreti, qui ad Miſſam illi miniſtrant, cum illam privatim peragit, ut reliquas hic taceamus ceremonias.

Sunt vero etiam ibi alii dicti, *I Camerieri d'honore*, ex præcipuis Nobilibus familiis. *I Camerieri della Buffola. I Camerieri extra muros*, & *I Camerieri Scudieri*. Horum cuilibet ſuum eſt officium.

Reliqui officiis præfecti vocantur, *Lo Scalco, e'l Trinciante della Foreſtaria, ed un Scalco de Poveri.*

Hic inſervit illis pauperibus omni mane, qui in Palatio ſumptibus Pontificis cibum capiunt, quam inſtitutionem introduxit Papa Clemens VIII.

Il Maeſtro di Stalla, Præfectus ſtabuli, inter alios eſt Miniſtros, quo officio, ortu, vel etiam Virtutibus, Nobilis gaudet. Cæterum inſolitum eſt, ut Pontifices alicui titulum dent del Cavallarizzo, qui multis gaudet immunitatibus & reditibus, niſi quibuſdam Camerariis honorum (I Camerieri d'honore della corte del Papa.)

I Floreri, qui ſupellectilem Papæ in cuſtodia habent, & ſedes parant, cum Conſiſtorium, vel conventus celebrandi ſunt.

I Scopatori ſegreti, ed I publici, qui ſingulari veſtitu ornati incedunt.

Officiales majores ſunt Secretarii Status. I Segretarii di ſtato, qui dependent à Cardinale Nipote. Hi Secretarii diviſerunt inter ſe Provincias. Unus ex illis eſt Secretarius della Cifra, qui ex rationibus mediam partem habet. Omnes

habitant in Palatio pontificio & quilibet annuatim 1500 ſcudi habet.

Adhæc ſunt *Segretari de Brevi ſecreti*, *il Segretario della conſulta*, *il Segretario de memoriali*, *Il Segretario delle congregatione de bono regimine*. *Secretarii de brevi* portant mortuo Pontifice in Caſtellum Sant Angelo omnes Catalogos negotiorum, quæ illorum manibus acta ſunt, tum etiam omnes litteras quæ in illorum officii adminiſtratione venerunt.

DEL GENERALE DELLE GUARDIE DI SUA SANTITA, SIVE DE GENERALI CUSTODE PONTIFIC.

Hic à pontifice declaratur, & titulum habet *Breve* & pto ſtipendio 200. ſcudi per menſem accipit. In illa cuſtodia communi, numerantur duæ equitum turnæ (*due compagnie di Cavelleggeri*) una turma quinquaginta complectitur. Huic militiæ præfecti gaudent titulis *Breve*, à Pontifice acceptis. Una turma numerat 300. Helvetos, cum Præfecto ejuſdem nationis. Hi omnes milites illorumque præfecti in uſum belli ſtipendia merent. In palatio Apoſtolico excubant continua cuſtodia 5. milites Helveti, diviſi in equites & haſtigeros.

DEL GENERALE DISANTA CHIESA, SIVE GENERALI S. ECCLESIÆ.

PApa quoque Generalem Eccleſiæ denunciat, huic privatim dat in conclavi baculum, & præſtandum juramentum offert, fruitur 1000. ſcudis per menſem: illius maxima eſt auctoritas, & juriſdictio, imperium ſuum exercet in Generalem Ferrariæ & Avignionenſem, qui ambo CC. ſcudi in menſem accipiunt. Hi ſub ſe vice Generalem habent, cui tria millia ſcudi annuatim cedunt.

DE PRÆFECTURA ROMÆ.

PRæfectura Romæ eſt dignitas nobiliſſima & antiquiſſima, ab imperatoribus Romanis cum magna auctoritate inſtituta, & à ſummis Pontificibus ſemper conſervata, & non niſi Nobiliſſimis familiis concredita. Hæc dignitas multis gaudet variiſque immunitatibus, quam ab Urbano VIII. D. Taddeo Barberino in tertiam accepit Generationem

Porro

Porro etiam à Papa declaratus est Castellanus St. Angelli, *Il Castellano di S. Angelo*, cui quingenti Scudi per mensem numerantur, illi paret sub Castellanus, cujus stipendium est 50. scudi menstrui. Ibi etiam est Provisor, Castellano subjectus, 400 scudi annuatim habens. His adjuncti sunt alii certis officiis præpositi, quorum cuilibet destinatum est stipendium.

DE GENERALI TRIREMIUM PAPÆ DEL GENERALE DELLE GALEE.

Hic, quemadmodum etiam aliis officiis admoti, Pontifici præstat solitum juramentum. Stipendium ejus est CCC. scudi per mensem, & pro 12. hastatis ipsi etiam pecunia numeratur. Sub ipso est Vice generalis, cui C. scudi adnumerantur per mens. Generalis potestati multi parent, ut capellani, officiales, milites, tonsores, nautæ, &c.

DE VICARIO PAPÆ.

Hoc officium antiquissimum est, quod diu extra collegium Cardinalium fuit, nunc ab ipsis administratur. Regebatur autem olim ab Episcopis, donec Papa Pius IV. hanc dignitatem ad Cardinales transtulit, postquam Cardinalem Jacobum Savelli ipsi præfecisset. Hic jurisdictionem suam in illos qui Romæ sunt Prædicatores exercet, ut & in Regulares: quæ extenditur in Laicos, loca sancta, Xenodochia, in Judęos, meretrices, in illos qui ex beneficio curantur. Hic Cardinalis Vicarius, C. aureos per mensem ex Camera accipit. Huic officio quatuor inserviunt Notarii, quorum quilibet 8. vel 10. juvenum operâ utitur, duosque vice-notarios habet. Unus est pro civilibus causis, & Referendarius dicitur, alter vero criminalia tractat, tertius est Vice-Regens. In quibusdam autem annis Episcopus titularis creatus est, qui potest in Roma omnibus Episcopalibus defungi functionibus. Huic commissa specialis cura est Monasteriorum & Monachorum: concurrit vero cum aliis officialib. in conventibus qui coram Cardinalis Vicario instituuntur in causa Tribunali.

Summus

Digitized by Google

Summus Pœnitentiarius. Origo hujus officii inde venit. Tempore S. Cypriani, poſt Chriſtum natum 200. annos, multi reperti erant Chriſtiani, qui Idolis ſacrificabant, inde magna contentio orta, poſſentne tales iterum conciliari, & ad Eccleſiam admitti. Cumque alter minus, alter magis peccaviſſe diceretur, deputati erant ſacerdotes, qui, pro modo culpæ, pœnitentia promiſſa, ignoſcebant. Inde uſus pœnitentiariorum increbuit.

Hoc officium hodie eminentiſſimi adminiſtrant Cardinales, quod ipſis à Papa defertur, & ad 8. millia ſcudi per annum præſtat. Pœnitentiario autem ſubeſt Prælatus (ut vocant) cum titulo Regentis pœnitentiar. Ejus juriſdictio in ædes ſacris nuncupatas extenditur, & gratis abſolutionem concedit.

De Vice Cancellaria (del Vice-Cancelliere) Hoc officium tempore Bonifacii VIII. ad Collegium Cardinal. rediit. Vice Cancellarii quoq; dignitas exercetur ab eminentiſſ. Cardinale, qui 34. & 16. millia ſcudi per annum portat: officium hujus in literis Apoſtolicis expediendis conſiſtit, ut & omnibus materiis & ſupplicationibus, & in illis, quæ ſub ſigillo vel annulo Piſcatoris publicantur. His modo dictis, alii ſubſunt officiarii, ut *Abbreviatores, Scriptores*, &c. quorum omnium recenſere officia nimis longum foret.

DEL CAMERLENGO, SIVE CUBICULARIO.

HÆc dignitas in Cardinales tranſlata eſt, adjunctis Theſaurario & Præſidente. Hoc officium facit ſtipendium per annos 12. & 14. millia ſcudi. Negotium autem illi dignitati præfecti hoc habent, ut de rebus omnibus cognoſcant, quæ ad Cameram Apoſtolicam pertinent.

DEL PREFETTO DELLA SEGNATURA DI GIUSTITIA. SIVE DE PRÆFECTO JUSTITIÆ.

HAnc Spartam eminentiſſimus quiſque exornat, cui in ſtipendium menſtruum C. aurei à Camera numerantur. Officium hujus eſt, ad omnes ſupplicationes reſpondere.

DE

Digitized by Google

DE PRÆFECTO SIGNATURÆ, GRATIÆ.

DEL PREFETTO DELLA SIGNATURA DI GRATIA.

HOc ſemper Cardinali competit officium, cui à Camera ſingulis menſibus C. numerantur aurei. Huic negotium datur, omnes ſignare ſupplicationes, ad quod adhibentur etiam 12. Prælati ſua vota ferentes. Hæc ſubſignatio ſemel in hebdomade coram Pontifice fieri ſolet, ultima feria, vel Mercurii die.

DE PRÆFECTO SCHEDULARUM.

DEL PREFETTO DEI BREVI.

HÆc Sparta Cardinali commiſſa eſt, cui à Camera C. aurei in menſem deſtinati ſunt, ad quem pertinet ſignare & revidere omnes rationes; quæ res, certo pretio æſtimatas (taxatas vulgo) concernunt.

DEL BIBLIOTECARIO. PRÆFECTO BIBLIOTHECÆ.

PRæpoſiti Bibliothecæ munus ad Cardinalem ſpectat, cui per menſem C. aurei à Camera numerantur. Ejus officium eſt, attendere ad librorum impreſſiones, & curare Vaticanam Bibliothecam ut & illorum operas obſervare, qui in Bibliotheca in Linguis orientalibus deſudant.

DELLE CONGREGATIONI DE' CARDINALI, SIVE CONVENTIBUS CARDINALIUM.

SUnt varii Cardinal conventus, ut eſt *la congregatione del S. Officio*, quod bis in hebdomade fieri ſolet. Tertia die in cõventu ordinis Dominicani, quarta die coram Papa, in cauſſis, & materiis Inquiſitionum & Hæreſium.

DEL-

DE CONVENTU NEGOTIORUM AD EPISCOPOS PERTINENTIUM.

DELLA CONGREGATIONE SOPRA INEGOTII DE' VESCOVIE D' REGOLARI.

HAbetur etiam certus conventus ſuper Epiſcoporum negotia. Hujus conventus poteſtas eſt, examinare controverſias, quæ intra Epiſcopos exſurgere ſolent, & eorum ſubditos: ut & illas quæ intra Regulares accidunt. Hujus conventus caput eſt Cardinalium unus. Fit ſingulis hebdomad. die quinta.

DE CONVENTU CONCILII.

DELLA CONGREGATIONE DEL CONCILIO.

PRæterea ſolent conventus certi inſtitui ſupra Concilium Tridentinum, in quibus rerum ibi non explicatarum interpretatio fieri ſolet. Sigillum tenet quidam ex Cardinalib. Semel per hebdomad fieri hic conventus ſolet, quartâ nimirum & ſexta diebus, in ædibus ſenioris Cardinalis, ſecundum libitum Dn. primarii Cardinalis.

DE CONVENTU IMMUNITATIS ECCLESIASTIC.

DELLA CONGREGATIONE DELL' IMMUNITA ECCLESIASTICA.

QUoniam delinquentes in multis & diverſis caſibus non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, Urban. VIII. Pontif. inſtituit ſacram congregrationem immunitatis Eccleſiaſticæ, quæ die ſecunda hebdom. in ædibus Cardinal haberi ſolet, adjunctis ad examen peragendum nonnullis aliis.

DE CONVENTU STATUS.

DELLA CONGREGATIONE DI STATO.

COngregatio ſtatus interdum coram Pontifice, interdum coram Cardinale Nipote haberi ſolet. Eo convenire ſolent omnes Cardinales, qui Nuntii Apoſtolici fuerunt, cum Srcretario Status Pontificis. Hi ſingulari amictu comparent veſtiti, quem brevitatis cauſſa remittimus.

DE

DE CONVENTU PROPAGANDÆ FIDEI.

DELLA CONGREGATIONE DE PROPACANDA FEDE.

HUjus congregationis origo Gregorio XV. adſcribitur in qua agitur de omni modo & ratione fideiCatholicæ propagandæ, per omneſque Mundi partes habendæ. Ad hunc conventum multi Dn. Cardinales confluere ſolent, cum Protonotario Apoſtolico, idque coram Pontifice, una vice in menſe, ſecunda hebdomad. die. Huic etiam congregationi alii intereſſe ſolent.

DE RITVUM CONGREGATIONE. DELLA CONGREGATIONE DE RITTI.

IN hac congregatione examinantur controverſiæ, quæ naſcuntur circa ritus & Ceremonias, prærogativas Sanctorum. Hujus Præſes eſt Cardinalis in cujus ædibus ille inſtituitur conventus, ſemel in menſe & quandoque pius, prout rei negoria id exigunt.

DE CONVENTU, AQUAS SPECTANTE. DELLA CONGREGATIONE DELL' ACQUE.

IN hoc conventu dirimuntur de fluminibus, pontibus, & de rebus ad aquas ſpectantibus controverſiæ. Præeſt huic negotio Cardinalis, nullo tamen certo die determinato.

DE CONVENTU PONTES, ET PLATEAS SPECTANTE.

DELLA CONGREGATIONE DELLE FONTI E DELLE STRADE.

HAbetur, adhuc congregatio ſupra fontes & plateas, cujus Præſes eſt Cardinalis, nec certa aliqua dies controver-

troverſiis illi conſtituta eſt. Ibi agitur de aquæ ductibus, per Urbem bene deducendis, ut & viis bene inſtaurandis.

DE CONVENTU JUDICUM. DELLA CONGREGATIONE DEI GIUDICI

HIc conventus inſtituitur propter libros, qui imprimi & emendari debent. Caput conventus Cardinalis eſt, in cujus ædibus congregatio inſtituitur.

DELLA CONSULTA PER GOVERNO, DELLO STATO DI SANTA CHIESA. DE CONSULATIONE REGIMINIS STATUS ECCLESIASTICI.

EXpenduntur hic conſilia regendi ſtatus Eccleſiaſtici. Præeſt autem huic conventui Cardinal. Nipote, pro tempore, bis vero in hebdomade hæc conſultatio inſtituitur, 3. & 5. diebus. hebdomad. Advocantur huc etiam 4. vel 6. Cardinales, & octo Prælati, & unus Secretarius. In hac conſultatione agitur de omni Eccleſiæ regimine, & referuntur ad illam omnes graviores caſus, regimen ſpectantes.

DELLA CONGREGATIONE DE GLI SGRAVII, DE CONVENTU OB GRAVAMINA.

HUjus conventus etiam caput eſt Cardinalis Nipote pro tempore. Inſtituitur ſextâ & ultimâ hebdomad. diebus præſentibus 8. Prælatis, 4. vel 6. Cardinalibus. Omnes autem literæ, quæ hic ſcribuntur, à Cardinal. Nipote ſubſcribuntur.

DE CONGREGATIONE SUPER REQUÆSTORIA. DELLA CONGREGATIONE SOPRA LE ZECCHE.

IN hoc conventu de moneta judicium inſtituitur.

DEL-

DELLA CONGREGATIONE PER ESSAMINARE SOGGETTI DESTINATI à VESCOVATI. SIVE DE CONVENTU IN QUO EXAMINANTUR AD EPISCOPATUS PROMOVENDI.

HOc examen coram Pontifice inſtituitur, ad quod octo vel 10. Cardinales, nonnulli Prælati, & quidam Religioſi concurrunt. Hi candidatos Epiſcopatuum examinant. Examinandus in genua coram Papa procumbit, & cuivis illum examinare, cui conventum ingredi permiſſum eſt. Soli Cardinales exempti ſunt ab hoc examine inſtituendo. Auctor hujus congregationis Pontifex Clemens VIII. eſt, qui ipſe quoſdam examinavit Legiſtas. Profeſſores Theologiæ examinabat Cardinal. Bellarmin.

DELLA CONGREGATIONE DE' NEGOTII CONSITORIALI, SIVE DE CONVENTU CONSISTORIALI.

IN hoc Præſes eſt Cardinalis, Conſiſtorii Decanus. Ibi vero nullæ certæ tractantur & ſpeciales materiæ, ſed quæ eodem die à Pontifice proponuntur: quæ ſolent eſſe renunciationes Epiſcopatuum, intereſſe taxationum Eccleſiaſt. &c. Omnibus autem Conſiſtoriis matutinæ primæ horæ deſtinantur.

DE' TRE ARCIPRETATI CHI SONO IN PERSONE DE' SIGNIORI CARDINALI.

SUnt præterea quidam Cardinalium tres Arcipretati trium Romæ Baſilicarum. St. S. *Giovanni Laterano*, San *Pietro in Vaticano*, è S. *Maria Maggiore*. Atque hæc officia in magna habentur dignitate, & quilibet Cardinalium Vica-

rium ad Eccleſiam deputat. Hi tres Arcipreti Cardinales, vel ſummi Prædicatores, poteſtatem habent omnia conferendi officia quæ in Eccleſia ſunt. In Baſilica Romæ ſunt Pœnitentiarii Patres Jeſuitæ. In Baſilica S. Johann. Lateran. Pœnitentiarii Franciſcani Ordinis. In Baſilica S. Mariæ Pœnitentiarii Ordin. S. Dominici.

DELLA RUOTA, DE ROTA.

HÆc XII. habet Prælatos (ut vocant) ubi unus Germanus, 1. Gallus 2 Hiſpani, 8. Itali. Juriſdictio illorum extenditur ſuper omnes cauſſas beneficiorum, quæ omnes Provincias Catholicas concernunt, ut & ſuper profana negotia tam Romæ, quam ſtatus Eccleſiaſtici. Hoc officium ſtipendium per annum M. ſcudi præbet.

DE CAMERA APOSTOLICA. DELLA CAMERA APOSTOLICA.

DUabus vicibus ſingulis hebdomadibus aperiri ſolet, in ſecunda, & quinta dieb. Ibi cum Cardinale & Gubernatore Romæ multi alii conveniunt; & illa negotia tractant, quæ ad intereſſe Cameræ Apoſtolicæ ſpectant: tum vero ad materias Gabellarum, impoſitionum, &c. Hæc Camera 9. habet Notarios, quorum quilibet ſubſtituto ſuo utitur.

DE ROMÆ GUBERNATORE. DEL GOVERNATOREDI ROMA.

HUjus officium eſt, cognoſcere de ſtipendiis, in ſumma, de illis quæ in varios erogantur, & in pauperes conferuntur: tum quoque, ſicut in civilibus, ita in criminalibus judicare, in quem finem Vicarium habet. Gaudet generali in Romam juriſdictione, multos habens judices, Notarium, qui alios ſub ſe agnoſcit. Stipendium à Camera obtinet.

DEL

Digitized by Google

DEL TESORIERE GENERALE.
DE GENERALI THESAURARIO.

AD hunc pertinet cognitio rerum à defunctis Ecclesiasticis relictarum, illicitarum negotiationum, fructuum male perceptorum. Peculiarem curam habet exactionum ex reditibus provenientium, ut & proventuum Cameræ & sedis Apostolicæ, &c. Thesauro Præfecti officium vero valet pretio 7000. scudi, de quo Papa non potest disponere, adfert autem Thesauro præpositis, singulis annis, 10. vel 12. millia scudi.

DE AUDITORE CAMERÆ.
DEL AUDITORE DELLA CAMERA.

EJus in omnibus amplissima est jurisdictio, cum Ordinarius Judex sit aulæ Romanæ, omniumque mercatorum & peregrinorum, Ut & omnium appellationum Status Ecclesiastici, &c. Præstat hoc officium circiter 12. millia scudi per annum.

DE PRÆSIDE CAMERÆ.
DEL PRESIDENTE DELLA CAMERA.

AD hujus Spartam pertinet revidere omnes Cameræ rationes, & ejus errores, ut & sedis Apostolicæ: tria millia scudi inde percipit & 30. millibus scudi fruitur cum 7. & octo pro cento nanciscatur.

DE ADVOCATO PAUPERUM.
DEL AVOCATO DEI POVERI

HIc pro omnibus pauperibus gratis scribit.

DE ADVOCATO FISCI.
DEL' ADVOCATO FISCALE.

HUjus est in jure partes Fisci tueri, coram omnibus Tribunalibus, & omnibus occurrentibus causis.

DE PROCURATORE FISCI.
DEL PROCURATORE FISCALE.

PRocurator Fiſcalis Romæ, partes Fiſci defendit, in omnibus Tribunalibus & occaſionibus.

DE COMMISSARIO CAMERÆ.
DEL COMMISSARIO DELLA CAMERA.

AD hujus ſpectat officium defendere intereſſe Cameræ dictæ, in cauſſis civilibus; quod dum agit, cum Theſauri Præfecto generali convenire ſolet, ad revidendum rationes proventuum & uſurarum.

DE MARESCHALLO ROMÆ.
DEL MARESCIALLO DI ROMA.

HÆc antiqua eſt dignitas, quæ nunc Nobiliſſimæ familiæ de Savelli commiſſa eſt, quæ caput illius domus eſt. Habet cuſtodiam carcerum Curiæ Savellæ, & cognitionem in cauſſis pœnalibus inferioribus obtinet, ubi non eſt quæſtio de ſanguine. Ipſi certus adſcictus eſt militum numerus; habet pro tempore cuſtodiam conclavis.

DE SENATORE ROMÆ.
DEL SENATORE DI ROMA.

ULtra dictos modo Magiſtratus, etiam Senator Romę eſt, qui in Capitolio reſidet, huic duo parent judices. Hic Senator cum ſuis judicibus juriſdictionem & cognitionem ſuam in cauſſis civilibus & criminalibus exercet, intra Cives nimirum & incolas Romanos Hoc munus circiter 2. millia ſcudi per annum præſtat.

DE ROMÆ CONSERVATORIBUS.
DEI CONSERVATORI DI ROMA.

HIc Magiſtratus ex tribus conſtat Nobilibus Romanis, horum eſt Romanas cuſtodire antiquitates.

DE

DE MAGISTRIS VIARUM ROMANIS.
DE' MAESTRI DELLE STRADE DI ROMA

HUic Magiſtratui accedunt duo Nobiles Romani cum Aſſeſſore, qui Doctor L L : eſt & illorum Notarius. Officium illorum eſt revidere & reſtaurare vias, pontes, & controverſias inde ortas decidere, &c. Officium hujus Magiſtri viarum compenſatur C. ſcudis menſtruis.

DE MINISTRIS JUSTITIÆ.
DEI MINISTRI GIUSTITIARII.

HOrum officium eſt, decidere controverſias circa fructus, foſſas, vineas, ſervitutes prædiorum, &c. ortas, cum Aſſeſſoribus & Notariis ſuis.

DE RIPÆ CUBICULARIO.
DEL CAMERLENGO DI RIPA.

HIc honor conferri ſolet in Nobilem Romanum, qui juris-dictionem ſuam intra nautas exercet, & conductores navium, juſque illis in cauſſis petentibus reddit.

DE REFERENDARIIS.
DEI PRELATI NOMINATI REFERENDARII.

HOrum Referendariorum numerus in Roma non eſt determinatus. Ut autem quis in illud collegium admittatur, V. probare debet ſecundum bullam Sixti Quinti Pontif. 1. quod habeat Doctoris titulum, quod duos annos Romæ vixerit, ſe ſupra 25. annos habere, bonis fortunæ non indigere, & quod cum decore illi dignitati præeſſe poſſit. Officium vero Referendariorum eſt, proponere commiſſiones & ſupplicationes contentioſas & gratas, & cognoſcere cauſſas, quæ ipſis permittuntur, quæ non excedunt valorem 500. ſcudorum aureorum.

DE RECTORE BURGI.
DEL GOVERNATORE DI BORGO.

HIc à Papa huic præponitur officio cum ſtipendio 2. millium ſcudi per annum. Habet vero judicem cum Fiſcale, qui in Burgo ſubſiſtunt, quibus Tribunal, Palatium cum carceribus ſubjecta ſunt.

DELLA DATTARIA.

HOc pariter officium Nobile eſt. & omnibus magni habitum. Hic ſupplicationes ad Papam defert, ubi ſigillo muniuntur, quibus additur datum Romæ, &c. Ad hunc refertur *Sotto Datario* quaſi ſubdatarius, cujus eſt omnes expeditiones per Datarios factas conſiderare. Datarius 2. millia ſcudi, ſupradatarius 1000. habet. Hic reliqua minora officia ſicco pede tranſilire cogimur. Annumerari autem Prioribus debet *Prafectus* annonæ, cujus jurisdictio per omne Petri patrimonium extenditur. Hujus officium eſt, in diverſis locis commiſſarios habere, ad frumentum certo pretio coëmendum, ut & alia propter negotia. Sunt etiam *Viſitatores carcerum*, *Advocati Conſiſtoriales*, *Prafecti carnium*, &c. *Della Graſcia* dicti, judices *Delle Confidenze*, *Auditores delle contradette*. Correctores *delle Contradette*. *gli Auditori delle contra dette* omnibus bullis ſubſcribunt, ubi eſt clauſula *Vocatis Correctore delle contrad.* Eſt quaſi prioris ſubſtitutus. hujus officium eſt, bullas corrigere quæ per priores expediuntur.

INFRA SCRIPTA OFFICIA VENALIA SUNT.

OFficium Pœnitentiarii aureorum	—— 2900.
Scriptorum Apoſtolicor.	—— 1700.
Scucatores Apoſtol.	—— 1300.
Cubicular. Apoſtol.	—— 9000.
Secretarii Apoſtol.	—— 800.
Gianizzari.	—— 1700.

Piom-

Piombo.	—— 1900.
Equitis S. Petri.	—— 1500.
Equitis S. Pauli.	—— 1600.
Equitis del Giglio.	—— 500.
Equitis Py.	—— 500.
Equitis Lauretani.	—— 500.
Archivi officii.	—— 2200.
Portione.	—— 800.
Præſidis.	—— 600.

DE REDITV ET POTENTIA VRBIS ROMÆ.

AGer Romanus tanta frumenti abundat copia, omniumque rerum proventu, ut non ſolum ſuis ſufficiat, verum etiam aliis præbeat alimentum.

Quamvis autem tanta terræ ſit ubertas, illius tamen commodis libere uti non licet, propter proſcriptorum vulgo bannitorum abundantiam, qui omnia excercent ſcelera.

Salis ibi & olei proventum reddit, quibus ſæpius opem tulit Genuæ & Neapoli. Quod ſpectat Romam, reperiuntur in illa nonnulli Principes & Barones qui 50. & centum millia coronatorum ex reditibus percipiunt. Advenarum quoque frequentia, magnam pecuniæ ſummam Romam ſecum vehit, imprimis autem illi, qui pro certis ibi negotiis peragendis, agunt, vel bullarum immunitatem pretio emunt. Accedunt his omnibus inveſtituræ, quæ propter poſſeſſiones bonorum vel ambitionis ergo comparari ſolent.

Res, ex quibus Pontifici magni accedunt reditus, ſunt; vinum, oleum, beſtiæ, varii generis carnes, calculus equorum, quem loco triennalis auxilii præſtant Eccleſiaſtici, ut hic alios ingentes taceamus, reditus, qui ex Legationibus bonorum & officiorum diſtributionibus, indeque redundantibus pretiis, Papę accedunt.

Habent autem pontifices ſingularem facile pecunias colligendi modum, qui his in rebus conſiſtit, 1. In creatione Cardinalium, 2. in aliis immunitatibus permittendis.

Salis conditura Romæ quotannis ad rationes refert 8690.

coronatos, quæ locari ſolet, per ſeptennium, majus pretium offerenti. Tributum frumentarium à Papa Julio III. introductum, quod fecit ſummam 21333. coronator: ſoluto 7½ pro 100

Poſtarum magiſterium, quod Romæ & in aliis Italiæ locis conduci ſolet pro 500. coronatis.

Ne autem in ſingulis enarrandis diffuſi ſimus, hæc univerſim de viribus & potentia Pontificis notamus.

Potentia Pontificis conſiſtit in multitudine hominum, quę tanta eſt, ut communis ferat opinio, trecenta millia hominum, maximam partem advenarum, in ſola Roma reperiri. Quod milites concernit, communis eſt opinio, in Eccleſiaſtico ſtatu quam optimos deligi poſſe, quam in tota reliqua Italia, imo Europa, creditурque ex agro Piceno & Flaminia 25. millia hominum bello idoneorum educi poſſe. Stipendiarius aliàs miles Pontifici non eſt, præter 200 Helvetios & 100. equites levis armaturæ, quibus utitur ſtipatoribus. Cæterum Pontifici Romano nunquam deeſt modo velit, pecunia. Urbanus octavus brevi annorum decurſu collegiſſe dicitur quinquagies centena aureorum millia. Proverbium apud Italos eſt, quod Pontifex nunquam inopia pecuniæ laborabit, quam diu ipſi manus & calamus aderunt. Pecunia verò Pontifici ingens profluit, tum ex quotidianis incolarum urbem incolentium ſumptibus, qui ſatis ampli ſunt, tum ex bullis ſolennibus, ex officiis aularum. Proventus pariter ingentes proveniunt, ex vino, oleo, farina, ſale, carne, ac cæterarum rerum venalium vectigalibus, gaballis, mulctis, ſubſidio triennali, quod Fratrum non mendicantium collegia perſolvere ſolent, collecto ex Hiſpania, Luſitania, Italia, cenſu S. Petri, quem Reges Neapolitani, Duces Ferrariæ, Urbini, Parmæ, & Placentiæ aliique exſolvunt. His accedunt ordinarii reditus ex Romaniola, Marchia Anconitana, Patrimonio S Petri Latio, Umbria, Agris, Camerino, Peruſino, Bononienſi, Beneventano, & aliis Regionibus ac oppidis. Annumerandi his quoque ſunt proventus, qui ex Præfecturis à pontifice retentis, & ſibi reſervatis, percipiuntur; tum annatæ beneficiorum, & penſiones pro bullarum redemptionibus.

Quamvis vero horum reditуum non pauci à ſuperioribus

ribus Pontificibus alienati fuerint, defuncti tamen Pontificis Urbani VIII. vigilantia & parsimonia ita jam sunt revocati, ut sesquimillionem auri ferè reddant.

Alienationes hæ sub duobus sunt factæ nominibus & titulis, officiorum & montium.

Officia dicuntur fere omnia ministeria aulica, hisque consimilia, quorum hæc jam est conditio, ut post mortem ejus, qui tenuit, vacent, aut etiam tum, quando ad Cardinalis aliquis evectus est dignitatem. In his æstimandis ita Camera versatur, ut pro denis annuis reditibus semel centum poscat, unde quinquaginta coronatorum millia confici creduntur.

Montes duorum sunt generum, aut enim morte extinguuntur, qui, pro singulis centenis. XII. aureos annuatim reddunt, aut ad hæredes transeunt, & pro centenis septem pendunt.

Sed in tanto rerum nummariæ proventu, reditus Pontificis alienis debitis obligati sunt, imprimis ipsius Urbis, & aliarum Provinciarum Præfecturis, nec parum in Urbanos populi Romani Magistratus erogatur. Huc accedunt sumptus Domestici in Pontificis familiam, in Helvetiorum & levis armaturæ equitum Satellitia, in Castelli S. *Angli*, Ostiæ, Civitatis Veteris *Terracina Orvieti*, &c. præsidia, in cantores, conciones, nuncios, cursores, & simile familitium, in Eleemosynas, dona, & largitiones, aliaque in magnatum aulis usurpata. In Palatiorum quoque magnificam structuram ingens pecuniæ vis effusa fuit, cui remedia hodie quæsita sunt. Verum enim verò, inter tot thesauros coacervandi modos, duo maxime insignes sunt; Unus est Cardinalium creatio, à quibus etiamsi nullam paciscatur pecuniam, non parvum tamen è beneficiis, antea ab illis possessis, percipit emolumentum. Alter modus est *regressuum*, & aliarum gratiarum concessio. Ut verò aliqualis summa redituum fiat, notarunt curiosi, quod sedes Apostolica, ex omnibus suis Provinciis & ditionibus, annuatim percipiat decies octies centena millia coronatorum, sed propter ingentes erogationes vix sub finem anni centum millia Ducatorum remaneant Pontifici Magnum ultimumque emolumentum provenit ex permissione capitulorum & dispensationibus matrimonialibus

in 2. gradu, quibus modis Sixtus V. prudenter & feliciter uſus, redituſque annuos ducentorum millium coronatorum auxit. Hoc quoque addendum; quod Pontifex ſine ullo agrorum & culturæ diſpendio 10. millia peditum & mille equites cogere poſſit, qui militiæ apprime ſunt apti. Italorum equites optimi habentur.

Certum autem eſt, quod ex communi opinione nullibi per totam Italiam melior reperiatur miles Romano. Neque deſunt exempla, quibus probari poteſt, quod Pontifices, cum paucitate Virium, ſe ſuamque auctoritatem contra Potentiſſimos in Europa Principes defenderint.

Quod invaſiones hoſtiles ſpectat hic ſtatus ab illis omninò liber eſt. Siquidem intra mare Hadriaticum & Tyrrhenum ſitus, quaſi in medio Italiæ poſitus eſt, & ita contra omnes Barbarorum irruptiones liber, ita ut ab ipſo non niſi pacem Italia ſperare poſſit. Neque vero ulli magni reperiuntur portus, qui ingentem alicujus magnitudinis exercitum capere poſſent: adhæc Romanum littus valde tempeſtatibus obnoxium eſt, ita ut per maritimas Vires appeti nequeat, inprimis magnam potentiam non admittit, ſed ſumma contra pericula invaſionem tentaturis minatur.

Huic accedit, quod pars, quæ reſpicit mare Tuſcanum, inſalubri aëri obnoxia ſit, adeo ut vel hoc unico malo hoſtes arcere non nequeat.

Neque vero ullam habet vicinam Regionem, & cujus viribus ſibi metuere & cavere opus haberet, quod potentia ſuperet Tuſcanum, neque hâc Neapoli cedat. Ut ut enim illæ Regiones ditiores ſint, majoreſque, adeoque incolis frequentiores, atque Status Eccleſiaſticus non ſit, ipſis tamen in rebus quam plurimis minime cedit.

Ac primum hac ratione ipſi videntur eſſe inferiores, quod difficillime vires diſtractas unire quant. Neque vere Princeps Neapolitanus ſuorum ſubditorum uti poteſt commodis, ipſiſque tuto fidere, ſicut propriis ſubditis. Plurimi vero etiam conſtant hyemales militum ſtationes, pro quibus ſuſtentandis Rex Hiſpaniarum tantum propemodum inſumit, quantum inde percipit.

At vero Pontifex naturalis dicitur hujus ſtatus Dominus, ad cujus conſervationem non opus habet vel unum obulum exponere, ut hic miſſum faciamus reſpectum & reve-

reverentiam, quam Religio Pontifici conciliat, omittimus hic etiam Principum Italicorum intereſſe, quod ex conſervatione ſtatus Eccleſiaſtici dependet.

Hac ſuarum Virium fiduciâ fretus Gregorius VIII. & Alexander III. Principibus, qui Germaniæ robur habuerunt, ſe oppoſuerunt. Internam vero illam Italicarum Virium poteſtatem exterior etiam, quæ eſt Fortalitiorum, commendat. Sunt autem illa, Owietti, Urbis Caſtellanæ, Pellicani, arcis Spoletanæ, Peruſiæ, Anconæ, de Forli, de Bertinor, & Urbis Ferraræ. Dici ſane poteſt, quod Umbria, propter aſperitatem obſidionis, non aliud ſit quam unum fortalitium.

Præter hæc omnia, Majeſtatem & dignitatem Status Eccleſiaſtici, vel maxime auget Pontificis auctoritas, quæ hoc præſtat, ut nullus Principum majores puniendi, & præmiis afficiendi habeat facultates, qui minori cum diſpendio majora poſſet donare; qui dignitates, Principum ſolio pares, poſſet coferre, ſine imminutione ſuæ poteſtatis. Nec ullus Principum eſſe creditur, cui major à ſubditis & Vicinis habeatur reverentia.

Addendum quoque his eſt, quod Status Eccleſiaſticus hodie ſit maxime pacatus.

Inter tantam verò potentiam, nihil eſt, quod magis incolas vaſtet, quam luxus & nimia pompa, utpote hæ duæ res ſunt, quæ Italorum ingenia perdunt.

SERIES PONTIFICUM ROMANORUM.

PRIMI SECULI PRÆSULES.

S. *Petrus* Apoſtolus (fides penes credentes) ſub Nerone martyr obiit.

Linus creditur tenuiſſe ſedem XI. annos, 3. menſes, 12. dies

Clemens. Hic plurima ſcripſiſſe creditur, factuſque Martyr ſub Imperatore Domitiano, poteſtatis ſuæ 9. anno, 4. menſ. 20. dierum.

Cletus, ad Epiſcopalem evectus dignitatem, ſub Domitiano Martyr obiit, ubi Præſul fuiſſet 6. annos, 5. menſes, 2. dies.

Ana-

Anacletus, natione Græcus, Athenienſ. obiit 12. anno Pontificatus.

Evariſtus, ſub Imperatore Trajano mortem paſſus eſt, expleto nono Regiminis anno.

Alexander, qui primus aquæ benedictæ auctor fuit, & clericos à judicio profano exemit, ſub Hadriano periit, cum 7. annos præfuiſſet.

Sixtus, prohibens ne ornamenta Eccleſiaſtica ab ullo alio quam clerico tangerentur, obiit anno Pontificatus ſui 10.

Theleſphorus, natione Græcus, deceſſit anno Regiminis 11.

Hygenus Athenienſ. quarto extinctus anno.

Pius, introduxit, ut Feſta Paſcha, & alia die dominica celebrarentur, mors Pontificem in 9. abſtulit ànno.

Anicetus, natione Syrus, martyrio vitam finivit 9. anno.

Sother, nono obiit anno.

Eleuterus.

Victor Africanus, ſtatuit licitum eſſe ut in càſu neceſſitatis, quiſquis fuerit, mas vel fœmina, baptizare poſſit. Sub illo primum, poſt Chriſtum natum, celebratum eſt concilium in Cæſarea urbe Palæſtinæ.

SECUNDI SECULI P.

A*Bundus Zepherinus*, Romanus, conſtituit ut quilibet XII. annorum ad uſum Sacræ cœnæ admitteretur, ut etiam calices ex ligno eſſent, qui poſtea facti aurei: deceſſit vita ſeptimo anno.

Domitius Calixtus, Romanus: huic quidam abſcribunt cælibatus inſtitutionem, clericis ſervandam, 16. anno periit.

Urbanus I. argenteos & ſtanneos calices introduxiſſe fertur, anno 4. pontificatum cum vita exuit.

Calpurnius Pontianus, Romanus, qui duas epiſtolas decretales reliquit.

Antherus, Græcus, conſtituit, ut acta Martyrum ab Eccleſiaſticis deſcriberentur, nec decorum exiſtimavit, ut aliquis eſſet Pontifex, qui non antea fuerit Epiſcopus, 5. annorum Præſul obiit.

Fabi-

Digitized by Google

Fabianus, Romanus, S Baptiſmo initiaſſe dicitur Philippum primum Imperator. Chriſtianum, deceſſit anno pontificatus 23.

Cornelius Romanus, Vir in literis verſatus, duos expertus eſt antipapas. Flagellatus, mortique datus eſt ſub Decio Imperatore.

Lucius, Romanus, inſtituit, ut cuique Epiſcopo 2. adjungerentur Concionatores, anno tertio paſſus eſt Martyrium.

Stephanus, Romanus, primus teſtes & ornamenta ſacerdotalia introduxit, 7. periit anno.

Sixtus II. Athenienſ. cum Evangelium per totam Hiſpaniam prædicaſſet, Papa electus eſt, conſtituit, ut Eccleſiæ & altaria verſus orientem ædificarentur, 2. anno pontificatus vitâ deceſſit.

Dion Græcus, primus ex Monachis, qui Papa factus eſt. Sexto anno obiit.

Felix, Romanus, conſtituit, ut ſingulis annis memoria Martyrum celebraretur, 4. annos Martyr periit.

Euſtachianus, quaſdam ſcripſit decretales Epiſtolas propria manu, 1. anno periit.

M. Cajus, Dalmata, XI. anno Regiminis deceſſit.

Marcellinus, Romanus, terroribus ſuppliciorum percitus, idola honoravit, ſed poſtea errorem cognovit, & pœnitentiam egit. Sexto dein anno Martyr obiit.

SECULI III. P.

Euſebius Græcus, Sanctæ crucis inventio ipſi tribuitur, 4. anno vitam cum dignitate depoſuit.

Melchiades Affrican. jejunia, Martis & Dominicali diebus defendit, uſque dum pagani dies ſuos Saturnales celebraſſent, deceſſit 4 anno ſui Pontificatus.

Sylveſter I. ſerici & panni, uſum Veſtimentorum, in S. Euchariſtia defendit, ethnica dierum nomina immutavit, & pro Solis nomine diei Dominicæ eſſe voluit, pro reliquis Lunæ, Martis, Mercurii, &c. Ferias, primam, ſecundam, tertiam, introduxit, quod ejus inſtitutum hodie in Polonia ſtricte obſervatur. Exceſſit vita Præſul.

Marcus Romanus, conſtituit, ut Symbolum Nicenum

cenum à clericis populo cantaretur poſt habitam concionem, deceſſit vita & honòre 2. anno.

Julius I. à Conſtantino Imperat. Arriano in exilium pulſus, demumqne revocatus, multa in Eccleſia inſtituit, imprimis ut nemo Clericum niſi ante judicium Eccleſiaſticum conveniret, 25. expiravit anno.

Liberius Romanus, promiſſis Imperatoris Conſtantii, Arrianorum partes ſecutus, dein ad meliorem mentem rediit, in Catholica fide deceſſit 12. anno.

Felix II. Romanus ſecundum nonnullos 38. annos Papa fuit, ab Arianis interfectus.

Damaſus. Vitas Paparum ex conſilio Divi Hieronymi ſcripſit, obiit anno 19. ſui Pontificatus.

Syricius Romanus, matrimonium Clericorum defendit, conſtituitque; ne ullus qui duas habuit uxores, ad officium Prædicatoris admitteretur, obiit anno 15.

SECULI IV. P.

Anaſtaſius, introduxit, ut, cum Evangelium caneretur, omnes in Pedibus conſiſterent, qui vero membris eſſent capti, clericorum ordine excluderentur.

Innocentius I. Ultimam introduxit Unctionem, conſtituitque, ut Epiſcopi, Dignitates Eccleſiaſticas vel res ſacras vendentes, ſimoniæ rei eſſent. Quinto decimo anno deceſſit.

Zozimus, Græcus, valde doctus, cavit, ne ſervi & nothi in Prędicatorum aſſumerentur ordinem.

Bonifacius II. Romanus. Hic Româ fuit ejectus, per Honorium Imperatorem, filium Theodoſii, qui ipſum revocavit, & obiit anno 3.

Celeſtinus Romanus, introduxit uti Pſalmi ante Miſſam canerentur.

Sixtus Tertius Romanus, poſtquam omnia ſua bona in uſum pauperum erogaſſet, octavo obiit anno.

Leo I. alias Magnus dictus propter eruditionem. Tempore quadrageſimali, prohibuit, ne Alleluja & Gloria in Excelſis canerentur, vitâ deceſſit anno 21.

Hilarius cavit, ne ulla dignitas Eccleſiaſtica per ſucceſſionem daretur, obiit 7. anno.

Simpli-

Simplicius de Tivolii, conſtituit ne ullus clericus laicum in poſſeſſione beneficii recognoſceret, 15. anno obiit.

Felix III. introduxit, ut Eccleſiæ ſolum ab Epiſcopis conſecrarentur, deceſſit 6. anno Regiminis.

Gelaſius I. Africanus, compoſuit hymnos, collectas, aliaſque ordinationes Eccleſiaſticas, 5. obiit anno.

Anaſtaſius Romanus, Neſtorianæ hæreſis reus. Is tamen excommunicavit Imperatorem Anaſtaſium ut Eutychianum, miſere, morteque Arrii animam pojecit.

Celius Symmachus, ex Sardinia Tertius uno tempore Pontifex, priſtino tamen reſtitutus honori poſtquam ſe ab impoſitis criminibus liberaſſet, quinto anno, acquievit.

SECULI V. P.

Celius Hormiſda, vel Horniſta, Eutychianæ hæreſi, Romæ addictos videns, illos urbe proſcripſit. Eleemoſynæ operam dedit, & Manichæorum hæreſin condemnavit, illorum libros comburere juſſit, 9. obiit anno. Tempore Regiminis Anaſtaſii.

Joannes I. à Theodorico captus, in carcere vitam finivit 2. anno.

Felix IV. quibuſdam ordinationibus operam dedit, & 4. anno vitâ deceſſit.

Bonifacius II. Hic ordinem S. Benedicti confirmavit, obiit 2 anno ſui Pontificatus.

Joannes II. cognomento Mercurius, deceſſit an. 2.

Ruſticus Agapetus obiit Pontifex XI. anno.

Celius Silveſter, nolens Authemium hæreticum iterum ſuo Epiſcopatui Conſtantinopolitano reddere, falſo condemnatus, ac ſi vellet Romam Gothis prodere, in Exilium igitur in inſulam Pontum miſſus eſt, in qua ex paupertate obiit.

Vigilius, gratiâ Theodoræ uxoris Imperator: Juſtiniani III. Dignitatem præſulis obtinuit, quæ dein illum Româ expulit, tandem variâ affectus injuriâ 18. anno obiit.

Pelagius Romanus coſtituit, uti hæretici & ſchiſmatici gladio punirentur, 6. anno vitâ deceſſit.

Joannes III. Romanus, obiit an. 12.

Benedictus, Romanus pauperum patronus, 4 deceſſit anno.

Pela-

Pelagius 2. Romanus, ſine conſenſu imperatoris electus, quod Romam Lombardi obſeſſam tenerent, ex peſte anno X. vitâ & Regimine functus eſt.

Gregorius, dictus Magnus, Mauricii & totius Populi conſenſu electus. Quidam ipſi tribuunt ordinationem Eccleſiæ, qua tempore quadrageſimali carnibus veſci interdictum eſt, obiit ann. 13.

SECULI VI. P.

Sabianus, Toſcanus, cujus neſcitur origo, primo deceſſit anno.

Bonifacius 3 Romanus à Phoca imperatore papalem obtinuit auctoritatem, poſt 9. menſes obtenti Pontificatus occubuit.

Bonifacius IV. ab imperatore Pantheum templum impetravit, illudque Mariæ Virgini conſecravit, & omnibus Martyribus, deceſſit 6. anno.

Theodatus, inſtituto Concilio, concluſoque ne Gentiliſmus coleretur, tertio deceſſit anno.

Bonifacius V. Neapolitan. primus conſtituit ut templa fugitivis eſſent aſyla, exceptis ſacrilegis & excommunicatis. Vitam & Regimen anno 5. depoſuit.

Honorius, erga pauperes liberalis, 12. exceſſit anno.

Severinus Romanus, pariter liberalitate in pauperes clarus, primo Dignitatis ſuæ anno acquievit.

Joannes IV. Dalmata, primo pariter anno extinctus eſt.

Theodorus Hieroſolymitan. conſenſu Cleri & populi Papa factus, obiit 6. anno.

Martinus, Italus, concilium Romę convocavit, contra quoſdam hæreticos. ab imperat. Conſtant. 3 hæretico banno eſt ictus & in Pontum relegatus, ubi in miſeria vitam ſuam clauſit.

Eugenius, Romanus, conſtituit, uti ædes Epiſcoporum & prædicatorum proxime ad templum ædificarentur; obiit 2. anno.

Vitalianus, Italus, cantus in Eccleſiam introduxit, organaque ſonare voluit, quorum uſus tum nondum innotuerat, fato functus eſt 14.

Adeo-

Adeodatus, Monachus Romanus, homo religioni addictus & humanus, 14. anno ex Vita deceſſit.

Donus, Romanus, obiit an. 59.

Agathon, Sicilienſ. Monachus, adeo bonæ erat indolis, ut vix melior detur, deceſſit 2. anno.

Leo II. Sicil. homo valde ſapiens in Lingua Græca & Latina, bonuſque muſicus, 10. menſe expiravit.

Benedictus II. Romanus, ita ſanctus eſſe creditur, ut in illius gratiam Imperator Conſtantinus IV. approbarit Electionem Pontificum ſolum per Clerum & Populum Romanum factam id quod tamen non adeo diu obſervatum eſt, deceſſit 10. menſe.

Joannes V. Syriacus, ſapiens virtutique addictus, primo deceſſit anno.

Petrus, electus per clerum, tenuit ſedem aliquot dies.

Theodorus, ab exercitu Romano electus, contra Petrum in ſolio pontificali conſedit, qui ambo ſchiſmatis cauſſa fuerunt.

Canon, Romanus, cognomento Angelicus, ob vitam ſanctam, & alias virtutes Papa factus, cum ingenti contentione contra Theodorum & Petrum, Deceſſit vita an. XI.

Sergius, Syrus, homo ſanctæ vitæ, obiit an. 13.

SECULI VII. P.

JOannes VI. Græcus, reparandis Eccleſis operam dedit, obiit 3. anno.

Joannes VII. Græc. eloquens, Eccleſias imaginibus exornavit, ſtatuiſque, 2 anno exceſſit.

Soſimus, aliis *Sizinius*, Syrus, violenta expiravit morte, podagrâ vexatus intra 10. dies Papatum & vitam depoſuit.

Conſtantinus Syrus, ab omnibus amatus, imprimis vero pauperibus: huic Papæ creditur Juſtinian. 2. Conſtantinopoli pedes oſculo honoraſſe, quæ conſuetudo poſtea invaluit, 7. anno eſſe deſiit.

Gregorius II. Romanus, Bonifacium, doctum monachum, in Germaniam miſit, ad prædicandum Evangelium & ad multos convertendos, obiit Papa 16. menſe.

Gregorius III. Syrus, pariter Græcè & Latinè doctus, pri-

vavit Imperatorem Leonem & communione ſanctorum,& imperio, obiit anno 10.

Zacharias, Græcus, Italiam iterum pacavit, cum antea valde eſſet turbata. Pepini electionem Regis tum in Gallia confirmavit, deceſſit ex vita 10. anno.

Stephanus II. Roman. tantum 3. dies vixit.

Stephanus III. propter prudentiam omnibus charus, ita ut etiam quorundam humeris uſque ad Eccleſiam S Joannis portatus ſit, in Galliam venit, ſuppetiaſque à Rege Pepino Gall. contra Lombardos obtinuit, 5. deceſſit anno.

Paulus, Romanus, Frater Stephani, pauperum patronus, quos etiam de nocte viſitavit, Papa creatus eſt, non obſtante electione per quoſdam facta Theophilacti, deceſſit X. anno.

Adrianus I. Romanus, maximè doctrina & pulchritudine clarus, Carolum Magnum ad opem ſibi ferendam evocavit, contra Didericum Regem Longobardorum, deceſſit an. 26.

Leo III. Romanus, homo prudens, concionibus ſe addixit, ideoque doctos requiſivit. Devictus, in carcerem eſt detruſus, illo vero profugus, venit in Galliam ad Carolum Magnum, qui ipſum denuo dignitati ſuæ reſtituit, Poſtquam coronaſſet Carolum Imperatorem, obiit anno 16.

VIII. SECULI P.

Stephanus IV. Romanus Nobilis & doctus, in Galliam venit, ſe excuſaturus, quod præter conſenſum Imperatoris fuiſſet electus, quem Rhemi coronavit, poſtea Romam redux, deceſſit vita 6. menſe.

Paſchalis I. Romanus, Monachus, cum præter auctoritatem Ludovici Pii eſſet Papa electus, ſe per literas & Legatos excuſavit, poſtea Imperator ſe illâ prærogativâ electionis abdicavit, hoc ſolum ſibi reſervato, uti Papæ quam primum electi, per Legatos ſolùm amicitiam renovarent, deceſſit 7. anno.

Eugenius II. Romanus, erga pauperes liberalis, electus eſt Papa, non obſtante jam facta electione Zinzini. obiit 4. an.

Valentinus I Romanus, eloquens, primo Pontificatus ſui menſe vitam finivit.

Gre-

Gregorius IV. Romanus, Feſtum omnium Sanctorum introduxit, obiit anno 16.

Sergius II. Romanus, dictus eſt primum ſuis roſtrum, poſtea nomen ſuum mutavit, auctorque fuit & cauſa, quare ejus ſucceſſores in electione nomina ſua mutarent.

Leo IV. Romanus Monachus, ſe oppoſuit Sarrazenis, & contra Neapolitanos & Romanos ingentem duxit exercitum ex quo prælio victor rediit Obiit 8. anno.

Benedictus III. præter ſuam voluntatem electus eſt Papa, poſtea depoſitus, in cujus locum Anaſtaſius venit, ſed alter denuo redditus ſuæ dignitati obiit 2. anno.

Nicolaus. dictus Magnus, Romanus, ſedem occupavit: Hic aliquot fecit decreta, inter quæ illa prçcipua ſunt, ne ullus Principum ſecularium conciliis Eccleſiaſticis adeſſet, ut nullus Miſſam celebranti, & concubinam alenti Preſbytero ſe jungeret; Quod Baptiſmus etiam à Judæo vel pagano peractus non debeat reijci, ſi factus eſt ſolenni ritu in Nomine &c. Mortuus eſt IX. anno.

Adrianus II. Romanus, homo ſapiens, Papa electus & vita deceſſit 4. anno.

Joannes IX. Tres coronavit Imperatores tempore 4 annorum, Carolum Calvum, Romæ, Ludovicum Claudum & Carolum Magnum. Redux Romam, X. anno finitus eſt.

Martinus II. Papa vita deceſſit primo anno ſuæ dignitatis.

Adrianus IV. Romanus, denuo poſt Nicolaum ſanxit, ne ullus Imperator ſe Electioni Pontificum immiſceret, obiit 1. anno.

Stephanus V. Romanus in ſede papali vixit 6. annos.

Formoſus, Romanus, Papa electus, 5. annos Pontifex fuit.

Bonifacius VI. 15. Pontificatus die demiſſus neci.

Stephanus VII. dictus 6. Romanus, non ſuper annum Papa fuit.

Romanus, natione Romanus, acta Formoſi comprobavit, & Stephani annihilavit.

SECULI IX. P.

Theodorus XII. Romanus, homo ſeditionibus indulgens, 20. Pontificatus obiit. Platina refert, quod tùm homines per corruptos mores ad officia pervenerint, & non per Virtutem, ſicuti antea.

Joannes X. Romanus, Monachus, Stephani acta expungens, decreta Formoſi confirmavit in præſentia Imperatoris & Caroli VIII. ſimplicis.

Benedictus IV. Romanus, nihil memoriâ dignum fecit, propter ingentes turbas à ſuis prædeceſſoribus ſuſcitatas, annoque 3. è vita migravit ſimplex.

Leo V. ubi Præſul 40. dierum fuiſſet, in monaſterium captivus datus eſt, à ſucceſſore compulſus, ut fieret Monachus, mortuus dein ex mœrore, cum ſe ita miſere tractatum ſenſiſſet.

Chriſtophorus, Romanus, male partam ſedem Romanam durante Schiſmate contra Leonem, illam dein poſt 7. perdidit menſes, detruſus in carcerem, ibi vitam finivit.

Sergius IV. Romanus, Prædeceſſorem ſuum carceri mancipavit, imperavit exhumare corpus Formoſi Papæ, cujus fuit æmulus, ipſi dein caput amputare juſſit, ac ſi eſſet vivus. Sed qui nec mortuis pepercit, ipſe 7. anno morti vicem exolvit.

Anaſtaſius III. Romanus, modeſtius ſe gerens, expiravit 2. anno.

Landus Sabin, pauci homo æſtimii, in fine 6. menſium mortuus eſt.

Joannes XI. Romanus, plus beneficiorum in arma, quam Religionem & pietatem erogavit, occiſus à militibus 13. anno.

Leo VII. Romanus, cum honeſtius vixiſſet, obiit ſecundum corruptionem ſeculi cum 7. menſes Pontifex fuiſſet.

Stephanus VII. dictus Romanus, modeſtus & Religionis cultor, 2. anno vitâ deceſſit.

Joannes XII. Romanus, nihil memoria dignum geſſit, obiit 4. anno.

Leo VII. Romanus, pariter nulla re memoriam ſui reliquit commendatam. Ejus tempore hæreſis Anthropomorphita-

phitarum (qui Deo formam corporalem affingebant) recruduit. Hunc Otto 1. Imperator ſibi ipſi primus juramento fidelitatis obſtrinxit, quem etiam ex carcere liberavit in quem à Romanis fuerat conjectus: Leo autem ipſi contra potentiam Papas eligendi confirmavit. Tertio anno deceſſit vitâ.

Stephanus VIII. Nunquam ædibus egreſſus, propter cicatricem, quam in facie habuit, & à milite accepit.

Martinus III. Romanus, pacatus homo, templa reſtauravit, pauperes pavit, anno 3. acquievit.

Agapetus II. Romanus, homo bonæ vitæ, & pacis ſtudioſus, 7. deceſſit anno.

Joannes XIII. Romanus, ſuum nomen immutavit, crudelis & nefarius, patris poteſtate ad illos pervenit honores, quo per 9. annos geſſit.

Leo VIII. Romanus, poſtquam Joannes fuiſſet depoſitus, & à Romanis ſeditioſis ejectus, omnium quaſi in Italia Epiſcoporum conſenſu, Papa fuit electus, tenuitque ſedem, annum & 4 menſes

Joannes XIII. actutum, quam Otto diſceſſerat, iterum à ſeditioſis Romanis fuit revocatus, qui Leonem ejecerant: ita autem Joannes reſtitutus. tres menſes Papa fuit, in quorum exitu interemptus eſt, & Leo 8. denuo ab Ottone ſuę dignitati fuit redditus. Hic denuo conſtituit, ut nemo Papa fieret, ſine conſenſu Imperatoris.

Benedictus V. Romanus, Papa factus durante Schiſmate contra Leonem, deceſſit vitâ & ſolio poſt annum.

Joannes XIII. Romanus, Papa fuit pet. 6. annos. Romani ſeditioſi, cum conſuetudinem haberent, ipſorum Epiſcopos rejiciendi, ipſum carceri mancipabant.

Donus II. Romanus, ita modeſtus fuit, ut ipſi à populo nulla ignominia exhiberetur, 3. obiit menſe poſtquam Pontifex fuiſſet.

Benedictus V. dictus 6. cum in ſolio papali annum & 6 menſes conſediſſet in carcerem fuit conjectus, per Cinthium Civem Romanum, ubi ipſi laqueo gula fracta, ſuper hac injuria nulla fuit habita juſtitia.

Bonifacius VI. Romanus, non diu fuit in Pontificatu, nec ipſum niſi per 2. menſes habuit.

Benedictus VI. dictus 7. papa fuit 8. annorum.

Joannes XIV. Romanus, captus fuit, tam propter vitam male actam, quam culpa ſuorum inimicorum, tres menſes papa fuit.

Joannes XV. omnibus odio habitus, ideo quod omnia Eccleſiæ bona ſuis conſanguineis & amicis diſtribueret, fame periit, 8. menſe.

Joannes XVI. Romanus, Papa prudens, per decem annos pontifex fuit.

Gregorius V. Saxo, agnatus Imperatoris Othonis 3. cum coactus eſſet ſibi fuga in Germaniam conſulere, propter minas Creſcentii Conſulis, qui eligi curaverat Joannem XVII. Antipapam. Primus horum, acceptus fuit à populo & Antipapa pontificatu & vita exutus eſt, eo tempore VII. Electores Imperii Germanici confirmati fuerunt à Gregorio. in Concilio Romæ habito, duos annos Pontificatum geſſit & 5. menſes.

Joannes XVII. Græcus, creatus papa durante ſchiſmate, homo nefarius, occupavit ſedem X. menſes, antequam Gregorius fuit reſtitutus. Eruti ipſi fuerunt oculi, naſus abſciſſus, & amputatæ aures. & poſtea ſuſpenſus, ſecundum Platinam à populo interfectus eſt.

Sylveſter II. Monachus Aquitania natus, relinquens ſuam Abbatiam Hiſpaniam in Sevyllam iter fecit, ſtudio literarum operam daturus, in his tam bonos fecerat profectus, ut informator Roberti Regis Galliæ fieret, & Imperatoris Othonis tertii. Factus dein Epiſcopus Rhemenſis, & Ravennæ, ultimum Papa, deceſſit 4. anno, unoque menſe ſui Pontificatus.

SECULI X. P.

JOannes XVIII. Romanus, dictus ſiccus, 4. menſe deceſſit.

Joannes XIX. Romanus, addictus ocio, nulla re memorabili memoriam poſteris reliquit.

Sergius IV. Romanus, homo prudens & erga pauperes liberalis omnibuſque gratus, per duos annos dignitate pontificali prudenter functus eſt.

Benedictus VII. dictus 8. cum à Romanis rejectus eſſet, poſt mortem imperatoris Henrici II. iterum reſtitutus eſt, ubi cum inimicis ſuis conveniſſet. Tenuit Papalem ſedem XI. annos.

Joan-

Digitized by Google

Joannes XX. Frater Benedicti, ſecundum Platinam, poſtquam diu bellum contra Romanos habuiſſet, electus eſt Papa, & XI. anno vitâ deceſſit.

Benedictus VIII. dictus 9. Tuſculanus, cum viliter viveret, bis à Romanis dejectus eſt, & fuit Papa 13. annorum.

Sylveſter III. Romanus, pendente ſchiſmate adhuc, electus eſt, & Benedictus depoſitus, quod melior Benedicto ejecto eſſet. Non diutius vero quam unum menſem papa fuit.

Gregorius VI. Romanus, cum, per reſignationem Benedicti, Pontificatum obtinuiſſet, vel potius per venditionem, per Imperatorem Henricum 3. coactus eſt, ut ſe illo per duos annos & 7. menſes addicaret.

Clemens II. Papa, veneno fuit infectus per Damaſum ejus ſucceſſorem, ſecundum Platinam, contra vero Onuphrius dicit, quod Damaſus homo frugi fuerit.

Damaſus II Bavarus, ſine ulla electione ſe ipſum Papam fecit, ſed 23 die Fatis concedens, pœnam fugit.

Leo IX. Germanus, homo Nobili ſtemmate ortus, & bonæ vitæ, magnæque prudentiæ, pauperes & peregrinos valde amabat, ita ut cuiq; paterent ædes obiit anno 5.

Victor II Bavarus, electus eſt non tam voluntarie, quam ut complaceret Imperatori, deceſſit 2. ann.

Stephanus IX. Monachus, Mediolanenſem Eccleſiam Eccleſiæ Romanæ ſubjecit, ſeptimo menſe vitam finivit.

Benedictus IX. dictus X. Romanus, non ingreſſus per portam in ſtabulum Pontificatus, ſed vi irrepſit, novem tantum menſes & 20. dies in illo manſit, poſtea ejectus.

Nicolaus II. ex Savoya, homo bonæ vitæ, per tres annos ſedi Romanæ præfuit.

Alexander II. Mediolanenſis, homo ſapiens, abſens electus, propter famam Virtutum, obiit an. 11.

Honorius II. electus durante ſchiſmate contra Alexandrum fuit Antipapa 5. annos, poſtea depoſitus.

Gregorius VII. Sienenſis, olim dictus Hildebrandus, excommunicavit Imperatorem Henricum 4. alios Principes Imperii; fecit eligere alterum Imperatorem, Rudolphum, Ducem Suevum, qui per Henricum victus eſt.

Clemens III. ſuaſu Imperator. Henrici 4. electus eſt,

& Clemens III. depoſitus fuit, qui durante ſchiſmate locum Pontificis per 21. tenuit, contra Gregorium, illiuſque ſucceſſores.

Victor III. Monachus Beneventinus, obiit 1. anno, 4. menſe ſui regiminis.

Urbanus II. Franciſcanus Monachus, Eccleſiæ mores reformationi ſubijcere volens, virtute conſpicuus, cum in Italia ſecure agere non poſſet, venit in Galliam, ubi compulit Regem Philippum I. ut reciperet uxorem ſuam, 12. anno deceſſit.

SECULI XI. P.

Paſchalis II. Toſcanus, Monachus, præter ſpontem ſuam electus eſt Papa, Zingulo cinctus, ex quo 7. dependebant claves. Venit dein in Galliam, clerum ibi emendaturus, ibique multos Prælatos & Preſbyteros ejecit, dein Romam rediit, &, per Arma, multa potentiæ ſuæ loca ſubjecit, confirmavit excommunicationem contra Henricum IV. Imperat: ejuſque filium ſollicitavit, ut patris loco imperium caperet, ultimùm vitâ deceſſit anno 18. menſ. 6.

Albertus Artella, durante Schiſmate creatus Papa, tenuit contra Paſchalem locum Pontificis.

Gelaſius II. Cajetanus, in carcerem conjectus, quamvis fuerit Monachus ſanctæ vitæ. Sed illum denuo populus liberavit, cum excommunicaſſet Imperator. Henr. 1. & Gregor. 8. ſuum Antipapam.

Gregorius VII. Hiſpanus, durante ſchiſmate factus eſt Papa contra Gelaſium 2. & ſedem tres tenuit annos. Hic Papa non eſt in reliquorum numero notatus à Genebrardo.

Calixtus, II. cum Papa in Gallia eſſet factus, iter in Romam fecit contra Antipapam, qui captus, & aſino averſâ facie impoſitus, caudam loco fræni tenens, poſtea in carcerem detruſus eſt, ubi etiam vitam finivit. Calixtus vero ſedem ſuam in pace & concordia tenuit, per 5. annos & X. menſes.

Honorius II. Bolonienſ. homo inferioris conditionis, doctus attamen, ambitione quorundam promotus potius, quam conſenſu bonorum.

Cœleſtinus II. Romanus, à quibuſdam Cardinalibus electus,

Digitized by Google

ctus, Schiſma contra Honorium ſecundum commovit, per 5. menſes cum imperio fuit.

Innocentius II. Rogerio Normanno bellum intulit, qui ſe Regem Neapolitanum jactabat, ſed victus, in carcerem eſt conjectus: Verum inde elapſus, in Galliam venit, ubi duo Concilia congregavit, unum Rhami, alterum Cleromonti, adjutuſque ſuppetiis Regis Ludovici Magni & Imperatoris Lotharii, iterum in Italiam rediit, & ſedem per 14. annos tenuit.

Anacletus II. Romanus, à Romanis electus eſt, dum Innocentius II. captivus teneretur, fuitque Antipapa Hic expilavit reliquias & theſauros. Ex ægritudine tandem, quod Scilma contra Innocentium concitaſſet, octavo anno obiit.

Victor IV. Romanus, poſtea poſt mortem Anacleti electus eſt, durante Schiſmate contra Innocent. II.

Lucius II. Bolonienſ. cum ictu lapidis à populo Romano graviter eſſet ſaucius, ipſis quoſdam miniſtros inferre volens, XI. menſe obiit.

Eugenius III. Monachus, Diſcipulus S. Bernhardi, ejectus Roma, quod nollet nonnullos confirmare Conſules, vel potius Senatores, in Galliam profugus, ubi Autor fuit Regi Ludovico, & Richardo Regi Angliæ, tertia vice ad bellum Sacrum. Redux Romam, obiit anno 8.

Anaſtaſius IV. Romanus, erga pauperes valde liberalis, primo deceſſit anno.

Adrianus IV. Anglus, Monachus, ubi Norwegos ad fidem Chriſtianam convertiſſet, Papa eſt electus, excommunicavit Fredericum Imperatorem, quod ſe ipſi oppoſuerat: 4. deceſſit anno

Alexander III. Sienenſis, homo valde doctus, Antipapam ejecit, & ingens bellum contra Imperat. Fredericum geſſit, qui cum abſolutionem in genua ante ipſum provolutus peteret, Alexander ipſum pedibus penitus ſubtravit, dicens, *ſuper aſpidem & Baſiliſcum* ambulabis.

Durante Schiſmate contra Alexandrum, Victor 4. ejectus eſt, fuitque Antipapa, imperavit 4. annos.

Lucius III. auctor fuit Imperatori Frederico, Philippo Galliæ & Regi Angliæ, ut iterum bellum ſanctum ſuſciperent, 4. obiit anno.

Urbanus III. Mediolanenſis, excepto quod Hieroſolymæ eſſent captæ per Suldanum Ægypti, quas IX. Reges Chriſtiani tenuerunt, ex concepta inde ægritudine vita exceſſit primo anno 10. menſib. ſui Regiminis.

Gregorius VII. primo menſe Vitam finivit.

Clemens III. homo doctus, vitæque integer, iterum Principes Chriſtianos ſollicitauit, ad renovandum bellum ſacrum. Obiit 3. anno 5. menſe.

Celeſtinus III. Romanus, ægre tulit factum Philippi Auguſti Galliæ Regis, quod per divortium primam ſuam uxorem à ſe demiſiſſet, deceſſit vita 3. anno.

Innocentius III. doctus homo. ut ex Epiſtolis decretalibus videre eſt, 18. annos Papales geſſit honores.

XII. SECULI PONTIFICES.

Honorius III. Romanus, cum Imperatorem Fredericum *II.* coronaſſet, ipſum deinde excommunicavit, quod Sanctæ ſedi Romanæ Rebellis eſſet, decimo anno vitam depoſuit.

Gregorius IX. cognatus *Innocentii III.* Interdixit, ne civile jus Pariſiis legeretur. Excommunicavit *Imperatorem* Fredericum *II.* qui iter in terram ſanctam diſtulerat, 16. anno vivere deſiit.

Celeſtinus IV. homo doctus, & frugi, 18. die ſui pontificatus obiit.

Innocentius IV. eruditus, cum *Imperatorem* Fredericum 2. *Imperio* privaſſet, quod ſedi Papali inobediens eſſet, Cardinales inſtituit, qui equis veherentur, & rubras portarent mitras, hoc illorum habitu ſignificaturi, quod parati eſſent ſuum ſanguinem pro defenſione Eccleſiæ effundere. Et ita Cardinalium dignitas primaria facta eſt inter reliquos Eccleſiæ Ordines. obiit, poſtquam ſuper decretales & authenticas & librum de juriſdictione imperiali & pontificali ſcripſiſſet.

Alexander IV. literis & in pauperes liberalitate clarus ordinis S. Auguſtini, Eremitas ſylvis evocavit, illiſque urbes replevit. 6. deceſſit anno.

Urbanus IV. Sutoris fuit filius, Patriarcha Hieroſolymitanus,

nus, electus dein Papa, cum Cardinales non convenirent, ut unum ex suo ordine eligerent.

Clemens IV Gallus, eruditus, curam dedit, ut Principes Christianos concordes redderet, 5 anno fato functus.

Gregorius X. cum Archidiaconi officio in terra sancta functus esset electus est Papa, ordinavitque ne Cardinales, in concilio Generali, ex conclavi discederent ante peractam conclusionem, obiit 4 anno.

Innocentius V. in Theologia doctus, prædecessoris sui ordinationem revocavit, ut Cardinales conventu non excederent, &c 6. mense obiit.

Adrianus V. Ejusdem argumenti ordinationem Gregorii X revocavit primoque anno mortuus est.

Joannes XX. dictus XI. Lusitanus, in medicis doctus, dignior Medicorum quam pontificali honore, mense 8. obiit.

Nicolaus III. Ex familia Ursinorum, homo magnæ prudentiæ, abstulit Carolo Regi Siciliæ officium Senatoris, contraque ipsum concitavit Regem Arragoniæ, unde Francis Vesperæ Siculæ ingruebant, tertio anno decessit.

Martinus II Carolum officio Senatoris iterum reddidit, Imperatorem Græciæ, & Aragoniæ Regem excommunicavit, illosque suis exuit Regnis, 4. tandem anno esse desiit.

Honorius IV. Romanus, bonæ vitæ homo, excommunicationem per suum antecessorem factam confirmavit, contra Petrum Arragoniæ, decessitque X. anno.

Nicolaus IV. Lombardus, eruditus homo & in distribuendis bonis Ecclesiasticis prudens, cum Papa 4. annos fuisset, vivere desiit.

Celestinus V. auctor ordinis Celestinorum, propter simplicitatem suam Papa est electus, deceptusque est à successore suo, cui noctu per artes semper in aurem velut voce Angeli insusurravit, ut Bonifacio cederet pontificalem honorem, se igitur Pontificatu abdicavit, & in desertum concessit, ubi à Bonifacio interceptus, in carcerem datus, in quo ultimum obiit diem.

Bonifacius VII. astutus & cautus, ingratus, crudelis, arrogans, de quo dictum, quod intrarit in Pontificatum ut vulpes, Regem Galliæ excommunicavit, Regnumque Imperatori Alberto dedit. Cum ut leo regnasset, mortuus est ut canis, ubi indigne per 8. annos, 9. menses, honores Papales

pales tenuiſſet. Primus is fuit qui Indulgentias introduxerat.

XIII. SECULI PRÆSULES.

Benedictus IX. dictus X. vili loco natus, ſed vitæ integer, obiit 8. menſe.

Clemens V. Clementinarum conſtitutionum auctor, Venetos excommunicavit, obiit 8. anno, 10. die.

Joannes XXIII. excommunicavit Imperator. Ludovicum IV. revocavit quoſdam errores quos fovebat, à Pariſienſibus admonitus, obiit anno 19. 4. menſ.

Nicolaus V. Sutor, Antipapa Joannis, annos tres, menſes 4. Papa fuit.

Benedictus VI. Monachus Toloſanus, ſine reſpectu bona Eccleſiaſtica dividit, dicens Papam nullos habere cognatos, 7. anno obiit.

Clemens VI. homo doctus, Philippum Regem Galliæ & Eduardum Angliæ iterum conciliare laboravit, 10. obiit anno.

Clemens VII. ſecundum celebravit annum Jubileum, anno 1350.

Innocentius VI. prudens, ſuos ſumptus in pauperes erogavit, obiit 9. anno.

Urbanus V. homo eruditus, & Turcæ reſiſtendi cupidiſſimus, obiit anno 8. menſe 4.

Georgius II. pacificus, diſcuſſiones in Italia videns, iterum ſe Romam recipit, 7. annis Præſul fuit.

Urbanus VI. Neapolit. vindictæ avidus, parum pacis inter Chriſtianos fuit ſtudioſus, 11. annos Papa vixit.

Clemens VIII. electus eſt Papa per Cardinales, & Avinnioni ſedem habuit, à Galliſque, Hiſpanis, & Anglis pro legitimo Papa agnitus eſt. Fuit per ſeptem annos Papa.

Bonifacius IX. Neapolitan. 30. annorum Papa electus eſt, vixit in illa dignitate 14. annos.

XIV. SECULI PRÆSULES.

Innocentius VII. multos Romanos ad mortem promovit, qui ipſum ut Schiſma tolleret rogarunt. Coactus tandem fugam capere, & redux obiit 2. anno.

Gre-

Gregorius XII. Venetus, eruditus Papa, propter colluſiones cum Benedicto factas, quod ipſi vellet cedere pontificatum, ſi ſibi Avenione cederet, uterque à Concilio depoſiti ſunt, hic ſedem per 2. annos 7. menſes tenuit.

Alexander V. Cretenſis, prudens & doctus, magis bellicoſus quam decebat ſutorem. Exuit Uladiſlaum Regem Neapolitanum Regno ſuo. 10. obiit menſe.

Joannes XXIV. dictus alias XXIII. Neapolitanus vi ad Pontificatum pervenit, nec per electionem: male tamen de fide ſentiens, captus & depoſitus ſede eſt, cum 5. annos ſedem Pontificalem parum decoraſſet.

Martinus III. dictus 5. Romanus, ſingularis prudentiæ, conciliorum ordinationem inſtituit, obiit anno 14.

Eugenius IV. Venetus, cum Romanos ad arma concitaſſet, ipſe fugere coactus eſt, 15 annos ſedem tenuit.

Nicolaus V. vilis conditionis, ſed doctus homo, doctorum fautor, ita ut etiam Bibliothecam conſtituerit erigere, fuit Papa per 8. annos.

Calixtus III. Hiſpanus, Feſtum transfigurationis inſtituit, bellum contra Turcam promovit, obiit anno 3. menſe 3.

Pius II. dictus antea Æneas Sylvius, admodum doctus homo, Hic olim fuit Cancellarius Imperatoris Friderici III. 5. annos præſulem ſe geſſit.

Paulus II. Venetus, inimicus literarum, & ſuperbus, omnes ſuos prædeceſſores pretioſarum rerum apparatu ſuperavit, 6. annos præfuit Papa.

Sixtus IV. Anno 1475. Sextum annum Jubileum celebravit.

Innocentius VII. exiguæ conditionis, præter laudem vixit 8. annos, 10 menſes.

Alexander VI. Hiſpanus, virtutum & vitiorum pariter confinio conſpicuus. Electus eſt per Cardinalium corruptos mores, 11. annos ſedem tenuit.

Pius III. Inimicus Gallorum, cum in concilio indicendo, & armis contra Turcam expediendis occuparetur, 26. die poſt ſuam obiit electionem.

XV. SECULI P.

JUlius II. Genuenſ. homo magis armis quàm literis aptus, Papa per 9. annos, 3. menſes vixit. Leo

Leo X. Florentinus, ex familia Mediceorum, doctus, & literatorum cultor. Ex gaudio mortuus est, ubi intellexisset Gallos Mediolano pulsos fuisse, 8. annorum & 8 mensium Papa.

Adrianus VI. Germanus, prudens, sine magnis expensis vivens, fuit Præceptor Caroli V. Imperat. & tenuit sedem per annum & 8. menses.

Clemens VII. Florentinus, ex Mediceorum familia. magni ingenii politicus, à partibus Regis Franciæ contra Imperatorem Carolum V. stetit. occisus est, cum Papa 10. mensium fuisset.

Paulus III. Romanus, pacis amator, sed subditos tributis nimiis vexavit, is miserè à populo & Nobilibus occisus, ubi per 15. annos Papa fuisset.

Julius III. dictus ante Maria de Monte. Mutavit mores sicut & nomen. Bello animum applicabat, vitam luxui & voluptatibus, suæ dignitatis irrisor, per 4. annos in honore Papali fuit.

Marcellus II. vilis conditionis, virtute & eruditione Magnus, veneno, die sui Pontificatus. 22. obiit.

Paulus IV. Neapolitanus, homo austerus, 4 annorum Pontifex fuit.

Pius IV. Milanensis, per 5. annos imperium gessit.

Pius V Alexandrinus, severus, sobrius, vitâ sanctus, doctus. Fœdus contra Turcam multis Christianis Principibus persuasit, quem prælio superarunt anno 1571.

Cum calculi morbo premeretur, clamavit: *Domine auge dolorem, sed da mihi patientiam.* Obiit 6. anno, tertio mense, suæ dignitatis.

Gregorius XXIII. Nobilis Bolonienſis, ingens ICtus, sui antecessoris vestigia legit, multa in Ecclesia egregia gessit, cumque doctrinâ esset conspicuus, correxit glossas Decretorum & Corpus Canonicum. Obiit anno 13. mense 4.

Sixtus V. Antea dictus Felix, Papa imperavit 5. annos, 4. menses.

Urbanus VII. Romanus, trium dierum spatio vitam in Pontificali dignitate clausit.

Gregorius XIII. Milanens. antea Episcopus Cremonæ, ultra 10. menses Papa non fuit.

Innocentius IX. Bolonienſ. sedem tenuit 2. menses, vene-

veneno infectus fuit, quod Hiſpanorum partibus contra Gallos non faveret.

Clemens VIII. Florentinus, antea dictus Hippolitus Aldobrandinus, abſolvit peccatis Regem Henricum IV. Galliarum, 13. annos Pontificatum geſſit.

Leo XI. Florentinus Mediceus 24. die, ac Papa electus, obiit.

Paulus V. per 16. propemodum annos Papa, obiit anno 1621.

Gregorius XV. per annos 2. Papa fuit.

Urbanus Octavus cum ſummo honore longiſque annis imperium habuit, omnibus artibus & doctrina, imprimis Poëſi, clariſſimus.

Innocentius X. hodie adhuc rerum pontificalium ſummâ potitur, nuper à fama mortis vindicatus, multorum artes elúſit.

PRÆTENSIONES PAPÆ.

IN Urbis Romæ Regiſtris (ut vocant) Regna ſubſequentia continentur, quæ homagio Eccleſiæ obſtricta ſunt; nimirum, Regnum *Neapolitanum*, *Siciliæ*, *Arragoniæ*, *Sardiniæ*, *Jeruſalem*, *Angliæ*, *Hiberniæ*, & *Hungariæ*.

Rex Hiſpaniarum, reſpectu utriuſque Siciliæ ſervitia Feudalia Papæ in hunc uſque præſtat diem, ideoque hic illius prætenſio quieſcit.

Illius autem in Arragoniam prætenſiones, his fundantur rationibus: Petrus 2. Arragon. Rex, ubi in duas illas inſulas Majoricam & Minoricam, quæ à Saracenis erant ſubactæ, expeditionem pararet, decreverat Januenſes & Piſanos, qui mutuis inter ſe decertabant bellis, iterum concordiâ unire, & in ſocietatem armorum aſſumere; hac de cauſſa & quoniam Innocentium III. amicum Arragonenſium cognoſceret Romam anno 1208. iter fecit, ibique 21. Novembr. à Petro Portuenſi Epiſcopo unctus, ab ipſo Pontifice coronatus, illam & dein accepit licentiam, ut impoſterum coronam in proprio Regno coram Archiepiſcopo Tarraconienſi, veluti Pontificio legato, acciperet. Quo beneficio Rex Papæ obſtrictus, ipſi quotannis cenſum aliquorum auri pondo promiſit. Verum cenſus ille

non

non diu à Petro præſtitus. Quamprimum enim ubi ille Veſperis Siculis occaſionem dederat, tot interfectorum Gallorum author erat. Martinus 52. Papa, quia natione Gallus & Gallorum Patronus erat, Petro igni & aqua interdixit, & Regni inveſtituram Carolo Comiti Valeſiæ, Philippi Regis filio, contulit. Hinc inter Petrum & Carolum diu ambigua ſtetit victoria, donec tandem pax eſſet firmata Anno 1287. his conditionibus: ut Carolus Valeſius factam de Regno Arragoniæ infeudationem abrogaret, cenſus verò Eccleſiæ, per tot annos intermiſſus, illi iterum ſolveretur Cui ab Arragonenſibus reſpondetur, quod talis cenſus nullam inducat ſuperioritatem, cenſus quidem jure Civili Dominium præſupponit, verum aliud eſt, eſſe Dominum, aliud, habere juriſdictionem. Huic accedit, quod collecta non ſemper jure ſuperioritatis debeatur, verum aliquando vi ſimplicis juriſdictionis, conceſſionis ſingularis, præſcriptionis, & pacti, exigatur. Non aliter atque ex multis diſſimilibus cauſis.

2. Quamvis per præſtationem cenſus ſuperioritas arguatur, illeque à Rege Arragoniæ Pace firmata promiſſus ſit, dubium tamen eſt, an Regnum Arragoniæ, quod ſemper liberrimæ fuit conditionis, in hoc conſenſerit, circa quod Regi, ex libero, Feudatarium efficere non licet.

Prætenſio altera, eſt in Regnum Sardiniæ, quod conſilio Pontificis Januenſes, & Piſani, Saracenis inſulam illam extorſerint, illoſque de illa à Papa inveſtituram accepiſſe conſtet. Poſtea conventione inter Piſanos & Januenſes factâ, exuvias Jenuenſibus, & Inſulam per inveſtituram Calixti II. Piſanis obtigiſſe, *Leander eſt qui refert.* Hanc tamen non diu obtinuerunt. Ubi enim Piſani ſe Friderico ſecundo aſſociabant contra Pontificem, à Gregor. 9. anno 1227. inſulâ privabantur, de eaque Jacobo Regi Arragoniæ à Bonifacio VIII. Romam accerſito inveſtituram factam fuiſſe, conſtat. Hinc diu inter inſulæ poſſeſſores, & Regem Arragoniæ dubiis armis certabatur, donec tandem à Jacobo victi & ex inſula ejecti eſſent. Atque hæc ſunt jura Papæ, quæ dubium illud movent, quod inveſtitura Papalis non ſemper ex certo profluat fundamento.

Prætenſio Tertia eſt in Regnum Hieroſymitanum. 1. Quod Regnum Siciliæ per Fridericum 1. Siciliæ Regem,

per

per matrimonium Violantæ Joannis Regis Hieroſolymarum cum Regno Hieroſolymitano, conjunctum & unitum fuerit. Cum itaque Regnum Siciliæ indubitanter Papam ut Dominum agnoſcat, acceſſorium etiam eſt, ut Regnum Hieroſolymitanum ſequatur naturam ſui Principalis.

2. Quod, poſteaquam Manfredus, Friderici Regis Neapolitani Nothus, Legitimum hæredem Conradinum, ſub prætextu tutelæ, Regno exuerit, & ipſe una cum Conradino, accedente conſenſu Pontificis, à Carolo Andegavenſi, omnibus ditionibus privatus fuerit.

3. Quod Nicolaus IV. Carolum II. Caroli 1. filium, corona Regnorum Siciliæ, & Hieroſolymarum cinxerit anno 1289.

4. Quod, cum anno 1389. Joanna prima Neapolis Regina, Urbano VI. maxime inviſa, Othoni Duci Brunſvicenſi nupſiſſet, Pontifex utriuſque Regni coronam Carolo Dyrachienſi, ſoli ex Caroli primi familia ſuperſtiti, conceſſerit.

5. Quod Maria Friderici tertii filio Regnum Siciliæ per ſententiam Gregorii II. obtinuerit. Lubrica vero illa auctoribus fundamenta videntur. Equidem unio illa Regni Siculi & Hieroſolymitani probari nequit. Poſitio etiam, quod Fridericus 1. Rex Siciliæ, Regnum acquiſiverit Hieroſolymitanum, unio tamen utriuſque Regni ex inde non concluditur. 2. Poſitâ unione, regula illa, Anteceſſorium ſequitur ſuum Principale, locum non invenit. 3. Coronatio non inducit ſuperioritatem, quę nihil aliud eſt quam accidentale quid & ſolenne. 4. De ſententia pronunciata non dubitatur, ſed, an legitime facta ſit, diſquiritur.

Quarta Prætenſio eſt in Angliam, quod Angliæ & Hiberniæ Reges anno 1212. ſe vaſallos ſummi Pontificis conſtituerunt atque etiam Tributarios. 2. Anno 1340. Rex Angliæ Regnum Pontificii in uno ſterlino, pro quolibet foculario ſuppoſuit, quæ pecunia divi Petri vocata eſt.

Rex Johannes, ut homicidii, in Artum Minorem Nepotem, Bertangæ Ducem, commiſſi, remiſſionem impetraret, novos cenſus annos mille Marcarum ſterlinarum die S. Michaelis, ultra pecuniam Petri, præſtare promiſit, conſenſu Ducum, Comitum, & Baronum Regni, Homagium Eccleſiæ juravit, ſeque Innocentii 3. ſubditum fecit coram

Archiepiſcopo Cantubernienſi, cujus Authentica bulla in Vaticano habetur, idque præſtitum fuit, uſquedum Henricus VIII. ideo quod Papa matrimonium Bolenæ ex inferiore conditione natæ legitimare noluerit. anno 1534.

Hodie Angliæ Regnum, quod Reformatæ Religioni addictum eſt, non ſolummodo Ratione Religionis, verum etiam ratione Status, Prætenſiones Pontificis eludit.

1. Quod teſtimonium de homagio Joannis Regis Angliæ domeſticum ſit. Illi ſiquidem auctores, qui hoc memoria prodiderunt, Pontificis partes ſectantur. Neque vero, quod ex Archivo Papæ producitur, ſatis ad firmandam probationem idoneum eſſe Angli putant. Sicut enim ſcriptura privata pro illius auctore nihil facit, ita nec ſcripta quamlibet ex Archivo Pontificis deprompta pro Papa quicquam facient, ideo, quod inter diverſos Principes unius vel alterius Archivum nihil probat, niſi productum, ſatis communi juris naturâ munitum ſit.

2. Poſito, illud veritati conſentaneum eſſe, tamen ſucceſſores Joannis Regis eo non teneri produnt: nec obſtat, quod Regnum, utpote quod nunquam moritur, in hoc conſenſerit: Eſt enim illud inſtar pupilli, qui de eo, quod in illius damnum vergit, nunquam tenetur.

3. Reformata Religio, quam Anglia profitetur, nullum viſibile caput Eccleſiæ, multo minus quempiam temporalem Regum Dominum agnoſcit.

Quinta Prætenſio eſt in Regnum Hungariæ, ubi Lancellotus, Rex Hungariæ, obedientiam Papæ promiſit, cui addunt, quod Stephanus primum Regis Hungariæ nomen à Papa impetraverit, teſte Cartaſio in ejus vita, & quod Ludovicus 2. Hungariæ Rex, propter inobedientiam in Legatum Papæ excommunicatus, ad abſolutionem obtinendam, 100. Marcas Argenti ſingulis annis promiſerit, anno 1280.

Illius autem relationis auctor Marta eſt, in lib. de juriſd. cui an fides ſit habenda, multi dubitant.

Impetratio vero Regii nominis non inducit ſubjectionem, neque vero Regium nomen cum Regno ſemper eſt conjunctum.

Ultimum, in omnes temporales poteſtates jus ſuperioritatis ſibi tribuit, hac ex ratione, quod Vicarius Petri ſit, &

& duos gladios, puta ſpiritualem (vulgò) & temporalem, portet. Hinc in Imperium Romanum, teſte Platina in Vita Rom. in Regnum Hiſpan. teſte Joach. Cluten in ſyllog. in Franciam, teſte Marta de juriſd. in Ruſſiam, teſte Stencho, in Scotiam, teſte Polyd Virg. l. 17. In Poloniam, Daniam, Croatiam, Dalmatiam, Africam, & omnes Mundi angulos jus ſuperioritatis ſibi vindicat & prætendit.

Alexander Sextus novum mundum Regibus Caſtellæ & Luſitaniæ ſub fide clientelari conceſſit, omnibuſque aliis in illas partes navigationem, aut commerciorum exercitium prohibuit: id quod vero Batavos minime deterruit, quod minus libertate jure Gentium ſibi conceſſâ uterentur.

In Gallia, jus Eccleſiaſtica bona conferendi prætendit, quod illi rigoroſe, cum defenſione libertatis Galliæ, à Rege denegatur. Olim quidem illum hoc habuiſſe concedit, ſed poſtea mos ille exolevit.

Paulus V. Reipub. Venetorum ideo bellum movit quod illa Eccleſiaſticos Regimine excluderet, quod nullam penſionem curiæ Romanæ penderet, quod duo ſtatuta renovaverit, primum, ne Eccleſiaſticis vel minimum bonorum immobilium alienare liceret, ſecundum, quod nulli Religioſam domum ſine ſpeciali Senatus permiſſu ædificare permitteretur. Quæ omnia Papa ſui juris eſſe ſtatuebat, nec Venetis de Eccleſiaſticis, utpote alienæ juriſdictionis hominibus, ſtatuta ferre licere, aſſerebat. Res vero hæc tandem cum magno commodo Status Venetorum compoſita fuit.

RATIO STATUS SEDIS ROMANÆ.

ILla in eo vel maxime conſiſtit, uti omnibus mediis Hiſpanicæ potentiæ imminuendæ operam det. Eccleſiæ ſiquidem ditiones Hiſpanorum Regi adeo ſunt commode ſitæ, ut, quod ſi ſemel prætextum ſpecioſum defenſionis ſanctæ ſedis ſeponat, facili negotio hoc inſigne Dominium ſibi ſubjugabit.

Cæterum Venetorum & potentia Magni Ducis ſedem Romanam labefactat, quæ cum ab utroque latere mari mediterraneo claudatur, alias nullo impediente dominaretur. Quapropter hoc agendum, uti boni hi Principes ad minimum in eo perſtent ſtatu, in quo nunc agunt.

Atque ſuper has ſuperius univerſim dictas regulas, tres ſequentes curatius obſervandæ ſunt. 1. Ut auctoritatem ſuam ubique ſartam & integram conſervet, auxilio & ope Eccleſiaſticorum, quorum favorem, potentiæ ſuæ certiſſimum robur & murum, contra ſecularium pravas deſtinationes ſumma cum cura ſectari debet.

2. Fulmine exauctorationis, ſive vulgo excommunicationis, Principes, Statuſque terrere, dummodo frequentior fulminandi conſuetudo contemptum non inducat fulminis, ut dein brutum fulmen dicatur.

3. Papas ipſos coërcere, ne in detrimentum Eccleſiæ nimium familias ſuas evehant, cęteroquin, affectibus indulgentes nimium, non leve Statui Eccleſiaſtico præjudicium daturi. Verum contra ultimam hanc regulam, hodie liberius, juſtoque licentius peccatur, dum Cardinales, ſtatim ac Pontifex vità deceſſit, familiarum factionibus implicantur, ac nihil non pro illa tentent Helena, cujus rei nuper admodum, falſo credita Pontificis mors inſigne præbuit documentum.

JUDICIUM POLITICUM DE URBE ROMA, ET POTENTIA PONTIFICIS ROMANI, EX HONORII RELATIONIBUS.

DUm Pontificis Dominium negligenter habitum auctor vult deſcribere, ad hunc ſenſum in Relatione urbis Romę p. 32. inquit. Verum Pontifices omnes qui antea fuerunt, non ſolum parum vel nihil de amplificanda & augenda Eccleſiaſtica ditione, ſed vix pæne dicam de conſervanda, parum cogitarunt. Quare mirum videri non debeat, ſi in toto Chriſtiano Orbe nullus reperiatur ſtatus, minus armatus minuſque in tanta rerum affluentia commeatu & aliis neceſſariis præſidiis munitus, ita ut præda cuilibet invaſuro veluti expoſitus eſſe videatur. Præterea; digna conſideratione eſt natura & indoles Pontificum, qui facile mutationibus ſunt obnoxii, illarum rationes ſine negotio adferentes, dum Eccleſiæ commodum & dignitatem allegant, & obtentui ſumunt. Adhæc iidem utplurimum confectæ ſunt ætatis, & morti proximi, quibus de functis, rerum univerſa mutari ſolet facies, conſiliaque evaneſcunt, vel

Digitized by Google

vel diverſum à propoſito ſortiuntur eventum, ita ut in Pontificum amicitia & confœderatione non multum ſpei ponendum ſit. At vero nemo vice verſa dicere jure poterit, quod eorum inimicitiæ & odia non valde ſint metuenda. Quicunq; enim cum Pontifice bellum geſſerit, fruſtra quam plurimis ſumptibus conſumtis, tandem in maximo ponet lucro, ſe ſua tantum potuiſſe tueri, cum plerorumque omnium, aut quadam Religionis veneratione, aut certe ſimulatione, vel acria in ſe concitent odia, ut aut ceſſent ab iis occupandis quæ ad ſedem Romanam ſpectent, aut vero occupata reſtituant neceſſum ſit, id quod multarum hiſtoriarum declarant documenta, & inter alia ſuperioris temporis, Exemplum Caroli V. Imperatoris, Regis Catholici, & Venetorum, qui Cerviam & Ravennam Pontifici reddiderunt.

Porro in diſcurſu de Pontificis auctoritate mihi P. 319. idem auctor ita inquit, (utrum ſingula ex vero, judicent politici) Ex hac clara demonſtratione Pontificiæ auctoritatis, ſuper Reges, ſequitur illud, quod Pontifex omnibus ſe immiſcere queat cauſſis, ad imperium ſpectantibus, tanquam ſuis, & ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis. Id autem probatur, quia Gregorius V. numerum Electorum inſtituit, quibus eligendorum Cæſarum facultatem conceſſit (probationes auctoris vid ſequentibus) *Infra ita porro dicit.* Ex quibus clare patet, Electorum auctoritatem, & eorum inſtitutionem, à S. Romana Eccleſia dependere. Quæ ut magis vera probentur, ſciendum eſt, pro diverſis temporum occaſionibus Electores à diverſis Pontificibus eligendi privilegio ſpoliatos eſſe, quemadmodum olim Joann. XXII. id effecit. Sic & Leo X Ducem Saxoniæ illa poteſtate privavit, &c.

Quale autem eſſe debeat officium Pontificis ex judicio Cardinalis Mont' Alti, in ejuſdem inſtructione, conſignato hæc referre placet.

Ita vero ad ſenſum p. 361. ejuſdem auctoris dicit. Recitabo præcipuas quaſdam actiones, ex vitis ſummorum Pontificum hauſtas, quæ rerum futurarum ſpeculum poſſunt exhibere. Hæ autem ſunt: Annuntiare verbum DEI, inter Gentiles nationes fidem propagare, hæreſes expugnare, abuſus removere, decreta Legeſque & conſtitutiones fan-

cire, ſuper ipſis diſpenſare, celebrare & confirmare concilia generalia & particularia, ſtabilire doctrinam & diſciplinam Chriſtianam, ſacras ordinationes habere & ordinare, inſtituere prælatos & particulares Eccleſiarum Rectores, & ordinationes Regulares, totumque miniſterium Eccleſiaſticum. Item eos deponere ſi mereantur, & privare, & ſupprimere, ædificare, erigere & dotare Eccleſias, monaſteria, cœmiteria, & hoſpitalia, ſupellectile, picturis, marmoribus loca ſacra exornare, antiqua inſtaurare, decimas imponere, ſolvere, & ligare, ac Eccleſiæ theſauros diſpenſare, Chriſtianum populum ab armis infidelium defendere, oppreſſos liberare, amiſſas provincias recuperare, ante omnia Chriſti ſepulchrum & terram ſanctam redimere, titulos Imperatoribus & Regibus cæteriſque minoribus donare, ab altera in alteram nationem Imperia transferre, Imperatorum Electionem confirmare, & controverſias inter Chriſtianos, qui alios ſuperiores non agnoſcunt Principes, judicare, diſcordias componere, arma ut deponant jubere, gubernationis formam impertire, univerſitates erigere, ſtudia ſacra, bonaſque artes fovere, pauperes ſuſtentare, ſtatum temporalem gubernare, arces & præſidia diſponendo, occupata, aliena, devoluta bona vindicare, juſtitiam, ſceleſtorum pœnis & Innocentium ſecuritate, exercere.

Nunc etiam videndum quibus Principibus Pontifex maxime faveat. Hac ſuper re idem autor ita ſentit. p. 37. Erga Imperatorem Pontifex ſemper optime animatus fuit, quod illum Catholicæ Religioni valde addictum compertum habeat, tum etiam Archiduces, qui ipſum vix ulla in re offenderunt.

Erga Galliam, Pontifex magna afficitur commiſeratione, jamque de ejus ſalute putat conclamatum, quod ab Hugenotis Galliæ Regnum ſit occupatum.

De Catholico Rege Pontifex optime ſentit, quem unum, ex Chriſtianis Principibus, maxime tam hæreticis quàm infidelibus formidabilem novit.

Poloniæ Rex operam dat, ut Papa cognoſcat, ſe omnem diligentiam & ſtudium conſervationi Religionis Catholicæ, in tanta Regni ſui & Nobilium corruptione, impendere.

Ex Italiæ Principibus quidam Papæ ſunt adverſi, & quidem Sabaudus propter Saluciarum occupatam Regionem

Cum

Cum Duce Ferrarienſi nulla eſt Pontifici ſimultas, etſi quandoque finium regundorum controverſias inter ſe habeant. Cum Magno Hetruriæ Duce Papæ non ſemper bene convenit. A Venetis, turbæ & ſeditiones Gallicæ, quibus ſe immiſcebant, Pontificem alienarunt, qui tamen rediiſſe cum illo in gratiam dicuntur.

JUDICIUM P. DE REPUP. ROMANA, AD MENTEM PETRI DEL PARAGONA.

Tutti gli Stati del in Cap. mondo ſono cenſurati in Parnaſſo de i ſuoi errori : mihi p. 211.

REs Majeſtate Pontificis longe videtur eſſe inferior, quod in Roma quædam ſint familiæ potentes, quibus loco patrimonii opulenti ſatis eſt, ut ſe Principibus extraneis parum ſedi Apoſtolicæ faventes comprobent, & quod in omni occaſione, vi factionum ſuarum, magnum Pontifici faceſſant negotium. Atque hæc de Roma pro inſtituto breviter dixiſſe ſufficiat. Quem plura & fuſiora, tam de ejus Moribus antiquis, quam Veteri Regimine, & ſucceſſione Regum, aliiſque delectant, adeat Dom. Pierre d'Avitii tom. 3. in capit. Eſtat de l'Egliſe, ubi ſingula accuratiſſime inveniet tractata. Nobis conſulto prolixioribus eſſe non licet.

STATUS DUCIS URBINI, UBI EXPONUNTUR.

I. MORES.

INcolæ Ducis Urbini, amatores ſunt fœminarum moribus cultarum, quando Zelotypia laborant illas obſerant, & curioſe obſervant, & minis quandoque ſuſpectas terrent.

Fæminæ, quamvis videantur rudes & agreſtes, tamen præ reliquis omnibus peregrinos humaniter excipiunt. Peſarienſes ſimile faciunt, Eugubienſes efflictim amant. Hoc de illis Torcian. teſtatur.

DIVITIÆ, REDITUS ET POTENTIA DUCIS URBINI.

MAgnam partem hujus Ducatus mare Hadriaticum alluit, valdeque est commoda, ad præstandum ingentem proventum. Pisa & Venetiæ vini copiam illi suppeditant, ex qua incolæ magnam faciunt pecuniam; illi Ficus duratos contra, Venetis aliisque vendunt. Res autem, quæ Duci ordinarios faciant reditus, hæ sunt: mercium liberi itus & reditus, frumentum, diversoria, molæ aquatiles, census mercium, carnium, vini, mensurarum, ignium, ædium collocatarum, pecorum ducendorum, ordinarii reditus de Montfeltro, Cancellariæ ordinaria pensio, Judæorum taxatio, & pascuorum in montibus, donorum vini gratuitorum. Accedunt præter hæc & alia singulis annis 12. millia coronatorum, à Rege Hispaniæ. Quamvis autem reditus Ducis Urbini adeo exploratam non habeant summam, attribui tamen ipsi possunt annuatim plus quam 200. millia coronatorum.

Quidam existimant, quod à longo tempore in Fortalitio S. Leonis habuerit ultra 2. milliones auri.

Quantum ad Incolas, pauci opibus præstantes reperies, quod parum numinorum Possideant, ubi frumenti mercatura parum feliciter exercetur.

Pergola aliis lanam & tergora suppeditat, sicut etiam Fossombron, S. Angelo in Vado, Eugubio & Cagli.

Dux autem hic magni debet æstimari, imprimis quod tam frequentem incolis possideat Ducatum, ut ultra 30000. militum armatorum producere possit, qui libentes suum Principem sequuntur, si aliqua detur occasio: Quamvis etiam magnis non gaudeat reditibus, suorum tamen subditorum corda & voluntarem in potestate habet. Illius milites propter debitum aliquod nequeunt in carcerem mitti, decem ante lustrationem exercitus dies, & post lustrationem decem. Præcipua Fortalitia ejus sunt, S. Leo, Pesaro, Sinigaglie.

REGIMEN POLITICUM.

PRinceps hic titulos possidet Ducis Urbini, Comitis de Montefeltro, Domini de Pesaro, & Præfecti de Sinîga:

nigaglie. Feudum Maſculi Sexus ab Eccleſia poſſidet, in cujus recognitionem quotánnis Papæ ſolvit 8900. coronatorum, quod aliquod duravit tempus. Verum ſecundum theſaurum polit : nunc ultra 2240. Coronatos non ſolvit pro recognitione Ducatus Urbini. Quamvis vero ſuperiorem ſedem Romanam in hoc agnoſcat, adſolutus tamen in hoc ſtatu eſt Dominus, monetamque non ſecus ac alii Principes, qui imperii vel ſedis Romanæ Feudatarii ſunt, cudit. Præter ea etiam Hiſpani tutelam (alias) protectionem agnoſcit, cui obſtrictus eſt mittere 3000. hominum, exigente rerum neceſſitate.

Nihil autem huic Principi majus adfert detrimentum, quam quod Feudum illud, quod poſſidet, maſculos ſolum admittat ſucceſſores, Filium autem unicum ante aliquod amiſerit annos, & ita ejus morte omnis Patri, ſucceſſoris boni decolavit ſpes, cum ſtatim poſt obitum Ducis, iterum ad Papam ſucceſſio in Ducatu devolvi debeat, excepto Peggio de Berni, & particulari Principis Dominio. Obſtrictus verò etiam eſt Papa ſucceſſoribus Principis poſt ejus obitum dare centum millia coronatorum, propter reparationes. Mobilia, argentum, &c. hæredum Ducis propria ſunt.

In Regimine ſuo Dux habet 12. aut 15. nobiles pueros, 6. Nobiles rhedæ, magiſtrum cameræ, 2. Status conſiliarios, *Scalco maggior* pro cibis, magiſtrum curiæ, 3. vel 4. culinæ præpoſitos, qui ad menſam miniſtrant, Magnum Magiſtrum dictum Maggior domo, Supraintendentem domus Ducis, Theſauri Præfectum, qui cum omni diſponit ære, Magiſtrum redituum, & qui à Secretis eſt, cujus officium eſt literas ad diverſos Principes expedire.

Eſt præterea Duci Urbini Vice Dux in Peſaro, qui urbem regit, & alios etiam Vice Duces in Sinigaglie & S. Leo. Caſtellanos etiam arcis habet, ex qua nunquam diſcedunt tempore ſui officii.

Eſt etiam *Advocatus Fiſcalis generalis*, pro toto Statu, qui omnibus aſſiſtit audientiis. *Secretarius* Juſtitiæ, qui coram Duce omnium delictorum enarrat culpas, & quomodo rei ſint puniendi. *Superintendens generalis* totius ſtatus, cujus officium eſt examinare, utrum Auditores recte judicent, utrum negotia prout fieri debebat peracta ſint, ſi malefici pœnas dederint, & utrum bona politia ſervetur.

Quatuor Cancellarii audientiæ, qui decreta auditorum scribunt, & instrumenta Cameræ quæ statum concernunt: 2. Scribas, vel Secretarios, qui literas commissionum exarant, tum vero sententias, mandata, vel bannum, quæ publicari debent.

Quatuor Auditores, qui absolute judicant, & magnum custodiunt sigillum Ducis. Auditores & Cancellarii quotidie cum Duce eunt, qui antea 8. assistentes cum Auditoribus habuit & etiam Reformatorem Decretorum. Verum hi postea dimissi sunt.

Duo Judices ordinarii Urbium & locorum præcipuorum, qui duos annos in officiis vivunt, & in quibusdam locis nomen commissariorum obtinent, quod alia loca habeant subjecta. Ubi vero processus civilis, qualiscunque is etiam fuerit, formatur, tunc judicis civilis est, sententiam intra 90. dierum spatium, si actor illam exigat. In Pesaro unus est *Podestà* cum suo Notario, dictus *Maleficiarius*, ideo quod ad cognitionem criminum datus sit, præterea unus qui vicem ejus sustinet, qui revidet causas appellationum, ad Potestatem spectantes. *Fiscalis*, exigens omnem pecuniam mulctarum, & confiscationum & Fisci Principis causam agit. Communitates judicibus stipendia solvunt, qui etiam partem mulctarum habent.

At vero Dux Auditoribus & Cancellariis stipendium solvit. Nemo hominum non nisi Urbini gradus honorum consequi potest, ibi nulla sunt LL. studia, sed tantum collegium Doctorum est, quibus testimonium opus est adferre, quod quis 5. annos in nonnullis Academiis literis operam dederit. Nemini vero Advocatorum permissum est citare in causarum actione quendam nostri temporis doctorum, qui in jus civile scripserunt, verum solummodo textum & glossas, & antiquos Doctores, e. g. Bartholum & Baldum, Jasonem, Azorum, Alexandrum, Imolam, Paulum de Castro & similes, in criminalibus, Angelum de Maleficiis; auctores verò juris Canonici promiscue citari possunt.

Prætor Campi, cum 16. Sbirris vel militibus qui undique currunt & stipendia à Principe merent, nisi quod communitates ipsis stabula & stramina debeant. Præterea in multis urbibus aliis Prætores sunt nonnullis qui Sbirri vocantur, quorum officium est, capere & in carcerem reos ducere, ut hic reliquos taceamus.

Quod

Digitized by Google

Quod Feudatarios Principis ſpectat, nemo eſt Dominorum alicujus magnæ conditionis, qui ipſum ſuperiorem agnoſceret, & quamlibet Marduo de Mont quædam habeat ſub ipſo loca, tamen Dominus eſt abſolutus, gaudens XV. millibus redituum.

SERIES DUCUM URBINI.

F*Redericus* Montefeltriæ, à primis ſuæ juventutis annis adoptatus pro filio Guibaldi Antonii Domini Urbini. Qui cum diu ſine liberis vixiſſet, conſtituit, uti Fredericus, ipſius hæres in Ducatu ſuccederet. Cujus reſpectu Fredericus omni humanitate ſibi benevolentiam ſubditorum acquiſivit. Enimverò Guibaldus Antonius filium in vergente ſua ſenecta ſuſcepit, dictum Odum Antonium, qui Fridericum à ſucceſſione in Ducatum excluſit, qui tamen propter Virtutes populo erat gratus.

Odus Antonius, poſt obitum Parentis ſui, nimia abutebatur licentia in ſuo Dominatu, ideo conſpiratione factâ, à quibuſdam interfectus eſt percuſſoribus, cum adhuc tener eſſet ætate. Igitur illo extincto, Fredericus, populi unanimi conſenſu, Dux Creatus eſt, nec ſolum à Papa hunc ſtatum nomine Feudi tenuit, ſed etiam primus Dux Urbini creatus eſt. Poſt mortem reliquit filium ſuum Guibaldum, qui, quamlibet uxorem duxiſſet, &, in juvenili ætate ſua, bellicis ſe occuparet exercitiis, articulari tamen obnoxius morbo, ſine liberorum ſpe vixit. Igitur pro filio, cum conſenſu Pontificis, adoptavit Franciſcum Mariam, filium ſororis ſuæ.

Franciſcus Maria, 1. armorum exercitiis erat deditus, in quibus ita profecit, ut cum jure dici queat lumen Italię. Multa in militia egregia habuit officia. Ejectus fuit de ſtatu ſuo à Leone X. qui declaravit Ducem Urbini Laurentium Mediceum; illum tamen paulo poſt iterum recuperavit: duxit uxorem Eleonoram de Gonzaga, ex qua habuit Guidubaldum: vivere deſiit Franciſcus Maria, anno 1538.

Guibaldus 4. Dux primum in uxorem duxit Juliam Varenem, Ducem de Camerin, ex qua ſuſcepit Virginiam, uxorem

rem Comitis Friderici Borromei, poſtea Ducis Gravine Urſinorum ſecundis nuptiis ſibi junxit Victoriam Farneſiam, ſororem octavii, Ducis Barmæ, ex qua ſuſcepit Franciſcum Mariam, obiit anno 1674.

Franciſcus Maria II. hujus Nominis, natus anno 1549. Vivente adhuc patre ſuo uxorem duxit Lucretiam do Eſt, filiam Herculis 2. Ducis Ferraræ, ex qua nullos ſuſcepit liberos. Ex ſecundis nuptiis habuit Guidubaldum, qui an. 1623. obiit, poſtquam habuiſſet Catharinam Mediceam Magni Ducis Coſmi ſororem.

DE REPUB. S. MARINI.

PArva Reſpub. S. Marini dicta ab Italis Republichetta propter illius exiguam conditionem, incluſa eſt Ducatui Urbini, illiuſque præcipua ſedes, quæ nomen habet de San Marino, ſubeſt Romaniolæ. Antiquis dicta eſt Acer Mons, & ex longinquo apparet quaſi eſſet crepido alicujus prælati montis, ſine aliquo ad ſe acceſſu. Hujus fuſiorem deſcriptionem vid. in Leand. Ital. & Scoti Itiner.

In ejus montibus copia magna arborum eſt fructiferarum, tum vero multarum vinearum, quæ excellentia proferunt vina, quæ incolæ intra cavernas, quibus hi montes abundant, condunt.

MORES.

QUantum ad Mores hujus populi, concors ſane eſt, & prudentiæ atque induſtriæ laude commendatur.

REDITUS.

REditus hujus Reipub. parvi ſunt, quia ex nulla alia re, quam vino & carne, colligi poſſunt, & ex permiſſo pecoris actu.

VIRES.

VIres ipſius conſiſtunt in illius fortalitiis, & bona incolarum concordia.

REGIMEN.

HÆc ſemper ſuam libertatem acriter defendit, & nunquam fuit ſubjecta, ſuos Magiſtratus & miniſtros habet, &

Digitized by Google

& consilia sua per quasdam certas familias componit: licet autem se ipsam Regat, tamen sub Ducis Urbini protectione est. Magni se autem hæc æstimat Respub. ita ut Bocalin. in suo discursu Parnassi dicat, quod vocet Rempub. Venetam suam carissimam sororem vel *carissima sorella*.

MORES NEAPOLITANORUM.

QUocunque oculos vertes, homines invenies robustos, coloris fusci magis quam albi, ingeniosos, subtiles, in conversatione faciles, sed querulos, novorum cupidos, quibus in turbas maxima vis; litium magnos amatores, voluptatibus & amoribus ita sunt addicti, ut plures in Neapoli fœminas prostratæ invenias pudicitiæ quam in alia Italiæ urbe. Videri malunt, acriter ludunt, imprimis Nobiles, comœdias plurimas magnis exhibent sumptibus, inter tot bona quibus abundant, hoc ipsos male habet, quod ab Italis omnium pessimi judicentur, qui de illis hoc proverbium usurpant, *Il Regno di Napoli è un Paradiso, ma habitato da Diavoli.*

Addicti vero sunt Religioni; Nobilitas generosa, & civilis ingenii est, sequioris conditionis homines agriculturæ sunt addicti. Nobiles mercaturam, ut indignam Nobilitate, respuunt, contra aliorum in Italia Nobilium morem.

Habitu corporis magnifico & splendido utuntur, & ad morem Hispanorum composito: Fœminæ superbè vestitæ incedunt.

MORES HUJUS TEMPOR.

NEapolitani pleni sunt vanitatum & se libenter jactant, ingrati, in discursu insolentes, loquaces & buccones, vindictam parent, superbiæ intolerabilis, imperiosi, diffidentes, Zelotypi, otio toti addicti. Erga extraneos tamen humani sunt illosque amant, bona sua consumunt, dum in omnibus videri volunt, inde invenies Neapoli plus quam decem millia Rhedarum.

Fœminas antiqua stirpe natas valde amant, imprimis illas quæ blanditiis illectare animum queant.

Plebs, fallaciis addicta, & in ludendo iniqua est, & mali-

maligno ingenio nata, ita ut multi miſere decepti væneant. Verum Nobiles liberalius educti, verè Nobiles & generoſi ſunt. Bacchanalia Neapolitani quotannis vivunt, in quibus varii generis ſpectacula exhibent, & larvati per plateas diſcurrunt, varios excercentes jocos. Nobilium præcipuum exercitium eſt, ut bene equis inſideant, cultuque eleganti & habitu à vulgari abhorrente appareant: quid quod parentes ſatis bene eductos filios ſuos exiſtimant, ſi equos bene queant tractare.

STATUS ECCLESIASTICUS REGNI NEAPOLITANI.

OMnes hujus Regni incolæ addicti ſunt Religioni Romano Catholicæ, exceptis nonnullis Albanis & Græcis, qui in variis oppidis habitant, & Eccleſiæ Græcæ ſequuntur ceremonias: eſt etiam Neapoli Eccleſia Græca, cui Græci ſunt Presbyteri.

Numerantur præterea in hoc Regno 20. Archiepiſcopi & 127. (a) Epiſcopi, quibus Rex Hiſpaniæ præſtare poteſt 8. Archiepiſcopatus, & 16. Epiſcopatus.

Hoc jus cum Carolus V. à Clemente VII. obtinuiſſet, an. 1529. ideo ſe illi Regales vocant. Archiepiſcopi igitur reales ſunt Brindes, Laciano, Matera, Otranto. Reggio, Salerno, Trani, & Taranto. Epiſcopi regales ſunt, Ariano, Acera, Aquila, Cotrone, Caſſano, Caſtello à mare di Stabia, Gayetæ; Gallipoli, Giovenazzo, Mobula, Monopoli, Pozzolo, Potenza, Trivento, Tropea, & Ugento.

Archiepiſcopi Neapolitani ſuffraganeus eſt Epiſcopus de Nole, Pozzolo, la Cerra, & Iſchia.

Archiepiſcopus Capuæ inferiores ſibi obedientes habet Epiſcopos de Tiano, Calui, Caſerte, Cajazzo, Carinola, Seſſa, Venafri, Iſernia, & Aquino. Quantum ad Epiſcopum de Mont Caſſino, ille eſt Abbas loci, ordinis S. Benedicti, introductus per Pontificem Joannem 22. anno 1324. neque ullum agnoſcit ſuperiorem. Subeſt præterea huic Archiepiſcopo, Epiſcopus de Gayeta dictus Gaeta, & illi de Fondi.

Archie-

(a) *Vid. Henrico Bacco Regno di Nap.*

Archiepiſcopus de Salerna, adjutores datos habet Epiſcopos Campaniæ, Capaccio, Nuſco, Sarno, Marſico Novo, Nocera de Pagani, & Acerno. Epiſcopus de la Cava exemptus eſt.

Archiepiſcopus de Amalfi, Epiſcopos ſub ſe habet de Lettere, Capri & Minori, &c.

Reliqui Archiepiſcopi ſunt, ille de Sorrento, Archiepiſcopus de Conze, ille de Acerenze, ille de Tarento, ille de Brides, ille de Otrante, ille de Baria, ille de Trani, ille de Sipponto aut de Monte S. Angeli, ille de Benevento, ille de Roſſano, ille de Coſenza, ille Reggio, ille de S. Severine, ille de Civita di chieti, ille de Lauciano. Horum ſingulorum ſuffraganeos vid. apud Pierre d'Avity au Royaume de Naples, p. 497.

REGIMEN POLITIC. REGNI NEAPOLITAN.

ROmani hoc Regnum à longo tempore in pace tenuerũt, quorum imperium dein ſub imperatore Honorio debilitatum eſt, intravit hoc Regnum Alaricus Rex Gothorum anno 412. & occupavit Campaniam & Lucaniam. Denuo intravit anno 456. Genſericus Rex Vandalorum anno 471. Odoacrus illam ſub ſuam redegit poteſtatem. Poſt hunc & alios, cum Longobardi in Italiam irruptionem feciſſent an. 568. partem hujus Regionis occuparunt, conſtitueruntque Ducem Beneventi, qui toti Campaniæ cum imperio præeſſet. Neapol. excepta & Pozzoli, reliqua pars ad Imperatorem Conſtantinopolitanum ſpectabat. Tandem hæc pars conjuncta iterum imperio Græco, & illi, qui Neapoli præerant, dicti ſunt Principes, quamvis Logobardi ſuperiores Victoriis, ilas iterum occupaſſent regiones.

Poſtea circa annum 845 Saraceni Regnum Neapolitanum invaſerunt, donec ipſos Otho 2. filius Othonis imperator demum poſſeſſionibus ejeciſſet.

Idem etiam Otho Græcos ſubegit, qui tamen dein redierunt. Adeo ut anno 1008. Regnum Neapolitanum rectum ſit à parte Romanorum, & parte Græcorum.

Ulti-

Digitized by Google

Ultimum Normanni has partes tenuerunt : Poſtea Reges, qui in hoc Regno imperium habuerunt, illud loco Feudi, quod Eccleſiam agnoſceret, habuerunt. Hac etiam de cauſſa annuum tributum Pontifici perſolverunt. Ita Celeſtinus dedit Henrico 6. titulum geminæ Siciliæ, pro penſione ordinarii tributi. Summa vero illius tributi poſtea expreſſa eſt, cum Carolus Dux d' Anjou, Frater S. Ludovici Regis, Comes Provinciæ deſignaretur. Conditiones vero hę fuerunt, ut, dum ipſum Papa Clemens 4. Regem utriuſque Siciliæ declaret, ille ſedem Apoſtolicam ſuperiorem agnoſcat, ipſi cenſum annuum pro recognitione ſolvat 48. millia aureorum, ut hoc eodem officio ſucceſſores ſuos obligaret, tàm maſculos quam fœminas. Verum hæc ita ſtricte dein non ſunt obſervata Plura de hac inveſtitura vid. Bodin de Repub. 61. Teſoro Polit. l. 1. Pandol. Collenus. Hiſtor. di Nap. Michael Riti de Regno Siciliæ.

Rex Hiſpaniæ hodie pro hoc Regno, tum vero etiam Sicilia, ſingulis annis Pontifici ſolvit 6000. aureorum & equum tolutarium, quem Legatus Hiſpani, qui Romæ eſt, cum ſolenni pompa ducit, & Papæ certo tempore offert, non ſine proteſtatione reſpectu jurium ſibi ad Regnum pertinentium.

Quod titulos horum Regum ſpectat, dicti ſunt olim Reges duarum Siciliarum. His Fredericus, Henrici V. Filius, titulum Regis Hieroſolymitani adjunxit : Hic vero titulus, cum illo utriuſque Siciliæ, retentus fuit uſque ad Ludovicum quem Papa Clemens 5. Regem Neapolitanum coronavit. Ita ut ſequentibus temporibus omnis Sicilia non aliud nomen quam Regni Neapolitani obtinuerit. Rex tamen Hiſpaniæ adhuc titulos duarum Hiſpaniarum poſſidet.

Habet autem in hoc Regno Gubernarorem, dictum Pro-Regem, qui ſingulis trienniis mutari debet; Verum illos terminos ſemper non obſervat, quandoque enim plures in hac dignitate contiuat annos, prout Conſilio Hiſpaniæ viſum, vel ad alia Regis ſervitia vocatus fuerit. Eſt vero etiam in hoc Regno locum tenens, qui imperium, abſent vice-Rege, exercet.

Pro-Rex autem hac fruitur poteſtate, ut decernat multa negotia ſuâ ſponte, de negotiis tamen belli ſtatuere non ſolet,

Digitized by Google

ſolet, niſi cum Conſiliariis Status, & Dominis magnæ dignationis, qui exercitia armorum tractant. Quod ad negotia juſtitiæ, illa expediuntur cum conſilio à Catere, ſine cujus conſenſu nullas res publicare poteſt. Omnibus utplurimum adeſt judiciis, niſi aliquo ſontico impediatur negotio. Conſilia quoque ipſo præſente & in ejus palatio peraguntur. Principes Duceſque in illius conſpectu caput tegunt, Marchiones & Comites tardius capita operiunt. Nobiles aperto capite coram apparent.

Cum ſucceſſorem expectat, ad ſalutandum de novo miſſum Pro Regem extra urbem procedit, poſtquam omnes ſtatus & conſilia eo conceſſerunt. Novus ſucceſſor ad illum iterum privatim & per ſecretam portam accedit. Is vero Pro Rex, qui ſuo cedit officio, duorum vel trium dierum ſpatium extra urbem diſcedit, ubi ultimum ipſi dona offeruntur, donec novus Pro-Rex imperium ſuum aggreditur. Cum Novos Pro Rex urbem ingreditur, Nobilitas Syndicum eligit, qui ſplendido indutus habitu, cum Nobilium, latera ſua claudentium, corona & 6. aliis rubro ornatu conſpicuis, Pro-Regem ad ædes ſuas deducunt, ſequente die iidem ipſum ad Templum cathedrale conſequuntur, ibi ſe juramento obligat, quod vellet illorum ſervare Privilegia.

Sub Imperio ſuo habet omnes militum ſtationes, ut Toſcanam, quæ in Orvetello eſt, in Porto, Ercole, Telamone, Plombin. In Principatus Calabriam & Audelam & alios in locos ſuos Gubernatores dictos Pro-Reges ablegat: Hi vero etiam ſingulis trienniis mutari debent.

Adjunctum adhæc eſt Pro-Regi Conſilium ſtatus, quod ex quibuſdam Dominis, qui experientia & uſu rerum pollent, conſtat. Hi ad minimum 8. ſunt, & percipiunt 1200. aureos ex Statu. Præter hos alii etiam plures ſunt, quibus ſtipendia non dantur.

Utitur etiam conſilio ad Latus, cum quo negotia juſtitiæ & politiæ peragit. Illi ſunt Regentes Cancellariæ 4. vel 6. numero, homines docti, qui continent illos Conſilii Status Italici. Et hoc conſilium caput eſt omnium juſtiæ conſeſſuum.

Præter illos vero eruditos Viros, alii etiam ſunt conſiliarii collaterales, brevium togarum ad 15.

Insuper est Concilium de Capoana, vel S. Claræ, quod 20. habet consiliarios, divisos in 4. cubicula vel rotas, quorum caput est Præses ejusdem consilii, quod vocatur sacrum, & non nisi prudentissimos agnoscit, quibus causæ civiles & criminales committuntur. Præses jus suis tribuit, & tantæ est auctoritatis, ut etiam à judicio ad mortem condemnatum, & ad teralem locum deductũ, suspensione executionis morti eximat, nisi forte quis Pro-Regis sententia ad mortem fuerit damnatus.

Est adhæc curia inferior dicta Vicaria, ubi majores habentur carceres. Hujus caput Regens est, homo armiger & prudentiâ insignis, qui Gubernator est urbis Neapolitanæ. Hic aliis infra se positis judicibus committit tam causas criminales quam civiles, prout ipsi visum fuerit. In dicta Vicaria criminali ordinarii 6 sunt judices, quos intersunt Consiliarii de Capouane. In 2. rotis civilibus 4. sunt judices, pro singula, quandoque etiam plures aut minores, prout Pro-Regibus fuerit visum. Sed omnes reliqui perpetui sunt.

Ultra dicta consilia, est Tribunal vel Camera Regalis de le Sumarie ubi est pro capite locum tenens, & alii sex Prælides, quos inter quandoque 2. sunt stupidi dicti, quod non sint Doctores. Hi omnia dijudicant negotia, quæ Dominium Regis spectant. In hoc consessu etiam est Advocatus & Procurator Fiscalis, æque ac in aliis reliquis audientiis.

Tribunal vel audientia Campi etiam est, cujus assessor est Doctor, dictus Auditor Campi. Hæc sedes non nisi Pro-Regem pro capite agnoscit, cui dictus Doctor, qui actiones militum explorat, & illorum qui stipendia merent; illasque Pro Regi defert. Advocati, lingua communi causas agunt: processus tamen longo durant tempore, propter causarum multitudinem.

Singulæ Provinciæ præterea quosdam alunt, qui à nutu Pro-Regis dependent: illi in Audientia ita dicta sunt, quæ ex 4. composita est auditoribus, qui cognitionem accipiunt de causis Provinciæ, à quorum sententia apellatio datur ad magnam curiam Vicariatus.

Septem præcipui Regni ministri sunt, magnus Præfectus, Equitum magnus Justitiarius, magnus Admiralis, sive maris

maris Præfectus, magnus Cubicularius, magnus Protonotarius, Cancellarius, Prætor, omnes magnæ dignitatis Viri. Magnus Præfectus equitum primarius Regni minister erat, alias Regis locum tenens Generalis, pro negotiis bellicis & armorum Generalis, verum impræsens ejus jurisdictio translata est in Pro Regis Loco tenentem Generalem. Magnus justitiæ præfectus parem cum Præfecto Equitum habet potestatem. Ejus locotenens, Regens Vicariæ dignitatis. Maris Præfectus paris quondam fuit cum aliis auctoritatis, sed hodie ejus jurisdictio imminuta est, ille poterat olim eligere Vice-Admiralem Neapolitan. & multos alios officiarios. Cubiculi Præfecti, inter alia officium est, ut à Baronibus exigat, illos reditus, quos pro superioris recognitione debent.

Magno Protonotario id negotii incumbit, ut coram Rege legat & conservet scripturas & rationes Regni: quod officium Regia cancellaria hodie administrat, ita ut ipsi nihil magis sit residuum, quam creandi Notarios potestas legitimandi nothos, &c. Respondet etiam in Parlamentis Regalibus. Cancellarii officium est, custodire sigillum Regis, & sigillo munire omnes literas & privilegia. Verum hodie ejus potentia plane ad Secretarium Regni translata est, & ad Cancellariam, ita ut ipsi amplius nil restet quam ut sit colligii caput, in quo Doctores creantur, & alias quasdam confirmet dignitates. Magnus Præfectus erat instar magni Magistri aulæ Regiæ, & in multis auctoritate pollebat.

Præter hos magnos officiarios sunt etiam Scribæ rationum vel Secretarii, qui non parvo gaudent honore.

Officium generalis Thesauri Præfecti, magni quoque erat momenti, cum omnes nummos Regnorum reciperet & omnibus militibus stipendia numeraret. Verum hodie Thesauri Præfecti officium est nullum aliud, quam solvere stipendia militibus.

Quælibet civitas suum habet Rectorem, unum Doctorem pro judice, & alia oppida Capitaneum, vel Podesta dictum, vel Doctorem, prout Pro Regi visum fuerit.

Est etiam quidam Provisor & Conservator generalis stationum militum, quę dicuntur *Præsidii Fissi*.

In hoc præterea Regno multi sunt Principes, Duces, Marchiones, Comites, exceptis Baronibus, quorum nu-

merus ad 800. accedit. Hi omnes adstricti sunt, ut præsentes pro defensione Regni parati se sistant. Non injucundum erit, si hic loci curiosorum satisfacturi desideriis, illorum Principum, Ducum, Marchionum & Comitum familias & nomina exponemus.

SERIES ILLUSTRIUM FAMILIARUM REGNI NEAPOLITANI.

PRINCIPES FAMILIARUM. PRINCIP. FAMILIAR.

DE	DE
Ascoli.	Leva.
Avella.	Doria.
Avellino.	Caracciolo.
Bisignano.	
Capistrano.	Medici.
Castellaneta.	Bartolotti.
Caserta.	Acquaviva.
Castiglione.	Aquino.
Colle.	Somma.
Conca.	Cupoa.
Forino.	Caracciolo.
Francavilla.	Davalo.
Maida.	Loffredo.
Melli.	Doria.
Melito.	Silva.
Molfetta.	Gonsaga.
Mõte Albano.	Toledo.
Montercole aut.	
Montesarchio.	Davalo.
Montemileto.	Tocco.
Marcone.	Capoa.
Montescaggioso.	Loffredo.
Noja.	Pignatello.
Ortajano.	Medi.
La Rocca.	Filomarino.
La Riecia.	Capoa.
Roccaromana.	Capoa.
Rossano.	Aldobrandino.
La Rocella.	Carrafa.
Santo Buono.	Carracciolo.
San Severo.	Sangro.
La Schalea.	Spinello.
Scilla.	Russo.
Sulmona.	Borgheſe,
Squillace.	Borgia.
Stilliano.	Carrafa.
Venafri.	Beretto.
Venosa.	Gesvaldo.
Vetrana.	Albrizio.

DUCES FAMILIARUM.

DE	DE
Ajello.	Cibo Malaspina. Princeps de Masse.
Acerenza.	Pinello.
Airola.	Caraciolo.
Andri.	Corrafa.
Aquaro.	Spinello.

Arée.

Arée.	Buon Compagno.
Atri.	Acquaviva.
La Bagnara.	Ruffo.
Barrea.	Affitto.
Bernauda.	Bernaudo.
Biſacce.	Pignarello.
Bojano.	Cærafa.
Bovino.	Guevara.
Carpignano.	Lanario.
Celenza.	Caracciolo.
Ceriſano.	Serſale.
Civita de Penna.	Farneſe.
Cerſa Maggiore.	Carrafa,
Caſa Calenda.	Sangro.
Cardinale,	Ravaſcherio
La Caſtellucia.	David.
Evoli.	Grimaldo.
Ferrandina.	Toledo Princeps de monte albano.
Fragnito.	Montalto.

DUCES FAMILIARUM.

DE	DE
Forolito.	Caracciolo.
Gravina.	Orſino.
Grumo.	La Tolfa.
Laurenzana.	Gaetano.
Laurino.	Carrafa.
Manchia.	La Maroa.
Mataloni.	Carrafa.
Martina.	Caracciolo.
Miranda.	Somma,
Montecalvo.	Gogliardo.
Montalto.	Moncada. d'Aragona.
Montelcone.	Pignatello.
Nardo.	Acquaviva.
Nocera.	Carrafa.
Nocara.	Loffredo.
Noja.	Carrafa.
Le Noci.	Acquaviva.
Popoli.	Cantelmo.
Mondragone.	Carrafa.
La Salandra.	Revertera.
S. Donato.	St. Severino.
Sant' Elia.	Palma.
Sant' Agatha.	Coſcia.
Seminara.	Spinello.
Seſſa.	Cardona.
Sora.	Buon Compano.
Sicignano.	Carracciolo.
Teleſa.	Grimaldo.
Tagliacozzo.	Colonna.
Tauriſano.	Caſtro.
Termole.	Capoa.
Forre maggiore.	Sangro.
Traette.	Carrafa Princeps de Stigliano.
A Tripalda.	Caracciolo.
Turſi.	Doria.
Vietri.	Sangro.

MARCHIONES FAMILIAR.

DE	DE
Apiſci.	Gallucio.
Alfidena.	Bucca.
Achaja.	Li monti.
Anſi.	Carrafa.
Arena.	Concublet d'Arena.

Arienzo.	Carſafa.
Arpaja.	Guevara.
La bella.	Caracciolo Pr. d'Avellino.
Bellante.	Acquaviva.
Binetto.	Caracciolo.
Bitetto.	Carrafa.
Bovalina.	Loffredo.
Bracigliano.	Miroballo.
Brienza.	Caracciolo.
Bucchionico.	Caraccivolo de S. Buono.
Camerotta.	Marcheſi.
Campagna.	Grimaldo.
Campolattaro	Capoa.
Capurſo.	Pappacoda.
Caladarbore.	Caracciolo.
Caſobuono.	Piſciotta.
Caſtelnuovo.	Sangro Pr. de S. Severo.
Caſtelvetere.	Carrafa Pr. de la Rocelle.
Cuſano.	Bario Nuovo.
Chiuſano.	Tomacello.
La Cilenza.	Gamba corta.
Cita Sant' Angelo	Pinello.
Cerchiaro.	Pignatelle Pr. de Noja.
Circello.	Somma P. de Collis.
Corigliano.	I. Monti.
Caaletto.	Coſtanzo.
Collelongo.	Saneſii.
Diano.	Gaimaldo.
Fiſcaldo.	Spinello.
Galatola.	Pinello.
Grottola.	Sanches.
La Grotteria.	Ajerbo.
Ilicito.	Bertolotto.
Laino.	Cardine.
Lavello.	Tufo.
Lauro.	Pignatello.
Marigliano.	Montenegro.
Miſuraca.	Spinello.
Montefalcone.	Gallo.
Montefalcione.	Poderico.
Monteforte.	Loffredo.
Montuoro.	Caſtelleti.
Monteleone.	Bancia.
Miſſanello.	Coppola.
Montepoloſo.	Grimaldo.
Motta giojoſa.	Carracciola.
Oira.	Imperiale.
Ottaviano.	Franchus.
La Petrella.	Caputo.
La Pietra Vairana.	Grimaldo.
La Padula.	Ponte.
Peſcara.	Davalo.
Polignano.	Radulovich.
La Polla.	Villano.
Quarata.	Carrafa.
Renda.	Mendoza.
Riulo.	Pignone.
Rapolla.	Braida.
Roſito.	Lombardo.
Sant Angelo.	Ponte.
Sans.	Orefice.
Salice.	Albrizio Pr. de Vetrana.
S. Julianus.	Longo.
S. Georgius.	Milano.
S. Agathe.	Loffredo.
S. Agathe.	Ferao.

S. Ma-

S. Mare.	Cavaniglia.
S. Magno.	Maſtro judice.
Sant' Eromo.	Caracciolo.
S. Marzano.	Maſtrillo.
S. Lucido.	Langro.
Sorito.	Arduino.
Spinazzola vel Spinadora.	Pignatello.
Tufara.	Criſpani.
La Terza.	Azzia.
Terracolo.	Caracciolo.
La Torre Francolis.	Capoa, Pr. de Roecaromana.
Trivico.	Loffredo.
La valle.	Mendozza.
Vaſto.	Davalo.
Vico.	Spinello.
La Volturata.	Carracciolo.
Ziro.	Spinello.

COMITES DE	FAMILIRUM. DE
Albi.	Collonna, Dux de Tagliacozzo.
Aliano.	Carafa Pr. de Stiglian.
Alta villa.	Capoa Pr. de la Riccia.
Altomante.	Princeps de Biſignan.
Anverſa.	Capove, Princeps Roccaromana
Borello.	Pignarello Dux de Monteleone.
Biccari.	Caracciolo Dux de Airola.
Bocino.	Caracciolo, Dux de Martine.
Canoſa.	Doria.
Carinola.	Carrafa, Princeps de Stiglian.
Califro.	Braida.
Cerreto.	Corrafa, Dux de Mataloni.
Caſalduro.	Sariano.
Caſtello dell' Abbate.	Filomarino, Princeps de la Rocca.
Caſtro.	Dux de Tauriſano.
Chiaramonte.	Princeps de Biſignan.

Celano.	Piccolomini.
Condianni.	Marullo.
Conſa.	Geſvaldo, Princeps de Venoſa.
Converſano.	Acquaviva, Dux delle Noci.
Corigliano.	Princeps de Bitignan.
Curvaro.	Marieri.
Fondi.	Carafa Princeps Stiglian.
Gioja.	Acquaviva, Dux de Atri.
Garabeteſa.	Lombardo.
Giovenazzo.	Conzagua, Princeps de Molfette.
Loreto.	Affiicto.
Macchia.	Regina.
Manupello.	Colonnæ.
Mareri.	Colonnæ.
Martorano.	Aquino, Princeps Caſtigliæ.
Meliza.	Campitello.
Muro.	Orſino.
Mignano.	Fieramoſca.
Mola.	Vaez.
Miſagni.	Beltrano.
Montella.	Cavaniglia.
Montogno.	Capoa.
Montederiſi.	Davalos.
Montuoro.	Capove.
Monte aperto.	Princes de Mont Milet, Tocco.
Nicaſtra.	Dux de Terolito Caracciolo.
Nicotera.	Princes de Secilla Ruffo.
Oppido.	Caracciolo.
Paccuto.	Orſin.
Palena.	Capue.
Palmerici.	Matteis,
Poilcaſtro.	Carrafa.
Rocca Rainola.	David.
Ruuo.	Carrafe Dux de Andri,
S. Angelo.	Pignatello, Dux de Monteleon.
La Soponara.	St. Severin.
Sarno.	Colornnæ, Princeps Gallicanus.
S. Chriſtina.	Spinello.
Simari.	Princeps de Squillaci, Borgia.
Sinopoli.	Ruffo, Princeps de Scilla.

Soria-

Digitized by Google

Soriano.	Carrafa, Dux de Nocere.
La Torella.	Princeps de Avellin. Caracciol.
Trivento.	Dux de la Barré Affitto.
Tricarico.	Princeps de Biſignan.
Urgento.	Pannone.

VIRES, POTENTIA, REGNI NEAPOLITANI.

REx Hiſpaniarum ut plurimum hoc in Regno alere ſolet peditum 4000. ſub diverſis Tribunis, unoque Præfecto, qui vulgo *Il Maeſtro di Campo* vocatur, unoque judice rerum militarium, qui Auditor vocatur. Hæ vero copiæ vulgari titulo *Il Terzo di Neapoli* vocantur. Inſuper in arcibus, & Caſtellis Regni, pariterque in turribus, æſtuariis exſtructis, mille ſexcenti pedites Hiſpani in præſidio ſunt, exceptis officialibus, qui in iiſdem habitant locis. Equitatus mille cataphractis conſtat, illi in ſedecim turmas dividuntur, & ſub variis Ducibus tam Hiſpanis quam Italis militant. Singulæ vero turmæ, ſexaginta complentur capitibus, præter turmas Proregis & Columnas quæ centum, præterea quadringenti Velites in quinque turmas partiti ſunt.

Pro Rex pro cuſtodia ſua habet 100. haſtatos Germanos, quorum ſtatio ordinaria in palatio eſt, quive ipſum ſequuntur. Adſunt etiam ad minimum 4. cohortes Hiſpanicæ pro palatii cuſtodia & 100. milites Nobiles quorum quinquaginta Hiſpani, reliqui Itali ſunt, qui in curia degunt, & Pro-Regis latera claudunt. Numerantur in hoc Regno 2. milliones hominum, ex qua ſumma, Urbs Neapolitana cum ſuis ſuburbiis & 43 villis 327961. Præſtat ex hoc tamen numero Rex Neopolitanus plus in militia non habet quam 26. millia peditum. Vid. Mazzella Reg. di Neap.

In omnibus vero Provinciis quinque pedites in ſingulos centenos focos extra ordinem imperantur, qui, cum per totum Regnum ingentem faciant numerum, non parvas reddunt peditum copias. Hi autem ubi neceſſe eſt à deputatis in ſingulis oppidis, aut locis nominantur, ita tamen ut ſi Ducibus non placeant nominati, alii ſtatim nominentur, donec ijſdem ſatisfiat. Hi vulgo peditatus mediæ aciei appellantur.

Cum autem hoc Regnum cuilibet hosti per mare pateat, Rex Hispaniæ, jam dudum ope ministrorum suorum 30. triremium procuravit, ad populsandam exterorum ingruentem vim. Verum observatum est à prudentibus, quod pacis tempore non solum copiarum, verum etiam triremium numerus exactè non habeatur, quia Proreges aliique ministri Regii privatorum stipendia in suum soleant convertere usum, ut taceam, quanta licentia iidem ministri miseram plebem exhauriant, adeo ut mirum non sit, tot ibi acerrimas seditiones sæpissime concitari, quibus licet Hispanus hactenus feliciter obstiterit, ad ultimum tamen vix tot mala durabit. Nec sine ratione Petra del Parragone. Equum Neapolitanum, macilentem, fame enectum, vixque ossibus hærentem, & ex Hispanico capistro, alte suspensum, miserrimeque tractatum eleganter discripsit.

In hoc Regno Neapolitano plurimæ numerantur arces, & Fortalitia, quę hoc Regnum sartum rectumq; reddunt, quemadmodum in Neapoli alibique locorum aliquot fortissimæ arces reperiuntur, quarum nomina accurate apud Pierre d'Avity notata sunt.

DIVITIÆ ET REDITUS REGNI NEAPOL.

VEteres relationes redituum, quæ in hoc Regno comparantur, faciunt summam unius millionis & 517. millium aureorum & expensarum 1. million. & 600. mill. ita ut, cum expensum sumtui fertur, palam fiat, maiores esse expensi quam reditus rationes. Ex ipso status universo censu, Regi Hispaniæ non plura colliguntur, quam 450, milliones de Maravedis, h.e. 1029411. coronat. (a) Postea calculus rationum ad 2. milliones ascendit ab Italis examinatus, tum dein ad 2. million, & 500. millia aureorum sub quibus continentur donativa & gratis data 1200. aureor, quæ singulis solvuntur biennis. Hæc omnis summa militum non sufficit stationi, quæ tam peditatus, quam equitatus tum vero etiam triremes complectitur.

Hodie vero hoc Regnum Regi Hispaniæ donationibus adnu-

(a) *Vid Relat de Michel Surian. Salazar Inv. des Roys d'Espagne Boter. pefart. 1. Thes. Polit. discors. del Regn. de Nap. Mazzella Regn. di Nap.*

adnumeratis, pendit 5. milliones aureor. vel quod excedit. quæ ſumma tam ex focis Regni percipitur, qui ſunt inventi anno 1614. numero 53356. 8. extra urbem Neapolitan, illius ſuburbia & villas, quæ faciunt 47478. focos.

Hoc Regnum, tribus ſtatis vicibus annuis, ſolvit tributum ordine & extraordinem exigi ſolitum 15. (*b*) carelinorum pro foco, dein 48. gr. nomine foci pro peditatu Hiſpanico 17. gr. nomine foci pro equitatu 9 gr. pro viarum reparatione, &c. Loca vero à maribus procul diſſita mediam tantum ſolvunt partem.

Eſt tributum pro Præfectis camporum, quod in Principatu Audela ſolvitur, ſed terra laboratoris nulli ſolvit præfecto, quod ſedes Pro Regiis ſit.

Fit quoque acceſſio tributorum ex l'Adogo vel terris in Feudum datis, tam Vaſallis, quam Baronibus, quæ circa annum 1600. accedebant ad 120568. aureos ſingulis annis.

Ex pecore tributum ad 600. millia aureorum ſæpius acceſſit. Tributum ſerici in Calabria, ferri, chalybis & aliarum mercium, non levem faciunt ſummam.

Eſt tributum Regium tertiæ vel trientis vini, quod medium rerum pretium exigit. Novari tributum, olei & ſmegmatis tributum pro ſingulo pari cartarum, tributum omnium pecorum & carnium, quæ Neapolim inferuntur, tributum ovium, capreolorum, avium, & volatilium quæ Neapolim. accedunt, tributum quod curia percipit ex venditione equorum Regalium, confiſcationes bonorum à ſceleratis provenientium, mulctæ cameræ Regalis, & magnæ curiæ Vicariæ Regalium audientiarum. Tributum equorum, qui à peregrinis Neapoli emuntur, illorum qui curſores ſunt annunciationis, quod peculiare jus eſt, quod in 4. portis Neapolitanis exigitur, & communiter 4. certæ dicuntur. In foro ejuſdem urbis exigitur Regium jus dictum *Locannaglio*, pro pecore mactato, Locatio conductio ſtationum militarium Toſcanarum, reditus civitatis de Veſti, S. Severidi, Feudi de Racine & multarum aliarum, tributum ſulphuris, tributum infidelium, qui lytron ſolvunt 8. aureorum pro capite vel 200. coronatorum pro ratione jus tollendi nitri, jus frumentum extra Regnum evehendi, acceſſio mortis cauſſa extinctarum familiarum Baronum Regni & officia-

(*b*) *Henrico Bacco Regn. di Nap.*

cialium, perceptio bonorum ex illis qui ſine hæredibus decedunt, recognitido Feudorum, 24. Eccleſiarum Cathedralium reditus qui ad Regem ſpectant, & pluſquam 50. mill. aureorũ annuatim pendunt, proventus Abbatiarum, Veteris Romæ patronatus qui facit aliquod 10. millia coronatorum ſingulis annis.

Prętet dona ordinaria etiam dona ſunt extra ordinem quę ad millionem ſępius accedunt, quando Barones trientem ſolvunt: ſub Baronum vero nomine continentur omnes Domini titulorum, Principes, Duces & alii: Nobiles vero pro bonis nihil ſolvunt niſi ſint Dominia.

Ex variis quoque officiis Rex colligit pecunia, quæ vendi ſolent; ut ſunt *Maeſtri rationali della Zecca* numero 12. qui fraudes rerum venditarum examinant. Habent judicem, & unum ex his officiis valet 4. vel 5. millia aureor.

Officium *Del Portolano*, qui curam platearum & viarum habet, pro 60. millib. coronatis venditur. Officium ſecretarii Regni tanti venditur, *Doanier de Foggia* penditur pro 70. vel 80. mill. aur.

1. *Scrivani vationi* dei banchi & alia hujuſmodi officia in Neapoli venalia ſunt. Rexque omnia inde percipit commoda. Verum illa omnia officia ad vitam vendi ſolent, neque ad hæredes devolvuntur, aut ſi quiſquam id faciat, neceſſum eſt ut ex novo ſolvat.

Rex quoque officia ſcribarum vendere ſolet, qui vocantur *Maeſtri d' Atti*, quæ tamen ad liberos non devolvuntur, ſed ad vitam adminiſtrari ſolent. Officiumillorum, qui vocantur *Perettori delli Denari*, pariter venale eſt: conſiliariorum tamen functiones non venduntur, neque vero aliorum judicum.

Quod ad officia annua, quæ à Pro Rege dependunt, ex illis non parva percipiuntur lucra.

Rex vel Pro Rex ex ſcortis Neapolitan. magnam colligit ſummam, quorum numerus quinquaginta millia excedit, tenenturque nomina ſua libro tributorum inſcribere & duos Carolinos per menſem ſolvere.

Præcipuæ tamen redituum rationes conſiſtunt ex *La Duana*, ita dicta quæ præſtat 500. mille aureorum, illa de *Foggia* & locatione & conductione ſalis, quæ vocatur l' arrendimento del Sale, hæc conductio facit 500. milllia aureorum,

reorum, ſingolus annis ultra hæc 600. millia aureorum ex donativis colliguntur.

Hîrreditus documento ſunt, ditionem Neapolitanam inter primarias eſſe quæ Rex Neapolitanus ſub ſua habet poteſtate. Verum illi tam magni reditus, minime ſufficiunt tot expenſis quæ Rex Hiſpaniarum opus habet erogare in officiarios Regni, ſtructuram fortalitiorum, Legatos, qui in Italia conſervari debent.

Stipendium quoque inde ſuum percipit Pro-Rex, quod accedit ad 29700. Aureos, ut & alii, quorum nomina ex longo apud auctores recenſentur ordine.

Addendum, quod in hoc Regno multi conducuntur milites, qui in alienas Regiones emittuntur.

Exportatur quoque Neapoli pro Turcis magna olei copia, tum caſei rerumque aliarum, ut cumini, aniſi, croci, unbri, frumenti hordei, fabarum, &c. adeo ut, cum Neapolitanum Regnum copiarum omni genere abundet, non levi lucro ſuos mactet Dominos. Sed ſatis de illus reditibus.

SERIES PRINCIPUM NEAPOLITANOR.

Ancredus, originem ſuum à Ducibus Normandiæ duxit, qui circiter anno 900. in Italia fuerunt.

Guillielmus Ferrebras, Comes de Altavila.

Drogom, ejus frater, ſub quo Sarraceni Italiam invaſerunt & Capuam ceperunt anno 1008.

Unfredus ejus ſucceſſor, per 7. annos imperavit.

Gotfredus, poſtquam Papam Leonem 9. reſtituiſſet ſuæ dignitati, paulo poſt obiit.

Belegardus ejus filius imperavit, ægre id ferente Guiſcardo.

Rogardus II. filius Roberti Guiſcard. Sarracenos Sicilia expulit, obiit in Silerna, menſe Februario, anno 109. cum imperio præfuiſſet 25. annos & 50. vixiſſet.

Guillielmus II. ſecundum nonnullos III. filius Rogeri, patri ſucceſſit, obiit anno 1125.

Rogerus filius Rogeri 1. Comes Siciliæ, dictus Rex Italiæ, poſtea utriuſque Siciliæ titulis contentus, obiit anno 1149. 59. vitæ & 24. Regni.

Guil-

Digitized by Google

Guillielmus IV. filius Rogeri, fuit ſecundus Rex utriuſque Siciliæ, cum bellorum aliquot contra Adrian. 4. Pontific. habuiſſet, demum cum Papa in concordiam rediit, obiitque in Sicilia anno 1164. 15. Regni.

Guillielmus bonus filius Patris mali, fratri natu maximo ſucceſſit, ſine liberis deceſſit anno 1186. cum vixiſſet 37. annos, 26. regnaſſet.

Tancredus nothus Rogeri, obiit anno 1194.

EX SABAUDIA.

HEnricus VI. Filius Imperatoris Friderici Barbaroſſæ, utriuſque Siciliæ Rex creatus per Papam Celeſtinum III. an. 1191. obiit an. 1198.

Fredericus ejus Filius, ipſi ſucceſſit, à Manfredo interemptus eſt an. 1250.

Conradus in Regnum Neapolitanum cum ingenti venit exercitu, omniaque ſuæ potentiæ ſubjecit, poſtea veneno ſublatus eſt à Manfredo an. 1252.

Manfredus facile quidem imperium nactus, ſed mox dein illud & vitam amiſit, cum per Carolum Ducem d'Anjou an. 1266. è medio ſublatus eſſet, poſtquam in imperio infelix 10. annos fuiſſet.

EX GALLIA, FAMILIÆ D'ANJOU.

CArolus Dux d'Anjou, Comes Provinciæ & frater S. Ludovici à papa Clemente 6. vocatus, inveſtituram accepit imperii an. 1262. Manfredum acie ſuperavit, in qua obiit, tum vero etiam Conradinum, cui amputare caput juſſit, ad ſuam potentiam Neapolim & Siciliam evexit, quas tamen brevi tenuit, conſpiratione per Siculos inita, qui omnes Gallos trucidarunt. Poſtea pervenit Siciliam ad Don. Petrum Regem Arragoniæ. Cum vero Regno exutus, illud iterum vellet recuperare, obiit ann. 1284.

Carolus II. Princeps Salernæ. filius Caroli I. ex carcere liberatus an. 1288. poſſeſſionem Regni Neapolit. obtinuit, deceſſit vitâ an. 1309. vitæ 60. Regni 24.

Robertus, Dux Calabriæ, tertius ex Carolo 2. filius, per papam Clementem V. Rex utriuſque Siciliæ ſalutatus eſt obiit an. 1343.

Joan-

Digitized by Google

Joannes primus filius Caroli hæres in Regno ſucceſſit, 38. annos ex Regno 55. in vita fuit.

Andreas, quibuſdam dictus Andreaſſo, cum tres annos Rex fuiſſet, obiit ann. 1462.

Ludovicus Princeps Taranti, decem annos in Regno vixit, obiit an. 1362.

Ludovicus Rex Hungariæ venit in Neapolim, in qua, ob peſtem in Italia, non diu ſubſtitit, ſed mox rediit Hungariã.

Carolus III. de Duras, filius Caroli de Duras, occiſus eſt anno 1385.

Vladiſlaus ejus filius & ſucceſſor tres habuit uxores, ex quibus tamen nullos ſuſcepit liberos, obiit an. 1414.

Joanna ejus ſoror ex familia Duras Regina fuit Neapolitana, adoptavit fratrem ſuum ut eſſet in imperio ſucceſſor, obiit paulo poſt Neapolit. an. 1434.

Renatus d'Anjou ab una parte in Regnum vocatus eſt quo Izabellam ſuam uxorem in Italiam miſit, obiit Marſiliæ an. 1480. relicto herede Comitatus Provinciæ Regni Neapolitani, Siciliæ, Ludovico XI. Rege Franciæ.

EX ARAGONENSIBUS.

Alphonſus primus Rex Arragon. cognomento caſtus, acquiſivit Regnum Neapolitanum, poſtquam longam controverſiam de illo cum illis de Anjou peregiſſet, à Papa igitur Eugenio dignus judicatus eſt, qui in Regno Neapolitano ſuccederet, obiit an. 1458.

Ferdinandus I. Patri in Regno Neapolit. ſucceſſit cum regnaſſet 35. annos, in principio anni obiit an. 1494.

Alfonſus II. filius Ferdinandi, reliquit imperium Filio Ferdinando, nec ultra unum annum regnavit.

SERIES REGUM NEAPOLIT. EX GALLIS ET ARRAGONENSIBUS.

Carolus VIII. Rex Franciæ, filius Regis Ludovici XI. cui Rex Renatus d' Anjou omnia in Regnum Neapolit. jura remiſerat. Ejecit Ferdinandum II. omni Regni poſſeſſione: cumque omni ope & vi accinctos contra

ſe

ſe videret unitos Italiæ Principes, denuo in Galliam rediit.

Ferdinandus II. obiit anno 1495. ſine liberis relictus in Regno Hereſelt.

Fredericus, ejus avunculus, filius Ferdinandi I. qui ab omni populo Rex fuit agnitus, poſtea ejectus Regno per Ludovicum XII. Regem Galliæ & Ferdinandum Aragoniæ. Coactus igitur relinquere Regnum, ſe Regi Galliæ tutelæ commiſit. Igitur in Gallia manere contentus, cum à Rege Ducatum d'Anjou pro ſolutione 1000. coronatorum accepiſſet.

Ludovicus II. Rex Galliæ, fœdere junctus Ferdinando V. Regi Arragoniæ & Caſtiliæ anno 1501. partem Regni Neapolitani accepit poſtea, negligentia & infortunium Galliæ cauſſa fuerunt, quod Hiſpani ad negotia ſua magis attenti, ad ultimum Domini illorum ditionum facti ſint anno 1504.

EX HISPANIS.

FErdinandus V. Rex Aragoniæ, maritus Iſabellæ Reginæ Caſtiliæ, cum omnium harum regionum potitus eſſet, per operam Conſalvi, Militiæ ſuæ Præfecti, tranquillam illarum poſſeſſionem ſucceſſoribus ſuis, Regibus Hiſpaniæ, reliquit.

TERRA LABORATORIS.

RFgio, ſive terra Laboratoris, quam Italia vocant *La Terra di Lavoro*, nomen ſuum traxit à campis Laboris qui valde ſunt fertiles, vicini Capuæ, & ſe extendentes uſque ad Cumes & Pozzoli. Cum igitur populi illi ſe valde infauſtos & infelices viderent, ideo quod à Romanis vaſtati eſſent; aliquoties mutarunt ſuum nomen periculoſum capuanorum, ut acciperent illud laboratorum, Quidam autumant, hanc Regionem ita eſſe dictam, quod illam pro frumento optime poſſint laborare.

Hæc autem Provincia admodum ſalubri gaudet aëre, ita ut non alias quam duas gratiſſimas temporum viciſſitudines ſeque invicem conſequentes Veris & autumni, ibi videre liceat. Hujus qualitatis deſcriptionem vid. pluribus apud Leandr. in Ital. & Scoti Itinerar.

MORES

Digitized by Google

MORES VETERES EJUS INCOLARUM.

POpuli felicis Campaniæ ita luxu diffluebant, propter ſoli fertilitatem, ut nunquam ad convivium amicos invitarent, quin illis gladiatorum certamina promitterent ſpectanda: inde venit, ut cum ingentem luxum vellent exprimere, non de alio quam Capuano ſermonem haberent. In hac quoque Regione magni faciebant unguentorum & olei apparatum, tum vero etiam rerum odoriferarum. Superbiâ quoque laborabant extremâ, ut ſuperba Campanorum ſupercilia vulgari jactarentur ſermone. Multum tam Neapoli, quam alibi, de more Græcorum obſervabant, ſingulis quinquenniis, Neapoli, Græcorum more certamen Gymnicum celebrabant, quod lucta perficiebant, in qua gladiis punctim certabatur, adhibitâ muſicâ. Hoc certamen aliquot annis duravit, & Campaniæ gladiatores à Romanis pro præcipuis habebantur. Habebant ſupremum Magiſtratum, Demarcam dictum, hoc eſt Populi Principem. Erat ipſis ab officio Phylax, qui curam carcerum habebat. In certis quibuſdam conventibus Senatum intrabant, Regemque manu prehenſum in publicum ducebant, ſuper quo bene ne an ſecus feciſſet, judicabant, ſuffragia in tenebris ferentes. Muliere in adulterio repertâ, in eodem loco alto ſuper imponebatur lapidi, ut in omnium prætereuntium oculos incurreret: ubi aliquantum in illo loco conſediſſet, per omnem urbem ducebatur, deiñ eundem lapidem aſcendebat, in quo infamiæ notam, quoad vixerat, contrahebat.

Varios Græcorum circa ſacra ritus obſervabant, cavernam Plutoni dicatam colebant, & qui mare navigabant, placabant divos manes ſacrificiis quibuſdam: loco Pontificum quoſdam habebant, qui modos ſacrificandi docerent. Aquam potui aptiſſimam habebant, à qua abſtinebant, quod Stygia exiſtimarent.

Neapolitani Bacchum ſub ſpecie hominis vel ſenis adorabant, illumque dicebant Ebon. Hæc & alia videantur ap. Arnob. l. 5. Liv. dec. 3. l. 3. & dec. 1. l. 7. Plin. l. 13. c. 1. Cicer. orat. in Rullum Suet. in Auguſt. Petrarch. Epiſt. famil. l. 5. Feſt. Spart. Had. Macrob. Sat. l. 1.

MORES HUJUS TEMPORIS.

NEapolitani pleni ſunt vanæ jactantiæ, in diſcurſu inamœni, inſolentes, & magniloqui, adulatores, Vindictæ valde avidi, intolerabilis ſuperbiæ, imperioſi, Zelotypi, diffidentes, otio valde dediti. Erga peregrinos contra humani & affabiles ſunt, illoſque amore proſequuntur. Bona illorum varia oſtentatione, in ſpeciem magnificentiæ, conſumunt, in cujus rei gratiam 10. millia rhedarum Neapoli numerantur.

Fœminas imprimis ex antiquo nobili genere ortas magni faciunt, fucatas tamen, cùjus rei cum ſibi maximè ſint conſciæ, amant illos fideliter, quorum amorem nactæ ſunt, rei domeſticæ conſervandæ valde ſtudent. Plebs tamen querula & malefactis obnoxia eſt, ita ut nullius rei magis quam fraudum curam agat, & ut facile minus circumſpectos decipiat.

Gayetani armis valde ſunt addicti & apti, quorum fœminæ natura pulchræ, ſed fucum amantes, adeo cupidè amori vacant, ut peregrinos non vereantur amores. Capuæ incolæ ſermonis gravitati, fœminæ illorum glorioſæ jactantiæ ſtudent.

Nobiles non magis equos quam fœminas amant, nec quicquam adeo curant, quam ut eleganter incedant veſtiti, corpus decoro decentiq; motu componunt, eo fine ut placeant, illis quarum amorem venantur. Addictos eſſe Nobiles varii generis luſibus, ſequioris conditionis, ſtudiis occupari, certum eſt, reliqui operas manuum exercent, imprimis aurifabrorum, & ſerici conficiendi artem callent. Tempore Quadrageſimali, Bacchi Feſtum ſolenniter celebrant, in quo larvati, variiſque veſtium formis induti, bacchantes diſcurrunt, & vario jocos exercent. Hujus feſti ſolennitates vid. ap. Valamont itinerar. l. 1.

In capiendo cibo delicati ſunt, & in conviviis magnos faciunt ſumptus.

Qui dignioris fortunæ ſunt, bene loquuntur Hiſpanicè: materna vero illorum lingua, quæ eſt Italica valde corrupta, multis ſcatet verbis Hiſpanicis. Hi mores deſcripti ſunt in Philaleth. Forcian. quæſt.

REGI-

Digitized by Google

REGIMEN.

PRæter Curias & Conſilia quæ Neapoli ſunt, de quibus ſuperiùs facta eſt mentio, eſt etiam Tribunal ſive ſedes Prę-turæ, ubi coram Prætore convenitur, partes convocantur, & cauſæ decernuntur.

VI. ſunt ibi numero electi, vel ſoli, vel una cum Juſtitia, reſpectu illorum, qui edulia vendunt, ſub quibus hortulani continentur, & rebus certa pretia conſtituta ſunt. Qua de cauſſa certi conſtituti ſunt officiarii, quorum curæ id demandatum eſt, ut omnia ſecundum pretium conſtitutum vendantur. Hoc officium plerumque appetere ſolent multi, & dignioribus, antiquiſve familiis conferri ſolet.

Quælibet Nobilitatis ſedes eligit unum caput ad ſervandum in politia bonum ordinem: & hi electi qui pretia certa rebus conſtituunt, uti dictum eſt, cum illis qui à populo electi ſunt, adminiſtrant urbis reditus. Officium Nobilitatis per ſex menſes tantum, populi vero unum, vel duos annos, durare ſolet, eò uſque ac Pro-Regi viſum fuerit. Superiorem vel caput agnoſcunt, Regentem Cancellariæ, vel conſiliarium ſtatus.

Illorum locorum Nobiles, qui ſedes vocatur, deſtinati negotiis decidendis, quæ illarum corpus concernunt, illæ ſedes vocantur de Capuana, de Nido, de Montagna, de Porto, & de Porta Nuova, & quælibet harum familiarum diſtincta eſt à reliquis ſedibus. Cæterum certæ familiæ Nobiles ſunt, quæ ſeſſione juris in illis ſedibus non gaudent.

FAMILIÆ NOBILES NEAPOLI SEDIS CAPUANÆ.

ACcia Pacoſa, Aprani.

Bocca Pianola, Bozzuti, Bon compagni, Cantelmi, Capeci, Caraccioli del Leone Caraccioli Roſſi, Colonna, Ducis de Zagarola, Criſpani, Dentici, Filomarini, di Forma, Galeota, Guindacci, di Lagni, della Leoneſſa, Latri, Loffredi, Mariconda, della Marra, Mendozza, Principis de Melito, Morra, Minutoli, Orſini di Bracciano, Piſcicelli, Protonobiliſſimi, Sconditi, Scripandi, di Silva, di Somma, Tocco dell' Onde, Tomacelli, Zurli.

FAMILIÆ EXTINCTÆ EJUSDEM SEDIS.

ACciajoli, Ajoſſi, Aquilio de Arbuſto, dell' Averſana, Arcello, Bareſe, Carbone, Catenei, Coſcia, Cappaſunti, di Franco, Gagliardi de Inſula, Manſella, Maſtaro, Pandoni, Ducis de Bojano, Peſce, Proculo, Siginulfo, Tortello, Varallo.

FAMILIÆ NOBILES SEDIS DE NIDO.

ACquavivi, Affliti di Mazzeo d'Avalos d'Azziadu, Comes de Nole, Aldemoriſco, Berlingieri, di Bologna Brancani, Calcanigli, Cantelmi, Capani Capeci, di Capoa, Caraccioli Bianchi, di Cardine Carrafa, Coſcia, Dentici delle Stelle, delle Doce, Frezza, Gaetani, Gallucci, della Gatta, Geſvaldi, Gironi Ducis d'Oſſune, Gonzaghi, de don Ferrant, Griſoni, Gevari, Guindacci, di Luna, Milani, Monfolini, Montalti, Orſini Ducis de Gravine Piccolomini, Pignatelli, Ricci, di Sangro, San Severini, Saracini, Sirſali, Spina, Spinelli, della Tolfa, Tomacelli Vulcani.

FAMILIÆ EXTINCTÆ EJUSDEM SEDIS.

D'Alagnò, Acerra, Beccaria, Capuani, Cardona Ceuteglia, Diazcarlona, Fonta nola, Gallarani Malaſpina, Marramaldi, oſſieri, Palentana, Papirio, Rumbo Sanframondo, Sulpitio, Toraldi Villamarina.

FAMILIÆ NOBILES SEDIS DE MONTAGNE.

CApua, Carmignanis, Cicirelli, Coppola di Coluccio, Coſtanzi Majorana, Miraballi, de Majo Muſcettola, Pignoni Puderici Ribera Rocchi, Roſſi, Santelici, Sanches, Marchionis de Grottola, Sorgenti, Stendardi, Toledo, Villani, Marchionis de la Polla.

FA-

Digitized by Google

FAMILIÆ EXTINCTÆ EJUSDEM SEDIS.

ARcamoni, Bajano, Baleſtrieri, Boccatorti, Cacchiola. Cicaleſe, Cotogno Cimbro, Cannuto, Egino, Franconi, Fagilla, Gintola Guarracini, Hipanta, Lanzalonga Mammoli, Mardones. Marogani, Moſcone Maſchetta, Oricchioni, Origlia, Orimini, Pappanſogna, Ponzetti, Roſſo del Leone, Scorciati Sicola, Soto Spiccicacaſo, Scannacardillo, Serignara, Simio, di Sarno, di Toro, Troſo, Verticelle.

FAMILIÆ NOBILES SEDIS DE PORTO.

D'Aleſſandro, Arcamoni, d'Angelo, Colonna d'Aſcanio, Cardona, di Dura di Caëta, di Gennaro Inſera, Macedoni, Macedoni di Majone, Mele Origlia Pagani, Poppa coda, Severini, Siramboni Tuttavilla, Venati.

FAMILIÆ EXTINCTÆ EJUSDEM SEDIS.

AJoſſa, Alopa Caſtagnola Cocciaconte, Ferrillo, Fregoſi, Gennari, di Nicotera, Gentile, Landriani, Manati, Roſa.

FAMILIÆ NOBILES SEDIS DE PORTA NOVA.

AGneſe, Capuani, Coppola, Marchiones di Miſſanello Coſtanzi, Gartola, Go[illegible] di Veſpaſiano, Ligoris Miraballi, Mocci, Marmilli, S[illegible] Cardinalis Altemps.

FAMILIÆ EXTINCTÆ EJUSDEM SEDIS.

D'Anna d'Arco Bonifacii, Borgarelli, Capaſſi, Cicari, Caputi, Capella, Cafatino, Caſtagnola Cardinalis Frangi pane, Gamberella, Monticello, Moſchini, Ollopeſce, d'Onmibono, Ravignano, Ronchella, Sannazaro Scannalorice, Saſſone, Tora, Turtello.

FAMILIÆ TITULORUM URBIS NEAPOLIS QUÆ NON GAUDENT SEDIBUS.

AJerbi d'Aragona Marchionis de la Grotteria.
Affitti Ducisde Barrea & Comitis de Loreto.
Aponti Marchionis de Goglioneſi de Padula & de S. Angelo.
Aquini S Thomæ & Comitum d' Aquino hodie Princ. de Caſtiglion & Comit. de Martorano.
Arduin Marchionis de Sorito.
Barionnovi Marchionis de Cuſano.
Belprati, Bernaudi, Ducis de Bernauda.
Beltrani Comitis de Miſagne.
Bertelotti Principis de Caſtellaneta.
Borges d'Aragona Principis de Squillaci.
Branci Marchionis de Montelcone.
Bucca d'Aragona, Marchiones de Montorio.
Concubletti Marchionis d'Arena.
David, Ducis de la Caſtellania & Comes della Rocca Rainola.
Franchi Marchionis d'Ottaviano.
Galli, Marchionis de Montefalcone.
Gambacorti Marchionis de Celenza.
Gartinari Comitis de Caſtro.
Grimaldi Ducis d'Evoli, Marchionis de la Pietra Domini, de Monaco & Marchionis de Campagna.
Imperiali Marchionis d'Oria.
Lanario Comitis de Sacco & Du[illegible] Carpignano.
Marcheſi Marchi de Camerota.
Maſtrogiúdice Marchi de S. Mango,
Medici Principis de Ottajono,
Mendozza Marchionis de la Valla.
Montenegri, Marchionis de Marigliano.
Monti Marchion. de Corigliano & d'Acaja.
Orefici March. de Sans.
Pandoni, Pinelli. Ravaſchieri, Revertera.
Roſſi, Ruſſi, Saneſii, Sariana, Siſcari. Præter has Neapolit. titulorum familias ingens numerus eſt Baronum, Equitum, qui ſedibus non gaudent.

JU-

Digitized by Google

JUDICIUM DE REG. NEAPOLITANO ET RATIO STATUS HISPANI IN FIRMANDO SIBI REGNO NEAPOLIT. SECUNDUM PH. HONOR.

IN hoc Regno, veluti in corpore peſſimis humoribus, tam propriis, quam aliunde accitis, affecto, morbus tam evaſit contagioſus, ut ejus curatio propemodum ad deſperationem medicos adduxerit: certe, inter tot rerum mortaliũ mirandas viciſſitudines, Regni Neapoſitani exemplum vel primum tenet locum. Id ab initio varios ſemper Dominos expertum eſt. Ejus titulos Rogerius primus ab Antipapa Anacleto accepit, poſtea ad Normanos devenit, à Normannis ad Suevos à Suevis ad Gallos, & ultimum Hiſpanos, continua turbarum ſerie, devolutũ eſt. Quapropter tot variæ mutationes magnis ſemper rebellionibus fuerunt obnoxiæ. Harum quamvis variæ, hæ tamen duæ præcipuæ exiſtimantur eſſe cauſæ: altera Regni Principum procerumque nimia potentia atque auctoritas: altera Regis eligendi facultas, quę propria non eſt, ſed ad peregrinum ſpectabat Principem, quo nemo magis mutationibus atque Pontifex Romanus obnoxius, tum ob vitæ illius quam ut Pontifex vixit brevitatem, tum ob diverſitatem ipſius pontificatus. Equidem cum magni Regni pars ſemper in poteſtate Dominorum naturalium fuerit, atque ideo vaſallorum ſuorũ opibus pollentium, animis & ſtudiis felicius uti ſint, & ſubditis adductius imperabant, hodie populus, quod nullã Nobilitatẽ præ Nobilitate Neapolitana pluris ęſtimet, odio Barones & Dominis alienigenas proſequitur. Hac freti fiducia Regni proceres, ſæpiſſime auſi ſunt Regibus ſuis obniti, minas intentare, bellum movere. Hac animorum propenſione Pontifices commode uti ſciebant, ut, ſi forte aliquẽ Regno vellent depoſitum, novis ſe rebus de ſtudio miſcebãt, odio in hunc, gratia in illum propenſi, fácile illorum expectationi ſatisfacturi, quorum actiones votis deſiderabant. Atque hinc peſſimo cuique in turbas & diſcordias maxima vis. Quæ Hiſpanicis artibus hoc Regnum ſibi firmandi viam aperuit. Harum illæ fuerunt præcipuę, ut cum ſede Romana in-

coleretur amicitia,& illi omnes,qui in Regno potentiæ fama inclaruissent, attenuarentur & deprimerentur. Hunc in finẽ cum præcipuis Italiæ Principibus fœdera amicitiæ sunt inita, ut non nisi destinationes Hispani promoverentur. Cum vero procerum factiones adhuc essent in Regno metuendæ, illos variis artibus sibi conciliavit, imprimis officia aulica huic vel alteri offerendo, publicâ rerum administratione vel sibi retentâ, vel sub conditione restrictâ aliis rarissimè concessâ. 2. Suspectos & adversarios acriter persequebatur, & adversus officiales & gubernatores nullam procerum contumaciam admisit. Horum primo Vasallorum benevolentiam sibi acquisivit, altero, non permisit ut populi potentia ullorum auctoritati & existimationi nocere possit. Ne vero autem tantum procerum partes suas faciat, etiam popularem gratiam aucupatur. Populo siquidem in caussis justitiæ palam favet, atque uti Nobilitatem honorum oblationibus (qui tamen ipsam Nobilitatem & illius opes exhauriunt, dum ad hos majores accessiones sibi ære parant & magnifice vivunt, seque ita potestate aliquid tentandi privant ita populum publico caussarum justitiæ favore, eo adducit, ut gravissimas extorsiones, quibus indies premũtur, patienter ferant. Adeo ut in magnis discordiis Rex jam nihil habeat quod metuat, cum vana sine viribus ira sit, neque Proceres peregrina auxilia propter Italiæ statum expetere possunt. Igitur conjunctio cum sede Romana & cæteris Italiæ Principibus, & subditorum fere omnium extenuatio, antidota velut fuerunt, quibus hoc Regnum à belli tam externi quam interni veneno conservatum est.

Enimvero quamvis sibi Rex Hispaniæ his mediis firmum pace Regnum opinione firmasset, attamen Hispanicorum ministrorum (quibus solis fidit) insolentiâ & improbis moribus, quibus nullæ subditorum etiam amplissimæ opes satis esse possunt, effectum, ut Regnum funditus eversum & desolatum videatur : ad cujus interitum etiam duo alia mala militũ barbaries, & gravissimæ impositiones, accesserunt, & præter illa, tribunalium iniquitas, latrociniorum frequentia, piratarum sævitia, rapina & petulantia & superbia ministrorum. Quapropter non inique queritur Regnum Neapolitanum apud Pietra del Paragone, quod compedibus & catenis miserrime adstrictum sit, ex quibus quodsi liberum extrahere

here pedem deberet, opus eſſet, ut in ſe miracula maris rubri Deus oſtenderet.

Quare autem Regnum Neapolitanum tam duriter ab Hiſpanis habeatur, eleganter ſupradictus auctor in primo capite (*Neapolitani perche ſiano*) expreſſit, nimirum cum equus Neapolitanus tam ferus, inconſtans, & ſeditioſus eſſet, ut nec ephippium nec frænum pati poſſet, & ſæpius duos Reges ſeſſores paſſus ſit, factum, ut in poteſtatem & cuſtodiam Hiſpanorum perveniret, qui ipſi compedes circumdarent, & fame verberibuſque obſequentiorem redderent, fruſtra aliorum pro illo miſericordia interveniente.

MORES VETERUM SICULORUM.

PRimi habitatores Siciliæ Cyclopes fuerunt, quorum mores nemini niſi Poetis cogniti fuerunt, qui luſcos fingebant Cyclopes. Et antiqui illos vocabant iracundos, crudeles, omni humanitate exutos. Hi nullum terræ cultũ exercebant, quod tellus ſua ſponte frumenti & vini ferax eſſet. Conventus inter ſe nullos inſtituebant, ſed in cavernis terræ delitescentes, imperium in uxores & liberos ſuos exercebant. Ex quo vivebant pecori paſcendo vacabant, cujus lacte, carne, & caſeo veſcebantur,

Cæterum Siculi ſubtiles, diffidentes & ſuſpicaces fuerunt. tum patientes, ſobrii, laboribus addicti, in negotiis ſeduli, tam publicis, quam privatis, lepidi. Primi comœdiarum fuerunt inventores, delicati, literis dediti, ferculorum varietatem amantes, linguæ Græcæ inventores dicuntur. Veteres illos vocarunt homines trium linguarum, quod Græcam, Siculam, & Punicam linguam loquerentur. Menſes dieſque ſuos more Græcorum numerabant.

Cum triumphum de ſuis hoſtibus agerent, Victores equis vehebantur, laureo ſerto coronati, captivos tonſos ducebant.

Imperatores Romani, poſtea Græci, ultimis temporibus illam tenuerunt, uſque ad tempus Imperatoris Nicephori, ubi coacta fuit Saracenorum Imperium comiter obſervare.

Sacra Cereri & Proſerpinæ faciebant diverſis anni temporibus, in quorum honorem decem dies ſolenniter feſtivos obſervabant,

Communis ferebat ſermo quod Syracuſæ optimos mortalium producerent, cum ad bonam mentem ſe darent, & contra omnium ſceleſtiſſimos, cum malis actionibus animum applicarent. Voluptatibus & delitiis valde fuerunt dediti.

Fœminis illorum permiſſum non erat, ut aurum ornamenti loco portarent, neque tunicas purpura tinctas. Neque de noctu fœminis ambulare licitum erat, niſi ſuſpectæ adulterii eſſe vellent.

Divitiæ Syracuſanorum tantæ fuerunt, ut, quamlibet quis opibus præſtaret, more tamen ſuo dicerent, quod ne decimam partem divitiarum Syracuſanarum poſſideret.

Habuerunt antiquitus Syracuſani veram Rempub. ex optimatum regimine compoſitam, obtentâ vero de Athenienſibus victoriâ mutatus fuit ſtatus Ariſtocraticus in popularem, factuſque illorum Magiſtratus eſt annuus.

Dictum de illis, quod tam ſumptuoſi eſſent ædificatores, ac ſi in æternum vivere vellent, & tam lauto apparatu convivia inſtituerent, quaſi jamjam morituri. Quæ de Siculorum moribus modò ſunt expoſita, aliaque plura, videri poſſunt apud Thucyd. l. 6. 1. c. Strab. 6. Gell. l. 15 c 2. Euryp. Syclop. Plin. l. 7. c. 56. Cicer. Orat. in Verrem. c. 4. Solin. Polig c. 11. Athe. l. 12. Solin. Polih. Athen. l. 12. Diodor. Sicul. l. 5. Apul. Cic. Orat 4. in Verrem. Plut. Timol Juſt. l. 4. Diod. l. 11. Juſt. l. 23. Liv. Dec, 3. Diod. l. 5. Plut. Dion. Strabo. l. 6. Herod. l. 7. &c.

MORES HUJUS TEMPORIS.

Siculorum maxima pars ſubtili pollet ingenio, inventionum abundat, naturali facundia ſunt præditi, faceti, at vero contra loquaces, ſuſpicaces, invidi, vindictæ cupidi, æmuli, magni adulatores, proprii commodi magis quam publici ſtudioſi, perfidi, inconſtantes, ad omnia ſcelera patranda faciles, diſſimulatores, amicitiam ſimulant ut commodius iræ ſuæ litent, otio addicti, honorum & gloriæ in exceſſu cupidi, ardeliones & diſcordiam amantes.

Obſervatum quoque eſt in illis, quod magis ſint callidi quam prudentes, magnis ſubtiles, quam erecti, novarum rerum valde ſtudioſi, mandata libenter exequuntur, juſtitiæ parent, obſequiis in Principem prompti, primo amicitiæ fervori maxime addicti. Natura illorum ita comparata eſt,

ut

ut ad duo extrema impingant, quod vel nimium timidi vel nimium ſint audaces.

In propriis ſuis negotiis timidi ſunt, quod ſui privati commodi ſolicitam agant curam. Ita tamen alacres in aliis peragendis, ac ſi ea propter nati eſſent. Adhæc audacia inſigni pollent, Libertatis ſuæ ſtudioſiſſimi, Naturâ ſunt inertes, & lucrum peregrinis facile concedunt. Choreas ſtrophiolo tacto agunt, ne fœminæ manum contrectent. Sunt quidem Equeſtris dignitatis, Stellæ de Meſſina, qui feſta ſolennia die Trium Regum celebrant, quæ conſenſu Regis ſunt introducta, & in urbibus ſtatis temporibus ſervari debent, cum certamine equeſtri & pedeſtri.

Habitu Italorum utuntur, pari ratione ſicut reliqui Itali viventes, & ipſi ruricolæ ſplendidius pro conditione incedunt, quod ſerici copiam habeant, Italice quidem ſed duriter loquuntur.

Moris apud illos erat, benedictione Deſponſatos impertire, & illos domi deſponſare: ſæpius autem non citius quam ad horam mortis, matrimonio jungebantur: deſponſati ſolenni cum pompa per plateas equis vehebantur; qui mos rhedis introductis exolevit. Hodie, quamprimum articuli ſponſaliorum utrimque ſunt ſubſcripti, ſponſus ſponſam libere ſalutatum it. In nuptiis ruſticorum, multi conveniunt convivæ & ſtrenue choreas ducunt. Carne aſſâ, & oryzâ libentius veſcuntur.

Tempore cum illorum Reges in Palerma ſubſiſterent, hoc in ipſorum obitu utebãtur morũ ut per triduũ lugubri veſtitu induti incederent; fœminæ vero paſſis crinibus & ſacco tectę cum magno ſervorum tractu plateas ululatu replebant, & lugubres miſcebant cantilenas.

Cum funus exequerentur, parentes demortui, nigro veſtitu induti, procedebant; hodiè vero domi manent: ubi autem quis Nobilis deceſſit, certos habent qui ad ſolennia funebria Nobiles invitant. Præter familiam domus, multi pauperum, qui nigro habitu veſtiti, defunctum ſequuntur cum facibus: poſterga habebant alios equis inſidentes cum armis & ſignis, qui clamores ciere ſolebant: Verum hodie hic mos expiravit. Hos Siculorum mores conſignarunt Poreacchi ſol. l. 1. Hugo Falc. Hiſt. Sic. Boter, in Relat. Teſoro Polit. Buon. Figl. Hiſtor. della Sicil.

RE-

RELIGIO SICULORUM.

INcolæ hujus insulæ profitentur Religionem Romano-Catholicam. Habentur ibi patres inquisitores, qui ipsam sedulo tuentur: Illorum jurisdictio sanctum vocatur officium; qui usu compertum habent, Hispano Regi maxime placere, si modesti in hoc se gerant officio.

Præsules magnæ sunt in hac insula auctoritatis, ita ut etiam Pro Regum imperia non semper observent.

Tres ibi habes Archiepiscopos, qui sunt illi de Palerma, Messina & Montreal. Insula de Palerma suppositos officio habet Episcopos de Mazare, Girgenti & Malte. Ille de Messina Episcopos de Cefaledi, Patti, S. Marci & insulam de Lipari. Ille de Montreal illos de Sarragoca & de Catana. Ultimum, Archiepiscopus de Messina supremus Siciliæ Rector est, uti etiam Calabriæ.

Universa Sicilia Græcæ Religioni addictos habet permultos, qui se à Mauritanis vindicarunt. Templa ibi quædam habent, imprimis in Messina, ubi sub tutela Regis Hispaniæ acquiescunt. Vid. de his Tesoro Polit. l. 2. Buoufig. hist. de Sicil. Crusi Turcogræc. l. 8. Annales Suevi l. 12.

REGIMEN POLITICUM.

REx Hispaniæ tam Spiritualem quam temporalem (ut vocant) Siciliæ se dedit Dominum, ita ut, si quidam ex Sacerdotibus ad Papam recurrant, suspendii pœna plectantur. Qua de re XI Baronii tomus tam Neapoli, quam in Sicilia, Nobilibus sub pœna transportationis, aliis sub pœna triremium interdictus est. Supplices vero libelli, qui judicibus inquisitionum exhibentur, incipiunt à verbis *Beatissimo Patre*; quo nomine tam Pontificem, quam Regem intellectum volunt.

Ad hoc judicium à Rege electi Episcopi vocantur. Scripsit Baronius contra hanc Spiritualem monarchiam, & affirmat, quod Bulla, quam primo Regi Neapolitano & Siciliæ Rogerio donatam asserunt, falsa & suppositicia sit.

Imperium ibi Pro-Rex habet, qui se vocat Præfectum Generalem Insulæ. Reliqui magni Regis ministri sunt, magnus Architalassus, magnus Connestabilis, magnus Cancella-

Digitized by Google

cellarius, magnus Stabuli Præfectus, magnus Theſauro Præfectus, & Conſervator, magiſter Portuum: Protonotarius, Magiſter Secretus & Magiſter juratus, qui omnes conſilium Regium ingrediuntur, Præter ultimum. Hoc conſilium Regale, etiam ſacrum vocatur, quod de Rebus maximi momenti convocari ſolet, quando magna curia in ſuſpicionem incurrit, vel cum Pro-Rex negotium aliquod magni periculi ſuſcipit, quod illorum officii ſit, ad occaſiones belli intendere.

Tres magnæ ſupremæ ſunt in Sicilia ſedes, quæ omnia ibi complectantur negotia: nimirum, *magna curia*, *Sacra conſcientia*, & *Patrimonium ſive Dominium*. Magna curia conſtat ex Præſide & VI. judicibus, civilibus tribus, tribus criminalibus. Adhæc ibi eſt Advocatus fiſcalis, cum tribus Procuratoribus Fiſci qui negotia expediunt. Magiſter, Notarius, tres Secretarii Referendarii, Sollicitator Fiſci, Advocatus, & Procurator pauperum.

Præſes & Advocatus Regis plerumque ad vitam his funguntur officiis, & judices ſingulis bienniis mutari ſolent: ad finem primi anni, illi, qui civiles fuerunt, fiunt criminales; & contra criminales, evadunt civiles.

Sacra conſcientia, quæ notat ſedem appellationum, conſtat ex Regente vel Præſide ad vitam & ex 2. judicibus biennalibus.

Dominium vel Patrimonium habet Præſidem, & ſex magiſtros rationum, tres Doctores, & tres alios Protectores Patrimonii Regalis, Advocati Fiſci ejuſdem, Protectores & Sollicitatoris Fiſci. Hæc ſedes rationes omnium Regis reddituum obſervare tenetur

Cauſſæ juſtitiæ pariter tractari ſolent per illos, qui à Pro-Rege poteſtatem habent illas tractandi, præſertim in rebus Criminalibus. Qui hanc exercent juriſdictionem, vocati ſunt Præfecti armorum. Hi Præfecti triplicis ſunt conditionis: Primi horum Bannitos perſequuntur, numero 4. ſunt, cum equeſtri pauco milite. ſecundi ſunt, quos ad tempus Pro-Rex conſtituit, ad nonnulla crimina punienda 2. Cum Pro-Rex unum ex Dominio mittit, & ut exequi poſſit mandata ipſi poteſtatem dat Capitanei armorum.

Stradigo de Meſſina ſecundus à Pro Rege, dignitate eſt, ita ut ipſum titulo Illuſtriſſimi impertiat. Curia Regalis illi

ſolvit

ſolvit pro 30. Haſtatis, qui cuſtodes illius ſunt. Is Locum tenentem Vice-Stradigo agnoſcit, qui in Meſſina cum ſimili auctoritate degit. In curia Stradigotiali 6. ſunt judices, nimirum tres Græci, & tres Latini; verum hodiè ſolum tres ſunt.

Præter dictos Magiſtratus, etiam curia Syndicorum eſt, vel juratorum Meſſinæ: Hi Senatores 6. ſunt numero. Eſt & huic Reipub. caput quoddam Stradigo dictum, Legibus rectum præſentibus 3. judicib. & 6. Senatoribus, ex quibus ſunt 4. Nobiles & 2. Cives de Meſſina. Auctoritas juratorum, vel Senatorum illorum ingens eſt, qui tamen de nulla re ſine conſilio decernunt: Ut conſulta effectum ſuum ſortiantur, omnium opus eſt ſuffragio. Poteſtatem habent eligere Gubernatorem, vel magiſtrum rei tormentariæ & alios officiarios. Quali quiſque indutus ſit habitu, vid. ap. Pierre d'Avity in Sicil. p. 561.

Quæ in Meſſina Conſulum ſunt officia, partim Nobilibus, partim civibus conferri ſolent. Hi juſtitiam illis adminiſtrant, qui mercaturam exercent. Prætor, qui ibi eſt, in repreſſalias animadvertit. Adhæc 2. ſunt in Sicilia Præfecti, quorum tamen auctoritas eadem non eſt; quidam parvarum rationem, alii lignorum ſylvarumque curam gerunt.

Magiſter monetæ in Meſſina, juriſdictione ſeperatâ gaudet, & totum Regnum pervadendi habet poteſtatem, ut cognoſcat, bona ne ſit moneta, nec ne.

In Palerma, Prætor eſt pro rebus Civilibus, & Capitaneus pro criminalibus. Reliquorum minora officia hic tacemus. Nunc de Parlamento Siciliæ quædam dicenda ſunt: Hoc inſigni pollet auctoritate, ita ut Pro-Rex nullum gratuitum donum accipere poſſit, neque ullam de novo rem conſtituere, quæ Publicum concernat, ſine univerſi Regni conſenſu, qui per Parlamentum dari ſolet. Illud ex triplici ſorte hominum coaleſcit, & dicuntur Siculis tria Regni Brachia, ſuntque omnes Præſules tam grandes quam parvi, quos vocant brachia Eccleſiaſtica, omnes Barones & Domini vocantur brachia militaria, & omnes reliqui à Rege, brachia dominii: cujuslibet officium eſt mittere Procuratorem.

Pro-Rex hos omnes per literas convocat, ut ſe ad certum tempus & locum vocati ſiſtant, modum vota ferendi habes apud Pierre d'Avity p. 562. t. 3.

Sunt

Sunt quædam familiæ quæ libertatem habent intrandi Parlamentum Siciliæ. Præcipui ex his ſunt illi de Vintimiglia, cum titulo Principum, de Aragonia, cum titulis Ducis & Principis, de Bolonia, Comites de Santapan, Barreſa, & Moncada, cum titulo Princip. de Brancifort, cum titulo Ducis Spatafora Marchionis, illa de Jopolo, familiæ de Viatimiglie Comit. de Naſo, de Boſco, cum titul. Ducis, Lancia cum titulo Principis Migliaccio & Celeſte Marchion.

Hujus Inſulæ Domini, dicti brachium militare, obſtricti ſunt proprii expenſis Regi ſervitia præſtare, pro defenſione Inſulæ, cum certo numero expeditorum equitum, pro cujuslibet conditione & tenore Privilegiorum. Hi vero ſunt Principes de Butera, Caſtel Vetrano. Petra Precia, Paterno, Caſtel Buono, della Trabia, & de Caſtiglion, Duces de Vibone, Terræ novæ, &c. Marchiones de Geraci, Lecodia, Giulana, Marinco Avalo, Franco-Fonte, Jarratana, de la Sambuca, Favara, Roccella, de Monte Maggiore de la Limina & de Spaccafurna, præter quos 14. ſunt Comites, unus Vice-Comes & 48. Barones.

Brachia Excleſiaſtica continent Archiepiſcopos & Epiſcopos, Archimandritam vel præcipuum Abbatem Meſſinæ & alios 50. Abbates. Cappellanum Regium S. Lucæ Rectorem de Magiona & 4. divites Priores. Quæ ex ſupradictis quilibet habet dominia apud, eund. vid. Ant. in Sicil.

Brachium Dominii conſiſtit in Meſſina, Palerma, Cantana, Troina, Saragoca, Girgenti, Patti Cefala, Marzare, Trapani, Xaca, Noto, Calatagirone, Thermini, Marſale, Leontini, Naxo, Caſtrogiovanni, Nicoſie, Leocate, Polizzi, Taormine, Ploccio, Callattaſſibetta, Randazzo, Mene, Argira, Bidino, Monte S. Julian. Salerni, Corleone, Miſtretta, Cappizi, Auguſta, Caſtro reale Melazzo, S. Luce, Sutera, Rametto, Caſtronuovo, Giaci, & Mela de Taormina.

DIVITIÆ ET VIRES SICILIÆ.

REx Hiſpaniæ ex hac inſula plus quam millionem aureorum ut plurimùm percipit, tam ex tritico quam farina, quæ in Meſſina, Palerma & aliis locis invenitur. Ex confiſcationibus, venditionibus Feudorum, impoſitionibus

bus pro ædificatione pontium & fortalitiorum, repàratione viarum, & rerum aliarum, ingentem pecuniæ vim percipit: ſupra hęc etiam à Parlamento, & ſtatibus Regni, dona gratuita plurima percipit. quæ donatia vocantur, quæ ex omnibus fere officiis proveniunt. Verum rationes expenſarum, quæ in ſolutionibus, pro Pro Regis officio, Majorum miniſtrorum, ſuſtentatione Equeſtris militiæ, ſtationibus militum, triremium ſtructura, debitorum aſſignatorum compenſatione, aliiſque conſiſtunt, redituum rationes exuperant.

Divitiæ hujus Regionis imprimis comparantur ex frumento & ſerico.

Propter ſerici mercatum ſingulis annis in Meſſina nundinæ habentur, ad quas totius fere Europæ incolæ confluunt: adeo ut opinio ſit, quod, præter alias res ibi venales, peregrini, pro millione coronatornm, merces evehant. Ritus, qui his in nundinis obſervari ſolent, vid. ap. Pierre d'Avity, p. 559.

Præter ſericum & frumentum Sicilia quoque ſaccharum præſtat, & quæ ſaccharo condi ſolent, tum caſeos, nuces, oleum, nitrum, tergora.

Marchio de Peſcare, cum Pro-Rex Siciliæ eſſet, calculum omnium in hac inſula hominum, qui ad arma tam equeſtris quam pedeſtris militiæ idonei eſſent, ſubduxit, excepta Meſſina & Palerma (quarum una 60. millia altera 120. millia habere poteſt) dein compertum eſt, quod reſtantes 19559. foci 161525. homines partium, 1600. equeſtris ordinis & 9000. pedeſtris militiæ ad numerum millionis hominum aſcendant.

At vero, ſecundum recentiorum relationem, conſtituta eſt militia X. millium peditum & 1500. equitum, quorum tamen numerus ad 1706. accrevit. His Domini ejus Regni obſtricti ſunt addere, poſcente ita occaſione, 3206. milites. Tempore belli Maltenſis Don Garcia de Toledo, teſte Botero in relation congregavit 3000 & ſupra, equitum, & X. millia peditum. Verum vix credibile eſt, quod in hac Inſula, ſentiente Cruſio Turcogr. l. 2. reperiri liceat 80. millia ſclopetariorum, & 30. millia equitum, qui intra ſpatium 24. horarum cogi poſſent, & quod in Palerma 36. millia peditum, & X. millia equitum reperiri debeant.

Quod

Quod reliquos ſpectat milites, habet Pro-Rex pro cuſtodia ſua plerumq; 200. Hiſpanos, præter quos cottidie 2500. in ſtationibus ſunt pro Regni defenſione. Semper etiam paratæ 12. habentur triremes, quibus Generalis præeſt Don Garcia de Toledo. Hodie accurata cura obſervantur Meſſina, Auguſta, Sarragoca, Trapani, Catarea, Lentini & Milazzo, quæ velut firmo robore Regionem muniunt.

REGES UTRIUSQUE SICILIÆ SECUND. ONUFR. PANVIN.

A.D.

1130. 1. ROgerus, Rogerii, F. Tancredi N. natus ab Anacleto 2. regnavit 22. ann. menſ. 5.

1153. 2. Guilielmus Malus, Rogerii F. regnavit ann. XIII. menſ. 3.

1166. 3. Gulielmus II. Bonus, Gulielmi mali F. regnavit anno XX.

1186. 4. Tancredus, Rogerii Ducis Calabriæ F. regnavit ann. IX.

1186. 5. Rogerius II: Tancredi F. vivente Patre, Rex creatus, regnavit cum eo ann. IX. fere.

1195. 6. Gulielmus III. Tancredi F. regnavit aliquot menſ.

1195. 7. Imper. Cæſ. Henricus VI. Frederici Ahenobardi F. regnavit ann. 4,

1198. 8. Imper. Cæſ. Fridericus II. Rogerius, Aug. Henr. VI. F. regnavit ann. LII.

1250. 9. Chunradus Rex Roman; Friderici 2. fil. regnavit ann. III.

1254. Interregnum unius. anni, menſiumque aliquot.

1255. 10. Manfredus Frideric. II. nothus, regnavit an. XL.

1265. 11. Carol. Ludov. IX. Franc. R. F. ex Comite Provinciæ & Andegavenſ. XI. Rex regnavit ann. XIX. menſ. 6.

1285. 12. Caroli F. regnavit ann. XXIV. menſ. 3.

1309. 13. Robertus Carol. II. Fil. regnavit anno XXIII. menſ. 8.

1343. 14. Joanna Regina Car. F. regnavit anno. XXXVIII. menſ. 7.

1343. 15. Andreas, Caroli Martelli Hung. Rog: F. cum uxore Joanna regn. ann. 11. Menſ. 8.

Digitized by Google

1347. 16. Ludovicus, ex Principe Tarentino, ſecundus Joannæ maritus regn. ann. cum illa XIV. menſ. 9.
1348. 17. Ludovicus II. Rex Hungar. Caroli Mortelli F. regnavit contra Joannam annos V.
1381. 18. Carol. III. de Dyrrhacio Ludovici Ducis Dyrrhacii F. regnavit an. IV. menſ. 8.

REGES NEAPOLITANI VEL SICILIÆ CIS FARUM.

1386. 19. Ladiſlaus Carol. III. F. regnavit annos XXVIII. menſ. 5.
1414. 20. Joanna II. Socer Ladiſlai regnavit annos XX.

REGES SICILIÆ CIS FARUM, ANDEGAVENSES.

1381. 18. Ludovicus Valeſius Joann Franc. R. F. Dux Andegavenſ adoptatus à Joanna 1. regnavit poſt illius mortem titulo tenus ann. 11. menſ. 11.
1384. 19. Ludovicus II. Ludov. F.
20. Ludovicus III. Ludov. II. F.
1434. 21. Renatus, Ludov. II. F. regnavit in ſchiſmate contra Alfonſum annos XLVI.
22. Ludov. XI. Rex Francor. Carol. VII. F.
1483. 23. Carol. VIII. Franc. R. Ludovic. XI. F. regnavit annos XIV.
1498. 24. Ludov. XII. Franc. R. regnavit annos XVII.
1514. 25. Franc. Valeſius, Franc. R. regnavit annos XXXIII.
1547. 26. Henric. II. Valeſ. Franc. F. Franc. R. regnavit an. XI.

REGES SICILIÆ UTRIUSQUE, ARRAGONENSES.

1434. 21. Alphonſus R. Arragon. adoptatus à Joanna 2. poſt illius mortem regnavit an. XXXV.
1458. 22. Ferdinandus Alphonſi F. nothus regnav. annos XXV. menſ. VI.

1494.

Digitized by Google

1494. 23. Alphonſ. II. Ferd F. regnavit ann. I. & dies aliquot.
1495. 24. Ferd. II F. regnav. menſ. IX. aliàs annum 1. m. V.
1496. 25. Fredericus Alphonſi I. F. regnav. annos VII. alias ann. plus minus V. regno exutus in Galliam profugus ibi diem obiit.
1502. 26. Ferdinandus Rex Catholicus Hiſpan. ann. XV.
1516. 27. Imperat. Carol. V. Aug.
1556. 28. Philippus Carol. V. F.

VETERES SARDORUM MORES.

HI obſtinatis erant animis, mortem contemnebant, mentes illorum omni cultura erant vacuæ. Hujus inſulæ habitatores habitum purpureum amabant, ex qua purpura magnã faciebant pecuniam. Habebant Legem, qua obſtricti erant liberi ſenio confectos parentes baculo interficere, & dein humare; quod exiſtimarent, decrepitam, & viribus confectam ſenectutem, in varios errores proclivem eſſe. Utebantur lege, quâ juſſi erant punire otioſos, ita ut, ſi quis otioſus eſſet opus haberet rationem actionum ſuarum reddere, & oſtendere unde viveret.

HODIERNI SARDORUM MORES.

SArdi ut plurimum fuſci ſunt, robuſti, laboribus apti, accepti, humani exteris, invicem concordes & ſecundum naturam viventes. Ducere choreas, poculis vacare, in Feſtis diebus conſueverunt. Cibo ſimplici contenti ſunt, & aquæ potus ſitientibus ſatis eſt. Olim peculiari utebantur lingua, aliorum vero imperio ſubjecti à priſca loquendi conſuetudine multum deflexerunt. Alio etiam plane modo urbani, & ruricolæ loquuntur. Dialectus diverſitas ex oratione dominica, quæ urbanis cum ruſticis communis eſt, patere poteſt. Qui in urbibus ſunt, ita orant:

Pare noſtre qhe ſes en lors cels, Sia Sanctificat lo nom teu: Vonga lo regne teu: Faſa ſe la volunta tua axicom en la terra. Lo pa noſtre cotida dona à nos altreshus, i dexia à nos altres los deutes noſtres, axiocom i nos altres dexiam à is deutois noſtre i no nos indueſcas en la tentatio, mais livra nos del mal.

IN COMMUNI LINGUA SARDOR. ORATIO DOMINICA, ITA SONAT.

BAbu noſtru, Sughaleſes in ſos chelus. Santuſia do ſu nomine tuo Benjad ſu rennu tuo: Faciadſiſa voluntade tua, comenti in chelo & inſa terra, ſu pane noſtra dognie die dona, à nos ateroſhua: & laſſa à nos ateroſis debitus noſtrus, comente e noſateros laſſans à is debitores noſtrus. Et no nos nortis in ſa tentatione impero libera nos daſu male. Tractarant de hujus Gentis Moribus Flor. Hiſt. l. 2. Strab. l. 5. Ælian. de Var. Hiſt l. 4. Strab l. 5. Pauſan. Deodor. l. 1. Porcaſſolli, Geſner. Mytridat. c. 2. Boter. in relat.

STATUS RELIGIONIS SARDORUM.

IN hac Inſula omnes ſunt Catholicæ Religioni addicti. Præſunt autem illi Archiepiſcopi de Cagliari, Saſſari, & Oriſtagne. Archiepiſcopus de Cagliari, adjunctum habet Epiſcopum de Doli, Solci, Yglesia & Suel. Ille de Saſſari Epiſcopos de Aglar vel Algher, Boſe, Empurias & Terra Nova: & ille d'Arbore vel d'Oriſtagne, Epiſcopos d'Uſſella Terra Alba & ſancta juſta. Quidam in hac inſula ſolum 7. ponunt urbes, nimirum Cagliari, Saſſari, & Oriſtagne, ſedem Archiepiſcopi, & illas Eccleſiæ, Boſe. Algher, arx Aragon, & Lefa. Arhciepiſcopi Piſæ & de Cagliari ſunt in Conteſte. propter curam Primatus Sardiniæ & Corſicæ. Nam ille de Cagliari in poſſeſſione eſt, per 1300. fere annos, & ille de Piſa allegat bullam Papalem Innocenty III. adeo ut hi duo de primatu ſemper diſputent.

Eſt in hac Inſula inquiſitor Generalis contra hæreticos apoſtatas, & magnos, ad ordimationem Hiſpanicam inſtitutus, neminem agnoſcit ſuperiorem. Hic alios ſibi conſtituit Inquiſitores, & miniſtros, & ibi magno cum fervore Proceſſus inſtituitur. Habent præterea commiſſarium cruciatæ cohortis, qui neminem ſuperiorem niſi Papam agnoſcit. Modo dictorum auctores ſunt Volater. Ferrari Topograph. Rom. Munſter Coſmogr. Belleſ. coſ.

REGIMEN POLITICUM SARDORUM.

HÆc inſula, cum diu ſub Imperio Imperatorum Romanorum fuiſſet, tandem à Sarracenis occupata fuit, tam-

tamdiuque retenta, uſdue dum Piſani & Genuenſes illos ejeciſſent. Data fuit Jacobo Regi Angliæ à Papa in feudum, dein in manus Ferdinandi Regis Arragoniæ pervenit, ab hoc ad Hiſpanos devoluta eſt, ſub cujus adhuc eſt poteſtate.

Illi cum Imperio Pro-Rex præeſt, qui plerumque ſedem ſuam habet à Cagliari, & Hiſpanicæ ſemper eſt nationis, ut & Regens, Doctor in jure, quem à Rege Hiſpaniæ aſſeſſorem accipit. Præter hos, aliis eſt inſtructus Conſiliariis, quorum auxilio omnia regit. Illius conſiliũ vel curia juſtitiæ vocatur Audientia Regalis, in qua jus lingua Arragonica dicitur. Nemini vero licet Pro-Regis munere defungi ultra tres annos. Hodie tamen, longius tempus huic Regimini à Rege permittitur.

In utraque Inſulæ parte Gubernator eſt, qui tamen exigua pollet auctoritate, à quo appellatio ad ProRegem permittitur. In civitatibus officio quidam defungitur & præſente Vice-Rege juriſdictionem ſuam exercet, tam in criminalibus, quam civilibus.

Civitas de Cagliari, habet 5. conſules, dictos eorum linguâ Conſegles, qui arma ſuorum portant officiorum, ſolique Remp. regunt, & illius reditus ſane ingentes adminiſtrant. In certis caſibus poteſtate Leges ſtabiliendi fruuntur, & ad mortem maleficos damnare, vel illis aliam pœnam inferre. Illorum Privilegia hoc habent, ut Rex Arragoniæ, tanquam Princeps Sardiniæ, non plus ſe immiſcere debeat Regimini illius Reipub. quam Vice-Rex & ejus locum tenens.

DE MORIBUS ANTIQUIS REIPUP. GENUENSIS.

OMnes priſci authores mentionem faciunt bonorum & malorum morum, quibus primi incolæ hujus Regionis prædiți fuerunt, quos rudes & agreſtes aſſerunt. Liguri prædatores & latrones fuerunt inſignes, potius quam ad belli uſum idonei, fraudulenti, vani, audaces, linguâ Hetruſiâ utebantur. Plura de horum moribus legi poſſunt ap. Diod. Sic. l. 4. Strab. l. 3. Ariſt. in mirand. Flor. l. 2. Plutar. in Paul. Æmil. Claud. Virg.

MORES HUJUS TEMPORIS.

GEnuenſes hodierni ſunt procero & pulchro corpore, pauco & parabili contẽti victu, munditiem ędium amant & parſimoniam, foris magnifici eſſe ſtudent, liberi illorum uſque ad 12. annum raſa habent capita, & reliqui urbium incolæ. Nobiles vel vilioris conditionis nigro habitu incedunt, in converſatione accepti ſunt, Virgines in matrimonium non elocant, niſi ad minimum 20. annos natas. Habitus & ornamenta muliebria, quibus domi ſunt elegantes, a vulgari abhorrent uſu, catenis ex margaritis vel pretioſis lapidibus uti conſueverunt: Nobiles auri & colorum uſum variegatum amant: mercatorum etiam luxui deditæ fœminæ: omnes utplurimum formoſæ ſunt, capillorum ſolicitam gerunt curam, &, quod natura negavit, operoſa arte penſant.

Quarum conditio melior eſt raro pedibus iter faciunt, frequentius rhedâ vel lecticâ vehuntur; reliquæ etiam ſine comitatu incedunt Feſtis diebus catervatim ad Fores ædium conſidunt, cultiſſimo habitu nitidæ, duæ, tres, vel quatuor ſimul per plateas incedunt, flores odoratos manibus portantes: Voluptatibus mundi licentius indulgent, ſcientibus & conniventibus maritis, id ad trigeſimum annum facere ſolitæ, ubi quadraginta annos habent, ſacris & eleemoſynis in pauperes operam dant, morituræ, legata varia erogant: uxores plebejorum laboribus non minus quam illorum mariti ſeſe occupant, & æquè mercaturam exercent; Itus & reditus inſtituunt, ſine mali ſuſpicione. Agricolæ agreſtes habent mores, pulchras tamen fœminas. Nobiles magnam ſervorum & mancipiorum alunt multitudinem, quos ex Turcis capere ſolent, & quorum operam non ſolum ad triremes, ſed ad uſus domeſticos quoque utilem habent. Genuenſes ſubtili ſunt ingenio, & in omnibus actionibus expromto, mercatu addictiſſimi, ex quo ſe ſuaſque terras locupletant, adhæc ſuperbi ſunt, equiteſque boni, quamobrem Nobiles, equos Neapolitanos, & artem equitandi ſummopere diligunt. Validi in maritimis, imbelles in terreſtribus prælijs eſſe dicuntur. Lucrum etiam cum avaritia conjunctum (quæ etiam fidei datæ immemor eſſe ſolet) ſectantur. Accuſantur, quod parum hoſpitales ſint, & beneficiorum memoriam facile deponant, philauti & reliquis

omnibus

omnibus Nationibus invidentes & inimici, conſtitutionem corporis proclivem habent ad amores. Illorum lingua parum eſt accepta, nec facile literis exprimi poteſt. Vicinis Genuenſium Savonis ſingulares tribuuntur mores, quod fœminarum non adeo capiantur amore, liberos ſuos melius educant, & ſervis ſuis nimium indulgent.

STATUS RELIGIONIS REIPUB. GENUENS.

QUI in illa Repub. Imperium in Eccleſiis obtinent, ſunt Archiepiſcopi. Duravit vero Archiepiſcopatus in Genua ab anno 130. erectus ab Innocentio II. Epiſcopatus hujus Reipub. ſunt erecti anno 1178. per Papam Alexandrum III. Brigvalæ, Noli, Savonæ, Vintemilæ & Sarcenæ Tres primi ſuffraganei ſunt Archiepiſcopi Genuenſ. Savonæ & Ventemilia, Archiepiſcopi Milanenſ. Larzane illius de Florentia in Corſica Mariana, ille de Bobi in ſtatu Milanenſi etiam ſuffraganeus eſt Archiepiſcop. Genuenſis.

DE REGIMINE POLITICO REIPUB GENUATUM EJUSQUE CIRCA ILLUD VARIIS MUTATIONIBUS.

HÆC Reſpnb. ante CCC. circiter annos Spinularum & Auriarum, Fliſcorum & Grimaldorum privatis odiis atque turbis crudeliter, avare vexata ac dilaniata fuit, per annos fere LXX. His tot miſeris calamitatibus plurimi incolarum feſſi, dum, ad ultimum, jugum domeſticum amplius ferre non poſſent, ad alienas & externas opes confugere, & externorum Principum auxilium implorare coacti ſunt. Meliorem igitur fortunam ſub Henrico VI. Cæſare, Roberto Andino, R. Neapolitano deinde ſub Gallorum & Vice-Comitum Mediolanenſium imperio experti ſunt. Poſtea verò Simonis Buccanigni virtute priſtinam recuperarunt libertatem. Is Anno cIↃ. CCCCXLIV. excuſſo Vice-Comitum jugo, Rempublicam nomine Ducis accepit, qui omnem curam eo intendit, ut concordiam Civium reſtauraret. Cauſſa enim tot graviſſimorum diſſidiorum à factione Nobilium orta fuit, quod illi, qui anti-

quis familiis erant nati, Populares (hoc eſt novos homines) ferre nollent in Patriæ Reipub. Regimine, qui tamen jure per multos annos illam rexerant. Condidit igitur Legem, qua Nobiles à Principatu & reliquis Magiſtratibus arcebantur. Ita autem vocabantur illi, qui in Repub. conſtituti ab ann. clɔ C. illam rexerant. Sed infelix hæc fuit Lex, quæ non niſi majoribus turbis feneſtram aperuit. Succeſſit prædicto Octavianus Fulgoſius: is, arce à Gallis detentâ, receptâ, deſtructâque, XII. Viros ad Rempubl. ordinandam creavit; qui ſopitis diſſenſionibus, factioſiſque Nobilium, & Popularium nominibus ſuffocatis, inter Cives mutuam reſtituere concordiam allaborabat. Sed hoc ſanctum Fulgoſii propoſitum, per Adornium, cuncta ad ſe trahentem, irritum factum eſt. Tandem diu deſideratam civium pacem Andreas Auria reducere operam navabat, obtento hoc à Carolo V. Cæſare, ut patriæ libertas reſtitueretur. Novam igitur hanc Reipub. formam conſtituit, qua Nobiles, & Populares, abolitis factionum nominibus, in unum veluti corpus coaleſcerent, & ſummis utrinque honoribus, à quibus Nobiles per XCIV. annos excluſi erant, pari jure fruerentur. Hæc autem inita fuit ratio, ut recenſitis familiis omnibus, exceptâ vili plebe, ex toto illo numero potiores, & ăpliores ſeligerentur, quæ ſex domos ſive alias ex ſe ortas familias, ſed diſtinctas, haberent, in quas reliquæ, quę numero minores haberent domos, veluti adoptione aſſumerentur. Sed hujuſmodi conditionis familiæ tantum XXVIII. repertæ ſunt. Hęc etiam ab inſtauratoribus Reipub. condita fuit Lex, ut, ad tollendam Nobilium cum Popularibus factionem. Nobilium nomen omnibus conferretur: factaque poteſtas in ſingulos annos, præcipuos civium cooptandi in ordinem Nobilium. Verum nec ita res diu pacatæ manſerunt: nam, profligata Fliſcorum conjuratione, creati ſunt ex Auriæ conſilio VIII. Reipub. ordinandæ IV. ex antiquis, IV. ex novis. Jam ea nomina loco Nobilium & Popularium invaluerant, peſſimo mox exemplo ii legem in Antiquorum condiderunt gratiam, penes quos erat Ducem & cæteros Magiſtratus eligere. Hoc cum ingens præjudicium Novis fieret, excitatæ ſunt ab illis anno cIɔ. Iɔ. LXX. novæ factiones, quæ in tantum exarſerant incendium, ut Antiqui plerique Nobiles urbe excedere cogerentur ann.

clɔ.

Digitized by Google

cIↃ. IↃ. LXXV. & hoſtilibus armis, contra illos qui in urbe remanſerant, decernerent. Huic tanto Genuenſium turbato ſtatui, Pontifex, Imperator, & Gall. Rex cum Hiſpano medelam adferre decreverunt: pactis igitur induciis, in certos arbitros conventum eſt, qui apud Thuan. lib. 61. recenſentur. Tandem præſcriptæ ſunt concordiæ LL: ut exules revocarent, arces occupatæ redderentur, nomina Nobilium veterum & novorum abrogarentur, ſive cooptatorum & popularium; Rempublicam impoſterum recturi, pares & æquales haberentur, &c. Nunc Magiſtratus hi ſunt: Primus Præcipuuſque Dux eſt, qui publicas ædes Palatium dictas inhabitat, cujus cuſtodię cauſſa D. ſtipatores ac ſatellites Germani adhiberi ſolent: præeſt vero Reipub. biennium, neque quicquam arduum ſine ipſo geri, aut ullum SCtum. citra illis ſuffragium condi poteſt. In primis 2. ab inito Magiſtratu diebus, Ducalibus utitur veſtimentis, Toto verò reliquo tempore privati in modum, attamen magnifice, veſtitur, Ingens ejus eſt auctoritas, ſolus equidem in omnia ad Senatum ſive Conſilium referendi, & ad deliberandum proponendi habet poteſtatẽ, id quod nemini cæterorum Senatorum licet Ritus Ducem eligendi vid. apud Philip. Honor. in ſuis relat. in deſcript. Polit. Genuat. p. 616. Proximi ſunt octo Gubernatores, qui una cum Duce collegium faciunt, quod vulgo *La Signoria* appellatur. Octo illi viri binos tantum annos officio præſunt, qui tamen nullam rem, quæ ad communem ſpectat ſalutem, ſoli tractare, poſſunt, ſed hæc omnia ad majus conſilium referuntur. Bini ſenis menſibus eligi ſolent,

Electio vero ita ſolet inſtitui. Minus conſilium una cum Senatu & Duce 28. è ſingulis familiis unum eligunt, cum Senatu & Duce quandoque duodecim, interdum 14. Viros majori proponunt conſilio, cujus poſtea ſuffragiis, unus tantum ex illorum numero ad hanc aſſumitur dignitatem. Sequenti die idem modus in ſecundo eligendo iterum obſervatur. Cum effluxit biennium, ſinguli horum Gubernatorum adnumerantur collegio Procuratorum, inque eo per biennium manent, ita ut in jam dicto Procuratorum collegio ſemper octo reperiantur, qui præcipuis Reip. negotiis præfuerunt; Hi omnes in Senatum una cum Duce & octo Gubernatoribus veniunt, cum de gravibus rebus conſilium eſt;

exque iis duo cum Duce in publico palatio, ſex vero reliqui domi ſuæ habitant, ſic ut tertio quoque menſe, illi qui cum Duce ſunt, inter ſe permutentur.

PROCURATORES.

HOrum quidam perpetui ſunt, ut illi qui Ducali perfuncti ſunt dignitate, alii vero biennium tantum hoc munus adminiſtrant, nimirum hi, qui Gubernatores fuerunt. Horum magna dignitas atque auctoritas eſt, adeo ut ſine illorum conſiliis vix alicujus momenti negotia peragi poſſint. Præ ſunt autem publicis negotiis, ut ſunt reditus civitatis, & alia.

POTESTAS.

DIcendum nunc de Magiſtratu, cui judicia commiſſa ſunt. In Judiciis criminalibus ut plurimum Doctor aliquis Ictus, exteræ Nationis, qui Poteſtas dicitur, annuo conducitur ſtipendio. Hic in Palatio proximus Duci ſedet, & de criminibus ſceleribuſque judicium fert: cum vero capitis pœnã ſtatuit, neceſſum habet Senatus conſenſum explorare. Huic duo extranei Icti ſunt adjuncti, quorum unus maleficiorum, alter Fiſcalis vocatur Judex. Ab his judicia contra reos conſtituuntur, proceſſus aliaque, quæ ad judiciorum ſpectant ordinem, formantur. Præter hos Poteſtas Vicarium habet, cujus eſt de civilibus cauſis quoad executionem tantum cognoſcere.

EXTRAORDINARII.

HAbent etiam Genuates collegium ſeptem Virorum, qui vocantur extraordinarii. Hi velut Principis perſonam repræſentant, & in adminiſtranda Repub occupantur. Horum munus eſt, lites finire aut prolongare, pupillis Tutores dare, & de controverſiis, inter cognatos, vel pauperes & divites ortis, cognoſcere. Hoc officium ſemeſtre eſt, plurimumque habet dignitatis.

QUINQUE SUPREMA.

ALius præterea apud eoſdem eſt Magiſtratus, in quo ſunt 5. Viri, qui vulgo ſupremi Syndicatores vocantur. Ad ho-

Digitized by Google

horum officium ſpectat, ut tam in Ducem quàm Gubernatores, ac cæteros omnes Magiſtratus, finitis ipſorũ officiis, inquirant, quod Itali *Syndicari* vocant, & in reos malè adminiſtratæ Reip animadvertant. Cum enim Magiſtratus officio abit, hi quinq; Viri promulgari jubent, ut, ſi qui contra Ducem, Gubernatores, ob aliquam cauſſam agere velit, coram ſe, compareat, ſe velle in eum vel illos actionem dare, &, ſine ullo reſpectu perſonæ, juſtitiam adminiſtrare. Atque hanc ob cauſſam octo continuo dies ejuſmodi cauſſis contra Ducem & Gubernatores cognoſcendis ſolent deputari, quorum ſi quis reus deprehendatur, punitur, ſi non, publicum ei Innocentiæ datur teſtimonium, & ita in procuratorum aſſumitur collegium. Solent etiam ad hos à multis Reipub. Magiſtratibus provocationes fieri. Tanta vero eſt hujus officii dignitas, ut Genuates ſuæ Patriæ Liberatorem Andream Auriam hoc præcipuo honore honorandum exiſtimaverint, dum ei primum inter Syndicantes tribuerent locum.

ROTÆ.

QUod ſpectat civiles cauſſas & controverſias, conducunt Genuenſes ſecundo quoque anno quinque Doctores, ſive juriſconſultos extraneos, quorum collegium Rota vocatur: Hi cognoſcendis civilibus cauſis vacant, & in palatio apud Ducem habitant Lites ſecundum jus ſcriptum Imperiale dijudicant, ordinem vero judiciorum certum & à civitate olim præſcriptum & antiquitus uſurpatum obſervant.

CENSORES.

CUra illorum, quæ arte aut manu fiunt, cenſoribus commiſſa eſt. Horum officium eſt providere, ne inter ementes & vendentes, alioſque qui mercaturam aut artem aliquam exercent, fraudes committantur. Hujuſmodi vero artificum & mercatorum collegia ſuperiores quoſdam, Conſules dictos, habent, quorum ingens eſt auctoritas, ita ut ſui ordinis homines civitate expellendi, ad remos damnandi, aliiſque modis pro delicti ratione puniendi habeant poteſtatem.

QUA-

Digitized by Google

QUADRAGINTA CAPITANEI.

HAbet etiam Genua quadraginta capitaneos, qui ex Nobilium numero delecti ſunt, & ſingulis annis permutantur. Hi ſub ſe centenos è populo habent, ſic ut in univerſum quatuor millia efficiant. Hi periculoſis temporibus pro Repub. excubant, & præſidium agitant. Quoties vero ſupremus prodit Magiſtratus, hi 40. Capitanei, omnes magnifice veſtiti, illum honoris cauſſa comitantur. At vero, præter has centurias, cives univerſi ſub certis ſignis & Capitaneis deſcripti, & diſtributi, ii ſcilicet, qui intra 20. ſexageſimum ætatis annum conſtituti ſunt.

GENERALIS MILITIÆ.

HUic reliqui omnes Capitanei ſubſunt, ut ejus operam ſemper habeant belli tempore paratam.

MAGISTRATUS S. GEORGII.

HOc Nobiliſſimum munus anno CXLVII. inſtitutum eſt, cui quoque Reſpub. magnam ſuæ incolumitatis partem in acceptis refert. Hujus Magiſtratus officium expoſitum eſt in titul. ubi de potentia, viribus, &c. hujus Reip. egimus.

OCTO PROTECTORES S. GEORGII.

SUpradicto Magiſtratui 8. Viri præſunt, qui vulgo Protectores vocantur: Horum annuum eſt munus. Sexto vero quoq; menſe eliguntur Viri ex omni Locatoriorum ſive creditorum numero, ita tamen ut credita pecunia ad certam & conſtitutam perveniat ſummam. Aliud officiũ An. M. DCXLIV. S. Georgii conſtitutum eſt, quod hodieque ab anno Inſtitutionis nomen habet & officium XLIV. ſcilicet anni vocatur. Cauſſa, quare illud inſtitutum fuit, hæc eſt. Cum ſupradictũ officium per ſpatium 36. annorum valde eſſet auctum, ita ut octo illi Protectores omnia negotia, quæ tractari debebant, non caperent, neque intra vergentem annum componi poſſent, quæ ad conficiendam pecuniam & emolumenta promoven-

Digitized by Google

movenda ſpectarent, neceſſarium duxerunt, Creditores aliquot eligere, quibus harum rerum cura permitteretur, illique ſocietatis Sangeorgianæ utilitatem promoverent: & hac quidem ratione octo Viri electi ſunt, è quibus bini quoque anno permutari ſolent: horum officii eſt, illa colligere & adminiſtrare, quæ ex annuis proventibus, (quorum curam Octo Protectores habent) reſidua ſunt.

Sub hujus officii imperio, Corſica inſula, aliæque nonnullæ Civitates & loca ſunt, pro quarum conſervatione certos erogat ſumptus.

VIRES ET REDITUS REIPUB. GENUENSIS.

QUamvis Genuenſium Civitas in ſterili ſolo ſita ſit, parumque opibus Gentis abundet, nunquam tamen Magiſtratibus, ad Reipub. ſublevandas neceſſitates & parandam pecuniam, rationes deſunt: Solent enim eam à privatis hominibus, vel etiam invitis, vel volentibus, mutuo ſumere, ſine ullo tamen illorum damno. Perſolvunt enim creditoribus graves uſuras, ne, qui publicam rem privatis viribus & facultatibus ſublevarunt, privata propter publicum patiantur incommoda.

Ut vero ad erogandam in Rempub. pecuniam Cives redderentur promptiores, aſſignatæ ſunt creditoribus certæ Hypothecæ, in reditibus, è frumento, vino, aliiſque rebus vectigalibus. Hic vero Reipub. cum privatis hominibus contractus Comperæ ſive Cameræ dicebatur, additumque, ut, qui centum libras mutuo dediſſet, in hac velut ſocietate unum locum, qui ducentas, duos teneret locos, adeo ut ejuſmodi Comperæ ſive ſocietates valde fuerint auctæ. Harum aliæ dicebantur Capituli, aliæ S. Pauli, aliæ Salis, &c. Harum unaquæque à Civibus quibuſdam adminiſtrabatur, quorum officium erat curare, ut creditoribus ſatisfieret, Rationeſque inter hos & Rempub. recte ſervarentur. Quum vero multitudo magnam peperiſſet confuſionem, decretum fuit, ut omnes in unum Corpus redigerentur. Cui Comperæ ſive Cameræ à D. Georgio nomen inditum, ejuſque cura quibuſdam itidem Civibus commiſſa eſt. Qui ubi ſumma cum induſtria munus ſibi commiſſum adminiſtrarent,

Digitized by Google

rent, publicæ vero neceſſitates magnos poſcerent ſumptus, Locatoriorum numerus (ita enim dicti ſunt) valde crevit, qui pro nummis officia illa locarent: inde factum, ut ſocietas hæc primum ab ipſa Republica, poſtmodum à Pontificibus, Imperatoribus, & aliis Civitatis Dominis, multa impetrarit privilegia. Ita ut, quamvis hoc officium ab ipſa Repub. illiſq; qui Palatium gubernant dependeat, tamen Urbano Magiſtratui non ſit ſubjecta. Quin omnes illi, qui Reip. curis admoventur, jurare tenẽtur ſe ejus ſocietatis privilegia inviolata ſervaturos. Hodie ille modus jam eſt perfectior. Et quantum ad utilitatem de Locatorio percipiendam, non eſt jam quicquam certum præfinitum, aut determinatum ſed pro ratione redituum & Vectigalium omnia diriguntur. Hodie in ea re multo ſecurior & juſtior eſt ratio. Cum enim hac occaſione Dominia aliquod, & territoria huic ſocietati ſint acquiſita, ad horum faciliorem adminiſtrationem, novæ LL. novæque regulæ conditæ ſunt. Hujus officii reſpectu Genuenſium Civitas in duas quaſi Communitates dividi poteſt. Quarum prima Major eſt, ab iiſque, qui in Palatio jus dicunt, gubernatur, & fere integram comprehendit Civitatem. Altera eſt, cui Georgianus Magiſtratus præeſt, & ad Locatorios ſive redituum participes ſpectat. Illa quidem multis mutationibus obnoxia, & tyrannicum imperium quandoque experta eſt: hæc vero libera ſemper, ad cértoſque Cives adſtricta, ac ideo conſtans fuit. Militiam illorum quod attinet, Imperator una cum tribunis militaribus quadraginta qui annua poteſtate Legionibus præſunt, iiſdem optimatum creatur ſuffragiis.

Cæterum Carolus V. (Thuano teſte) cum de Genua, ut rebus ſuis, cum multas ob cauſſas, tum imprimis ad tranſportandas ex Hiſpania in Italiam copias idoneâ, impoſterum firmandâ, & arce hic reſtauranda cogitaret, nullis rationibus nec periculi metu Auriæ potuit perſuadere, ut arcem Urbi, ſeu jugum imponi pateretur. Aliam igitur Civitatis frenandæ invenit rationem, quam optimam judicavit: nimirum, ſi Genuenſium pecunia, in qua illorum fere poſitæ ſunt opes, grandi promiſſo fœnore, ad ſe traheret: ſic enim brevi fore, ut hominum ditiorum opes, ſub ſpe quæſtus magni illis facta, ſibi compararent. Itaque, proprio Civium ære, Urbem ſibi ſubjectam reddere poſſet. Hac arte

Digitized by Google

arte cum erga Genuenſes Carolus uſus eſſet, ipſiuſque veſtigia premeret Philippus ejus Filius, bello Belgico implicitus, ingentem pecuniæ vim ordini Equeſtri extorſit: Pro qua ingentes promiſerat uſuras, exſolvendas præcipuis Indiarum & Hiſpaniæ vectigalibus. Cum vero in computandis uſurarum rationibus erratum eſſe, calculique errorem corrigi debere Rex contenderet, ut, ſi majores quam deberentur, uſuræ ſolutæ eſſent, in ſortem computarentur, Interim penſiones anno clɔ Iɔ Lxxv illis aſſignatas revocavit edicto in Hiſpania publicato. Quare variis in Italiæ, Germaniæ, Belgiique locis omnes rationes argentariam exercentium vehementer turbatæ ſunt. Poſtmodum miſſo à Genuenſibus Legato, tandem in id conventum eſt, ut denuo novæ inirentur rationes, quibus pecuniarum & Carolo Patri & ſibi creditarum dextantes uſuras offerebant Philippo. Poſtmodum vero ita ſortis principalis uſuræ contraherentur, ut quæ prius quaſi ſeptunces erant, hoc eſt, pro uncis 7. in poſterum 4. unciæ eſſent quotannis perſolvendę. Quod decretum quantum rationes mercatorum conturbavit, dici vix poteſt. Sed pejus fuit priori facto, ultimum Philippi: Anno enim M Dxcvi. ut gravibus uſuris oppreſſum ærarium levaret, illarum ſtitit curſum, revocatis penſionibus, à negotiatoribus. Hoc fortunas Genuenſium aliorumque miſerrimè afflixit.

Præcipua commercia, quæ hęc Regio tractat, ſunt panni & ſerici, quibus adeo abundat, ut etiam locis Septentrionalibus magnam harum mercium deleget copiam. Pro certo habetur, quod intra Genuam reperiantur uſque ad 18. millia, qui ex ſerico materias conficiant, præter permutationem omnis monetæ quæ magnam mercaturæ Genuenſis adſolvit partem. Inde vero privatorum ingentes reperiuntur opes, & Nobilitas reditus magnos ex bonitate ſoli percipit, quę in diſtrictu Milanenſi & Neapolitano reperitur. Multi, privatæ conditionis, triremes habent, ſuoſque nummos permutatione adaugent. Fructus, qui ibi in abundantia eximii habentur, ſunt, mala aurea, citrea, limones, oleum. Quod reditus hujus Reipub. ſpectat, quidam horum tales ſunt, ut ſemper, abſolute Dominum conſequantur, quidam extra ordinem colliguntur. Omnium tamen curam Magiſtratus, qui dicuntur Procuratores, gerunt, vel etiam miniſtri

miniſtri Corſicæ, triremium & Patres communis utilitatis.

Procuratores, varios percipiunt nummos, qui ex officio S. Georgii proveniunt, ex vectigalibus vini, appellationibus ſententiarum Rotæ, confiſcationibus, condemnationibus, & aliis juribus, cum reditibus Sarzanæ, Gavi, Savonæ, Vintimigliæ, & aliis locis, lignis & ſylvis. Horum ſumma nummorum aſcendit ad 428264. libras, ex quibus expenſis ſtationes militum, portus, dominia, arces, ſuſtentantur, Ducis & aliorum Rectorum Capitaneorum Legatorum ſtipendia deſumuntur. Patres communitatis ex aliis reditibus rationes percipiunt, puta, ex juribus particularibus, navibus, &c. accepta autem inde pecunia in reparationem portuum, viarum, murorum, rerumque aliarum impenditur. Pars etiam cedit in ſuſtentationem Xenodochiorum.

Magnum Xenodochium percipit 50. millia librarum redituum per annum, verum expenſæ majores ſunt. Officium miſericordiæ habet pro reditibus 50. millia coronatorum, hi nummi ex diverſis Legatis in uſum pauperum conſtitutis, percipiuntur.

Quod Vires præcipuas hujus Principatus ſpectat, illæ conſiſtunt in magno incolarum numero, qui armis gerendis apti ſunt, tum vero Ducum tam terreſtris. quam maritimæ militiæ præſtantia, quos inter, factis clariſſimi, extiterunt Andreas Doria, & Spinola. Inter omnes vero Incolas nemo majore pollet auctoritate & dignitate, quam Nobiles, quorum familiæ in certo libro conſignatæ ſunt, & numerantur 564. Harũ quædam dicuntur *Le Verchie*, & ſunt Piccamigli, Catanei, Spinola, Malocelli, Mari, Negro, Uſodimare, Doria Gicala, Grillo, Serra, Morini, Grimaldi, Lercari, Negroni, Gentili, Salvaghi, Lomellini, Calvi, Fieſchi, Cibo, Pallavicini, Squarzafico & Vivaldi. His nonnulli adjuncti. Aliæ familiæ, quæ partes populi ſecutæ ſunt, dictæ ſunt *di Nuovi*, quæ in tanto non ſunt honore, & harum numerus ad 487. accedit. Militia hujus Regionis, exceptis peregrinis, ſub decem continetur militiæ præfectis. Militia, quæ extraneis conſtat, 500. habet Helvetos, 300. Italos & 100. Corſas. Germani milites ſuæ nationis, ut & alii, quilibet ſuæ præfectos habent militiæ. Loca munita non adeo multa habent, tutius ſecuritatem ſuam viris quam vallis credunt.

RA-

Digitized by Google

RATIO STATUS REIPUB. GENUENSIS.

ILla in hoc ſecundum tacitum judicium Trajani Bocalini conſiſtit, ut emolumentum ſuę libertatis, utilitati totius Italiæ connexum ſit, & ut ſe liberam in omnibus profiteatur: 2. ut, per familiarem cum Hiſpanis amicitiam, nihil unquam patiatur detrimenti, quin potius, cambiorum ſuorum feliciſſimo uſu & fœnore, Hiſpanos velut caſſibus implicet, ut ad ſe ex Hiſpania non niſi ingens lucrum cum maximo Hiſpanorum damno redundet, adeo ut hac ratione ſub ſpecie amicitiæ plus nocere Hiſpanis queat, quam Batavi aperta vi belli.

JUDICIUM POLITICUM.

IDem auctor in lydio lap. judicat, maxime felicem inde eſſe Rempub. Genuenſem, quod Nobiles & Cives divitiis & opibus affluentes habeat, & quod hoc præter Reipub. detrimentum illis optime concedi queat, ut cambiis & fœnori operam dent; cum nemo civium illorum ſit, qui non in conſervationem ſuæ libertatis vel ultimum obolum opum ſuarum vellet impendere.

De Repub. Genuenſium Bodin. l. 6. c. 4. mihi p. 1108. tale fert judicium. *Optimum autem Ariſtocratiæ genus eſt, in quo optimates ex virtute creantur, & ut quiſque ex optimatibus moritur, alius optimatum ſuffragio creatur, ut apud Genuenſes. Nam ſi Senator Sanctioris Conſilii XXV. Virorum occubuerit, is, qui ordine & antiquitate prior eſt in Senatu LX. Virorum, demortui locum occupat, ac viciſſim antiquiſſimus reliquorum optimatum Concilii CC. Virorum, migrant in Senatum XL. Virorum: tum ex plebe unus ſuffragiis in CC. cooptatur, qui aut dignitate præſtet, aut qui nulla ſit Vitæ turpitudine infamis; id enim potiſſimum ſpectatur. Atque hæc veriſſima eſt Ariſtocratia, quæ optimos quoſque ad imperium arceſſere conſuevit, ſive tenues, ſive locupletes, ſive plebei, ſive nobiles ſint. Quo fit, ut, cum honorum ac Imperii aditus intercluſus ſit nemini, præterquam ei, qui dignitatem*

ſuam ac dedecus turpitudine aliqua violarit, nullæ plebi cum optimatibus de honoribus & Imperio contentiones exiſtere poſſint. Præterea iſto modo Legibus optimis ac Virtutibus erit in Repub. locus.

Hoc item optimum, quod in ea Repub. cenſura ſit Patrum ſingulis annis, ne aut ii qui ſimulatione Virtutis ad honorem provecti ſunt, diu latere poſſint, aut qui fiduciæ poteſtatis Impotenter ſe geſſerint, cum dedecore ac Infamia ſempiterna dejiciantur. Hæc ille.

MORES VETERES CORSICÆ.

INcolæ Corſicæ, olim barbaris erant moribus, uxores habebant communes, ut & liberos, ad certam uſque ætatem, quos ex ſimilitudine vultus, ſuos agnoſcebant. Catulis domeſticis teſte Stob. in collect. veſcebantur, quod genus cibi illorum cruentam fecit naturam, furibundam, audacem, robore firmam: illi latrocinia ita æſtimabant, ut ideo proverbio antiquis fuerint. Diodorus alicujus moris ſingularis, & apud ipſos frequentati mentionem facit, quod mariti, poſtquam illorum fœminæ enixæ eſſent, illarum vices & locum lecti occuparint, ac ſi eſſent ægroti, idque ad certum temporis ſpatiũ.

MORES HUJUS TEMPOR.

HUjus Inſulæ incolæ rudes ſuos priſtinos mores retinent, & neque Italicæ humanitatis, neq; civilitatis micam habent. Queruli ſunt, crudeles, vindictæ avidi, ut nemo ipſis tuto fidat, etiam poſt redintegrationem amoris, adeo ut Itali proverbium de illis habeant, *Corſo nec vivo, nec mortuo, fidendum.* Cum apud alios peregrini agunt, mutuum ſibi præſtare ſolent auxilium, naſcendi ſortem ſuam valde jactant, & animoſi ſunt milites & maxime bellicoſi, id quod ſub Henrico 3. Gall. anno 1587. exemplis comprobarunt.

RELIGIO.

SUnt ibi 5. Epiſcopi, quorum præcipuus eſt Sagonenſis in Corſica, cujus reditus non ultra 6. millia librarum numerantur. Alii ſunt, Aleria, qui 28 millia. Marania, qui 14. millia, Nebio 4. millia, Adiazzo 14. percipiunt cum pluribus Archidiaconis, archipresbyteris, & capitulis. Præcipuum vero beneficium ultra 1000. libras non reddit. Epi-

Digitized by Google

Episcopatus d'Accia conjunctus fuit illi de Mariana, Aleria, Sagona, & Adiazzo. Hi sunt suffraganei Archiepiscopi de Pisa, Mariana & Nebio illi de Genua.

REGIMEN.

PHocenses hanc olim tenuerunt insulam, postea à Thyrrhenis ejecti, hi Corsos tributarios fecerunt, qui dein tandem Romanorum Imperio subjecti erant, donec Sarraceni illam sibi armis vindicassent insulam. Hi vero sub Pepino ab Ademaro comite victi, & insula ejecti sunt, quam Genuenses dein Imperio suo complexi sunt, qui cum Pisanis ideo armis decertarunt. Henricus II. post contra hos arma movit, & cum fere omnia sua feciſſet, pace postmodum anno 1559. initâ, omnia sunt restituta. Postea recta est hæc insula per ordinem S. Georgii, ex quo singulis 2. annis novus mittebatur Gubernator Generalis, cui adjunctus est Cancellarius dictus Secretarius generalis, & unus Fiscalis. Commissarius de l'Ajazzio, talem habet jurisdictionem, qualem Præses provinciæ, & proximus est Gubernatori dignitate, cum suo Cancellario, vel Secretario. Est etiam ibi Commissarius Generalis armorum. Alia loca suos habent præfectos vel locum tenentes, vel potestates, pro justitia administranda: Præcipuæ horum sedes sunt in Bastie & l'Ajazzio. A sententia Gubernatoris appellatio conceditur ad Genuenses, & ab Inferioribus judicibus ad Gubernatorem, cui adstant 12. Corsorum deputati, & certum singulis annis rebus pretium constituunt, sive sit vinum, sive frumentum, oleum, & aliæ res.

Duo semper in hac insula eliguntur Legati, vel Deputati, qui in Genua vivunt, unus de Bastia, alter de Ajazzio, cum 6. Syndicis trans montanis, & 12. cis montanis, pro negotiis & totius insulæ universitate.

Gubernator & Magistratus insulæ, post finitam functionem, fiunt Syndici, factâ in antecessum inquisitione de illorum vitâ, actionibus, sententiis, & judiciis. Hi commissarii dicti sunt Syndicatores, & parem cum Senatu habent auctoritatem qui singulis bienniis mutantur.

Tributum in insula certæ summæ imponitur, pro focis, quod pro defensione contra Turcam colligitur.

DIVITIÆ.

COrsi rei nauticæ operam dant, & ex pecore lucrum sectantur, bona sua Romam, & in alia Italiæ loca exportant, cannabi & lino abundant, unde tela faciunt, pannificium quoque ex certa lanæ sorte conficiunt. Reditus, qui inde Reipub. Genuensi proveniunt, in conservationem ejus impenduntur & consumuntur.

VIRES.

PRæter munita loca quæ ibi reperiuntur, puta, la Bastiæ, Calvii, Ajasse, Bonifacc & alia, multæ sustentantur militum stationes à Genuensibus vel officiariis S. Georgii, qui custodiæ vel Regimini præsunt, operamque impendunt ut plurimi loci muniantur & ædificentur contra Turcarũ irruptiones, qui palantes, multas agere possunt rapinas, quæ ne accidant, milites levis armaturæ à Gubernatore emittuntur, qui confinia secura ab irruptionibus præstant. Insula hæc incolis admodum est frequens, adeo ut 25. & centum millia exhibere possit hominum, qui armis gerendis sunt idonei.

LONGOBARDORUM VETERES MORES.

LOmbardi populus Germanus olim sub nomine Hermundurorum intra Suevos continebantur, habitantes ultra Albim, Nonnulli crediderunt, illos ex Scandia provenisse. Sæpius mores suos mutare solebant, parvo contenti vivebãt, nec terram laborabant, ut fructus residuos in futurum usum colligerent, ædes, unius diei opus, pro perpetua mansione habebant, vivebant ex pecore, capita radere solebant usque ad occiput, & capillos ex fronte usque ad os præcisos promittebant, illosque in partes 2. separabant. Habitu imprimis ex lana facto largiusque fuso utebantur, & illo multum ab Anglo-Saxonibus distabant.

Cum quis alium vellet adoptare, illi crines & barbam amputabat, & hac ratione illius pater adoptivus fiebat. Cum in Italiam essent ingressi, ad scribendi usum tabulis utebantur, quas non aliter ac chartas complicabant.

Leges illorum præcipuę tales erant. Quicunque contra Regem conspirasset, vitam & bona, amitteret: seditionum auctores, & ex provincia profugi, illi pœnæ subijcerentur, cui

ille

Digitized by Google

ille erat ſubjectus qui contra præfectum militiæ arma ſtrinxiſſet: eadem puniebantur illi, qui catervas deſerebant.

Nothi ad hæreditatis trientem admittebantur, quamvis ex notho genitus perderet ſucceſſionem: & ipſi magna gratia in hoc exhibebatur, ſi in libertate relinquebatur.

Pater filios ſuos non potuit exhæredare, niſi in certis caſibus, nec licebat filio, vivente adhuc patre, vel minimam paternam rem alienare. Si quis extra hæredes viveret, bona ſua per donationes aliis conferebat: ſi ad novas nuptias veniſſet, ſuſceptis ex illis liberis, invalida erat prior donatio, & liberi ſui hæredes manebant. Si qui ſponſalia cum fœmina liberæ conditionis contraxiſſet, & nuptias ad biennium diſtuliſſet, tunc in poteſtate patris vel fratris deſponſatæ ſitum erat, illum cogere, ut pactis ſtaret. Cum pater filiam, vel frater ſororem in matrimonium elocaſſent, contenta eſſe debebat illis donis, quæ acceperat illo die, quum ſponſo traderetur, neque plus exigere ipſi licebat. Vxorem patris ducere nefas erat, nec uxoris filiam, neque viduam fratris defuncti: ſi quis contra feciſſet, & à Legibus facti poſtularetur, divortium pati debebat, ejuſque bona Fiſco cedebant, mediâ tamen parte fœminæ relictâ. Bona illorum, qui inteſtati decedebant, Regi adjudicabantur. Ante 18. annum nemo majorennis pronunciabatur, & partem bonorum alienare tali non licebat, niſi in caſu impenſarum funeris. Si quis, 19. ætatis annum egreſſus, ex lethali morbo decumberet, bonorum ſuorum liberam habebat diſpenſationem, & Legata ad pias cauſſas impertire ipſi erat licitum. Confer Vellei. l. 2. Strab. l. 7. Paul. Diacon. Rerum Longob. l. 1. Pancirol. mem. 2. Aymonil. 2. c. 14.

SERIES REGUM LONGOBARDORUM.

LOngobardi, ex Sandinavia vel Gotlandia oriundi, an. C. 520 primum occuparunt Pannonias. Regum nomina hæc ſunt: Andoin, Alboin ejus filius, Cleophas, Autaris ejus filius, Agilulfus, Adoaldus, Arioaldus, Rotaris Rodvaldus, Aripertus, Gundebertus, Grimoaldus, Garibaldus, Bertairus, Cunibertus, Luithertus, Ragumbertus, Aribertus, Aſprandus, vel Sigiprandus, Luitprandus, Rachis, Aſtulfus, Deſiderius.

STATUS REIPUB. MEDIOLANENSIS. MORES.

HUjus gentis naturalis indoles in aere temperato agens optime compoſita eſt. Homines minoris ſtaturæ boni ſunt ingenii, & genio pollent affabili, laborum magis patientes ſunt, quam Florentini. Hoc tamen errore notantur, quod valde publici boni ſint contemptores, nec niſi proprii commodi curam gerant. In operibus ſuis fili ſunt, & bona conſilia aliis ſuppeditare apti, ſibi inconſulti, audentes, elegantem corporis amant habitum, ita ut Mediolanenſis Nobilitas magis quam pro facultatibus culta eſſe videatur, abdomen curant, conviviis ſibi Virgines conciliare ſtudent, offenſarum facile obliviſcuntur; ſi is, qui offendit, culpam excuſat, contra implacabiliter iraſcuntur, & vindictas ardent. Non adeo Zelotypi quam reliqui ſunt Itali. Fæminarum forma in omnibus pulchra non eſt, firma tamen gaudent valetudine, laboribus vacant, bonę ſunt œconomæ, hilaris genii, in converſationibus affabiles.

Pavienſes in iram faciles ſunt, ſed quam facile pŏnunt, fugam niſi deſperatis rebus capeſſunt.

Comani amant exteros, acceptas injurias aliis facile condonant, fœminæ potatiuncularum, viri amoris Vitio laborant.

Lodienſes, ſe ſubmittentibus facile ignoſcunt, inimicis crudeles, craſſos amant cibos.

Reliquos quod ſpectat mores, ſplendide vivunt, odia in aperto gerunt, fœminas nigris oculis præditas amant, & quæ bene inſtrumenta muſica pulſant. Nonnihil amori liberius litant, viri naturâ ſeduli, & ſubtilis ſunt ingenii.

VIRES ET REDITUS DUCATUS MEDIOLANENSIS.

HOdierni hujus ſtatus reditus annui ex diverſis rebus colliguntur, Primum obſervanda eſt Menſuaria, *Il Menſuale*, ita vocata, quia pro vata portione in ſingulos menſes ſolvuntur trecenta millia coronatorum annua, nimirum ab omnibus locis ſtatus: Auror ejus eſt Carolus V. Imperat. anno 1536. Secundo *Datia*, quæ mercibus imponuntur, ad ratio-

Digitized by Google

rationem priſtini valoris, octoni coronati in ſingulos centenos, & redimuntur annuatim pro CXL. mill. coronatorum. Tertio Vectigal Salarium, cum non liceat ſalem exoticum inferre, niſi iis, qui hanc licentiam pecuniæ ſummâ ſibi apud Cameram acquiſiverunt, quam plerumque redimere ſolent ducentis triginta millib. coronat. In uſu quoque ſunt Datia vini, farinæ, carnium, verum jam diu aliis oppignorata. Mercium, quæ peregre ad Mediolanum vehuntur, inſignis eſt abundantia, magna quoque illorum copia, qui varias operas manuarias exercent, imprimis ſerici conficiendi, &c. ut proverbium Itali habeant, *Chi voleſſe raſſetar Italia, biſognarebbe ruinar Milano.* hoc eſt, qui florere vellet Italiam, opus haberet deſtruere Mediolanum. Tanta eſt Mediolani rerum abundantia. De incertis hic non agetur, qualia ſunt mulctæ pecuniariæ, & bona condemnatorum Fiſco cedentia. Cæterum magnos hic ſumptus Rex erogat, nam & hic etiam pacis tempore tria millia Hiſpani militis pedeſtris alit, mille velites, & ſexcentos cataphractos equites, ad quorum ſuſtentationem certa tributa colliguntur. A multis annis hic turbulenta fuerunt omnia, cum propter controverſias cum Sabaudo, tum ob bellum in Rhætia. Quin etiam, propter Sabaudi & Gallorum expeditiones in Genuates, opes incolarum non parum ſunt acciſæ, tam propter nimiam impoſitionem tributorum, quam vero receptum ibi ſplendidius vivendi morem. Quibus oneribus ſi Mediolanenſes non gravarentur, dubium eſſet, utrum illos magis eximia pulchritudo Regionis, an verò divitiarum poſſeſſio commendaret. Agri quoque multis in locis vaſtati, & Rex ingentes in bellum ſumptus erogavit. Quapropter, licet reditus annui hujus Ducatus ampliſſimi (Nam ſuperiori ſeculo, referente Comineo, Duces quotannis ad ſeptingenta millia aureorum perceperunt, nunc autem Rex Hiſpaniæ octingenta percipere dicitur, præter exactiones quibus miſeram plebem gravant) tanta tamen eſt Regiorum miniſtrorum crudelitas & avaritia, ut locus proverbio ſit: In Sicilia quidem miniſtros Regis arrodere ſubditos, in Neapolitano autem Regno comedere, in Mediolanenſi Ducatu penitus devorare.

DE REGIMINE POLITICO DUCATUS MEDIOLANENSIS.

QUi olim latiſſime patuit Ducatus Mediolanenſis, hodie tantum decem Civitates complectitur: Mediolanum. Ticinum, Cremonam, Laudam, Dertonam, Alexandriam, Comum, Novaram, Bobiam, & Vigevanum.

Olim, Inſubres & Galoni hanc diu tenuerunt Regionem, quæ poſtea à Romanis ſubacta, dein ab Attila Mediolanum everſum eſt. Ab Attila vindicata, in libertate illa terra diutius conſtitit, donec Sfortii potentia invaleſcerent, qui uſque ad Ludovicum Sfortiam illius poſſeſſionem tenuerũt, qui à Gallis captus eſt, poſt imperium exercitum, cujus tandem Carolus V. Dominus eſt factus: ab hoc hic ſtatus ſemper ſub Regibus Hiſpaniæ fuit, ejuſque ſucceſſoribus.

Cæterum, tempore Imperatorum, Mediolanum Præfectos habuit, à populo electos, qui juſtitiam adminiſtrabant: ſed Archiepiſcopus à Civibus electus ſemper ejus caput fuit, & ſi plures eodem tempore Archiepiſcopi erant electi, arbitriũ ejus Imperatori committebant, ut illum eligeret, quem exiſtimaret digniorem: verum Imperator Fridericus Barbaroſſa, cùm detexiſſet Mediolanum, ſuum territorium in 6. diviſit Comitatus, cuilibet Comitem Germanum præficiendo, & conſtituit, ſuper hos omnes, Vicarium, qui Mediolani agere deberet, tum in reliquis urbibus Poteſtates, quod pacis & belli curas habere deberent. Civitates quoque ſingulis annis conſules certos eligebant, qui poteſtatibus illis (ita dictis) auxilia in conſiliis ferre debebant. Erant quoque Mediolani Secreti Conſiliarii Conſulum, & Archiepiſcopus habebat Vicarium dictum Vice-Comitem, qui controverſias populi decideret. Omittimus nunc enarrare Quæſtores, Theſauro Prçfectos, & alios Hodie Rex Hiſpaniæ hunc Statum ab Imperatore loco Feudi tenet, qui illum hoc inveſtivit anno 1621. teſte Pierre d'Avitii. hic p. 54.

Adminiſtratio cauſarum civilium, & criminalium, dependet ab auctoritate Senatus Mediolanenſis. In hoc ſedecim ſunt Doctores, & nonnulli Prælati, Patriciique Mediolanenſes.

Totam Provinciam Gubernator Imperio regit, diciturque Generalis Regis Vicarius, ad quem judicium omnium rerum poli-

politicarum ſpectat; Civiles & criminales cauſſæ(ut vocant) à Senatu peraguntur.Gubernator omnes eligit Magiſtratus, omnium biennalium, puta Poteſtatum, Vicariorum, Judicum, Commiſſariorum, Referendariorum, & Advocatorum Fiſci, &c. Eſt ipſi ſecretum conſilium, quod conſtat è Generali copiarum militarium, Caſtellano Mediolanenſi, Cancellario, Præſide Senatus, Præſide Magiſtratuum oppidanorum, Theſauri Præfecto Generali, cui quandoque nonnulli pauci, ex peculiari gratia Regia, & propter merita adjunguntur. Senatus Mediolanenſis conſtat Præſide,& XII. Senatoribus. Horum tres Hiſpani eſſe ſolent, ut plurimum ex præcipuis illius Civitatis Lecti. Ex his ſecundum Veterem conſuetudinem legi ſolet Regens, qui in Hiſpania Regi aſſiſtit, & locum ibi in Conſilio Italiæ habet. Ab hujus Senatus Judiciis nulla permittitur appellatio. Omnibus Civitatibus, municipiis, & caſtellis ſuæ ſunt communitates, quæ quam ſæpiſſime à XII. decurionibus leguntur, qui ſorte è capſa conſiliariorum eliguntur. Horum numerus eſt. LX. Hi Decuriones Reſpublicas cujuſque loci curant. Mediolanum autem nullam aliam habet ſupra reliqua oppida prærogativam,quod generalia tribunalia ibi reſideant.

Dux Primus Mediolani creatus ab Imperatore Wenceſlao anno Cɔ. CCC. XCV. imperavit annos 7.

SERIES DOMINORUM ET DUCUM MEDIOLANENSIUM.

Ubertus, qui deſcendit ex Comitibus d'Angeria, anno 1220.

Jacobus genuit Teobaldum & vixit circiter anno 1250. Sed Otho ejus frater factus eſt Archiepiſcopus Mediolani, anno 1262, obiit anno 1295.

Matheus, cognomento Magnus, Vicarius fuit factus tam imperii quam Mediolani, quam totius Lombardiæ, obiit anno 1322.

Galeazius, ejus filius, ſecundus Mediolani Princeps, obiit anno 1328.

Azzon, ejus avunculus, obiit anno 1339. ætatis 38. ann.

Luchinus, Frater Galeazii 1. Statum Mediolanenſem cum Joanne Archiepiſcopo Fratre ſuo tenuit.

Joannes Archiepiſcopus, Mediolani fratris ſui fuit ſucceſſor, & 5 Mediolani Princeps, aliorumque locorum, obiit an. 1354 reliquit tres filios hæredes, Mathiam Barnabam & Galeatium filios Fratris ſui, inter quos imperium diviſit.

Matheus, filius Stephani, obiit anno 1356.

Galeazius II. Frater Mathiæ, ſtatum Mediolani tenuit cum Fratre ſuo, obiit anno 1378.

Barnabas, Frater Galeazii, obiit anno 1385.

Joannes Galeazius, filius Galearii II. primus ab Imperatore Wenceſlao, anno 1395. Milani Dux creatus, obiit 1402.

Joannes Maria, ſecundus filius Ducis Mediolani, vi Ducatum Mediolanenſem occupavit, obiit anno 1447.

Franciſcus Sforcia, celeberrimus ſui temporis militiæ Dux, primum in Præfectum vel Capitaneum Mediolani creatus eſt, dein favore populi Dux, anno 1450. deceſſit anno 1464.

Galeazius Maria,, quintus Mediolani Dux, filius Ludovici Ducis Savojæ, obiit anno 1476.

Joannes Galeazius, ejus filius, Dux Mediolanenſ. uxorem duxit Iſabellam, filiam Alfonſi Regis Neapol. veneno interemptus eſt anno 1494.

Ludovicus Sforzia, qui ipſum veneno ſuſtu[illegible] inveſtituram Ducatus accepit ab Imperatore Maximiliano. Exutus vero eſt omni ſuo ſtatu per Ludovic. XII. Regem Franciæ I. & obiit anno 1530.

Franciſcus, ejus frater, per Imperatorem Carolum V. iterum ſtatui ſuo redditus eſt, & ſine liberis obiit anno 1535. ideo quod Imperator Carolus V. occupaverat ſtatum Mediolani, quem dein Reges Hiſpaniæ poſſeſſione tenuerunt.

RATIO STATUS DUCATUS MEDIOLANENS.

ILla imprimis in hoc conſiſtit, ut ſe contra vicinam potentiam optime muniat, imprimis vero contra Helvetos, qui ipſi ſemper formidabiles fuerunt & damnoſi, quod nimirum omnem occaſionem cupide expectent, ut ſuum Imperium

in

Digitized by Google

in fines Mediolanenſes proferre poſſint. Cum igitur cum vicinis ejuſmodi conflictetur, qui poſſunt, volunt,& ſolent offendere, non ſolum ea,quæ bello,reique militari apta ſunt procurat, verum multas etiam alias cautiones adhibet.Inter quas hæ præcipuæ ſunt,ut Vicinos bene tractet:Qui ita amici permanebunt,ſi 1.fœdera & contractus cum ipſis ineantur, 2. ſi nihil in illorum præjudicium Gubernator conſtituat, 3. ſi mercaturam ſive commercia reciproca promoveant, unde aliquid virium accedere poſſit Reipub 4.Si in diſſenſionibus Vicinorum & diſcordiis (ſine tamen ſuſpicione occupationis alicujus) arbitrum ſe gerat,5.cum quadam dexteritate inter eoſdem, ſi qua extitit, alat diſſenſionem, præſertim ſi mutua ipſorum confidentia & conſpiratio damnum ſuo ſtatui ac periculum creare poſſit, 6. Ne illos,qui velut imbecilliores opem ejus implorarunt, deſerat, 7. In favendo, auxiliando & protegendo, ubi neceſſitas ſingularem aliquam non requirit alacritatem, non opus eſt ut ita moderate verſetur, ut ne alii ad æmulationem, novaſque quærendas inimicitias excitentur.

CONTROVERSIÆ, QUÆ MEDIOLANENSIBUS CUM VICINIS INTERCEDUNT, HÆ SUNT.

INter Sabaudum & Mantuanum, Montis Fárrati cauſſa.
Inter Genuates & Sabaudum, ob Savonam.
Inter Florentinum & Genuates,finium regundorum cauſa.
Inter Ferraram & Lucam, hanc eandem ob cauſam.
Inter Florentinum & Parmenſem, ob multas ſuperioris temporis offenſiones, quæ vel adhuc durant.
Inter Ferrarienſem & Sabaudum & Florentinum,ob titulum & præeminentiam. De ſtatu Mediolanenſ. plura vid. ap. Bod. l. 4. & Mercurium di D. Vittorio Siri Tom. 2. l. 2.

JUDICIUM POLITICUM.

BOcalini, Monarchiarum cenſor,hoc vitioRegi Hiſpaniæ dat, quod patiatur ſuos miniſtros non minus in Neapoli & Sicilia, verum etiam in Mediolano, adeo inhumane

mane & incredibili exactionum licentiâ in ſuos deſævire ſubditos, ut illius illis in locis imperium admodum incolis inviſum & intolerabile eſſe videatur.

STATUS DUCIS MANTUANI.
MORES MANTUANORUM.

MAntuanorum indoles aptior eſt ad literas & artes, quam vero ad arma vel mercaturam. Habentur tamen pro magnis bellatoribus, qui vero equites meliores quam pedites ſunt, ſtudioſi in comparando fœminarum amore. Monferatenſes, Principem ſuum magno proſequuntur affectu, practicum habent ingenium, quo ſubtili pollent, & valde humano, omnium tamen armorum ſunt cupidiſſimi, & animoſi, hocque nomine Piedmontanos ſuos vicinos & inimicos longe ſuperant. Illorum fœminas non ignobiles commendant mores: illæ imprimis de Caſal valde ſunt pulchræ, & converſatione ſuaviſſimæ.

DIVITIÆ ET REDITUS.

PRinceps Ducatus Mantuani obtinet CC. 50. millia coronatorum ex reditibus Ducatus Mantuani. Ex Montisferato CCC. millia, unde omnibus militum ſtationibus ſtipendia ſolvuntur. Illi vero reditus proveniunt ex re molitoria, qui ſolum Mantuæ præſtant 36000. coronatorum annuorum. Reliqui percipiuntur ex vectigalibus vini, mercium aliarum, itibus & reditibus, juribus, habitationibus, nummis Judæorum, qui ſeorſim ſolvunt, &, pro conſervatione ſuorum privilegiorum, non leves ſumptus faciunt, uti libere mercatum poſſint exercere, quem vel ſoli Mantuæ exercent. Ex mulctis, litium compoſitionibus, confiſcationibus, moneta, ſeptimo nummo omnium rerum acquiſitarum, dote filiarum (obſtricti enim illi ſunt partem Duci pro dote ſolvere, qui nuptias cum aliquo contrahunt) magna colligitur pecunia.

Jura Piſcationis Mantuæ & Lucæ locari ſolent pro 3000. coronatis aureis.

Vltimum, Nobiles æque ſolvunt pro frumento, leguminibus, lino, aliiſque ſimilibus rebus, ut & in Venetiis, curia Principis, & Eccleſiaſtici ſolum his ſunt exempti. Divitiæ

Incola-

Incolarum in frumento consistunt, leguminibus, aliisque rebus similibus, quæ Venetias mittuntur, pannis, serico, quæ Mantuæ conficiuntur.

Montferatum præstat frumentum, oryzam, lina, præsertim ex parte Genuatum. Piedemonti vina pro excellentioribus habentur.

VIRES ET POTENTIA MANTUÆ DUCIS.

PRinceps Mantuanus in suo armamentario magnum numerum tormentorum bellicorum habet, & pro X. millibus armandis parata arma. In ipsa sola Citadella de Casal C. sunt majora tormenta, cum alio ingenti bellico apparatu, qui 15. millibus peditum & C. equitum sufficit.

Pro defensione sua 50. Italorum peditum habet. Bellicosi militis, stipendiaque merentis in Mantua, nullus est certus calculus: Verùm, tempore necessitatis, numerus 800. ejus Regionis equitum præsto esse solet. Dux etiam facile 200. Equitum suo Imperio obsequentes habet. Paratos quoque habet levis armaturæ velites, qui in Hispaniam, Turciam, Barbariã excurrere solent. Equitatus Mantuanus sub præfectis militiæ ad 12. millia accedit. Tenetur autem Dux omnibus illis, qui se sacramento militari obstrinxerunt, necessaria Victus præbere.

In Montisferarienſi territorio, non parvus equitum numerus conscribi potest. Talis autem in militia servatur ordo, ut, quam primum signum Casali tormento bellico datum fuerit, omnes qui militiæ operam navant, & XV. millium faciunt numerum, in procinctu esse debeant. Ex his 500. equites colligi possunt. In hac autem virium sufficiente copia hoc mali inest, quod Regiones Principis ab invicem sejunctæ sint, ita ut, pro conjungendis viribus, omnia in antecessum obstacula removeri debeant, quæ susceptas destinationes morari possent. Adeo ut non inepte Politici judicent, si is status unitus esset, nulli in Italia Principum potentiâ & viribus cessurum, neque opus haberet peregrinis viribus niti. Est in Urbe Mantuana propugnaculum sane Nobile, Viadana dictum: in Montisferato Casal habetur, inter præcipuos in Italia locos æstimanda sedes: reliqua loca non adeo sunt munita.

REGI-

REGIMEN POLITICUM MANTUÆ.

Hic Princeps titulos habet Ducis de Mantua & Montisferrati, eſt Princeps & Vicarius perpetuus Sacri Romani Imperii, Marchio de Gonzaga, Viadane, Cazolo, Doſolo, Ponſone, Juciſe, &c. Dominus de Luzzare, Caſtelgio Fredo, Comes de Rodigo, &c.

Feuda habet Imperii, & ab Imperatore inveſtituram accipit. Aulam ſemper alere ſolet ampliſſimam, quam magnæ conditionis, & præcipuæ Nobilitatis apparitores decorare ſolent.

Habet in præcipuis Mantuæ ditionibus ſuos Gubernatores, & pro juſtitia adminiſtranda Doctorem, qui Mantuæ agit: reliquæ minores cauſſæ ſuos quoque habent judices.

Eſt quoque in Mantua Senatus, qui ex VII. Doctoribus conſtat, ex quorum numero Præſes eſt qui abſolute de rebus judicat, in quibus Poteſtates appellationes inſtituere ſolent. Magiſtratus alius ex 7. compoſitus eſt, quorum unus Præſes eſt, 2. Doctores, & 4. gladiis accincti, qui de camera Dubali cognoſcunt. Sex ſuperintendentes extra urbem, qui victualium, curam gerunt. Proviſor Nobilis eſt, curam gerens Victus Civitatem ſpectantis, cui 4. mercatores & unus Doctor auxilium præſtant, & hic proviſor cum 4. illis & uno Doctore omnia negotia determinant, quæ hac ex cauſſa provenire ſolent.

Capitaneus juſtitiæ de cauſis etiam criminalibus cognoſcit, cum Aſſeſſore vel Procuratore Ducis, & Advocato Fiſcali. Dux tamen ſententiam limitandi, ſibi poteſtatem reſervavit.

Montisferatum quod ſpectat, Dux eo Gubernatorem mittit, qui in Caſal agit & omnem in populum habet auctoritatem, cum ſuprema terræ curia, pari modo ſicut in Mantua ſtabilita: Sententiæ tamen ibi non niſi ſuprema auctoritate conſentiente, executioni ſolent dari. Multi præterea alii ſunt Domini, qui juſtitiæ exercendæ habent poteſtatem: non tamen niſi in civilibus condemnare poſſunt, ad triremes minime. Dux caput ordinis eſt, qui ſanguinis Chriſti vocatur, inſtitutus an. 1608. per Ducem Vincentium, de quo plura dicere hujus argumenti non eſt.

SERIES

SERIES DUCUM MANTUANORUM.

MAntua, cum fuiſſet ſub Imperio Comitis fœminæ Matildis, filiæ Comitis Bonifacii, Domini lucæ, Parmæ, Regionis, Mantuæ, Ferrariæ, locorumque aliorum, poſtea ſub arbitrio multarum familiarum, pervenit tandem in poteſtatem familiæ de Gonzaga, anno 1328. quæ liberavit illam Regionem à Tyrannide Bonacolli, cum ope Cani de la Scala, Domini Veronæ.

Ludovicus de Gonzaga, filius de Guy, bellum intulit Manfredo Regi Neapolitano: primus hujus domus fuit, qui urbi Mantuæ præeſſet cum Imperio, poſtea plura loca in Gonzagorum conceſſerunt Poteſtatem. Deceſſit Ludovicus an. 1360. 90 annos natus, relicto in Regimine filio Guy Ugolie, natu maximo.

Guy, patris ſucceſſor, filio Mantuam commiſit regendam: præter hos habuit Franciſcum, & Ludovicum; & exceſſit vita, anno 1396.

Ludovicus, Dominium totius ſtatus indeptus, cum filio ſuo Franciſco, obiit anno 1382.

Franciſcus, ejus filius & ſucceſſor, deceſſit anno 1407.

Joannes Franciſcus, ejus filius, cum impuber adhuc eſſet, curatores habuit Venetos & Malateſtes, cumque varios ſuſcepiſſet liberos, obiit anno 1444 cum ab Imperatore Sigiſmundo, cum in Italia eſſet, primus Marchio Mantuæ creatus eſſet.

Ludovicus, ſecundus Marchio Mantuæ, pro hoc ſtatu obtinendo, diuturnum & cum Fratre ſuo Carolo atrox bellum geſſit. Deceſſit vita, anno 1478.

Fridericus III. Marchio Mantuæ, relicto ſucceſſore Franciſco, exceſſit è vita anno 1487.

Franciſcus IV. Marchio Mantuæ, gloriâ liberalitatis, & militaris fortitudinis, ſui temporis Princeps commendatiſſimus, relictis, ex Iſabella filia Ducis Ferrariæ, filiis, Friderico ſua ſucceſſore, & Hipolyto, expiravit anno 1519.

Fridericus V. Marchio, ingens belli Dux, primus factus eſt Dux Mantuæ per Imperatorem Carolum V. an. 1520. Suſceptis ex uxore ſua Margarita Paleologa, filia Guillielmi Marchionis Ferarienſ. filiis, Franciſco & Gullielmo (qui poſt fata Parentis ambo Duces fuerunt) Ex vivis abiit anno 1545.

Fran-

Franciſcus II. Dux Mantuan. duxit uxorem Catharinam Auſtriæ, Filiam Ferdinandi Romanorum Regis, ex qua nonnullos ſuſcepit liberos, & deceſſit anno 1550.

Guillielmus III. Dux Mantuæ, filium habuit Vincentium ſucceſſorem, exivit è vita anno 1587.

Vincentius, publice Dux Mantuæ & Montisferati coronatus, obiit anno 1612. cum nonnullas habuiſſet uxores, primam ob ſterilitatem repudiaſſet, 400. Equites in Hungariam Imperatori Rudolpho anno 1595. miſiſſet.

Franciſcus, ejus Filius, 5. Mantuæ & tertius Montisferati Dux, obiit anno 1612.

Ferdinandus, ejus Frater, primum Cardinalis fuit, poſtea Dux deſignatus anno 1613. deceſſit anno 1626.

Vincentius frater duorum præcedentium, principio Eques Maltenſis, poſt obitum Fratris ſui Ferdinandi ſeptimus Dux factus eſt Mantuæ, & 5. Montisferati. Vita exceſſit an. 1617.

Carolus de Gonzaga, Dux Niverſiæ & Rhethelorum &c. poſt obitum Vincentii pro legitimo ſucceſſore Mantuę & Montisferati agnitus eſt, taliſque à Præcedente Duce declaratus: receptus igitur tanquam filius Ludovici de Gonzaga ab omni populo eſt. Hic Ludovicus, cum in Galliam veniſſet, duxit uxorem Henricam de Cleves, Ducem Nivernenſem & Ruthelorum, filiam natu maximam Franciſci Ducis de Cleves & Margarithæ Borboniæ, filiam Caroli Borboniæ Ducis de Vendoſme: ex hac ſuſcepit Carolum de Gonzaga & de Cleves, nunc Ducem Mantuæ, Catharinam uxorem Henrici Aurelianenſis, &c. & Henricam uxorem Henrici Lotharingiæ, &c. Carolus duxit Catharinam Lotharingiæ, filiam Caroli. Dux de Mayenne deceſſit habens ex ipſa Franciſcum, Ducem Rethelorum, qui obiit. Carolus, Dux Rethelorum, duxit anno 1607. Principem Mariam, filiam Ducis Franciſci, deſtinatus in Italia patris ſucceſſor Ferdinandus, hodie Dux de Mayenna, Principem Mariam, de Ganzaga & de Cleves. Atque ex hac Illuſtriſſima Gonzagorum familia, MARIA LUDOVICA, nata, Virtutibus ſuis meruit, ut olim Divæ Memoriæ ULADISLAI IV. & nunc JOANNIS CASIMIRI, duorum Regum Poloniæ & Sueciæ Sereniſſimorum, & Glorioſiſſimorum, conjunx diceretur.

STATUS

Digitized by Google

STATUS, DOMUS DE GONZAGA.

STatus Ducis Mantuæ multo esset potentior, nisi fuisset divisus, inprimis per Ludovicum, secundum Mantuæ Marchionem, ita ut hodie Ducatus de Guastella & de Sabioneda, Principatus de Bazzolo, Comitatus de Nuuolare, Marchionatus Castilionens. & Dominium de Solfarino quod ab hoc separati sint Ducatu, non leviter ipsum extenuarunt.

SERIES MARCHIONUM MONTISFERRARIENS.

ORigo Marchionum Monferrarienſ. tribuitur Walramo, qui communiter dicitur Aleram, qui ab Othone I. Imperatore Dominium Montisferrati accepit, cum adjuncto titulo Marchionatus, obiit dein anno 986.

Guillielmus, ejus filius, Marchio Montisferrati, obiit an. 1207. & multos quidem habuit filios, sed infaustos.

Demetrius, filius Bonifacii, Rex Thessaliæ, Rex post ipsum fuit, & Guillielmus ejus frater fuit Marchio Montisferarienſ. & obiit anno 1225.

Bonifacius filius Guillielmi, Comes Savoyæ, obiit a. 1254.

Guillielmus, dictus Magnus, obiit anno 1292.

Joannes, ejus filius, cognomento Justus, sine liberis obiit, anno 1305. hæredemque instituit Theodorum 2. filium Andronici Paleologi.

SERIES SECUNDÆ LINEÆ MARCHIONUM MONTISFERRARIENS.

THeodorus Paleologus hac ratione Marchionatu potitus est, & ejus investituram aceepit anno 1313. ab Imperatore Henrico, obiitque anno 1338. relicto Joanne successore.

Joannes investituram Montisferati accepit anno 1355. ab Imperatore Carolo IV. & obiit anno 1372. & reliquit suos liberos sub tutela Ottonis Ducis Brunsvicensis.

Otto secundus, tertius Marchio hujus lineæ, occisus est à quodam suorum servorum, anno 1378.

Theodorus, hujus nominis ſecundus, frater Joannis, quintus Marchio hujus lineæ, obiit 1418.

Joannes Jacobus, ſextus Marchio, duas uxores habuit, deceſſit anno 1445.

Joannes, filius Joannis Jacobi, 7. Marchio, ſine liberis deceſſit anno 1464.

Guillielmus, ejus frater, 8. Marchio, pariter ſine liberis deceſſit anno 1483.

Bonifacius, ejus frater, deceſſit vita anno 1594.

Guillielmus, ejus filius, obiit anno 1518.

Bonifacius, filius Guillielmi, patri ſucceſſit & obiit in cælibatu anno 1530.

Joannes Georgius, ejus avunculus, frater Guillielmi, ſine liberis deceſſit anno 1533.

DUCATUS PARMENSIS. EJUS INCOLARUM MORES.

POpuli Parmenſis mares quam fœminæ pulchritudine pollent eximia. Parmenſes quoque pro ſolito animoſi, & literis dediti ſunt, non aliter ac armis, & negotiorum tractationi. Erga peregrinos humanitatis exercent ſtudia: fœminarum natura avara, civilis tamen eſt. Placentini quoque non abſimili gaudent ingenio, ſed incultis erga peregrinos moribus, bellorum avidi, ad crudelitatem uſque, in conſiliis pravi, vindictæ avidi, omnium difficultatum pro obtinendo propoſito contemptores, fœminas proprias facile ſane trucidant, ſi ſuſpicione aliqua laborant, nec tantopere in ipſis pulchritudinem, quam morum civilitatem ſpectant.

REGIMEN POLITICUM.

HIc Princeps Vaſallus eſt Eccleſiæ, cui ſingulis annis pro recognitione feudi ſolvit X. millia coronatorum, ab illo tempore quo Pontifex Paulus III. Petrum Ludovicum Farneſium Ducatus Parmenſis & Placentiæ inveſtitura donavit. Hoc tamen non obſtante Hiſpani Prætendunt, Placentiam eſſe membrum Status Mediolanenſis: & ſi linea Farneſiorum deficiat, tum Papa & Rex Hiſpaniæ tanquam Dux Mediolani illam de jure tenerent. Sed cum hic Princeps agno-

Digitized by Google

agnoſcat ſuperiorem Papam, in ſuo ſtatu abſolutus eſt.

Ille ſuum ſtatum conſilii & belli habet, ut & ſuos judices curiæ, qui de cauſſis civilibus & criminalibus cognoſcunt, excepto quod Dux ſibi gratiam in diſpenſandâ delictorum pœnâ reſervet.

In omnibus locis Magiſtratũ habet, cui Poteſtatis nomen eſt, qui eodem ipſo eligitur modo, quo Caſtellani & alii officiorum Præfecti, ex quolibet loco Similis ergo in Parma eſt Magiſtratus & alii Gubernatores, qui à Duce accepta Imperia exequi ſolent.

In judiciis cauſſæ ſecundum jus civile decidi ſolent, habito tamen in omnibus ad jus municipale reſpectu. Succeſſiones Statuum ad majores natu ſpectant, reliquę dignitates æqualiter dividi ſolent.

Quamvis variæ Feudorum confiſcationes per Duces factæ ſint, reſtant tamen multi Domini, qui Vaſallorum habent titulos, neque tamen in recognitionem quicquam ſolvere opus habent, dummodo parati ſint ad ſervitia quædam urgente neceſſitate Duci præſtanda. Sunt ibi Comes S. Secondi, familiæ de Roſſi. Dominus S. Secondi, de Berzet, de Fornovo, Roccalanzon & aliarum Parmæ ditionum. Marchio de Rangon, poſſidet ſub ditione Parmenſi bona, quæ ipſum 30. millium coronatorum, nomine redituum, poſſeſſorem faciunt, & imprimis loca de Roccabianca, Ragazzuola, Ponleze, Zibello & Caorſo, ut aliorum Comitum reditus, cum hujus loci non ſint, nunc taceamus.

DIVITIÆ ET REDITUS.

REditus annui Principis Parmenſis majores ſunt quam CCCC. millium Ducatonorum: Hos ex collectis, quæ ſubditorum bonis imponi ſolent, percipit, ſecundum Papæ permiſſionem. Exigi autem etiam ſolet tributum ex pane, vino, mercatura, pecore, cancellaria, condemnationibus, confiſcationibus, conceſſa venia, ſale, cujus reditus, quos præſtat annuos, 50. millia coronatorum faciunt, ex mineralibus, tributo lanæ, lignorum, fundorum, aliarum poſſeſſionum ex juribus & immunitatibus, quæ locari pro pretio moris eſt. Ex Ducatu de Caſtro, Ronciglion, aliiſque

Dominii locis ſingulis annis 60. millia coronatorum percipiuntur. Ex penſione 12. millia coronatorum, quæ à Rege Hiſpaniæ in Regno Neapolitano ipſi aſſignantur, numeranda. Ex militia, quæ in illo Regno ſuſtentatur. Percipit & reditus ex illo, quod ordine Velleris gaudeat, nimirum 22. millia coronatorum. Ex penſione, quam Philippus II. Rex Hiſpaniæ dedit reſpectu Status Mediolanenſis Duci Margaritæ, tam in illius, quam ſucceſſorum ejus gratiam, 16. millia coronatorum. Ex territoriis de l'Abruzze, ubi civitas de Penna præcipua eſt, percipit 18. millia coronator. Vltimum, confiſcationes illius reditus admodum auxerunt, præſertim poſt conſpirationem, propter quam dejecit an. 1612. comitem fœminam de la Sala cum marito ejus Comite Horatio, Marchionem Hieroſme de la Sala. Comitem Petrum Forel. Comitem Alfonſum S. Vital. Comitem Joannem Baptiſtam & Comitem Theodoricum. Scotum Placentinum.

Academia Parmenſis & Placentina, quæ multis immunitatibus & privilegiis gaudent, & ideo ingentem ſtudioſorum copiam alunt, non parvo commodo cives ſuos beant: Feriæ quoque Placentiæ conſtitutæ, linum, frumentum, legumina varii generis, lactis preſſi copia, vulgo caſei, qui propter exquiſitum ſaporem multis nationibus in delitiis eſt, & præſertim Venetis, qui ipſum Conſtantinopolim mittere ſolent, Baſſis aliiſque magnatibus, non parvi doni nomine, offerendum: adhæc taurorum, vitulorum, vervecum, ſuum, volatilium, allarumque rerum proventus, quanta non præſtat lucra! Serici quoque hic confecti abundantia ad Venetos, Genuates, Modinenſes, aliaſque ad nationes evehi ſolet. Præter hæc dicta omnia, ingentem pecuniæ vim ex confecto vino aromatico, Muſcatello ita dicto, percipiunt: hoc vinum Romanorum, Genuatum, Venetorumque delicato palato miniſtrant.

VIRES ET POTENTIA.

PRrinceps Parmæ alit pro cuſtodia ſui corporis 25. ſagittarios Italos, 30. haſtatos pariter Italos, cum præfecto, 50. equites levis armaturæ: ejuſdem nationis. Conducere valet ad X. millia peditum, & 500. & ultro equitum. Huic militiæ

litiæ præfectus Generalis (ut vocant) est, & huic adjunctus locum tenens.

Quod propugnacula spectat, est ad Confinia Modenæ illud de Rosana, membrum Imperii, quod invincibile æstimatur: illud etiam de Pin similis est conditionis. ab 18. milliarib. de Rozana, situm est de Ciragulo. Vrbs Placentina ut & Parma non leve Duci suo præstant propugnaculum. Est à latera Reipub. Genuensis munitus locus de Berzetto, cum optimo Vallo de Taro. A latere Lucæ, munitus reperitur locus Pietra dictus, ut & alii ex confiniis Mediolani, Cremonæ, Placentiæ, Colorno. Hoc quoque ingens munimen Duci Parmensi præstat, quod ejus Status montibus Apenninis clausus sit. Reliqua loca bonis propugnaculis munita sunt, quæ cum exigua manu & parvis sumptibus securâ præstari possint, adeo ut nec validus & numerosus ipsis nocere queat exercitus, quod illum conditio loci non capiat, neque parva manus obesse possit, quod minorum pro necessitate virium sit. Neque vero ullus status potentiâ iovalidus se auderet huic Duci opponere, quamvis alienas vires conjungat, ideo quod hujus Ducis potentia cum Regis Hispaniæ viribus invicem est conjuncta, qui neutiquam pateretur, ut hic status ad alienam sibique aliquando nocituram potestatem perveniret.

SERIES.

Post varias mutationes, cum Ecclesiasticus Parmæ & Placentiæ pacata possessione frueretur, Papa Paulus III. dictus antea Alexander Parmensis, ejus Ducem fecit Petrum Ludovicum suum filium anno 1545. qui tenuit Ducatum usque ad ann 1547. & occisus est Placentiæ per conspirationem Palavicinorum & aliorum, qui a Carolo V. ad hoc impulsi dicuntur facinus, quod ipsi Placentiæ possessionem concedere nollet, & quod prætenderet se membrum esse Ducatus Mediolanensis. Post hujus fatum Octavius, filius Petri Ludovici, Parmam tueri nitebatur, cujus fratres fuerunt Horatius de Castro, Alexander Cardinalis, Raimuccius Archiepiscopus Ravennæ & Cardinalis.

Octavius, secundus Parmæ & Placentiæ Dux, duxit uxorem anno 1554. Margaritam, naturalem filiam Carol. V.

quæ antea Alexandro de Medicis, Duci Florentiæ, nupserat. Ex hac suscepit Alexandrum Farnesium, suum successorem, qui auxilio Regum Galliæ diu in statu Parmensi potentiam obtinuit quorum in Italia partes est secutus, postea causſam Hispani amplexus est, obiit anno 1596.

Alexander Farnesius, tertius Parmæ Dux & Placentiæ, sui temporis militari gloria clarus, in aula Regis Hispaniæ educatus, ipsi in Belgio fidelia præstitit officia: postea, cum ex uxore sua Maria Portugalliæ Edvardi F. aliquot suscepisset liberos, in Monasterio Placentiæ reliquum vitæ traduxit, ubi cum Imperio Belgio præfuisset 14. annos, vixisset 46.

Rainuccius, ejus filius, patri successit, qui multis egregiis actionibus patre adhuc superstite se probaverat, duxit uxorem Margaritam Aldobrandinam, neptem Papæ Clementis 8. ex qua habuit Alexandrum, qui mutus mansit, Odoardum Octavium & Franciscum Mariam, dein obiit an. 1611.

Odoardus, ejus secundus filius, adhuc juvenis Patri successit, quod frater natu major regendo impar esset imperio, ideo quod mutus esset. Horum documenta habes apud Leandr. in Ital. Thuan. l. 4. Gerschovium in sua Toxeolog. Garibay hist. Hisp. l. 34. Boter. Capitan. &c.

STATUS DUCIS DE MODENA.

MORES GENTIS.

MOdinenses bellicosi, animosi, & fide in Principem celebres sunt, illos nobilis commendat audacia & subtile ingenium, cujus beneficio illorum consilia felices sortiuntur eventus. Post redintegratam amicitiam, facile offensarum obliviscuntur. Fœminas, nisi fucatas, pulchras non agnoscunt. Expeditâ erga peregrinos pollent humanitate, quibus beneficæ voluntatis multa probant documenta. Mulieres illorum facili sunt indole. Illi de Reggio memoriam offensarum non servant, minus tamen consiliis dandis & auxilio ferendo apti sunt. Illi de Modena magis larvatos lusus, quam ulla Italiæ gens, exercere assueti sunt. Quantum ad illos de Garfagnana, illi multos pecore divites habent, qui eandem fere agunt vitam, atque illi quos Poetæ, Pastores Arcadiæ descripserunt. Hæc tamen vivendi ratio

potius

Digitized by Google

potius iis convenit, qui habitant in Metello, Roco, Villa, Bricco, & Campogrande, quæ omnes ditiones sub nomine de Loraggio continentur, unde etiam Loraggini vocantur, & in more habent singulis annis ursum Modinam mittere, illumque his, qui à Ducali sunt curia, agitandum relinquere. Inde proverbium natum, Non opus est ursum Modenam ducere.

REGIMEN POLITICUM.

Dux hujus Ducatus Imperatorem agnoscit superiorem, & cui singulis annis pro recognitione 4. millia coronatorum solvit. Feudi loco ab ipso habet Modenam, Reggio, Carpi, Frigiuano, & Garfagnane, vivitque sub Protectione Regis Hispaniæ, cujus etiam est Tributarius, aureum portans vellus & turmam habens militum quæ in Regno Neapolitano sustentatur. Tenet etiam Feudi nomine Besello, à Duce Mantuæ, cui in recognitionem solum par calcarium solvit.

Quantum ad bona, quæ tenet in Ferrara, quæ Papæ permisit anno 1593. non sunt aliter quam particulare Dominium considerandа, quorum tantum proprietatem habet, & Papa Dominium Certos dein pacti sunt tractatus, ut omnia Feuda, quæ non à Ducatu Ferrariensi dependent, integra manere debeant Duci Cæsari: Quod omnia palatia, horti & alia loca, tam urbis Ferrariensis quam suburbii, quæ sub Alfonso erant, stare debeant in proprietate Ducis Cæsaris; & quod omnes possessiones, quæ in Ferrara sunt, per ipsum teneri debeant ab Ecclesia pariter nomine Feudi; & quæ hujusmodi aliæ conditiones sunt, quæ prolixius apud Pierre d'Avity hic legi possunt.

Habet præterea Dux aulam satis magnificam, alitque circiter 40. Nobiles, quorum plurimi Domini sunt Titulorum, ut & alios bene 600. apparitores, qui ex curia vivunt. Quantum ad successionem hujus Ducatus, sciendum, quod primogenitus jus successionis habeat, quamvis reliquæ res Nobilium æqualiter dividi soleant. Habet Dux in Sestola Gubernatorem non secus ac in aliis præcipuis locis. In controversia finium Regundorum, à Cæsare contra Lucenses victoriam obtinuit, & pro Sassolo contra Dominos Py, ut etiam Dominos de Carpi. In judicando jus civile se-

quuntur, vel Leges imperiales, quæ tamen ſtatuta privata habere ſolent adjuncta.

Dux plerumque in ſua curia tres habet judices, qui in officio per triennium ſubſiſtunt, ad quos omnes ſtatuum appellationes devolvuntur; ultima ad Ducem ipſum inſtituitur. Civitates & pagi ſuas poteſtates vel judices habẽt, quemadmodum propugnacula ſuos Gubernatores & alios ordinarios miniſtros: omnes vero ſententiæ, ubi de ſanguine controverſia eſt, per Ducem ejuſque curiam deciduntur. Domini nonnulli qui titulo Vaſallorum territoria quędam à Duce habent, pro inveſtitura nihil ſolvere opus habent.

DIVITIÆ ET REDITUS.

PErcipit ſingulis annis hic Dux ex ſtatibus ſuis ultra 400. millia aureorum, quæ ex tributis rerum variarum colliguntur, ut Vino, farina, leguminibus, fructibus, coriis, pecore, monetá, ſale, Judæis, titulis Principatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Dominiorum, quæ pro pretio vendi ambitioſis ſolent. Ex bonis quoque, quæ in ditione Ferrarienſi poſſidet, certos percipit reditus, Super hæc omnia ſingulis annis à Rege Hiſpaniæ 12. millia coronatorum habet.

Incolæ, boum, vaccarum, porcorum imprimis in Urbis Venetæ uſum, magnam copiam emittunt Præterea vini, avenæ, hordei, leguminum, rerumque aliarum & plurimarum non levem abundatiam cum aliis aromatibus, cum Venetis permutare ſolet. Invenerunt quoque Modinenſes modum, quo Turcis Vini uſum, à quo alias propter Leges ſuas abſtinent, oſtenderunt. Illud etiam multis aliis nationibus, quæ boni illius liquoris notitiam habent nullam præſtant.

Neque hic omitti debent Nundinæ Modinenſes, quarum celebris fama eſt, & non exigua præſtant commoda: incipere ſolent 14. Septemb. & 8. dies durant.

VIRES.

EXcubiæ hujus Principis conſtant ex 50 haſtatis Helvetis, & 50. equitibus levis armaturæ: Atque hi ſemper Ducem foras prodeuntem comitari ſolent. Militia ejus triginta millia complectitur peditum, ex quibus eligi poſſunt 20. millia militis exquiſiti. Facili negotio 600. equitum habere poteſt.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad propugnacula, quæ contra hoſtium ingruentem vim facta ſunt, illa numero & robore præſtant. Ducibus Mantuano & Parmenſi opponi poteſt Berſella, Rubiera, quæ munitiſſima, tum deſtinationibus Ducis Mirandulani & de Correggio, ut & ipſius Pontificis. Vertuca in loco admodum firmo ſita eſt, & difficile obſideri poteſt. Hac ratione ſe magno Duci, & Lucenſibus opponere nil veretur. His etiam opponi poteſt Caſtel-Novo, Mont' Alfonſo, Saſſollo, ubi Ducis ſemper bonus eſt miles præſidiarius. Nullum autem habet militiæ ſupremum præfectum, vulgo Generalem, quod illum parum judicent neceſſarium, quod in media pace ſecuri vivant. Loco autem ejus quidam eſt, minoris conditionis præfectus militiæ, cum aliis centurionibus, & Gubernatoribus.

SERIES DUCUM DE MODENA.

ANno Gratiæ 903. Berengarius primus Imperator & Rex Italiæ dictus, Longobardus erat gente, & ſe quoque Parmæ & Regionis Dominum fecit. Hic tres reliquit filios, nimirum Sigisbertum ſecundum, Attonem & Gerhardum. Cum vero Sigisbertus ſecundus & Gerhardus obiiſſent, Atto ſolus ſuperſtes, rerum potitus, mutatiſque literis dictus eſt Azzo. Hic duos filios reliquit, quorum natu maximus dictus eſt Totaldo, & alter Sigisbertazzo, & Albertazzo, qui miſſus eſt à Patre ſuo in Germaniam ad Imperatorem Othonem primũ, qui ipſi donavit in Italia Montagnana, Monſelice, calmam cum titulo Marchionis, ex quo nati ſunt Hugo, vel Ugo, & Folio qui in Germania cum matre ſua manſit. Hugo vero in Italiam venit cum patre ſuo, & ſucceſſit tam in territorium Paduæ, quam in Marchionatum d'Eſte; atque ille eſt, ex quo Domini & Duces Ferrâræ proveniunt.

Tedaldo ejus filius natu major, obtinuit Ferraram à Papa Joanne XII. & obiit anno 1087. Ejus filii erant Bonifacius, Tedaldo Epiſcopus de Reggio, & Conradus.

Bonifacius, natu maximus, patri ſucceſſit, cui cum omnes liberi obiiſſent, ipſo tandem etiam mortuo, Ferrara multos per annos ſub Regimine Eccleſiaſtico permanſit.

Poſtea Marchiones d'Eſte cum ad potentiam non vulga-

rem perveniſſent, velut capita & primarii hujus fuerunt Civitatis. Primus, qui ipſam tanquam Dominus occupavit, fuit Albertazzo, filius d'Azzo, qui ſucceſſorem anno 1213. habuit Azzonem tertium, qui poſtea Vicariatum Ferrariæ per inveſtituram accepit per Legatum Papæ Innocentii 3.

Obizzo, filius Rinaldi de Este, ipſi ſucceſſit, fuit Dominus Anconæ, Modenæ & Regionis. & obiit an. 1293.

Azzo IV. ejus filius & ſucceſſor, per Friſcum filium ſuum in carcerem conjectus ibi vitam finivit.

Obizzo, ſecundus filius Rinaldi, frater Friſci, an. 1317. in carcere ſicut pater ſuus obiit. Dominus factus Mutinæ & inveſtituram Vicariatus Ferrariæ & Modenæ per Legatum Bonifacii Papæ accepit anno 1302. poſtea deceſſit anno 1352. & reliquit Aldobrandinum, Nicolaum & Albertum Aldobrandinus obiit anno 1361. ſucceſſorem Fratrem Nicolaum habuit dictum Zoppo, qui egregia in Ferrarâ poſuit ædificia, & obiit circiter anno 1388. hæredemque omnium Albertum reliquit, qui obiit anno 1390. ſine liberis, relinquens ſucceſſorem Nicolaum, fratrem ſuum naturalem, aut, ſecundum alios, filium ſuum. Hic Nicolaus, cum ad magnam perveniſſet fortunam, occupavit Reggio. Ex uxoribus ſuis, quas duas habuit, nullos ſuſcepit liberos. nonnullos tamen ex concubinis, ut Lionellum Meliadum, Borſum & Albertum: Ex his Lionellus & Borſus ipſi ſucceſſerunt in Statu per vices. Vita verò Nicolaus functus eſt an. 1440. cum 47 annos in imperio fuiſſet. Lioneldus ejus naturalis filius, ejus fuit ſucceſſor. fratres Herculem & Sigiſmundum è medio ſuſtulit ſub prætextu peregrinationis & miſſionis ad aulam Alphonſi Regis Neapolitani. Ferrariam admodum exornavit, & obiit anno 1450. teneræ ætatis filio Nicolao relicto, quem Borſo fratri ſuo naturali commendavit, ipſi imperium tantiſper committens, donec filius ad ætatem imperii capacem perveniſſet.

Borſus ſibi potius quam aliis imperium ſervare voluit, igitur Dux Modinæ & Regionis factus per Imperatorem Fridericum III. & primus Dux Ferrariæ per Papam Paulum II. poſtea obiit anno 1471.

Hercules, ejus frater Germanus, ſucceſſor ejus in Ducatu Ferrarienſi, Modinenſi, & Regionis fuit, obiit anno 1505. relictis liberis legitimis & naturalibus.

Alphon-

Digitized by Google

Alphonſus I. ejus filius, relicto Hercule 7. filio, hærede Status, obiit anno 1534.

Hercules II. ex filia Ludovici XII. Galliæ, Alphonſum ſecundum ſuſcepit, Ludovicum, poſtea Cardinalem: obiit anno 1559.

Alphonſus II. ejus filius, Dux Ferrarienſis, Modenæ & Regionis, Marchio d'Eſt, Princeps de Carpy, &c. quamquam trium uxorum maritus, tamen ſine liberis obiit an. 1597. hæredem univerſalem reliquit Don Cæſar d'Eſt.

Cæſar, filius Alphonſi, compulſus eſt annò 1588. Ferraram Papæ Clementi Octavo cedere. Habuit aliquot liberos ex Anna Medicea, Coſmi primi filia.

Alphonſus, ejus filius & ſucceſſor deſtinatus, uxorem duxit anno 1608. Principem Iſabellam, filiam Caroli Emanuelis, Ducis Savojæ, ex qua ſuſcepit Franciſcum natu maximũ, Alexandrum, & quoſdam alios filios. Horum documenta habes ap. Gabriel. Symenni, Reiſneri Baſilic. General. Thuan. hiſt. l. 14.

PRINCIPATUS DE CORREGGIO.

PRincipatus de Correggio, nomen ab urbe habens, ab ortu, occaſu, & meridie Ducatum Modinenſem ſitum habet, & à Septentrione illum de Mantua, admodum exiguæ eſt conditionis, ideo in pauciſsimis memorabilis.

RECIMEN.

PRinceps hujus territorii abſoluto gaudet dominio, Imperium ſolum ſuperius agnoſcit, cumque Dominus ſit abſolutus, monetam auream & argenteam cudere poteſt. At vero, quoniam ab Imperio Germanico nimium eſt ſemotus, ideo Hiſpanum agnoſcit ſuperiorem, & Neapoli copiam militum habet quæ à Regno Neapolitano ſuſtentatur.

REDITUS ET POTENTIA.

REditus habet exiguos, cum non niſi 40. millia coronatorum annua percipiat. In urbe ſua magnam ſtationarii militis Hiſpani copiam habet, cujus tutela fruitur.

STA-

STATUS DUCIS MIRANDULANI GENTIS MORES.

INcolæ Mirandulæ, famam quærunt potentiæ, & validi bellatores, humani, liberales, in converſationibus accepti, ſeque bonæ indolis eſſet, dici amant.

REGIMEN.

DOmini hujus territorii, in principio titulos Comitum habebant, poſtea dicti ſunt Principes Mirandulæ & Comites Concordiæ, poſtea hic ſtatus ope cujuſdam noſtra memoria pro 50. millib. coronatorum in Ducatum erectus eſt, & hujus dignitatis titulos ab Imperatore accepit, à quo etiam Feudum agnoſcit. Habet poteſtatem monetæ cudendæ, & ſub tutela Regis Hiſpaniæ vivit. Tres ipſi ſunt Doctores peregrini, qui juſtitiam in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, adminiſtrant: in cauſis vero capitalibus, Dux ſibi poteſtatem judicandi reſervat.

DIVITIÆ ET REDITUS.

HIc Dux 70. millia & quod excedit ducatonorum, Redituum nomine, percipit. Hæc ſumma ut plurimum ex vectigalibus, impoſitionibus, condemnationibus, Dominiis, pecoribus, &c. provenit. Adhæc ſingulis annis ſex millia coronatorum à penſione Regis Hiſpaniæ percipit, ſub quo ille Præfectus eſt militaris cohortis in Regno Neapolitano, inde ipſi commodum pullulat, non ſecus ac in Toſcana & Genuenſium Repub.

POTENTIA ET VIRES.

ILlius Vires hoc præſertim validæ ſunt æſtimandæ, quod propugnacula inſtructiſſima habeat, ſub cuſtodiâ Regis Hiſpaniæ poſita, & quæ incolarum, tria millia explentium, frequentiâ repleta ſunt.

SERIES DUCUM.

PRimi, qui in hoc ſtatu inclaruerunt, fuerunt Piecy, præcipui cives urbis Modenæ. Hi magnæ fuerunt auctoritatis

pre-

Digitized by Google

propter potentiam quâ pollebant anno 1110. Dein Franciſcus Reccius, Vicarius Modenæ conſtitutus eſt, per Imperatorem Ludovicum 4. Nicolaus filius Franciſci poſtea fuit ſucceſſor conſtitutus per Dominos Mantuæ, & Præfectus quoque ſive Capitaneus illorum de Reggio creatus eſt. Reliquit filium, cum in prælio Bolonienſi anno 1390. captus eſſet, Paulum. Paulus patri ſucceſſit & ſucceſſorem habuit Franciſcum. Franciſcus habuit ſucceſſores Joannem & Franciſcum ſuos filios, qui primi concordiæ Comites per Imperatorem Sigiſmundum facti ſunt, & per Fridericum 3. confirmati, Joannes Franciſcus & Tomas Patri ſucceſſerunt: Tomas partem Imperii ſui, fratri natu maximo dedit, qui Nicolao filio ſuo ſucceſſionem reliquit, patri Joannis ſucceſſoris, (qui obſidione Citadellam cinxerat) Antonio Mariæ & Joanni, Primus ſui temporis optimus militiæ fuit dux, alter verò ſeculi ſui, propter eruditionem & linguarum exoticarum peritiam, miraculum.

Joannes Franciſcus patri ſucceſſit, multas habuit uxores, cum Ludovico bellum geſſit, qui ipſum Mirandula expulit, qui tamen ope Papæ Julii 2. reſtitutus eſt, poſtea à Galeoto agnato ſuo interfectus, & quidem ante imaginem Crucis. Galeotus filius Ludovici, qui per parricidii ſcelus Dominium Mirandolæ occupaverat, eam tenuit uſque ad annum 1548. quo ipſam in manus Henrici II. Regis Galliæ commiſit: obiit poſtea Galeotus anno 1571.

Noſtro tempore Alexander Pictius hujus ſtatus Dominus fuit, & Dux Mirandolæ audit, uxorem accepit Eleonoram, filiam Ducis de Modena, ex qua tres filios ſuſcepit. Cum vero etiam filium naturalem haberet, ipſum per Imperatorem legitimare curavit, obtinuitque uti ſucceſſor in ſtatu eſſet: obiit anno 1637.

MORES VENETORUM VETERES.

PRimi mortalium, qui accolebant Venetias, etiam piſcatores, ex nulla re alia, quam ex piſcium capturâ, viventes. Tum verò moliri ædes cœperunt, Imprimis in Rivalto, cujus loci cultura aliorum fuit interitus, & cum diverſis habitarent partibus, diverſi etiam moribus erant. Hi Cives omni tempore gravitate inſignes erant, ſuæque conſervandæ libertatis

bertatis ſtudioſiſſimi. Quod reliquos attinet in Tarviſano, & Foro julio, illorum amplexi ſunt mores, quos ſub poteſtatem ſuam redegerant. Laborabatur autem ibi factionibus, non ſecus ac in aliis Italiæ partibus.

Quantum ad Venetorum originem, non eadem eſt auctorum ſententia : alii enim illos à Trojanis. alii ab Henetis & Pamphlagonibus deducunt. Inter illorum ſacra hæc erant præcipua, colebant divinis honoribus Diomedem, cui album immolabant equum. Vid. de his, & ſimilib. Plin. l. 3. c. 18. Liv. l. 1. Strab. l. 5. Polyb. l. 2. Ariſtot. de mirabil. nat.

MORES VENET: RECENTES.

VEneti magna præditi ſunt gravitate, ſeveri vero uſque ad exceſſum, ubi abſolute imperant. Proceræ ſtaturæ potius quam parvæ. Cum menſæ accumbunt, non loquuntur libenter. Nec ſunt boni equites, cum illorum præcipua itinera, tum verò maxima bella, maribus præficiantur. Animi illorum ita vividi non ſunt, quam aliorum civium Italiæ, verum hunc defectum excellentiſſimo compenſant judicio, & illi cui ſe dederunt ſcientiæ, adhæſè incumbunt, unde mirum videri non debeat, quod ibi omnium artium rariſſimi & excellentes cultores reperiantur. Græcis & Judæis fecerunt poteſtatem illorum apud ſe uti Religione, ſine ulla turba, & ſtrepitu. Cæterum hoc de Venetis in commune dicitur, quod ſint magnifici, callidi, ſuaves & accepti : Veronenſes autem ſtudioſi, & fideles; Paduani, vacillantes manicæ ; Viceni, vindictæ cupidi. Præterea & hoc de ipſis jactant, quod Veneti ad bellum adferant argentum, Treviſani gladios, Paduani equos, Bergamenſes ſtruant inſidias. Adhæc fœminæ Cremonenſium fraudulofæ ſunt, Vicenorum conſtantes, Venetorum inſolentes, & Dominæ, Veronenſium feſtivæ, Breſſenſium diligentes, Treviſorum Zelotypæ, Bergamenſium callidæ. Paduani de bono loquuntur milite, Viceni de comitibus, Breſſenſes de habitatoribus, qui parum erga pauperes miſericordes ſunt : Triulorum cupidi & quotidie in bellum exprompti ſunt, mirabiliter induſtriæ dediti, ingenio vivo & ſubtili maxime excellunt ; Iſtrii nec magnæ vitæ, nec magni ſunt animi.

Habita-

Digitized by Google

Habitatores insulæ Cretæ naturâ ad mala faciendaprompti sunt. Antiqui illis hoc dederunt elogium, quod Cretenses sint mendaces, callidi, avari, iniquè labores ferunt, nec ullam perfectè artem, aut scientiam imbibunt Præcipuum illorum exercitium est arcum bene tractare scire, cui rei se à prima dant infantia, ita ut in hoc exercitio Turcas etiam superent. Hi præterea Venetorum mores sunt: cum offensis irritati sunt, fingunt quidem conciliatum animum, sed in vindictam tamen erunt intenti, quâ crudelius suos saturabunt animos, quam ullæ gentes aliæ. A quibusdam hujus accusantur vitii, quod benefactorum sibi exhibitorum memoriâ facile deponant. Amori, sed vago, addicti sunt, cujus tantam postea sentiunt pœnitentiam, quantos antea stimulos. Musicam admodum amant, mercaturam & lucrum cum studio sectantur, & parvo contenti vivunt, quamvis Nobiles libertate frugalitatis & magnificentiæ sæpius abutantur. Mulieres moris habent, crines artificiosa aqua tingere, ut lutei evadant, id quod etiam Paduanæ factitant. & hac ratione omnes alias superant. Fucum quoque in adjumentum denegatæ naturalis pulchritudinis adhibent, mores præ se ferunt ad amores valde proclives, quibus plurimos levi studio ita fascinant, ut in amore ardentium nec stemma nec divitiæ observentur Nobiles tempus & ingenium suum vel literis vel negotiis publicis impendunt. Quandoque bellorum tractant studia, & pugnas navales exercent. Cives mercaturæ curam gerunt, plebs artibus manuariis dedita est. Multum tamen temporis Veneti, tam Nobiles, quam vilioris conditionis, cum amasiis traducunt, quibus Venetiæ præ aliis locis frequentissimæ sunt: in Theatro Sancti Marci multa spectari solent ludicra, quæ otiosorum animis gratissima esse solent. Adhæc nulla in orbe propemodum ars reperiri potest, quæ Venetiis suam non habeat perfectionem, nec Europa præstantiores mercatores, atque Venetos, unquam cognovit. In conviviis suis magnifici & splendidi, rerumque suarum magis prodigi, quam tenaces sunt. Habitu corporis tali utebantur in principio: longas portabant vestes cum manicis, exceptis Senatoribus, qui illas largiores gerebant: cultum vestium colorem valde amabant, ut Nobiles ab ignobilioribus distinguerentur, quæ tamen consuetudo postea exolevit. Hodie Cives plerumque nigro utuntur vesti-

veſtitu & maxima pars ad Gallicum incedit morem, idque à nonnullis ab hinc annis; mitras quoque non alii quam Nobiles gerunt, ad morem Hungarorum & Sclavonum. Senatores & præcipui Magiſtratus rubras portant ex materia ſubtiliore togas. Reliquorum habitum fuſius deſcriptum vid. ap. Boter. della Repub. de Venetia l. Fœminarum veſtitus ſæpius variat, modo ad parſimoniæ & honeſtatis leges compoſitus, modo laſciviam redolens, mox ad pompam factus. Quin hoc mulieribus Venetorum permiſſum eſt, ut habitu ſplendidæ, oblectamentis variis animum indulgeant. Brevitati corporis cothurnis vel altis vel mediocribus conſulunt. Reliquum ornatum; ne minutias ſectemur, fuſius deſcripſit Goldion. in lib. Coſe notab.

Lingua Venetorum aſpera eſt, & ad pronuntiationem ita languida, ut multi illam loquentes, aliis materiam cachinni præbeant: illi tamen, qui alicujus ſunt conditionis, elegantet Tuſcane ſonant: fœminarum etiam ſermo elegans & nitidus eſt. Vid. Phialeth. Forc. quæſt.

Nobiles, certo quodam tempore hoc utebantur more, ut, cum nonnemo cum Nobili Virgine de matrimonio conveniſſet contrahendo, illa ſtatim ad Ducem duceretur, ut is velut teſtis hujus eſſet matrimonii, ac ex illis prognati liberi, ad Regimen Reipub. ſine ulla difficultate admitterentur. Cum vero hic mos Duci magnam feciſſet moleſtiam, abrogatus eſt anno 1501. Poſtea vero introductum eſt, ut, cum nuptiæ contraherentur, ſub ſtipulatione 1000. aureorum, id Advocato cuidam ſignificaretur, qui teſtis matrimonii eſſet, & ex illo prognatorum liberorum. Auctor hujus conſuetudinis eſt Goldion. in lib. Coſe Notab.

Hodie, poſt celebratum contractum Nuptialem, omnes Nobiles in domum ſponſæ conveniunt, quam Novizzo vocant, quò cum proximis ſuis etiam ſponſus venit, omneſque porrecta dextra, illa ſalvere jubet, Fœminæ ſimile quoque faciunt. Altero vero die huic rei deſtinato paſſis capillis ex tentorio velut, prodit, & in altiorem collocatur locum, ut omnes ſciant, illam eſſe ſponſam & uxorem alicujus Nobilis. Hic vero mos etiam hodie in quibuſdam correctus eſt.

A nuptiis ad ſepulturam procedimus, cujus mores in præcipuis funerum hi ſunt. Cum Dux vel Ducis uxor vitam clauſerunt, unguentis, exemptis extis, ungi ſolent. Defuncti cada-

cadaver per tres dies publice inſpectandum ſervatur, aureo panno tectum, ubi funus ducitur, omnes ſcholæ & ordines Religioſi ſequuntur defunctum, tum faces quam plurimæ accenſæ præferuntur, Segnoria, purpura induta procedit, hoc illo veſtitu notatura, quod libera ſit Reſpub. nec ob obitum unius Ducis triſtem eſſe decere, quamlibet fuerit bonus. Ducunt vero funus per Palatium S. Marci, ubi ad fores Templi ventum, novies cadaver in altum tollunt, Templumque ſalutant, cujus ſemper exacta cura eſt habita. Cum ad Templum S. Pauli ventum eſt, corpus in excelſo ponitur lectiſternio, & ubi Signoria conſedit, in honorem defuncti Oratio habetur funebris, accenſis ubique facibus. Poſtea Senatores in palatium redeunt, ad ſolvendum conventum primi conſilii, ut novus Dux creari poſſit.

Cum magnus Cancellarius naturæ conceſſit, illum iiſdem honorant Ceremoniis, quibus Ducem proſecuti erant, omnes enim clerici conveniunt & ante funus procedunt, in templo oratio funebris in illius honorem habetur.

STATUS ECCLESIASTICUS REIPUB. VENETÆ.

REperiuntur in ditione Venetorum præter Chriſtianos Latinos & Catholicos Romanos etiam Græcæ Relligioni addicti, qui in multis inſulis habitant. Habent etiam Venetiis Eccleſiam. Judæorum quoque magna eſt copia, qui proprias habent Synagogas. Reliquæ nationes, nimirum Turcæ, Perſæ, Armenii, aliiq; liberam mercaturam exercendi Venetiis poteſtatem habent. Ipſis vero ſuæ Religionis exercitium minime eſt permiſſum. Habent Veneti in ſtatu ſuo duos Patriarchas & 4. Archiepiſcopos: Patriarchæ ſunt, ille Venetorum, tenens locum Patriarchæ De Grado, alter Aquileæ. Archiepiſcopi ſunt illi de Spalato Zara, Corfu & Candia.

Patriarcha Venetorum creatus anno 1354. per Papam Eugenium IV. titulum antea habuit Epiſcopi d'Olivola, poſtea dictus Epiſcopus Mortuorum, quod quoſdam reditus ex demortuis perciperet. Tandem titulum Epiſcopi Caſtillani obtinuit. Poſtea dignitas Patriarcharum de Grado Venetias eſt tranſlata. Qui huic Patriarchæ ſubjecti ſunt

Episcopi, sunt ille de Chinoza vel Chioggia, Torcelo, quibus additur ille de Caorle.

Patriarchæ Aquilæ sedem habent in Urbe Udina. Constitutus est super Episcopos Paduæ, Veronæ, Vincentiæ, Trevisi, Concordiæ, Feltræ, in Belluno, Petin, Coneda, Pola, Parenzo, Capo d'Istria, Archiepiscopus de Spalato vel Spalatro, Primus Dalmatiæ & Croatiæ, sibi subjectos habet, Episcopos, de Nona, Lesina vel Faro, Trau, Tina, Sebennio, Amissa, præter illum de Segne in Croacia in terris Archi Ducis Austriæ, illum de Scardona in Dalmatia.

Archiepiscopus de Zare sub se Episcopos habet d'Arbe, Veglia, & Ossero.

Archiepiscopus de Corfu suffraganeos habet Episcopos Cefaloniæ, & Zanræ. Archiepiscopus Candiæ sedem habens inferiorem in Candia tenet Episcopum de Canea, Rettima, Sittia & Hiera Pietra. Præter hoc de Cheronesо, Mellipotamo, Arcadia & Sichimo quibus additur ille de Budua, olim subjectus Archiepiscopo de Antivari, ille de Catraro, suffraganeus est Archiepiscopi de Bari, & ille de Curzola, subjectus à nonnullis Archiepiscopo Ragusino,

DE REGIMINE POLITICO REIPUB. VENETÆ, SECUNDUM CONTARENUM.

UNiversus Civium conventus dicitur magnum consiliũ, penes quod summa illius est Reipub. à quo etiam dependet Magistratuum omnium auctoritas. Ad jus civium etiam peregrini admittuntur, quibus bene meritis via ad omnes patet honores Dux vero præfinitum imperandi tempus non habet, sed, dum vivit, præsidet, Regiamque præ se fert dignitatem ac potestatem. Dux à Civibus veluti Rex colitur, sub. cujus nomine omnia decreta, tum etiam publicæ literæ prodeunt, LL: conduntur, nummi cum ipsius nomine & effigie imprimuntur. Quamvis verò Duci tantus habeatur honor, Gubernandæ tamen Reipub. ratio ad Senatum pertinet, & quicquid illius actoritate fuerit decretum, id sanctum & ratum habetur. Adhæc, ibi Senatus, Decemviri, seniorumque seu præconsultorum collegium, qui sapientes dicuntur, & ad Senatum de Repub. referunt,

quandam

Digitized by Google

quandam optimatium ſpeciem habent. Majus ergo conſilium eſt, à quo univerſa dependet Reſpub. Omnis ordinis patritii juvenes, qui XX. annum exegerunt, ad Magiſtratum Advocatorium vocantur: His commiſſa eſt LL. cuſtodia. Patrem vero, quem profitentur, per duos teſtes probant, ſe ex honeſto natos eſſe matrimonio. Deinde parens uterque vel conſanguineus genere proximus, jurejurando aſſerunt adoleſcentem XX. annum ſuperaſſe. Qui autem nuptias Parentis honeſtas probant, 4. teſtes jurati ſunt. His peractis, ſiſtitur juvenis coram Trium-viris. Primarius, juvenis ortum legit, illumque Patribus ut civis fiat commendat, committitur dein nomen illius Urnæ, & cum reliquis ad Principem defertur, penes quem altera eſt, in qua tot pillulæ, ſeu globuli, quot nomina in priori fuerint. Pillularum quinta pars aurea eſt, reliquæ omnes argenteæ. Extrahit Princeps ex urna nomen, mox dein ex altera globulum, qui ſi aureus fuerit, juvenis is, cujus nomen extractum, confeſtim jus publicæ poteſtatis accipit, & ad majus conſilium admittitur: ſi vero argenteus forte excidit, ſequentis anni ſortem expectat, niſi XXV. annos confecerit, tum enim continuo jus habet civis. Ita quinta pars candidatorum juvenum recipitur quoquo anno ad jus ferendi cum aliis civibus ſuffragii. Cogitur vero antiquitus octavo die quolibet magnum conſilium, cujus munus eſt magiſtratum creare: quem vero ordinem ſedentes obſervent tum quomodo in comitiis eligant, Vid. auct. p. 108. 109. Conſtitutum vero eſt, ne comitia ultra ſolis occaſum protrahatur. Inter tot vero magiſtratuum genera 1. ſunt rei frumentariæ Præfecti, navalis præſides, Principes 6. Conſiliarii, ſingulis ex una quaque urbe adjunguntur quadraginta Virorum præfecti. Præconſultores eam curam habent, ut & Senatum cogant, & ad Senatum referant. Sed hic diſtinctius de ſingulis magiſtratuum ordinibus agendum eſt.

SECUNDUM MENTEM JOAN. COTOVICI J. U. D. ULTRAJECT.

SUmmæ dignitatis Magiſtratus in Repub Veneta Dux eſt, qui velut Monarcham aut Regem repræſentat. Huic adjuncti ſunt C X X. Senatores, qui Senatum & aliquam

constituunt Aristocratiam. Accedunt decem viri quorum collegium XVII. Senatores habet. Præconsultorum collegium ex XVI. constat Senatoribus.

Ducis ministri sunt Cancellarius, Sacellanus, Clericus, Domicelli, omnes cives, etiam magistratus, aperto Ducem capite alloquuntur, ipse nulli assurgit.

Ducis munus est magno Consilio cæterisque Collegiis optimatium præsidere. Singulis Mercurii diebus magistratus omnes adire, eorumque subsellia visitare. Nullam privatam vitæ functionem tractare, sed Rempub. tantum, solus nihil valet efficere, cum aliis ad paria suffragia procedit, nec plus illius sententia; quam alterius valet Magistratu fungentis.

In commitiis neque Gentili, neque consanguineo competitori suffragium ferre potest.

Senatum CXX. absolvunt Senatores, ex quibus sexaginta ordinarii, sexaginta Della Gionta appellantur. Priores singulis creantur annis mense Septembr. Reliqui Della Gionta prioribus adscribuntur ad 3. Kal. octob. Hi pacis bellique constituunt tempora, pecuniam à Repub. exigunt, nova tributa imperant, eligendi oratores ad exteros Principes jus habent, ut & potestatem collegium sapientum constituendi. Constituunt ergo Senatorum collegium, Princeps, decem viri, & sex simul Consiliarii. Hoc summæ est auctoritatis, & velut dictatoriam exercet potestatem. Hoc autem maxime dant operam,

Ne ulla discordia in seditionem abitura, inter Cives oriatur.

Ne factio aliqua Reipub. faciat detrimentum.

Ne quis nummo cudat adulterinos.

Ne quis Venere mascula utatur, vel aliud grande committat facinus.

Jam dictis Magistratibus etiam alii accedunt, qui sunt vel Urbani, vel Exteri. Urbani cognoscunt jus causarum civilium & criminalium, &c.

Exteri pertinent ad Gubernationem Civitatum & oppidorum, qui duplo longius quam alii officiis præsunt.

Duo quoque sunt genera judicum, alii enim Forensibus causis, alii criminalibus præsunt. 2. Sunt judices Procuratorum. 3. Judices & Consules mercatorum. 4. Judices Advenarum, qui de exterorum lite cognoscunt, 5. Judices

Peti-

Digitized by Google

Petitionum, qui cauſſas contractus judicant. 6. Jud. mobilium, ubi de minimis cauſſis cognoſcitur. 7. Judic. Cattaveros, quaſi veritatis, ubi inquiſitores qui de rebus inventis judicium ferunt, an ad ærarium pub. an vero ad privatos ſpectent. 8. Jud. Publici, alias Piovegi, quorum eſt de contractibus & ſtipulationib. cognoſcere. 9. Judic. Sopra gaſtaldos, qui bona condemnatorum ſub haſta vendunt. 10. Judices examinatores, qui teſtes ad futuram rei memoriam examinant, de Venditionibus immobil. cognoſcunt. 11. Judic. Præfectorum notis qui civiles vocantur. Eſt etiam magiſtratus, penes quem publicarum pecuniarum eſt adminiſtratio, variaque nomina habent, ut Signori illa Dogana. Signorio. officio del Datio del vino, &c. Magiſtratus pecuniæ publicæ bini ſunt.

Gubernatores redituum, vulgo Gouvernadori dell' Intrade. 2. Quæſtores Urbani, vulgo Camerlinghi.

Gubernatores redituum ſunt numero tres, qui creant apparitores, lictores, &c.

Quæſtores Urbani pariter tres ſunt.

Magiſtratus, qui pecuniis præſunt exigendis, pro exigentia Reipub. dicuntur.

Li caſudi, Dieci, Savi ſopra I. conti Signori ſopra *le camere di monti nuovi, noviſſimi, & del ſubſidio.*

Nec omittendi hic ſunt Varii alii Magiſtratus ad commodum Civitatis pertinentes, ut ſunt.

Paci præfecti quinque, qui querelas & decertationes ad ripas & alibi factas componunt.

Præfecti Pannis auratis, vulgo, *Signori del panni d'oro.*

Farinæ Præfecti, vulgo *Signori alla farina.*

Salis annonæ Præfecti, v. *Signori del Sale.*

Monetæ aureæ argenteæque Præfecti tres, vulgo *Provedetori della Zecca.*

Annonæ Triticeæ Præfecti tres. *Signori delle Biade.*

Salubritati Præfecti, *Signori della Sanità.*

Ædiles communes ſeu Proviſores urbani tres, vulgo *Proveditori di communi.*

Proveditori all' Arſonal, ſive navalis rei tres Præfecti.

Signori all' acque, Aquis lacuniſque Præfecti.

Præterea ſunt Cenſores, quorum munus, procurare ut LL. Comitis ſerventur, ambitus reos pœna pecuniaria multare, in ſervos & ancillas cognoſcere.

Syndici, qui Scribarum publicorum acta examinant, LL: ſtipendiorum magiſtratuum omnium miniſtris præſcribunt.

Archiconſules, vulg. Sopra conſoli, qui de cauſſis mercatorum cognoſcunt.

Mercaturæ Præfecti, vulgo Signori alla mercantia, qui mechanicis ſtipendia ſtatuunt.

Adipis Præfecti, vulgo Signori della Graſcia, qui inſtitoribus præſunt caſei, butyri, olei, carnium ſale conditarum.

Rationi veteri Præfecti. vulg. Raglon. vecchie, Expenſas Princip. occaſione in urbem advenientium Senatus decreto factas in publicis codicib. deſcribunt.

Juſtitiæ Veteris Præfecti, vulg. juſtitia Vecchia, præſunt menſuris, ponderibus.

Juſtitiæ novæ Præfecti, vulg. Guiſtitia nuova, qui cauponis, diverſoriis, &c. præſunt.

Pompæ Præfecti, ſiv. Triumviri ſumptuarii, Signori ſopra le pompe.

His commiſſa eſt ſumptuaria ſanctionum cura, & cuſtodia, illi ergo modum ponunt veſtibus, epulis, ſupellectili, aliiſque rebus.

Procuratores Divi Marci, qui ſumma & perpetua Senatorii ordinis dignitate gaudent, nec ambulatorium gerunt magiſtratum ſicut reliqui, ſed perpetuum, inſtar Ducis, magnique Cancellarii: adhoc munus non niſi aliis magiſtratibus defuncti, & de Repub. optime meriti, admittuntur.

Illis tutela pupillorum commiſſa eſt, quorum parentes ſine tutore inſtituto deceſſerunt. Hi diviſi ſunt in tres claſſes Procuratorias.

Primæ claſſis Procuratores Patroni ſunt ampliſſimi & auguſtiſſimi Templi. D. Marco dicati, unaque cum Duce ejus tenent Gubernacula.

Secundæ Claſſis Procuratores qui aptioribus nomen obtinent, licet templi curam non habeant, Procuratoriæ adminiſtratores ſunt.

Tertiæ

Digitized by Google

Tertiæ classis administratores idem obtinent nomen.

Singulæ hæ classes in pauperes & apud Turcas captos magnam pecuniæ effundunt summam.

Exteri Magistratus præcipui sunt. Urbium insigniorum.

I. Prætor, Præfectus, Quæstor, Custos arcium, Imperator summus ad classem, non ex ordine Patriciorum, sed externo milite eligitur.

Legati Exercitus, Quæstores publicæ pecuniæ.

Præfecti triremium singuli in ea triremi cui præsunt.

Præsides triremium singuli tribus aut quatuor triremibus præsunt.

Imperator Classis bello ingruente creatur, & universæ præficitur classi.

Supersunt Magistratus extra ordinem creari soliti.

Hi sunt Syndici numero tres, singulis quinquenniis eliguntur.

Hi recognoscunt gesta omnium Prætorũ & Magistratuũ.

Provisor Generalis Cretæ, hic necessitate urgente fieri, & in insulam mitti solet, supremam habet auctoritatem.

Provisor Generalis continentis, summum jus habet in omnes Præfectos, Duces, Proconsules, mercatorum Syriæ, Oratores, qui ordinarii, & extraordinarii sunt.

Hi ex Præconsulum collegio, ille pari modi suffragiis magistratus extra ordinem creantur.

Ordinem eligendorum Magistratuum hi exposuerunt versiculi.

Trenta n'elegge il Conseglio
De' quai nove hanno il meglio
Questi eleggono quaranta
Ma chi piu di lor si Venta
Son dodici, che ne fanno
Venticinque; ma ne stanno
Di questi soli nove
Che fan con le lor prove.
Quarantacinque à ponto
De' quali undici in conto
Eleggon quaranta uno.
Che chiusi tutti in uno
Con-venticinque almeno
Voti fanno il Sereno
Prencipe, che corregge
Statuti, ordini, e Legge.

DE REDITIBUS REIPUB. VENETÆ.

REspub. Venetorum percipit quotannis ex omnibus statibus eidem subjectis tempore pacis 2. milliones aureorum, hac ratione.

Ex urbibus, quas in Italiæ continente poſſidet, octingenta coronatorum millia, quarum Brixia & Bergona fere trecenta millia pendunt.

Ipſa vero Venetiarum Civitas, è diverſis portoriis & vectigalibus, tum aliis tributis, ſeptingenta millia coronatorum percipit, quin ſolum vini vectigal quotannis CXXX. millib. coronatorum redimitur.

Inſuper è variis decimis, nobilitati & vulgo impoſitis, in ipſa Civitate magna argenti ſumma coacervatur. Io. millia è vectigalibus ſalis colliguntur, olim è Regno Cypri quingenta millia coronatorum Reſpub. percepit, quam tamen ſummam hodie alii ſubditi per diverſum modum præſtant. Hi tanti reditus fere omnes, in munitiones Vrbium, præſidiarios caſtellorum, ſtipendia magiſtratuum, &c. impenduntur. Neque tamen eo minus potens æſtimanda hæc eſt Reſpub. cum varios modos extra ordinem colligendi pecuniam habeat, ſine ullo metu populi ſe oppoſituri. Habet autem præcipuos tres extra ordinem augendi ærarii modos.

Prior eſt decimarum, quas tam patritiis, quam plebeis ratione bonorum ſoli & immobilium imponunt, hac ratione, ut quod ſemel quotannis pendere conſueverant, id jam bis, terve, prout à Senatu decretum fuerit, pendant. Pari ratione & vectigalia aut portoria mercium omnium, quæ à mercatoribus ſolvuntur, augent. Hoc vectigal ut plurimum decimam partem lucri, quod ex mercibus illis percipiunt, æquat.

Secundus modus, ubi prior ad levandam Reipub. neceſſitatem non ſufficit, hic eſt. 1. Patritii, aliquot annis magiſtratum gratis gerunt, præcipuoſque honores, qui in benemeritos conferri ſolent, pretio emunt, hi tamen necdum iis conferuntur, qui plurimum offerunt, ſed reſpectus Virtutis habetur, id vero ad tempus fieri ſolet. Hoc modo cum ex Fœdere Cameracenſi pæne omnes Europæ Principes in Rempub. irruerent, conſtat quod illa ſupra quingenta millia aureorum in ærarium retulerit. Accedit, quod per diſpenſationem certoque pretio Nobiles adhuc minores ad conſilium admittant, illoſque honorum capaces declarent.

Tertius eſt, ut, cum gravis aliqua urget neceſſitas, à privatis argentum mutuo accipiant, vel illorum, qui non ſponte conſentiant, ſupellectilem vendant. Obſtringit ſe autem fide

fide datâ Reſpub. ſe intra certos annos quicquid in hunc modum ſumſerit, reddſturam, uſuraſque perſoluturam; puta aut duo pro unoquoque centenario, aut quinque pro eodem. Priori modo vetera exolvit debita. Hos, & bene multos alios Reſpub. habet ærarii ſui augendi modos. Ordinarii vero ex his rebus proveniunt ex Vino aureorũ octuaginta millia, ex oleo ſex millia, ex mercium portoriis C millia, ex allatione mercium quadraginta millia. Ex tricema quadraginta millia, Ex egreſſu mercium triginta octo millia. Ex tritici portorio 20 millia, Ex carne triginta millia, ex fructibus ſex millia, ex lignis octo millia, ex pannuaria octo millia, ex molendinis octo millia. Ex ſingulis civitatibus hi numerantur reditus.

Ex urbe Patavina aureor.	——	140000.
Ex urbe Vincentina.	——	36000.
Ex Veronenſi diſtrictu.	——	90000.
E Brixienſi.	——	100450.
E Bergamenſi.	——	60000.
E Foro Julienſi.	——	30000.
E Tarviſina civitate.	——	90000.
E Dalmatia.	——	10000.
Ex ipſa urbe Venetiarum	——	394000.

DE VIRIBVS ET POTENTIA REIPVB. VENETÆ.

REſpublica Veneta adeo bellicis inſtrumentis inſtructa eſt, ut nulla in Europa Reſpub. Omnes ditiones ſuas munitiſſimas habet, militares copias exquiſitè armatas. Cui accedit populi ipſi ſubjecti ingens multitudo, cujus numerus, monachis, illiuſque ſortis hominibus exceptis, 3. milliones hominum excedit, illorum nimirum, qui ad bellum apti ſunt: quamvis vero hic calculus ſemper non ſit exactus, compertum tamen eſt, reperiri ſemper poſſe 386582. qui arma tractare queunt. Major tamen eſt in continente hominum numerus, quam in mari. Militiam certam alunt, quam cernide vocant, quæ 35. millia bellatorum pedeſtrium complectitur. Præter hos ultra 5. millia Bombardariorum electæ ex omnibus urbibus inventę ſunt. Horum ſtudium in exercitio commode ſcopum feriendi

ſemper conſiſtit. Equitum in ſtationibus tempóre pacis diſpoſitorum calculus eſt 8677. excepto quod omnes urbes teneâtur pro diurna nocturnaq; palatii cuſtodia 25. alere milites, quorum extranei in aſtimio ſunt. Præter equites etiam quoſdam in Dalmatia & inſulis de Zante levioris alunt armaturæ. Præcipuus vero illorum equitatus eſt, quem magnum vocant, continet. 14 turmos. In terra firma præter militiam inſtructam, flumina, montes impediti aditus habent, quæ omnia hoſtium irruptionibus oppoſita ſunt. Celebria illorum propugnacula ſunt, Palma, de Marano, Oſopo, Chioſa, Cardore & Montfalcone in Dalmatia omnes contra Turcam munitas tenent ſedes. Si inſulas reliquas ſpectes, quid illius munitius? Neque hic tacenda illorum armamentaria, omnium, quæ in Europa ſunt, inſtructiſſima, pulcherrima: ibi reperies indies ultra 1000. triremes, præter incredibilem tormentorum numerum Miſſis terreſtribus copiis, ſi Vires maritimas examinemus, quid illis majus? quid nautica pube inſtructius & animoſius? adeo ut, quamvis Turca numero ſit ſuperior, potentiâ tamẽ illis longe ſit inferior: neque ulla res ipſis ad Bellonam deeſt, habent ferri chalybiſque fodinas plurimas, lignorum navibus aptorum abundantiam, operariorum peritiſſimorum frequentiam; verbo, quæcunque natura & ars ad militiam deſtinarunt, omnia tenent: adeo ut mirum vix ſit, quod hæc Reſpub. cum potentiſſimo orientis Domino Turca per tot annos feliciter graviſſima geſſerit bella, & eo uſque Victoriam obtinuit. Hæc de illorum viribus ſuccincta ſufficiant, cum exactiorem hac de re deſcriptionem vix unus liber caperet.

Nunc ordo Genealogiam ſive ſeriem Ducum Venetorum poſceret, verùm, cum illa dignitas non hæreditaria, ſed optimo cuique ex civibus conferri ſoleat, igitur hic nos in illis recenſendis non occupabimus: ſi quem tamen hæc cognoſcendi cupido teneat, legat Pierre d'Avitii, Tom. 3. p. 179. ubi longum illorum Ducum inveniet ordinem.

RATIO STATUS URBIS VENETÆ.

REſpub. Veneta, cum propter ampliſſimum territorium: quod terra marique diffuſum eſt, tum vero propter ſuam ab aliquot ſeculis conſervatam ſtabilitamve libertatem,

Digitized by Google

tem, , hanc, ſecundum Ducis Rhoani judicium, peculiarem ſtatus ſui conſervandi habet rationen, nimirum, ut Turcarum imperatorem ſtricte ſibi addictum habeat, (cum quo tamen hodie perpetua nec infeliciter gerit bella) Credit etiam ſua maximè intereſſe, bella externa ciere, & illa ære ſuo fovere. Nihil quoque immotum relinquit, ut terminos Papalis & Hiſpanicæ potentiæ interrumpat, ne niminum videlicet excreſcant. Et quamlibet iſta regula omnibus Principibus commendatiſſima eſſe debeat, ut vicinorum incremento nimium excreſcenti ſe opponant, attamen hæc Reſpub. in hoc imprimis ardorem ſuum binis his magnatibus comprobavit. Quantum ad reliquos Italiæ Principes, illis pro neceſſitate commodi ſui blanditur.

PRÆTENSIONES ET CONTROVERSIÆ VENETORUM.

ILlæ huic Reipub. olim cum Pontifice Romano intercedebant, hac quidem ex ratione; quod Veneti omnes Eccleſiaſticos à Regimine excluderent, ſecundò, quod nullam penſionem curiæ Romanæ penderent. Hanc controverſiam novæ alicujus diſſenſionis faces dein accenderunt, quæ ſub Paulo V. Pontifice Anno 1605 ortæ ſunt, cum nimirum Reſpub. Veneta duo antiqua ſtatuta in univerſo ſuo territorio renovaſſet: I. ne bona immobilia cives Eccleſiaſticis alienarent. 2. ne quiſquam ullam Domum Religioſam ſine ſpeciali Senatus indultu ſibi fundandi poteſtatem ſumeret. Alias etiam controverſias inter Papam & Venetos vid. in Marcurio D Vittorii Siri tom. 2. l. 2. quæ ſucceſſu temporis compoſitæ ſunt.

JUDICIUM POLITICUM.

IN Relationib. de Repub. Veneta tale extat de illa judicium. Venetiæ, Civitas in maris Adriatici æſtuariis collocata, pulcherrime, ſuoque ſingulari ſitu admirabilis præ cæteris civitatibus, quarum nulli cedit, ſive ſpectes magnificentiſſimarum ædium eximiam pulchritudinem, ſive incolentium ſplendorem, ſive opes publicas ac privatas, ſive templorum ornamenta, ſive Religionem, quæ Venetos

cives

cives ſupra cæteros exornat, ſive advenarum multitudinem, ſine mercium opulentiam, quibus Civitas incredibiliter abundat. Verum tamen, etſi urbs illa pulchra ſit, dives, pompoſa, amœna, nihilominus ipſa quoque ſuis Vitiis ut res humanæ ſunt carere non poteſt. In fine ejuſdem apud Honor. relationis hæc habentur ad ſenſum Italici. Sed hæc Reſpub. adeo prudens eſt, ut ſe in pace ſemper ſi velit poſſit conſervare, illamque cum omnibus Mundi Principibus, præſertim Chriſtianis, colat. Nullam à quopiam injuriam tolerant, & à nemine præter Turcam ſe timere profitentur, quod omnibus Venetorum ditionibus immineat. *Le treſor politique*, in inſtructione Legati ad Pontificem miſſi, hæc, præteralia illum obſervare cupit. lib. 1. mihi p. 383. ut gravitati apud Venetos ſtudeat, quod Domini Venetæ Reipub. illam profiteantur, illamque maximi æſtiment, non tam in ſpeciem, quam decorum publici Magiſtratus, ut inde ipſo Virtutem, prudentiam, & robur animi ſui declarent. Scias quoque Venetos honorem in pretio habere, præſertim illos, qui publicis præſunt Magiſtratibus, &c. Bodinus in Repub. l. 3. ita dicit. *Quæ de conſiliis capiendi ratione diximus, nuſquam ſane melius quam Venetiis fieri conſueverunt.* Plura talia paſſim apud ipſum leguntur. Quamvis autem hæc Venetorum Reſpub in ſtatu ſui Regiminis exactiſſima eſſe videatur, notavit tamen Bocalinus in illa hunc errorem, quod Nobili ſuæ juventuti nimiam indulgeat licentiam, quæ intolerabili ſua ſuperbia, vel optimos cives irritare ſolet, & in factiones agere; quod vitium multis ſæpe Rebus pub. exitio fuit.

MARCHIONATUS TREVISANUS. MORES TREVISANORUM.

Hujus oræ incolæ honorati ſunt, ardentes, culti, vividi, & prompti animi, nec minus ad literas, quam alia quævis exercitia apti, imprimis cogendarum divitiarum ſtudio tenentur. Si aliquam fœminam amore complectuntur, rivales ægerrime patiuntur. Fœminarum autem ejus loci iidem fere ſunt mores, qui Venetarum, niſi quod luxum & pompam minus adament.

DIVI-

Digitized by Google

DIVITIÆ.

HUjus ditionis incolæ non parvam ex pecore, lana, vino, aliisque rebus pecuniam colligunt, præsertim vero ex serico, & panno, quod ibi in magna conficitur abundantia.

REGIMEN.

ALit Respub. in hac editione plurimos Nobiles Venetos, quibus diversa committuntur officia. Est ibi unus *Podesta* dictus & Capitaneus, 2. Camerlinghi, vel magistri Cameræ, tum alii potesta dicti qui certis præsunt locis. Præterea Castellanus, & Provisor. In magnis Urbibus sunt judices maleficorum, quorum præcipuus est Cancellarius, pro custodia actuum publicorum, collegium Notariorum, Conniſtabilis militum, & alii minoris conditionis.

RESPUB. PADUANA.

MORES PADUANORUM VETERES.

TRibuitur hoc Paduanis à Strabone (l. 5.) quod curam & solertiam in conficiendis tapetibus, antiquitus adhibuerint, verbo, operas manuum in contexendis pannis & variis aliis materiis exercuerint: Urbs Paduana reliquas ejus oræ antecedit urbes omnes, in qua 500. homines Equestris ordinis reperti. Vires ejus tantæ sunt, ut aliquando 20. millia militum expediverint.

MORES HUJUS TEMPORIS.

PAduani ingenti polleant animo, literis valde apti, ad omniaque alia exercitia maxime idonei, medicinæ studia imprimis amant, boni sunt equites, sed dubiæ mentis, consilia nova cum novo agitant die, erga peregrinos parum humani; nisi illos, ex quibus commodum aliquod sperant, Benefacta sibi exhibita labili servant memoriâ, observarunt curiosi, quod ament fœminas, quibus parvæ sunt mamillæ. Vid. Leand. in Ital. Philaleth, Forci quæst.

DIVI-

DIVITIÆ.

EPiſcopus, qui hic ſuam juriſdictionem ſacram exercet, percipit 30. millia coronatos nomine redituum. Abbas S. Juſtinæ ditior eſt, immo ipſe ordo Eccleſiaſticus tertiam partem divitiarum Paduanarum tenere dicitur. Ex Nobilibus familiis præcipuæ ad 8. vel 10. millia aureorum ſeorſim ex reditibus percipiunt, reliquarum minores ſunt opes. Quædam etiam Veterum familiarum 1000. pro redutu aureos habent. Reliqui, quibus fundus opes negavit, ex mercatura & lanæ ſericique manuaria opera illas hauriunt. Cumque ibi artes liberales vigeant, non parum commodi incolis ex peregrinorum frequentia accedit.

VIRES.

OMnes Paduani plus quam 400. millia hominum exhibere valent, ex quibus eligi poſſent 35. millia, quia armis tractandis ſunt apti. Veneti hanc urbem adeo firmam reddiderunt, ut præcipuum ſtatus ſui munimen ſit.

REGIMEN.

HÆc Reſpub. multos Nobiles Venetos exornat. Qui illis præſunt, ſunt, Podeſta, ſive Poteſtas. Gubernator, quem Capitaneum vocant, 2. Camerlingi, 2. Caſtellani. Habet præter hos ſex Vicariatus, in quibus ſuum exercet imperium.

REGIMEN DE ROVIGO.

HÆc ditio quondam Ducibus Ferrariæ ſubjecta fuit, poſtea Venetis. Horum quidam Nobiles ipſius præſunt Regimini. Illi titulos habent Poteſtatis, Capitanei, Camerlingi, Magiſtri cubiculi: XVI. vero menſes hi omnes ſuis funguntur officiis.

VINCENTIA.

MORES VINCENTINORUM.

VIncentini vivacia habent ingenia, civilia, literis æque ac armis apta. Peregrinationes valde amant, & tam foris quam

quam domi ſplendide vivunt, multorumq; ſervorum numerum alunt, tam in ſpectaculis quam veſtitu ſplendidi, advenis humani, amicorum ſtudioſi, vindictæ avidi, indole ad amorem proni, Italis tamen audiunt contentioſi, qui hoc de illis dicterium habent. *Guardatevi d'un Vicentino aßaſino, d'un Veronaſe ſenza propoſito, d'un Padovano in ſuperchio.* Prȩterea titulorum valdè ſunt avidi, adeo ut reliqui Itali riſum deliciaſq; faciant Comites Vincentinos, Marchiones Veronenſes, & Doctores Paduanos. Fœminæ illorum conſtanter & prudenter amant, plebs lanificio operam dat, nobiliores literis vel arti equeſtri vel theatralibus ludis: omnes fide & libertate ſuæ Reipub. probantur.

DIVITIÆ.

DIcitur quod Reſpub. Veneta capiat ex hac ditione ſingulis annis 80. millia aureorum. Vincentia 6. millia aureorum reditus accipit, qui in reparationem pontium, viarum, palatiorumque inſumuntur. Epiſcopi pariter 12. millia aureorum reditus ſunt. Ex pannis adhæc, ſerico & lana, quæ omnia magni apud ipſos ſunt pretii, ingens colligitur ſumma. Ipſum ſericum, quod in hac conficitur Regione, ſingulis annis 500. millia coronatorum præſtat. Hos nummos ſuppeditant. Germania, Belgium, Venetiæ, Genua, Mediolanum, Bolonia, Ferrara. Veneti utique non parvam frumenti, leguminum, & vini copiam vendunt.

VIRES ET POTENTIA.

OMnis hæc Regio cum ſua civitate numerat circiter 200. millia hominum & Reſpub. 300. ſelectorum militum, qui ſub 4. tribunis militiam exercent, his 1000. ſclopetarii annumerantur, qui ex incolis eliguntur, ipſi Veneti pro præſente neceſſitate 16. millium militum ibi catalogum ſervant.

REGIMEN.

HAbent in Vincentia Veneti Magiſtratum, qui Podeſta dicitur, cujus ſtipendium eſt 35. aureorum per menſem. Poſt illum eſt Capitaneus, Camerlengus, ſive Cubicularius. In reliquis etiam oppidis, alii ſunt ejuſdem tituli

podeſta,

Digitized

podeſta, qui omnes Nobiles Veneti ſunt & 16. menſium ſpatio, ſuis funguntur officiis. Præterea XI. ibi numerantur pro Nobilibus Venetis Vicariatus, qui tamen ſolum in civilibus cauſſis cognoſcunt. In criminalibus conſilium judicium fert, quod antiqua dicitur. Curia compoſita ex 12. Vincentinis, ex quibus 4. ſunt Doctores & octo alii, ſingulis vero 4. menſibus officia ſua mutant. Hodie conſilium illud de leviori bus tantum cognoſcit criminibus, majoris momenti ab ipſa Repub. Venetorum decidunt ur. Habent vero etiam Vincentini ſuos deputatos, qui civitatem repræſentant, quorum officium eſt, de rebus illis conſulere, quæ ad ſalutem & honorem Reipub. ſpectant 14. Primarios Nobiles, dictos Equites communes, qui cum miniſtris ſuis pondera, menſuraſque examinant, & ad Dominos deputatos omnia deferunt, qui quotannis eliguntur, non ſecus ac illi, per conſilium 150. Civium. Hæc & præcedentia leguntur apud Leand. in ſua Ital. Scot. Ital. Philalet. Forci, quæſt. Bart. de Paſi Tariffa di Poſi.

VERONENSIUM MORES.

VEronenſes ut plurimum bellatores ſunt, ad omnes artes & ſcientias apti, literis inſigniter faventes, boni equites, in moribus vivendi & familia alenda magnifici, fideles in conſiliis. Benefactorum non tam facile obliviſcuntur, peregrinis humani ſunt, fœminas nec nimis faciles, nec nimis amant difficiles. Ingenium habent ſublime, quod indole naturali ad arma fertur, quibus etiam ad privatam abutuntur vindictam, adeo ut, cum duella miſceant, in arenam cum 60. bene armatis Nobiles deſcendant, Fœminas ſatis eximiæ habent ſpeciei, quæ ſuperbe veſtitæ incedunt, & peregrinis ſolito favent.

DIVITIÆ.

VEronenſes ingentem habent ſerici copiam, quod valde æſtimatur, adeo ut ſolus locus inſulæ Scalæ pro 50. millibus illius coronator. protrudat. Ex lana pariter non levem nummorum colligunt vim, ipſi ſoli Veronenſes adeo magnum ex lana & ſerico faciunt quæſtum, ut ex illo 20. millia hominum vivant.

VIRES.

VIRES.

SEcundum quorundam calculum, vivunt in Veronensi ditione 200. millia hominum, ex quo numero Veronæ colligi possunt 15. millia armatorum. Militiæ Capitaneus vulgo dictus præest, qui singulis festis & Dominicis diebus numerũ copiarũ inire solet. In statione militari Veronæ numerantur ultra 200. militum, præter turmas alias, quæ pro incolumitate urbis excubant. Reliqua loca milite armato optime sunt munita, non secus ac alia armaturâ, arcendo hosti idoneâ.

REGIMEN.

UT alibi, ita quoque hic Respub. Veneta Magistratum Podesta dictum habet. Hujus stipendiũ, quolibet mense, 40. aureorum est. Militiæ Præfectus tantum habet. Reliqui 2. Cameræ Præfecti sunt dicti Camerlingi. Præter hos 2. sunt Castellani, unus in S. Felice cum stipendio 50. aureorum ipsi in mensem solvendorum; alter in S. Petro. In Soava Gubernator est, & 20. aureos in mensem pro stipendio habet. In Peschiera Provisor est, & 25 aureos per mensem percipit. Omnes vero hi, qui Nobiles Veneti sunt, in officio 16. menses perstant. Mittitur etiam Nobilis quidam Venetus Provisor, qui lacuum curam gerit, & 12. menses officio præest, 34. aureos stipendium menstruum habet. Alter ejusdem conditionis est Castellanus à la Chiusa, qui 32. menses in officio permanet, & 30. aureos in mensem habet. Civitas Veronensis 21. Vicariatus sub sua jurisdictione tenet, quibus administrandis tot eo mittit Nobiles Veronenses, quot Vincentini & Paduani. Gaudent autem Veronenses consilio suo æque ut Vincentini, verum in ampliore libertate. Hæc de Veronensibus leguntur in Scaliger. Poet. 3. 2. Philaleth. Forci quæst. Boter. della Repub. Venet. l. 1. Scot. Itiner. Bartol. de Pasi Tariffa di Pesi.

BRESSANORUM MORES.

BRessani sunt concordes, ingenio bono præditi, laboriosi & cuniculis agendis, vallis struendis, apti, nec facile

benefactorum memoriam perdunt, timidas amant fœminas, linguam sonant agrestem, ita ut Bergamenses, armis addictissimi sint, & libere agant. Ingenia sua subtilia non fraudibus, sed benefactis impendunt. Fœminæ parsimoniæ studiosissimæ sunt, & pulchritudinem cum loquendi libertate conjunctam habent: Viri agriculturæ laboribus incumbunt, pannos conficere, varii generis arma conflare, mercatum exercere, inter præcipuas ponunt occupationes.

DIVITIÆ.

EX textrina lanæ magna percipiunt lucra, lini tantam habent abundantiam, ut ad exteros plus quam 50. millia librarum mittant. Sicut ex lino, ita quoque ex armis confectis, fructibus varii generis, panni abundantia, minoribus mercibus, chalybe, charta, multisque ferri instrumentis, lucrum non leve colligere solent.

VIRES.

HÆc Regio armis varii generis adeo munita est, ut nullus Italiæ locus. In sola Cardona, urgente necessitate, perfici possunt, spatio unius diei, 200. sclopeta. In Bressa urbe plus quam 200. reperiuntur tabernæ apertæ, in quibus varii generis arma conficiuntur. Arx Bressensis ingenti copia tormentorum munita est, adeo ut velut armamentarium Venetorum sit: Bressanorum numerantur 7. vel 8. centena millia: quin ipsa Urbs Bressensis 12. millia hominum capere dicitur, qui ad arma gerenda apti sunt; reliquorum numerus 36. millium est. Arx Bressana pro insuperabili habetur: intra urbem 4. sunt millitares peditum turmæ, quælibet 60. habet milites, præter 300. selectos sclopetarios: in arce 2. turmæ singulis servantur diebus, loco præsidii. Non referemus nunc bene multas arces & propugnacula munitissima, quæ firmo militum robore contra exterorum invasiones velut stipata sunt.

REGIMEN.

RESpub. Venetorum servat in Bressa Magistratum, Potesta dictum, cum stipendio 40 aureor. per mensem, Capitaneum

pitaneum vel Gubernatorem ſub eadem conditione, Caſtellanum vel arcis Gubernatorem, Cameræ Præfectum, Proviſorem, in Salo, & Aſolas in Orizi Nuovi, in Lona. His omnibus Nobiles Veneti præſunt, qui 16. menſes officiis funguntur. Eſt quoque in Rocca d'Anfo Nobilis Venetus cum titulo Proviſoris & Caſtellani: huic, & reliquis omnibus ſua certa ſunt ſtipendia. Vid. de his Hentzner. Hodœpor. Pighii Hercul. Prodic. Scot. Itin. Philalet. Forci quæſt. Boter. della Repub. Venet. Leandr. Ital. Bartol. di Paſi Tarriffa dī Peſi.

BERGAMASCORUM MORES.

BErgamaſci valde ſunt civiles, ſubtili ingenio, tam literis, quam mercaturæ apti: illorum dialectus admodum rudis eſt.

DIVITIÆ.

EX lana, cujus copia abundant, tapetes magno conficiunt numero, Spalliere dictos, quorum copiam Lombardis, Germanis, & Conſtantinopolitanis miniſtrant. Reliquæ res, ex quibus theſauros colligunt, ſunt, caro, panni, butyrum, caſeus, carbones, &c. Per omnes partes mercaturam exercent, non ſecus ac Genuenſes. Die S. Bartholomæi nundinas habent publicas, ad quas Itali, Germani, Helvetii, aliæque plurimæ confluunt nationes.

VIRES.

BErgamaſcæ Gentis 24. millia numerantur, ex quibus 4. millia militum Bergamenſium legi poſſunt; reliqua pars 12. millia in Bergamaſca explet. Eſt communiter in Bergama ſtatio CCC. militum.

REGIMEN.

VEneti in Bergama poteſtatem, Rectorem dictum, cum Capitaneo, habent, quorum officium 16. menſes durat. Unus Camerlengus vel cubiculi Præfectus per 32. menſes officio præeſt. Caſtellanus Zapellæ, 16. menſes. Podeſta in Cluſon, 16. menſes. Proviſor in Martinengo, per 32. menſes. Podeſta & Proviſor in Roman. tantum temporis. Atque

hi omnes ſunt Nobiles Veneti. Ultimum, urbs Bergamenſis ſuam exercet peculiarem juriſdictionem, ad quam judices mitti ſolent Nobiles quidam Bergamaſcæ. Hujus relationis documenta apud ſupra citatos vid. auctores.

FORUM JULII.
EJUS INCOLARUM MORES.

INcolæ hujus Regionis ſunt agiles, concitatorum affectuũ, laboribus dediti. Præſertim vero Udinenſes magni ſunt animi, generoſi, magnifici, humani, cùm ſuis, tum maxime peregrinis.

DIVITIÆ.

PRo Venetis ex Foro Julio ferrum evehitur, tam rude. quã in inſtrumenta deductum: præter hoc inde habet argentum vivum, chalcanthum, cinnabarim, vinum, farinam, legumina, omniſque generis fructus.

VIRES.

OMnis hæc ditio complectitur CC. circiter millia hominũ, ex quibus colligi poſſunt 20. millia militum Palmæ præſidiarius miles 12. turmis peditum abſolvitur. Excubiæ ubique ſunt inſtructiſſimæ: Dalmatiæ velites ſingulis noctibus ſuas excubiarum obeunt vices. In Monfalcone numerus 150. militum ſervatur, non ſecus ac in Moran.

REGIMEN.

IN Principio, hæc Regio Longobardorum experta eſt imperiũ, poſtea ſub Imperatorum acquievit Imperio, donec tandem Veneti omnem illius occuparent poſſeſſionem. Hodie igitur in Udena habent Mareſchallum, Locotenentem, Theſauri Præfectum: Horum ſecundus & ultimus quidem per 16. menſes officiis funguntur, primus 32. Eſt in Palma Proviſor Generalis, Theſauri Præfectus, Proviſor della Cita del Friuli, Podeſta in Monfalcone; hique omnes adminiſtrationem 16. menſium obtinent. Hi cum aliis, qui in reliquis oppidis agunt ſibique commiſſa negoria adminiſtrant, Nobiles Veneti ſunt, & certa ſibi deſtinata recipiunt ſtipendia.

ISTRIA.

MORES GENTIS.

QUidam, hujus Gentis incolas dicunt parum cõmodâ frui valetudine, ideoque parum habere animi. Poſtremum vero de illis effatum non eſt omne ex vero, quod multi ex hac gente prodierint, virtute bellica & meritis in Rempub. maxime clari. Pro explorato adhæc habetur, ibi multos reperiri, prudentiâ magniſque ingeniis præditos; neque vero ullus ipſis laudem humanitatis erga peregrinos jure denegabit. Sclavonicam & Italicam linguam ſolent loqui communiter, habentque arcus, choreas antiquitus peculiari ritu perage re ſolent. De his vid. Pierre d'Avity tom. 3. in deſcript. Reipub. Venetæ p. 157.

DIVITIÆ.

REſpub. Veneta ſingulis annis ex hac Regione percipit 24. millia aureorum. Ex diverſis nimirum reditibus & mercibus rerum variarum, ut olei, vini, ligni, tum lapidibus, ſtruendis ædibus aptis, piſcibus, fructibus, aliiſque rebus, excepto quod Reipub. 150. ſtares ſalis (quæ ſunt menſuræ Venetæ) ſingulis reddat annis. Hujus Regionis incolæ vulgò creduntur pauperes, propter Vicinas Venetias, quæ ob ingentem incolarum multitudinem, omnes vicinos fructus attrahunt. Suppeditat hæc Regio Venetis caſeum, carnes ſuillas ſale conditas, vina, oleum, tergora, piſces ſalitos, alioſque in magna abundantia fructus.

VIRES.

CReditur, quod tota Iſtria Venetorum, non plus quam 64. millia hominum capiat. Ex quibus 50. millia factionibus laborant, quæ diſſenſio non levi damno cives affligit, quorum raritas, Venetis hanc impoſuit neceſſitatem, ut magnam libertatem & immunitatem illam incolere volentibus promitterent. Quamvis autem tanta non abundet incolarum multitudine, optime tamen munita eſt, & hoc præſertim exinde, quod aditum difficillimum præbeat, quapropter non niſi maritima vi occupari poteſt.

REGIMEN.

MAxima hujus Provinciæ pars ad Venetos ſpectabat, & reliquum, domum Auſtriacam. Olim fuit Marchionatus, quem Imperator Henricus Gothopoldo donavit. Dein Veneti illius partis maximæ paulatim nacti ſunt Dominium, jam ibi ſuos miniſtros. Podeſta dictos, habent, quibus juncti ſunt Capitanei, conſilarii abſoluta Judicium ferendi poteſtate gaudentes, non minus in cauſſis civilibus, quam vero criminalibus. Habent quoq; Generalem Proviſorem, Gubernatorem, & alios in oppidis imperia exercentes, qui omnes Veneti Nobiles ſunt. Hæc documenta legi poſſunt ap Magin Geogr. Boter. Rep. p. 1. l 1. Manzol. Iſtria. Bart. de Paſi, Tariffa di Peſi, Fioravanto Specchio l. 1. c. 12.

CRETA SIVE CANDIA. EJUS INCOLARUM MORES VETERES.

CRetenſes boni erant milites, prudentes vero exinde æſtimabantur, quod eſſent ſophiſtæ, quorum tantus ibi erat numerus, quantus nullibi: in ſermone magis ſenſa verborum, quam ornatum attendebant, erant ſobrii, & Religioni addicti, faciles quidem in offenſis, ſed faciliores ad illarum oblivionem. mare ſæpiſſime navigabant, mendaciis ſtudebant, inde divi Apoſtoli dictum, Cretenſes ſunt mendaces, improbam Venerem contra naturam inſani frequentabant. Militares & agreſtes occupationes invicem miſcebant, arcum tendere, ſuper ardua montium eniti, currendo alios prævertere, Juventutis erat ſtudium. Qui liberæ erant conditionis, liberos ſuos cantando leges docebant, ſecundo cantu laudes Deorum, tertio fortia magnorum Virorum facta cantabant. Venatum pueros pedibus nudos in loca ſaltuoſa mittebant, certis diebus inter illos prælia inſtituebant, choreas cum armis illos ducere ſeniores jubebant, quod genus ſaltationis pyrrhicum vocabatur, quod illius inventor eſſet Pyrrhichius Cydonienſis. Ita vero illi otia fallebant, ut ſub illis aliquid ad bellum neceſſarium ſimul addiſcerent. In conviviis peregrino ſuperiorem cedebant locum, primam autem conſidentes memoriam Principis ſui faciebant, cui 4. partes dabant. Ædes habebant geminas, unam pro ſe ſuiſque,

Digitized by Google

que, alteram pro peregrinis; mensam, ollâ vini aqua castigati onerabant: potiores autem ciborum portiones, robustioribus vel sapientioribus ministrabant. Exemptâ fame, mensisque remotis, de publicis negotiis sermonem habebant, tum de rebus, quæ in bellis illorum actæ essent, illos laudando, qui fortiter rem gesserant, illorumque exemplo juventutem excitando. Vestibus iisdem æstate & hyeme leviter corpora tegebant.

Veteres Cretenses dicti Eteocretes, quod multarum rerũ ad vitam utilium inventores essent, in numerum Deorum relati sunt. Invenisse autem dicuntur ferri usum, cum modo illud liquefaciendi, mel extrahendi, primi fuerunt concordiæ & disciplinæ gladiorumque auctores. Navigationis prima inventio, ipsis quoque tribuitur. Primi etiam musicam ad usum deduxerunt, & illam aliis nationibus suppeditarunt.

Saltationes tanti faciebant, ut illis præcipui dignitate oblectarentur, adeo, ut nemini choreas ducere, nisi Nobili & Regali sanguine nato, esset permissum. Mascula Venere improbè ardebant, & masculos sæpius radebant. Connubia illorum quod attinet, omnes Cretenses tenebantur uxores ducere, quam primum ex grege puerorum amori obnoxiorum evasissent: quod si frater sororem duxisset, mediam partem fraternæ portionis pro dote habebant. Vid de his Xenophont. l. 4. Plat. de LL. Strab. l. X. Plutar. tractat. de amicit: frater. Ath. l. 13. c. 7. Heraclid. de Polit. Ælian. Vari. Hist. l. 2. Stob. Solin. Lucian. de saltat.

MORES HUJUS TEMPORIS.

Quamvis puritas aeris, hujus insulæ incolarum ingenia subtilia reddat & vividia, illa tamen fertilitas terræ corrumpere videtur, & parum laborioſos, gulæ deditos, adulteros, voluptatum sectatores facit. Quemadmodum illi, continentis habitatores, effœminatissimi laborum, & operis, & universim omnes in amoribus insani judicantur.

Cretenses in artibus liberalibus parum sibi placent, quin potius vitro curas pellere, & illo *partem solido de die demere* amant. Pauciſſimos literis deditos, vel armis invenies, plurimos vero agriculturæ & pecori alendo, maritima tamen

prælia vehementius, quam terreſtria exoptant, nec meliores quam in maribus Victores evadunt. In conviviis unus alteri propinat, & mutuis ſe ſalutant amplexibus, manus porrigunt, quas oſculo tactas ad frontem allidunt, potum ante ordinem exigere indecorum habetur.

Opibus validiores, eodem modo quo Veneti incedunt veſtiti, plebs prolixos alit crines, in fronte tamen præciſos.

Fœminæ in publicũ non prodeunt, niſi ad Eccleſiam euntes vel alicujus negotii ergò. Inſulæ incolæ partim Græcæ, partim Italicæ ſunt nationis, qui tamen Italico vivunt more, ſermone utuntur Græco, ſed corrupto.

Cum fœminis ſuis ſaltare voluptati ducunt, ita ut gladio ſint accincti, & pharetra muniti, quod turpe putent diſcinctum armis videri: ſaltantes capita in altum jactant, gladiis & ſcutis conſtrepunt, & vario ſaltu decertant. In funeribus Græcorum ſequi morem conſueverunt.

RELIGIO CRETENSIUM.

NObiles tam Veneti, quam Cretenſes, omnes propemodũ Eccleſiam Romanam ſequuntur, reliqui vero Inſulæ Incolæ Græcæ Religioni addicti ſunt, exceptis origine Italis & aliis extraneis, qui Romanam ſequuntur Eccleſiam. Reperitur ibi etiam Judæorum non exiguus numerus, qui tamen illius gentis crebras patiuntur injurias. Hæc inſula ſuum habet Archiepiſcopum, cujus ſedes eſt in ipſa urbe Cretenſi, Papæ ſubjectus, cerimonias Religionis Catholicæ ſequitur: illi ſubſunt nonnulli Epiſcopi, qui ſedes ſuas in certis urbibus habent. Nemo autem, præter Nobiles Venetos honores Archiepiſcopales in Creta obtinere poteſt. Et Horum electio penes ſolos Venetos eſt, confirmationem Pontifex ſolum addere, illiſque rubrum habitum, ut Cardinalibus, concedere ſolet.

REGIMEN.

REſpub. in hanc inſulam ſingulis bienniis novos mittit Magiſtratus, qui omnes incolas imperio regunt, ipſiſque ſecundum LL. Venetorum juſtitiam adminiſtrant. Summus ibi Magiſtratus Ducis titulo gaudet, & ſecundus ab illo magnus Capitaneus: duos adjunctos habent velut Conſiliarios,

2. Ca-

2. Cameræ præfectos, sive Camerlengos, Nobiles Venetos, qui redituum curam gerunt.

Castellanus vel Gubernator arcis, potestatẽ alio migrandi non habet, quandiu suo fungitur officio, & id quidem sub pœna capitis. Est insuper ibi magnus Cancellarius Venetus, qui Cancellariam Cretæ urbis regit, sub cujus Imperio sunt omnes à Secretis & Scribæ publici. Reliqua officia minora non pauca sunt numero, quæ tamen à Nobilibus Venetis reguntur. & per plura eliguntur vota, quæ auctoritate Senatus comprobantur, qui supremo & absoluto Venetorum Magistratui subjectus est.

Cives urbis Cretæ sive Candiæ, Ducem suum agnoscunt judicem tam in civilibus quam criminalibus negotiis: omnium vero stationum milites, tam qui intra mœnia, quam extra illa agunt, sub jurisdictione magni Capitanei sunt, qui pariter de publicis negotiis, ut vectigalibus, tributis, decimis, exactionibus, aliisque publicis rebus cognoscit. Cessat autem omnium in Insula Magistratuum auctoritas, quando Provisor Generalis ibi agit. Hic equidem à Senatu Veneto extra ordinem, necessitate postulante missus, velut Regalem ibi exercet potestatem, solus ibi imperium tenet, solus thesauro præest publico, justitiam administrat solus, solus crimina punit, adeo ut ab ipsius sententiâ nulla permittatur appellatio. Quamprimum urbem aliquam accedit, illicò ipsi claves ejus exhibentur, nec unquam aliter, quam Regali majestate insignis, in publico 24. hastatis stipatus conspicitur, ut alios ex longo ordine ponè sequentes taceamus. Gubernatorem militiæ, qui super omnes Capitaneos & milites imperium exercet, ibi invenies: hic non Nobilis aliquis Venetus, sed vel extraneus virtute probatus esse solet. Hic tamen, sicut alii, à Provisore Generali dependet. Est & Provisor equitum, Rector Candiæ: huic quidam adjunctus est, titulum Consiliatii habens eadem pollens auctoritate, & jura civibus reddens. Reliqua loca Nobiles Venetos Rectores habent. Cum vero Senatus Venetus inconstantiam & perfidiam Græcorum cognitam haberet optime, eo colonias misit, præcipua Veneta Nobilitate plenas, inter quas, plurimæ divisæ sunt auctoritate Senatus sedes.

Habitatores Insulæ divisi sunt in Nobiles Venetos & Cre-

tenſes & plebem. Nobiles Veneti iiſdem fruuntur immunitatibus, quibus alii Venetiis, qui in magnum recipiuntur conſilium.

DIVITIÆ.

REſpub. Veneta quolibet anno ex hac inſula ultra millionem auri accipit: Reliquæ divitiæ colliguntur ex vino, corio, caſeo, fructibus, malis aureis, citreis, ſerico, lignorum varia ſtructura. Solent vero Cretenſes illorum vina Conſtantinopolim deferre, & inde in alias Regiones.

VIRES.

NUmerantur in hac Inſula ad 200. millia incolarum: Venetii in ſola Urbe Cretenſi catervas 2000. hominum alunt. qui præſidio urbem & arcem muniunt. Reliqua pars inſulæ cuſtoditur per alia 2000. militum, adeo ut 4000. millia invicem connumerentur. Cæterum, adeo hæc inſula firmis eſt munita propugnaculis, ut vix illius ſimilem invenire liceat, &, ubi ars deeſt, natura locorum firmam ſecuritatem præſtat, nec quicquam illam viribus debilitare poteſt, quam diſcordia Græcę & Latinæ Religioni addictorum, quæ intra Nobiles Venetos & Cretenſes vigere ſolet. Non leve vero hic Venetis à Turca ſemper incubuit periculum, cum quo, dubio ſæpius Marte, bella gerebant, quem tamen hodie, felici Victoriæ ſucceſſu, maxime fatigant, & ejus potentiam imminuunt. Horum & præcedentium enarratio legitur in Cotovic. Itiner. Boter. Sat. l. 4. Cruſii Turcog. l. 2. Bellon. obſerv. l. 1. Geſner. Mithrid. Bartol. de Paſi Tariffa di Peſi Fioravanti Spechio l: 1. Soranzo Ottom. Veterem hujus Inſulæ Politicam adminiſtrationem & Religionem vid. ap. Pierre d'Avitii tom. 3. p. 183. & 184.

DE STATU MAGNI DUCIS FLORENTIÆ. MORES VETERES FLORENTINORUM.

OLim Florentini opibus erant potẽtes, verum magni prædones, & feri. Amori, choreis, voluptatibus, magicis artibus valde erant dediti, contra, peregrinis affabiles & humani, quos commode accipiebant. Eo uſque fortitudinis famam obtinebant, donec animum in delicias & ſuperbiam indulgerent, & ebrietati ſe darent.

Variis

Variis artibus mechanicis ſicut & agriculturæ operam dabant, in otio ſacris præſagiis rebuſque naturalibus inveſtigandis ſe occupabant. Bis de die quietem capiebant, & ſibi omni ſpecie magnificentiæ in voluptatibus per nuda mancipia & fœminas quas cognoſcebant miniſtrare jubebant Magiſtratus illorum veſte erat indutus purpurea ad fimbriam uſque, inſigni ſella quoque curuli conſidebant, cujus poſtea uſus Romam eſt tranſlatus. Lectos floribus & auro conſpergebant: ligulæ, quas ad pileos ex floribus alligabant, plerumque erant aureæ. Tubæ bellicæ inventores, lictorum, Virgarum, ut & aliarum rerum eſſe dicuntur. Singuliſque Nonis ſuum ſalutabant Regem, & tum de negotiis conſilia ſuſcipiebant. Nomen pariter Iduum, quibus utebantur Romani, ab illis ortum habet.

Cum fiſtulis luderent, ſervos ſuos flagris cædebant, & inter ſe pugnabant, uxores illis erant communes, quæ ſui corporis magnam habebant curam, nec pudori ducebant illas conſpici nudas. Infantes communi ſtudio educabant, quum illorum pater eſſet in incerto; ſi quis eſſet necatus, illius caput purpurâ velabant, & coronabant, & clypeò impoſitum cadaver. humabant.

Milite & armis abundabant, neque ulla inopia argenti laborabant, quin eo potentiæ devenerant, ut magnam occuparent Regionem, quam nobili urbium ſtructura decorabant. Maris Thyrreni dominium poſtea ſibi acquiſiverunt, ſuoque equitatu reliquis facti ſunt formidabiles. Mos illorum hic erat, ut quælibet urbs lictorem mitteret, qui ante legem cum faſciculo virgarum & ſecuri iret, cumque omnes duodecim populi Florentiæ exercitum militum congregaſſent, præmittebant XII. homines, baculos illi præferentes, quem Ducem & caput elegerant, Cum inter illos quendam haberent, qui alia debita contraxerat, & ſolvendo creditoribus non eſſet, pueri ipſum vacuâ crumenâ ſequebantur, quod magno ducebant opprobrio.

Cum ſonitu muſicæ ſacra ſolebant facere, & exta inſpiciebant, utebantur divinationibus & interpretationibus fulminum, tonitruum, rerumque aliarum. Hæc de illorum antiquis moribus vid. apud Strab. l. 5. & 6. Clem. Alex. exhort. ad Gent. Heraclid. de Politi. Diod. Sic. l. 5. Ath. l. 4. c. 16. Macrob. Satur. l. 1. Plin. l. 21. Strab. l. 5.

Macr.

Macr. Satur. l. 1. Plin. l. 16. Plutarch de cholera. Athen. l. 18. Clem. Alex. ad Gent. Liv. l. 10. Diodor. l. 5. Dionyſ. Halic. l. 3 Ariſt. de Mirab. nat. Heraclid. de Politiis. Macrob. in ſom. Scip. l. 2. Cic. de Div. l. 2. Serv. ad Virg. l. 12.

MORES HUJUS TEMPORIS.

TEmperatus & ſubtilis hujus Regionis aër incolas præſtat ingenioſos, optimeque ad literas, agriculturam, & mercatum aptos, magis autem ſuperſtitioni deditos, quam bellatores. Florentini, qui verſus orientem magis & meridiem, quam Mediolanenſes ſunt poſiti, liberiorem habent ſermonem, & videri volunt, parum comedunt, & Matheſi admodum ſunt dediti. Labores facile ferunt, ſi ſpem aliquam lucri habeant. In victu adſtricti & parci ſunt, non tam propter avaritiam & paupertatem, quam naturali inclinatione, in Privatis conſiliis optimi ſunt, minus cum in publicis conventibus conſulunt, offenſarum difficile obliviſcuntur, non minus quam accepti beneficii. Peregrinos humanitate, re, & conſilio adjuvant.

Modeſtas ſuas fœminas paucorumque verborum eſſe volebant, neque per plateas vagabundas, ſed domi inter privatos parietes clauſas. Illæ vero delicate vivunt & veſtibus elegantes ſpectari volunt, magis liberis & ſervis, quam omnibus reliquis faventes.

Piſani, qui olim tantæ erant [illegible]ntiæ & animi, ut Maria Europæ & Aſiæ navigarent, & [illegible]ibus Principibus terrori eſſent, inter ſe capitalibus diſſident odiis, ſuperbi, vindictæ cupidi, peregrinis tamen ſuaves & humani. Bona ſuppeditant conſilia, ſed inconſtantia, quod in aliam mox deſcendant ſententiam, & prius conſulta & omni ratione ſalubriter deſtinata rejiciant. Licentiam, & ſine fuco affabilitatem in fœminis amant.

Senenſes boni ſunt in conſiliis, civiles, grati &, literarum ſtudio valde dediti, irarum & offenſionum memoriam facile ſepeliunt, exhibiti tamen ſibi beneficii ſemper memores, in Exteros humanitatis ſunt expeditæ, accurati pulchritudinis cenſores, quâ illorum muliebris ſexus eximia pollet. Poëtarum lectione animos excolunt, ut non niſi gravitate inſignes

Digitized by Google

insignes modestæ & acceptæ omnibus videantur.

Pistenses sunt hilaris & animosæ indolis, sed factionum & odiorum pleni, in sermonibus tamen suaves. Amori satis sunt obnoxii, fœminas mediocris staturæ, & quæ nec parum, nec nimium loquuntur, amant. Illæ vero satis affabiles sunt. Illi de Prato diffusi sunt in sermone, de Arezzo avaritiæ vitio laborant, fœminas impensè habent charas, cantatrices. Subditi Magni Ducis venationi vacant. Florentini & illi de Livorno, aliique qui Maria accolunt, omnem vitam suam in honorato quæstu parando ponunt, neque indecorum Nobilibus est mercaturam exercere, & artibus manuariis vacare. Pisani vero magis armis quam mercatui dediti sunt: Aretini cum aliis parvo victu contenti Senenses vero splendidas amant mensas, & his sæpe magnos opes abliguriunt. Incolis hujus regionis natura potius, quam luxus vestimenta paravit, fœminæ tamen cultissimo habitu se exornant, qui multum curæ, & plus habet sumptuum. Ultimò, Florentina vel Tuscana lingua omnium est elegantissima, quæ suâ suavitate tam Italos, quam exteros admodum afficit. Vid. hos descriptos mores apud Cardan. Philaleth. Forcio. Pierre d'Avity hic.

REGIMEN POLITICUM REIPUB. FLORENTINÆ.

FAmilia Mediceorum sæpius ad summos honorum gradus in Repub. evecta fuit, mox invidia & livore suppressa; Tandem Imperium anno 1521. obtinuit, cum nimirum Florentini à Principe Auriaco Duce belli, Caroli V. Imperat. urgerentur, ut Principem Alexandrum Mediceum crearent, qui per eundem Imperatorem Dux factus est, cui in matrimonium Margaritam filiam suam naturalem collocaverat, adeo ut ab illo tempore hac oriundi famila absoluto imperio illas regerent Ditiones, quæ Dominos Florentinos agnoscebant. Postea anno 1569. Papa Pius V. creavit successorem Alexandro Cosmum Ducem Mediceum, ab illoque tempore his titulis & dignitate usi sunt. Nunc liberi Status absoluti sunt Principes, respectu Florentiæ & Pisæ.

Novissimum vero quod attinet statum, Feudi nomine Senam

Digitized by Google

Sienam tenent, tum Marſilianam & partem inſulæ Elbæ à Rege Hiſpaniæ, pro cujus recognitione quilibet Dux ſemel pro ſemper 10. millia coronatorum Regi Hiſpaniæ perſolvit, qui aliunde ab Imperatore nimirum, pro Statu Sienæ inveſtituram accipit, reſpectu nimirum territorii & urbis Saturniæ, &c.

Princeps 30. habet Nobiles cameræ, Dominos titulorum, puta, Marchiones, Barones, & alios tam ſuæ ditionis, quam extraneæ 60. Nobiles pueros 24. nigro ſunt habitu, hique Ducem in caſtra ſequuntur. Magnum magiſtrum à poculis, Scalco maggior 200. Nobiles apparitores, quibus diverſa ſunt officia, ut magiſtri ceremoniarum, magni Culinæ præfecti, magnus magiſter, cum aliis curiæ magiſtris, unus autem culinæ magiſter in aula, alter in caſtris ſua præſtant Duci officia.

Præcipui vero illius miniſtri ſunt Conneſtabilis, Prior conventus S Stephani, qui velut magnus eſt Cancellarius, Theſauri Præfectus Generalis, Ammiralis vel ſupremus Architalaſſus, Generalis vel Præfectus equitum & peditum, A Secretis Status & belli, Gubernatores locorum, quorum Sienenſes & Livornenſes in magno ſunt honore. Habet Legatos vel Agentes ita dictos apud Papam Imperatorem, Regem Galliæ, Angliæ, Medenos, Mediolanos, Venetos, Lucenſes.

Conſilium Principis ex 8. conſtat Doctoribus, vel literatis, quorum manibus omnia committuntur negotia. Ex aliis XII. Nobilibus multi eliguntur, qui quandoque Legatorum & aliorum officiorum munera obire ſolent.

Quod ad Regimen regionis, ab illo tempore, quo Imperator Carolus Magnus Florentiam in bonum aſſeruiſſet ſtatum, creati ſunt duo Conſules pro anno, quibus adjunctus eſt Senatus & Conſilium 100. hominum, experienta & uſu rerum pollentium. Poſtea hic ordo immutatus eſt anno 1220 ſecundum quoſdam, ſecundum alios 1254. electique ſunt X. Gubernatores: Impetrata dein libertate ab Imperatore Rudolpho anno 1287. Magiſtratus decem hominum mutatus, & ad octo priores redactus eſt, cum Præfecto juſtitiæ, cujus regimen per duos ſolum menſes durare debebat, retinens Veterum nomen. Atque hoc illius Reipub. Regimen multas mutationes eſt paſſum, donec tandem ſub hac ratione, quæ adhuc hodie durat, conſtitit

Hodie

Hodie igitur urbs Florentia gaudet ſpecie priſti næſuæ libertatis, quod omnes ordinarios ſuos Magiſtratus & Gubernatores habeat.

Numerat autem 48. Senatores, ex quibus per tres menſes 5. cum Imperio præſunt, & perſonam Principis repræſentant; adjunctus eſt illis Auditor & Fiſcalis, hoc eſt Procurator & Advocatus Ducis, ſuntque ſupremi judices. Pro criminum punitione 9. Ex Magiſtratu ſunt, quibus adjuncti Auditores, à Secretis, Cancellarii, & Sub-Cancellarii: Magiſtratus novem perſonarum, habent ſuum Cancellarium, Sub Syndicum, Sub Cancellarium, alioſque miniſtros, quibus cura incumbit ſtatum conſervandi, Fortalitia & ædificia Ducis conſervandi. Sex propter mercaturam & mercatores conſtituti adjunctos quandoque habent XI. alios ut faciant 17. in ſumma. Hi de negotiis num quis ſolverit nec ne dijudicant, à quorum judicio nefas eſt appellare. Ars vel collegium mercatorum, ubi de negotiis mercatorũ conſultatio fit in cauſſa permutationis & aliarum rerum. Collegium lanæ ex 8. conſtat conſulibus & tribus conſervatoribus, qui de rebus tam civilibus, quam criminalibus judicant. Collegium ſerici, miniſtri aſſecurationum, nummos ſpectantium. 6. miniſtri abundantiæ, qui ex numero Senatorum eliguntur. 8. miniſtri adipis, conſtituti in rebus liquidis, ut oleo, butyro, &c. pretiumque illis imponunt. Miniſtri pupillarum & viduarum, & miniſtri & conſervatores honeſtatis urbis Florentiæ, quam cultam & nitidam ſcortiſque vacuam ſervare tenentur: in his autem officiis ſemper quidam ex Senatoribus ſunt.

Sunt præterea Florentiæ conſervatores Legum, qui ſumma pollent auctoritate, & tam plebejæ ſortis homines, quam vero ipſum Magiſtratum delinquentem puniunt. Eſt camera rationum, dicta Sopra Sindici, quæ calculum omnium miniſtrorum examinat, qui curam habent redituum Magni Ducis. Camera Ducalis vel Fiſcalis, in qua bona reorum Fiſco adjudicantur.

Magnus Dux habet Florentiæ 4. Archivi conſervatores publicos, qui ab ipſo eliguntur. His vero, pro cuſtodia publicorum documentorum, operam 4. Notarii præſtant, 4. coadjutores, & 2. Tavolaccini, qui miniſtrorum ad inſtar ſunt, ſcripturas quærentium. Quatuor conſervatores de

omnibus

Digitized by Google

omnibus cognoſcunt Proceſſibus, qui intra privatos & Notarios occurrunt, ratione contractuum, ſtipendii, & aliarum inde dependentium rerum. Cancellarius ſcribit vel ſcribi procurat omnes deliberationes, commiſſiones, informationes, literas, diſpoſitiones, Decreta Magiſtratuum, omnes Archivi claves in ſua habet cuſtodia.

Omnes Status communitates, ubi Archiva reperiuntur, obſtrictæ ſunt mittere ad Archiepiſcopum Florentiæ, omnia publica documenta, quæ ibi reperiuntur.

Extra Florentiam, omnes loci ſuos habent Rectores, qui juſtitiam adminiſtrant, dicuntur ſuo nomine Poteſta, cum judicibus, Equitibus, Notariis, & tribunis militum, ita ut omnes extra Florentiam populi dividantur, in Poteſtates, Vicariatus, & Capitaneatus.

In urbe Piſa talis hodie eſt Magiſtratus. Eſt ibi Vetus Commiſſarius ſive Generalis, qui Vices Gubernatoris habet, cui adjunctus eſt judex, qui tamen ſententiam ſine commiſſarii permiſſione ferre nequit. Habent præterea Notarium, coram quo debita examinantur, dein 2. Notarios, qui de criminibus cognoſcunt, cum judice & Commiſſario & 2. conſulibus maris, qui Florentini ſunt, & in officio per annum ſubſiſtunt, de negotiis mercatorum maritimis cognoſcentes.

Sienenſium hodiernum Regimen quod attinet, hoc propemodum ſimile eſt illi, quo, cum liberi eſſent, utebantur, niſi quod magnus Dux ſuum ibi habeat Gubernatorem, vel pro-Præfectum Generalem, qui tam Sienam, quam reliquos ſtatus omnes Imperio regit. Reliquit vero illis Dux Magiſtratum populi, Priores, Conſiliarios, cum iiſdem privilegii immunitatibus, & juriſdictionibus, &c. quibus antea gaudebant. Magnum conſilium ex pluribus conſtat civibus. Huic Capitaneus populi, Priores, Conſiliarii adjuncti ſunt, & ei in conſiliis opem ferunt. Gubernator vero, pro ut ipſi viſum fuerit, illis conſilio præeſt. Solum vero populi Capitaneum poteſtas & honor manet, negotia magno conſilio proponendi.

Penes Ducem vero eſt eligere Capitaneum ſive Præfectum populi, ut & juſtitiæ præfectum, de cauſſis criminalibus cognoſcentem, omnium Status conſervatorem. Gubernator intra urbem habitat. Dux prætera ſibi electionem judicis

ordinarii

ordinarii cauſarum Civilium ſervavit, tum 3. Rotæ auditiorum, 8. Capitaneorum Status Sienenſis & 2. miniſtrorum cuſtodiæ pro numero 20. civium.

Omnis Sienenſis Status plurimas urbes & oppida pagoſque habet, cum ſuis miniſtris & Gubernatoribus, diviſus eſt in 16. poteſtates vel judicaturas (ita loquendo) 8. Capitaneatus.

Plurimos ibi reperies qui territoria benè multa loco Feudi à Principe poſſident, vel qui certis pactionibus obſtricti ſunt illi data occaſione ſervitia præſtandi. Habent veto Principem vice Protectoris & defenſoris. Hæc tam quoad Vetus, quod exiguis delibavimus, quam vero ad novum Florentiæ aliarumque civitatum Regimen leguntur apud Machiavell. in Hiſtor. Florent. 100. Hiſtor. ſui temp. Giovani Hiſt. del Mondo, Leandr. in Ital. Mambrimo Roſco Supplement. della Hiſtor. del Mond. Volateran. Geog. l. 5. Matal. Merelli Specul.

DIVITIÆ ET REDITUS.

COmmunis eſt opinio, quod hujus Principis reditus aſcendant ad 1800. millia ducatonum ſive coronatorum. Equidem omnis Florentiæ Status ipſi quotannis pendit certa 700. millia coronatorum. Hæc ſumma ex quatuor præcipuis velut ſcaturiginibus ipſi promanat, nimirum ex jure molendinorum, quæ tributum ſolvunt 280. coronatorum, ſale, qui præſtat 200 coronatos, publicis diverſoriis, illiſque qui conductas habent ædes, Tabellariis publicis, menſuris. Neque parva ſunt tributa ex contractibus, dotibus, hæreditatibus, bonorum acquiſitionibus, cenſus conſtitutionibus, quæ ipſi quotannis 100. millium coronatorum ſummam faciunt.

Reditus, quos extra ordinem accipere ſolet, veniunt ex 22. Magiſtratibus, qui in Florentia agunt. Magiſtratus decimæ conſiſtunt in illis, quæ incolæ ſolvunt pro illorum bonis immobilibus, hoc vero officium præſtat Duci quotannis 100. millia coronatorum. Alia officia univerſim omnia Principi ſuo redituum certam præſtant ſummam.

La Zecca ſive moneta ipſi adnumerat 100. millia coronatorum, quotannis, quæ in Italia pro præcipua habetur.

Mulctæ ex condemnatis & confiscatis non infimam faciunt nummorum summam. Et à Judæis, qui in hac Repub. commorandi habent libertatem, pecunia colligitur. Florentini in singula capita 2. coronatos, Sienenses unum cum dimidio solvunt. Pisani & Livorni nonnihil quoque dant. Omnes, qui ex aliis locis huc commigrant, dona extra ordinem dare solent, ut inde aliquas consequantur immunitates.

Feudorum renovatio etiam commoda quædam profert, in statu Tienensi pro Cereali agro, qui aliis laborandus conceditur, 300. millia coronatorum penduntur.

Reditus bonorum immobilium Magni Ducis, & Domus Mediceæ sunt 200. millium coronatorum quotannis, qui tamen indies augeri solent.

In Regno Neapolitano principatus Capistram emptus per Ducem Franciscum pro suo naturali filio hodieque ad Magnum Ducem spectans ipsi 27. millia annua coronatorum portat.

Gaudet etiam quibusdam in Hispania reditibus. Tria Romæ possidet Palatia, & exinde ad 7. millia coronatorum. Multas lapidicinas, lapides pretiosos, pictores, sculptores, bonorum equorum copiam, quæ omnia nummos Duci conferunt non exiguos.

Adeo ut hic Princeps ordinariorum redituum quotannis 1800. millia coronatorum numeret, extra reditus incertos, qui ad calculum reduci nequeunt.

Sumptuum rationes quod attinet, creditur, quod X. centena mill. coronatorum singulis annis in necessaria impendantur sustentatio, fortalitiorum, & stationum militarium, ipsi ad minimum singulis annis 200. millia coronatorum accedit. Equestris militis sustentatio ipsi constabit 100. millib. coronatorum per annum & pedestris 12. millib. Sumptus qui in militiam nauticam impenduntur, adeo magni non sunt, quod ita multis triremibus Dux non sit instructus, sumptus qui in mensam impenduntur pro 300. qui ad ipsam accumbunt, 50. millia coronatorum calculum conficiunt. Cæterum quantum requiratur sumtuum, pro vestimentis apparitorum, musicis, Secretariis, Thesauri præfecto Generali, Præcipuis Principis ministris, Nobilibus, Legatis, locorum cultura, &c. Vid. insignem auctorem Pierre d'Avity

d'Avity in descriptione Status Toscani, Tom. 3 p. 205.

Nec sane exiguam felicitatem hujus Ducis incolæ possident, quod in peregrinas oras, merces suas, ut sericum, pannos, tapetes exportent, ex indeque magnam pecuniæ vim sibi parant. Sola Florentia singulis annis pannum, sericum, lanam in tanta conficit abundantia, ut ex venditione harum rerum 2. milliones (ut vocant) auri percipiat, exceptis publicis reditibus 200. mill. coronatorum pro ædificiis, magistratibus, reparatione pontium, &c. Florentini pro bonis suis immobilibus 1200. millia coronatorum nomine reditus percipiunt. Hic Princeps adeo opibus potentes habet subditos, ut unus X. tonnas auri, quidam 200. 400. 600. 100. millia coronatorum in bonis possideant. Omnia quæ apud Florentinos sunt beneficia complectitur numerus 4. millium, quæ omnia magnos præstant reditus. In Equestri ordine S. Stephani haberi possunt 30. millia coronati, nomine redituum, quæ ex fundis colliguntur.

VIRES ET POTENTIA.

PRæter armorum apparatum, quo omnis Ducis militia est instructissima, illamque vim bellicam, quæ in sui status propugnaculis ubique reperitur, in armamentariis, numero & viribus potentissimis, tantam invenies armorum copiam, quanta pro armandis 80. millib. hominibus satis est, nec ullus est Italorum Principum, qui tantam tormentorum bellicorum vim quam hic in castra queat protrudere.

Florentini cum Pisanis numerant in suis ditionibus circiter X. centena millia 130. millia hominum Princeps pro custodia corporis sui centum Helvetios alit. Centum equites levis armaturæ, turmam equestrem sexcentorum sclopetariorum, aliam Nobilium instructam manum, dictam *Lanciers Spezzates.*

Militaris ejus potentia constat ex 40000. hominibus, quorum tamen exigente necessitate 21. 22. tantum millia præsto esse solent. Huic militiæ cum imperio præest Supremus præfectus equitum sive Generalis, cui alii minores centuriones obsequium præstant. Secundum consuetudinem hujus Gentis militiæ Præfecti potestatem habent, omnes ad militiam (exceptis ordinis sacri literisque deditis hominibus)

cogere, illorumque nomen in catalogum militum referre.

Quantum ad propugnacula, quæ ſecuritatem & robur huic ſtatui præſtant, illa præcipua hæc ſunt; monte Carlo, Pietra Santa. Salto della Cerva vel Cervia Rocca Sibillina & Filaterra oppoſita invaſionibus Regis Hiſpaniæ, Scarperia, &c. Præcipuæ vero militum ſtationes ſunt in Livorno & Porto Ferrajo. In Livorno ſemper 700. ſuſtentantur milites. Portus hujus Principis 2. ſunt inſigniores, primus in Inſula Elba dictus Porto Ferrajo, qui ingenti copiæ navium & triremium commodam præbet ſtationem.

In Piſa armamentarium eſt, cum 12. triremibus, cum apparatu armorum inſigni. Præter Vires maritimas omnis vis & poteſtas in Equitibus S Stephani conſiſtit: Inſtitutus eſt hic ordo anno 1561. à Magno Duce Coſmo, ſub nomine Stephani Papæ. Ex hujus ordinis occaſione exſtruere juſſit aliquot triremes. Numerus illorum, qui ſub hoc Equeſtri ſunt ordine, ad 400. accedit, inter quos reperiuntur Marchiones aliique ſorte naſcendi Nobiles Viri, ad hos accedunt alii, nimirum 100. Rectores: qui omnes Principi ſua præſtare officia tenentur.

Enimvero ita hic Princeps omnibus iis videtur eſſe inſtructiſſimus, quæ ad arcendam hoſtilem vim requiruntur neceſſaria, nec ſolum tam potentiâ ſua vi nixâ gaudet, verum & ab aliis Principibus Italiæ faciles habere poteſt ſuppetias, nimirum ex Portu de Livorno, ad hæc accedit quod ingentem poſſideat theſaurum, qui ſicut aliarum rerum ita quoque belli nervus eſt. Qualis vero ibi ſervetur militiæ ordo, & quæ militibus conceſſæ immunitates, Vid. ap. Pierre d'Avity tractatione des Forces de Grand. Duc de Toſcane p. 206. 207.

SERIES PRINCIPVM FLORENTINORVM EX FAMILIA MEDICÆA.

EVerardus de Medices, cognomento Bicci, Principatum à populo Nobilitati infenſo, oblatum recuſavit anno CIↃ. CC. XC.

Joannes de Medices & de Bicci, omnibus perfunctus honoribus, ultra ambitum reliquit duos filios Coſmum & Laurentium.

Coſmus

Cosmus Magnus, Paterque Patriæ nominatus, opulentissimus fuit. Habuit tres F. quorum duo Joannes & Carol. obierunt sine liberis.

Petrus Cosmi F. cui duo fuerunt Filii Julianus & Laurent.

Julianus à Paccianis confossus anno 1478 relicto fil. Julio, qui Pontifex factus dictus Clemens VII.

Laurentius Petri F. Joannes, post Papa Leo X. dictus Julianus. Capitaneus S. Ecclesiæ factus in Gallia Dux Nemorosii ducta sorore, Duc. Sabaud. Franc. 1. Gall. R. amita.

Petrus Laurentii F. qui in exilio periit, hujus filius Cosmus ob vagas libidines occisus.

Laurentius Petri F. qui à Leone 10. Pontif. Dux Urbini creatus est.

ALTERA PARS STEMMATIS.

LAurentius, Joann. F. Cosmi magni Frater.

Petrus Franciscus, cui duo fuerunt Filii.

Joannes Petri F.

Joannes fulgur belli dictus.

Cosmus quem Florentini vix XVIII. annum natum Ducem elegerant.

Franciscus, Cosmi fil. Magnus Dux Hetr.

Ferdinandus Cosmi F. qui primum Cardinal. post Fratris obitum Dux factus est.

Cosmus II. Magnus Dux.

Ferdinandus II. Magnus Hetruriæ Dux.

Cosmi autem 2. reliqui humerabantur liberi Joannes Carolus, Matthias, Leopoldus, Christina, Anna Maria, Annæ Filia.

RATIO STATVS MAGNI DVCIS HETRVRIÆ.

HÆc cum in illo, quemadmodum apud alios, præcipue consistat, ut tranquillitas cum felicitate publica conserventur, has ob rationes Respub. Florentina opus habet amicitia & favore Pontificis Romani, tam propter majoris damni metum, si Papam inimicum sentiret, quam ob spem maximi incrementi, quæ à Papa huic statui accedere potest. Metus inde oritur, quod magnus Dux à nemine perniciosius

Digitized by Google

niciosius & facilius quam à Pontifice invadi queat, idque propter situm Hetruriæ, quæ altissimis undique montibus objecta est. Hic vero situs illud efficit, ut Hetruria justâ potentiâ Pontificem invadendi, si hostem experiretur, recte uti nequeat, quod difficiles montium aditus magnum non capiant exercitum, & impeditissimum tormentis bellicis promovendis iter minetur. 2. quod facile annonæ caritate laboret, & urgente necessitate, vix necessaria Exercitui alimenta præstare posset. Contra, si ab adversa parte Pontifex ingrueret, aditum patentiorem haberet, & commeatus facilem abundantiam ex Latio, Lombardia & Bononia. Postulat igitur ratio status hujus Ducis, ut sibi quam addictissimum habeat Pontificem, dein Imperatorem Romanum, cujus aulæ ministris propter investituram tituli, munera ad 300000. aureorum distribuisse dicitur. Galliæ quoque Regem magna colit amicitia, quod illum Hispaniæ Regis sciat esse æmulum, & illius consilia, Italiæ possessionem hiantia maxime perturbet. Quomodo cum aliis Europæ Principibus jura colat amicitiæ magnus Dux, vid. cum aliis ap. auct. le tresor polit. l. 1. mihi p. 195. & seqq. Honor. in Relation. cap. de Magno Duce Hetrur. p. 217. &c.

Trajanus Bocalinus in sua Pietra del Paragone in capit. ubi agit quod omnes Principes & Respub. per bilancem Laurentii Medic. libratæ sint, de Repub. Hetruriæ egregie sentit, dicens mihi p. 117. in fin. *Appresso dagli otto di Balia fu posto nella stadera lo Stato floridissimo de i Gran Duchi di Toscana, mirabile per l' eccellente qualita de gli huomini che l' habitano, tutti fruttiferi, e che con il cervello e con il corpo, sempre hanno lavorato per l' essatto governo, oper la perpetua abundanza, per la pace, e sicura quiete, ch' egli gode di modo, che, essendo egli tutta sostanza, riusci al pari di qual si voglia sefnalata Monarchia.*

Alterum ejus est de hac Repub. judicium, in communi examine & censura omnium Rerumpub mihi p. 254. ubi Magnus Dux à censore accusatur, quod, tanta suarum triremium multitudine, nimiam exerceat licentiam. & quod mercium ex oriente advectarum caritatem inducat: ubi à Magno Duce censori respondetur, quod nulla possit dici perfecta potentia Principis, quæ non cum numero armatorum lignorum aliquod possideat in mari Dominium. Plura vid in sequent. His adjungi merito debent illa, quæ

Joann.

Joann. Bodin. l. 5. de Repub. m p. 804. adprimè de Florentinis notavit, inquiens. Qui ad hæc animum intenderit mirari desinet, quid sit quamobrem Florentini ac Neapolitani Venetos & Insubres ingenii acumine in privatis rebus, rationibusque vincant, in publicis tamen vincantur. Nam Veneti prudenter consilia capiunt: quippe & a sententia discedere & saniora consilia sequi non dubitant: ut qui ingenii Viribus non satis confidunt nec diffidunt omnino: illi vero, sine nimia differendi subtilitate, sine ingenii ostentatione, quam semel sibi proposuerunt sententiam, mordicus tueri plerumq; putant, & cum se imperio dignos esse singuli arbitrentur popularium imperium semper maluerunt quam optimatum. Hæc ille.

JUDICIUM POLITICUM DE REPUB. FLORENTINA.

ACutè de hac Repub tam civilibus motibus turbata, quam pacata, Machiavellus sensisse videtur in suo de eadem Repræstantissimo libro cum passim ita dicit l. 2. Non alia ratione populus Florentinus subjugari potest, quam si sub unius Principis imperium mitteretur, à quo Virtuti suus honor haberetur.

Florentini neque libertatem tueri, nec servitutem ferre norunt. Nobilitas in privatis negotiis parem non fert, in publicis imperare cupit. L. 3. de dissidiis hujus Reip. ita signanter dicit: Romanorũ dissidia urbem istam ex æqualitate in summam inæqualitatem adduxerũt, Florentinorum vero ex inæqualitate ad mirandam æqualitatem revocarunt. Libertas apud Florẽtinos libertatis nomine opprimebatur. Lib. 7. hæc leguntur, Inimicitiæ Florentinorum semper sectis partibusque constabant, siquidem nulla partium, quæ Victoriâ potita esset, unquam unita stetit diutius quam dum pars adversa Vires adhuc haberet, quamprimum vero ea devicta extinctaq; esset, confestim illa, penes quam Victoria remanserat, cum neque metu coërceretur, neque prudenti consilio fulciretur, iterum in partes discedere cœpit. De corruptis illorum moribus ad finem ita sentit: omne studium eo desinebat, ut splẽdide vestitis inque sermone astutis, atque mordacibus esse liceret, siquidem is, qui alios dextre perstringere noviset, reliquorum prudentior habebatur.

Honorius in ſuis Relationib. de magno Ducatu Hetruriæ mihi pag. 215. hæc habet: Florentia in tanta rerum viciſſitudine atque varietate non ſolum ſervata eſt, verum etiam inſigniter aucta, ut amplitudinem ſuam ex perſecutionibus & bellorum ærumnis propemodum derivaverit, & per ſuos hoſtes ad magnam gloriam evecta ſit.

RESPUB. LUCENSIUM.

MORES GENTIS VETERES.

INcolæ hujus Regionis antiquitus (teſte Strabon. l. 5.) probi, ingenio bono, & integri ſunt judicati, milites validi & equitatu pollentes.

MORES HODIERNI.

REcentes illorum mores proxime ad Veteres bonitate accedunt, ingenuæ valde ſunt indolis, humani, modeſti, affabiles, in negotiis ſuis liberi, ingenio ſubtiles, pacati, prudentes, boni conſiliis: peregrinis æqui, mites erga inimicos, libertatis conſervandæ ſtudioſiſſimi, quam uſque ad aras, defenſuri. In bello gerendo validi, & amore conſtantes ſunt, nec minus gratiam pulchritudinis quam fidem, in fœminarum amore quærunt. Ex benefactis lætam præ ſe ferunt conſcientiam, in conviviis aliiſque publicis, magnificos ſe probant, intra privatos parietes, modeſtos.

Habitudine corporis tali ſolent uti. Nigri coloris per publicas plateas veſtimenta portant, pars ſerico, nec tamen ſuperfluo, ſe tegit, A menſe Maio tamen, uſque ad finem Julii, diverſorum colorum habitum amant, dicuntque *Villeggiar*, ubi variis ludis chorciſque ſuavitatem temporis traducunt.

Dialectus illorum, nitidiſſima puriſſimaque inter Florentinos habetur. Studia in Medicina, & cognitione juris, præcipua ſunt, humaniora parvi faciunt, Nobilium exiſtimationi inſigniter ſerviunt, illoſque ut Dominos ſuos obnixe honore proſequuntur.

DIVITIÆ.

REditus hujus Reipub. numerantur ultra 150. millia coronatorum: horum magna pars ex Vectigalibus mercium

cium colligitur, in primis vero panno & Serico. Census ex carnibus, bonis mobilibus, dotibus, conjugiis, summam pecuniæ valde adauget: Frumento vero nullum imponitur tributum.

Est ibi officium abundantiæ, ubi pro centeno quintus datur nummus illis, qui suam ibi deponunt pecuniam. Hac ratione mercatores Hollandi, Flandri, Angli, qui mercatum frumenti aliarumque rerum exercent, multas huic Reipub. acquirunt divitias, quæ & frumentum aliis suppeditat, & furnos publicos præbet, in quibus panis solum coquitur, cum privatis furni non concedantur. Atque hic quoque mos in Genuensi obtinet Repub.

Incolæ hujus Regionis quotannis vendere solent sericum pro summa 400000. coronatorum. Quin maximæ parti Lucensium industria manuariæ operæ Victum præbere solet, cum apud illos nihil loci sit segnitiæ. Reliqui majorisque subsellii ex opulentia mercaturæ splendidius vivunt, tenuioris conditionis parce sumptum faciunt. Multæ ibi opibus potentes reperiuntur Familiæ, quales sunt, illa de Buonuisi, Sardini, Galganetti, Senami, Arnolfini.

VIRES.

HAbet hæc Respub. ultra 15. millia muscetorum bellicorum, quæ per omnem hujus Reipub. ditionem dispositа reperiuntur, adeo ut adjunctis aliis instrumentis bellicis 30. millia hominum armatorum in bellum possint expediri. Instructa ad hæc ibi reperies armamentaria portus benè munitos. Nec desunt justa etiam magno exercitui alimenta, quæ ex frumento, siligine, fabis, farina, castaneis &c. stomacho parari possunt facilia. Atque hic rerum proventus 7. annorum alimentum præbet etiam obsessis.

Magis etiam hic status, quam ulla Italiæ Regio, frequentia incolarum abundat, adeo ut ultra 18. millia militum in censum relata reperiantur, excepta militia Urbis, quam vel 30. millia incolunt.

Fortalitia illius status præcipua sunt, Luca Urbs, Castillon, Montagnosa, exceptis aliis bene multis propugnaculis.

In Dominorum curiæ Palatio, turma centum servatur militum Italorum, quorum non nisi 5. ex eadem Regione

esse possunt, in hunc autem militum numerum ex Lucensi vel Florentina ditione nati non admittuntur. Hi milites in stationem excubiarum 25. quotidie prodeunt, & vices exactis 22. horis mutant.

REGIMEN POLITICUM.

LUcenses Imperatorem supremum agnoscunt, illum ut legitimum suum Defensorem in Libera tamen Repub. viventes suspiciunt. Hæc illorum Respub. à Nobilibus regitur solis, per legem quam illi Martini vocant, per quam populus omni sua excidit auctoritate, adeo ut ex populari & Democratico statu factus sit Aristocraticus.

Qui Reipub. caput est, *Gonfalonierus* vocatur, adjunctos habens 9. Dominos, dictos antiquos, & titulis Excellentissimorum gaudentes, qui tamen æque ac *Gonfalonier* mutantur, ubi rei per duos præfueruut menses, quibus durantibus in Palatio Signoriæ (ut vocant) vivunt: ceremonias, quibus creari solet *Gonfalonierus* sive illorum Præpositus, vid. in Luc. Repub. Pierre d'Avity p. 222.

Sunt præterea Sex Cancellarii, qui ab omnibus eliguntur tribubus, quarum in urbe tres sunt, S. Pauli, S. Salvatoris, & S. Martini: hi omnia Reipub. procurant negotia.

Magnum consilium ex 120. constat Viris, qui omnis status Regimen administrant. Hoc vero consilium supremam in Repub. obtinet auctoritatem, negotiaque majoris momenti expedire solet.

Minus adhæc ibi est consilium ex 36. Viris, qui in commisso sibi officio 8. menses sunt. Consilia plerumque bis in hebdomade convenire solent, Martis nimirum, & Veneris diebus, qui ex ordine absens est in multam incidit.

Ex Sex Nobilibus officium abundantiæ (quod ibi est) componitur, erigitur per Generale Consilium, quod Cancellarium & Thesauri Præfectum habet. Horum officium est, annonæ curam habere.

Officium provisionis in victualibus ex 6. constat civibus, quod quoque suum habet Cancellarium.

Officium Redituum Reipub. ex 9 Nobilibus constat.

Officium bonæ in urbe custodiæ habet 6. præpositos, qui tenentur omnia peregrinorum nomina ad Dominos deferre,

ferre. Alterum officium, munitionis excubiarum quæ in aula sunt, pariter 6. constat, quibus adjunctus est Cancellarius.

Est præter hæc, officium adipis de la grascia dictum, quod carnium, piscium, aliorumque eduliorum curam habet. Officium montis Pietatis, ubi pro stipendiis nummi colliguntur, 6. habet administratores. Officium controversiarum componit lites status. Omnes verò, qui his præsunt officiis, annum in functione agunt.

Respectu judiciorum, officium est 3. Secretariorum, qui cum suprema auctoritate de moribus judicant, præsente tamen Gonfaloniero, sine quo ab illorum sententia ad consilium generale appellatio permittitur.

Est adhæc Vicarius sive podesta qui virgam argenteam, pedem longam gerit cum titulo Libertatis.

In quolibet Status loco commissarius Nobilis est, cum notario, vel 2. scribis, qui omnem habet potestatem & secundùm statum Lucensium judicat. Hi commissarii omnes tenentur pro defensione urbis omnem eo mittere militiam.

JUDICIUM POLITICUM LEGATI VENET. IN RELATION.

LUcenses apud magnum Ducem ita se habent ut coturnix apud accipitrem, nimirum in anxietate ac timore perenni, cum in medio illius status sint siti, clausi undique, annonæ, omniumque rerum necessariarum indigentes, quas aliunde quam à magno Duce, vel per ejus ditionem acquirere nequeunt, ita sane ut hic Princeps suo arbitratu eos subijcere posse videatur, verum abstinet, diuque forsitan abstinebit, quod illud non possit efficere absque Imperatoris offensione, sub cujus patrocinio agit, tum etiam, quia magis sibi forte cõducere existimet, ut illa civitas sua fruatur libertate, quam ut sibi serviat, cum in hoc statu multa subsidia obtineat, & nunquam is in suis petitionibus frustra sit. Quod si vero Dux illam occupare vellet, nullum esset dubium, quin homines illi in libertate nati, patrium desererent solum, mœniaque non civitatem Duci relinquerent, quo pacto magnus Dux sperato falleretur commodo.

DE DUCATU SABAUDIÆ.

MORES GENTIS.

SAbaudiæ populum tanta ſui tener fiducia, ut credant Ducem Sabaudiæ præcipuum in orbe eſſe Principem. Plebis indoles adeo inepta & inficeta eſt, ut vix ſimilem alibi invenias. Hodie tamen Nobiles accepti ſunt in converſationibus, civili ſe vicinis probant ingenio, omnibus virtutibus & decori cum ſtudio addicti. In conflictu animum non deſpondent, expeditius tamen equites, quam pedites decernunt.

Pedemontani tam ad armorum quam literarum ſtudia pariter ſunt idonei, ingenio & aperto pectore, peregrinis affabiles & perbenevoli. Vercellenſes magnanimitatis & Nobilitatis ſtudioſiſſimi, taleſque vicinis videri volunt. Turinenſes parvæ ſunt fidei, manu prompti, Nobilitatis ſtudio ſe impenſe occupantes. Inter hos olim factiones acerrimæ Guelforum & Gibellinorum viguerunt, quæ poſtmodum extinctæ ſunt. Bielenſes ſubtilia in actionibus, & fervida habent ingenia, in negotiis impigre induſtrii, nec ſe in contractu facile patiuntur decipi. Cunenſes ſunt admodum animoſi, quod multis comprobarunt documentis. Bena incolas habet ad ſtudia & arma valde incumbentes. Incolæ Nizzę ſubtiles & callidi ſunt, Mercurii & Martis ſtudiis ex æquo idonei, Univerſi n dicendo, ingens copia in hoc populo exquiſiti reperiturmilitis, quod manuariæ arti parum deditos invenias qui parvi illius pendunt occupationes, exiguo victu & veſtitu contenti, & in hoc Nobiliũ imitantur mores, qui infra dignitatem ſuam ponunt, mercatum exercere. Omnes igitur lucri curas & occaſiones ex lana, aliiſque rebus diteſcendi aliis remittunt, contra vero alia ſectantur oblectamenta, nimirum, ut genio indulgeant, & in variis deliciis ſe voluptarios præbeant. adeo ut quicquid ſit partum labore, ore abliguriant. Illorum Ducem nulla res magis pejus habet quam quod adeo deſides ſint, quod ut exuant vitium, ſednlo curam dat, ut illis occaſio mercaturam exercendi, & ex illa aliquod lucrum captandi prębeatur. Hoc tamen inertiæ malum non facile ad ſalutem poteſt converti: Illam verò deſidiam, cujus Pedemontani accuſantur, obſequio in Principem ſuum penſare ſolent.

ſolent, vivendi ſimplicem habent rationem, & quia minus opum, minus luxuriæ. Ita percomis perbenevola illorum eſt indoles, natura magis quam arte, virtutis amore potius, quam pœnæ formidine talis. Amicitiam infucatam exercent, nec ſunt publicis ſcelerum flagitiis inquinati, ideo homicidia & latrocinia inter illos ſunt rariſſima.

REGIMEN POLITICUM SABAUDIÆ DUCIS.

SAbaudiæ Dux, Princeps pariter Italiæ & Germaniæ nominatur, diverſo tamen reſpectu. Germaniæ quidem hoc nomine quod olim ad Comitia Imperialia vocari olim Sabaudi ſolebant. Italiæ vero iſto, quod plurima loca & ingentes opes in illa poſſideat Regione. Quicquid enim nomine Pedemontii venit, illud in ditione eſt Principum Sabaudorum. Sane paucis Italorum Principibus opum vi & potentia concedit. Vetuſtiſſima Sabaudorum (quod ex Mercurio patet) eſt familia, & per 600. & quod excedit annos rerum eſt potita. Eadem familia diverſis temporibus connubio cum ſummis Principibus juncta fuit, octies cum Imperatoribus, quatuor orientis, totidem occidentis, quinquies cum Regibus Franciæ, decies quater cum Principibus Regii ſanguinis in Francia, quinquies cum domo Auſtriaca, comprehenſis Imperatoribus & Regibus. Semel cum Rege Arragoniæ, bis cum Regibus Caſtellæ & Legionis, bis cum Rege Portugalliæ, ſemel cum Regibus Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Cypri & Bohemiæ, ter cum Regibus Siciliæ & Jeruſalem. Prætenſiones ejus vid. ap Spreng. in bon. Princ. pag. 204.

DIVITIÆ ET REDITUS.

REditus Ducis Sabaudiæ tam ordinarii quam non ordinarii, ad quingenta aureorum millia accedunt, nempe vectigal ſalis 50000. Telonium Suſæ 24000. Vectigal mercium exterarum 18000. alia vectigalia, cum eo quod Villafrancæ ſolvitur, accedere dicuntur ad 25000. ordinarium antiquum cum eo quod Baliaggi accedit ad 70000. calculus Pedemontii ordinarius, cum mutatione ſalis, ab alio montium latere in vectigal ordinarium perpetuumque 263000. Confiſcationes bonorum, condemnationes, augmen-

gmentum ſubſidiorum, compoſitiones delictorum. Cenſuales, qui vulgo Tagliabeli dicuntur, qui homines de ſuis bonis non poſſunt diſponere, niſi Duci pro ejus arbitrio certam aliquam pendant ſummam. Judæi quoque tributum pendunt, ex ſimilibus rebus 50000. ſumma percipitur. Calculus vero omnium, 500000. aureorum nummorum. Quanti erogentur ſumptus, nihil poteſt certi dici, illud tamen ſcitur, in militiam impendi 10000. aureorum. In aulam Ducis 60000 InDucis Conjugem 20000. In triremes 22000. Nemorſio Duci cognato Ducis 14. aureorum numerantur millia. In ſtipendia Officiorum ab utroque Alpium latere, Senatum, Cameras judiciarias, aliaque 20000. impenduntur. In Legatos & res extraordinarias 16000. aureorum inſumuntur. In Donativa 12000. in viridarios, & eos, qui Duci ſunt à pedibus, 10000. Dux in res ſibi gratas impendit 10000. Summa harum impenſarum accedit ad 380000. aureorum millia.

V I R E S.

UT pauca de illius Viribus dicamus, poſſidet munitiſſima cum arcibus oppida. Horum præcipua ſunt, Dronero, & Carmagnoala. Illud commercia habet cum Provincia Galliæ, plurimique hic reperiuntur mercatores, opibus potentes: hoc velut in centro Pedemontii ſitum eſt, & propter incolarum atque opum abundantiam Civitatis nomen merito obtinet. Ranellum arx eſt magni momenti, Dogliani, Pedemontium, Riviera Verzel, Manta, Pagni, vino generoſo Nobile, & ditiſſima Abbatia Staffarda, ſuperioribus annis a Duce Carolo Emmanuele hic Marchionatus Pedemontio unitus eſt: in Pedemontio præter civitates ſunt circiter 250. oppida, inter hæc multa ſunt quę civitatibus minime concedunt. Reliquorum oppidorum numerationem Vid. ap. Autor. Principal. Ital. & & Les Eſtats des Empires, &c. p. 802. & ſeqq. tam viro treſor. politique hic, ubi præter variam Status Sabaudiæ mutationem, controverſias cum Hiſpano & aliis, & quæ alia hujus argumenti ſunt, prolixius enarrantur,

SERIES

Digitized by Google

SERIES SABAUDIÆ COMITUM ET DUCUM, SECUNDUM VAN DER BURCHTIUM.

ANno 1000. 1. Beraldus, Moriennæ primus Dominus, Hugonis Saxoniæ Ducis filius tertio genitus. Uxor Catharina Schirenſis Palatina. Hic obiit anno cIↃ. XXVII.

Anno 1027. 2. Humbertus I. Beraldi F. primus Moriennæ Comes. Uxor Adelis ſive Alexia, Seguſiani Marchionis filia, & unica hæres. obiit anno cIↃ. XLVIII.

Anno 1043. 3. Amadeus I. Humb. F. cui uxor Joanna Burgunda, Guillielmi Com. filia, deceſſit, anno cIↃ. LXXV.

Anno 1076. 4. Humbertus II. Amad. F. cui uxor Laurentia Com. Veniciarum. F. Hujus Adelis Ludov. Craſſo Gall. R. nupſit, obiit anno cIↃ. CIX.

Anno 2109. 5. Amadeus II. Hum. II. F. primus Sabaudiæ Comes, liberos ſuſcepit è ſecunda uxore Guigonia Albonia Guigonis II. Comet. & Delphini Viennenſis F. obiit anno cIↃ. CLIV.

Anno 1154. 6. Humbertus III. Amad. II. Fil. cui uxores I. Matihildis Flandriæ Comitis F. 2. Anna Salingea 3. Pernella Burgund. Comit. F. obiit cIↃ. CC. I.

Anno 1201. 7. Thomas Hamb. F. cui uxor Beatrix Genevenſis Com. filia. Obiit cIↃ. CC. XXXIII.

Anno 1233 8. Amadeus III. Thom. fil. uxor Anna Albonia Guigonis Com & Delph. Viennenſis & poſt hanc Cecilia Com. Provinc. fil. obiit an. cIↃ. XLVI.

Anno 1246. 9. Bonifacius Amad. III. fil. cælebs mortuus anno cIↃ. CC. LVI.

Anno 1256. 10. Petrus Thom. F. uxor Leonora Foukignia. obiit anno cIↃ. CC. LX. VIII.

Anno 1268. 11. Philippus Thom. Filius, Petri Frater: cui uxor fuit Alexia Meranii Com. fil. obiit anno cIↃ. CC. LXXXV.

Anno 1285. 12. Amadeus IV. Thomæ è Thoma filio Nepos Habuit 2. uxores Sibyllam Briſſanam, & Mariam Joannis Brabantiæ Ducis filiam, obiit anno cIↃ. CCCXXIII.

Anno

Anno 1323. 13. Edvardus Amad. IV. Filius, cui uxor Blanca Burgund. obiit anno cIↃ CCC. XXIX.

Anno 1329. 14. Amadeus V. Amad. IV. Fil. uxor prima Jolanda Paleologa, ſecunda Catharina Luxenburg. Imperatoris Caroli IV. Filia obiit anno cIↃ. CCC. XLII.

Anno 1342. 15. Amadeus VI. Amadei V. Filius, uxor illi fuit Bona Borbon. D. filia, obiit anno cIↃ. CCC. LXXXIII.

Anno 1383. 16. Amadeus VII. Amad. VI. filius, uxor Bona Biturigum D filia, obiit cIↃ. CCC. XCVII.

Anno 1397. 17. Amadeus VIII. Amad. VII. filius, primus Sabaudiæ Dux, Uxor Bona Philippi Burgundiæ Ducis filia. Papa electus an. cIↃ. CCC. XXXIX. obiit anno cIↃ. CCC. LII.

Anno 1439. 18. Ludovicus, Amad. VIII. filius, uxor illi fuit Anna Luſignana Cypri Regis filia, obiit cIↃ. CCCC. LXVI.

Anno 1466. 19. Amadeus IX. Ludovici filius, cui uxor Jolanda fuit Car. VII. Gall. R. fil. obiit cIↃ. CCCC. LXXI.

Anno 1471. 20. Philibertus I. Amad IX. filius, cui uxor Blanca Maria Galeatii Mediolanenſ. Ducis filia, obiit anno cIↃ. CCCC. LXXXII. ſine liberis.

Anno 1482. 21. Carolus I Amad. IX. filius cui uxor Blanca Maria Guillielmi Monti-ferrat. filia. obiit anno cIↃ. CCCC. LXXXVIII. vel ſecundum alios cIↃ. CCCC. XC.

Anno 1490. 22. Carolus II. Caroli filius, qui ſine uxore & liberis deceſſit, anno cIↃ. CCCC. XCVI.

Anno 1496. 23. Philippus II. Ludovici fil. uxor prima Margareta Caroli D. Borbonii filia. Secunda Claudia Breſſeſſia, obiit cIↃ. CCCC. XCVII.

Anno 1497. 24. Philibertus II. Philippi 2. F. cui uxor Margarita Maximil. Imperat. F. obiit an. cIↃ. IↃ. IV.

Anno 1504. 25. Carolus III. Philippi II. fil. cui uxor fuit Beatrix Emanuel. Portugalliæ Regis filia, obiit anno cIↃ. IↃ. LIV.

Anno 1554. 26. Emanuel Philibertus Carol. III. F. cui uxor fuit Margarita Franciſci I. Gall. Regis filia, obiit an. cIↃ. IↃ. LXXX.

Anno

Anno 1580 27. Carolus Emmanuel, Emmanuelis Philiberti Fil. cui uxor fuit Catharina Philippi II. Hiſpan. Reg. Fil. & Iſabella Henrici II Gall. Regis filia prognata. Ex hac quinque filios ſuſcepit, Philippum, Emanuelem, Victorem Amadeum, Philibertum, Mauritium & Thomam; & 4 filias, Margaritam, Mariam, Iſabellam, & Catharinam. Denique anno cIↃ. IↃ. CX. IX. Victor Amadeus, Princeps Pedemontii, duxit in uxorem Chriſtinam ſecundo Genitam Henrici IV. Gall. Rêgis.

RATIO STATUS.

CUm Ducis Sabaudiæ Vires tantæ non ſint, ut diu inſtructum exercitum alere poſſit, exterorum Principum amicitiâ valde opus habet. Qua de cauſſa arctam cum Principibus Germanię colit amicitiam, imprimis cum Electore Saxoniæ, ideo quod ex eadem ſit familia: ſæpius etiam hic Dux ad Electores donorum oblatione per ſuos viſitat Nobiles. Cæterum cum Helvetis Duci magna intercedit amicitia, imprimis vero cum Cantonibus, Pontificiæ Relligioni addictis, quibus etiam obſtrictus eſt certam frumenti mittere copiam. Neque aliter dici poteſt, quam quod cum Rege Poloniæ amicitiæ jura colat, non ſecus ac cum aliis Italiæ Principibus, quorum cui libet quantum debeat Vid. Le Treſor politique lib. 2. mihi p. 727. Judicium Politicum, de Sabaudia hic ex ordine ſubjungendum, differimus in ultimum de Italia argumentum, ubi univerſim Principum Italiæ ſtatus ex aliorum mente judicabitur. Sequitur igitur Primum.

PRÆTENSIO DUCIS SABAUDIÆ.

DUces Sabaudiæ ſe Reges Cypri ob quatuor rationes dicunt, nimirum propter jus hæreditatis, adoptionis, renunciationis, & teſtamentum. Horum prætenſiones fuſius leguntur in libr. Les Eſtats, mihi p. 807. & ſequent.

Superioribus quoque annis Duci Sabaudiæ à Duce Mantuano de prærogativa dignitatis mota fuit controverſia, quã ſibi cum Sabaudo parem hodie Mantuanus vindicare conatur, hujus controverſiæ occaſione anno 1622. Scripta prodierunt, quæ prout in Italia fuerunt impreſſa in V. tomo Mercurii Gallicè extant, ibique legi poſſunt fuſius.

JUDICIUM ILLUSTRISSIMI CARDINALIS OSSATII DE ITALIÆ PRINCIPUM POTENTIA, ET AFFECTV ERGA PAPAM, ET ALIOS PRINCIPES. IN EPISTOLA AD REGEM GALLIÆ.

QUantum (inquit) ad Principes Italiæ in genere attinet, Majeſtas tua minime ignorat, quanta invidia Principes inter ſe flagrent. Vix unus reperitur, qui Vicini ſui potentiam augeri cupiat, niſi forte quia incrementum unius, diminutio ſit alterius potentioris, cujus potentia adhuc magis invidioſa eſt. Atque hæc invidia maxime Italorum Principum animos occupat, noluut vero plerique omnes Papæ potentiam in temporalibus creſcere, quod vereantur, ſi huic Pontificis potentiæ, ſatis nunc formidabili, inſignior aliqua poteſtas temporalis acceſſerit, qualis per adnumerationem Feudorum facile fieri poteſt, ſe neutiquam ipſi pares eſſe ad ultimum poſſe. Neque deeſſe poſſunt occaſiones & cauſſæ diſſidiorum, inter Pontifices, & Principes Italiæ, idque præcipue ratione juriſdictionis Eccleſiaſticæ, cujus reſpectu Pontifex ut plurimum de omnibus queritur, hodieque maxime de Hiſpanis in Ducatu Mediolanenſi, & magis etiam in Regnis Neapolitano & Siciliæ.

De omnibus vero ſeorſim dicendo, pro explorato haberi debet, quod Rex Hiſpaniæ vel maxime iniquo animo ferret Papæ potentiam in temporalibus incrementum capere, cum ſibi conſcius ſit, quemadmodum meliorem & potiorem Italiæ partem poſſidet, & limites cum Eccleſiaſtico dominio conjunctos habet, ita etiam crebrius, & quaſi quotidie ſanctæ ſedi, tam in juriſdictione, quam juribus Eccleſiaſticis, injuriam facere. Solus quoque omnium exterorem Principum dominatus in Italia poſſidet. Principeſque Italiæ illius ſolius dominationem & viciniam haud ſatis æquo animo ferunt; idem quoque ſeorſim potentiam Pontificis temporalem reformidat, quæ ſupra alios illius ruinam & libertatem Italiæ, quam Hiſpani opprimunt, poteſt promovere, id quod quidam Papæ facere tentarunt, ut Paulus, & Pius quartus, Sixtus, quintus, &c.

Poſt

Poſt Regem Hiſpaniæ Veneti omnium minime optabunt Ducem Ferrarienſem ad ſanctam ſedem reverti, tam quod ſapientiſſimi ſint mortales, dominiique ſui retinentiſſimi, quique diligentiſſime proſpiciunt omnia, quæ ipſis aut prodeſſe aut obeſſe poſſunt.

Magnus quoque Hetruriæ Dux ſuſpectum habet incrementum Pontificis, non minus quam alius quivis Italiæ Princeps, quia non ſolum fines dominiorũ ſuorum cum ipſo conjunctos habet, ſed quaſi permixtos & terris Eccleſiæ inſertos.

Præterea Ducatus Florentinus haud ita antiquus eſt, ut Reipub. Florentinæ & Senenſis memoria jam excidiſſe potuerit ex animis multorum, imo ne Pontificis quidem, & quędam diffidentiæ mutuæ inter hos Principes tam Vicinos indicia poſſunt animadverti, ſedeſque Apoſtolica jus aliquod ſibi vindicat in nonnulla Hetruriæ loca, quorum unus eſt Burgus S. Sepulchri. Cæterum Cæſar Eſtenſis ſororem magni Ducis in matrimonio habet, & ex illà liberos, qui ſunt magni Ducis cognati, quare haud fruſtra plerique judicant, ipſum, Ducatum Ferrarienſem affini ſuo & cognatis, quam Pontificibus præoptare, Dux Mantuanus limites cum Ducatu Ferrarienſi jungit, & affinitate junctus eſt, tam cum Familia Eſtenſi, quam cum magno Hetruriæ Duce, quippe cujus ſoror uxor fuerit poſtremi Ducis Ferrarienſis, &c.

De Sabaudiæ Duce quid dicam neſcio (verba ſunt auctoris.) & forte ne ipſe quidem novit, cui potiſſimum adhæreat, tantum ipſi eſt domi negotii, &c.

Nihil de Duce Urbinatium dicam, quia licet Cæſar Eſtenſis illius ſit è ſorore nepos, & ipſe Dux defuncti Ducis Ferrarienſis ſororem in matrimonio habeat, tamen propter divortium ipſius ab uxore, jam à longo tempore, hæc affinitas potius decrementum quàm incrementum attulit.

Genuenſis Reipub. potentia tantum eſt mediocris, compoſita ex hominibus, qui plus ſuarum rerum ſatagunt, quam publicarum, & cum Regi Hiſpaniæ ſint obnoxii, cauſſas habent partim ipſum metuendi, & nihil, quod ipſi ingratum ſit, faciendi, partim propter injurias quas quotidie ab illo accipiunt, favendi illis, qui ipſum in ordinem poſſent cogere, & ipſos ab illius Tyrannide liberare. Lucenſis Reſpub. tam exigui momenti eſt, ut non ſit pretium, hic illius meminiſſe, aut illius rationem habere. Vicinos ſuos omnes me-

mos apud honeſtiores non obſervatur, quamvis etiam largius potare non erubeſcant.

In veſtitu, Gallico plerumque utuntur more, niſi quod in quibuſdam locis, ut Bernæ, impeditas & graves portent tunicas. Reliquum veſtium ornatum curatius perſequi, hujus loci non eſt. Duplex eſt in hac Regione ſermo, alter Germanicus, alter Gallicus, ſed corruptus. Mercatores tamen, & alii Nobilioris conditionis, eleganter ſatis loquuntur Gallicè. Dialectus autem Helvetiorum Germanica rudis & aſpera eſt, multumque à reliquis Germanis differt. In conviviis ſolennibus carmina decantant, quæ plurimum æſtimant, & vel Italicis ac Gallicis ſuavitatem illorum anteponunt. Milliare quatuor horarum ſpatio metiuntur, quod tamen horæ nomine denotant. Hæc leguntur in Svizer Chronol. Chitræ. Itiner. Simler. in Repub. Helvetior. Stumpff. l. 4.

STATUS RELIGIONIS.

IN hac Repub. duæ ſunt Religiones, nam Cantones Lucernæ, Uri, Svitzii, Underwald, Zug Friburg & Soleutra Pontificiam, Berna, Zurich, Baſilea, Schafhauſen Reformatam profitentur Religionem. Appenzel & Glaris à Catholicis & Reformatis tenentur, qua de re illorum quoque Magiſtratus mixtus eſt. Ulricus Zuinglius in Zurich contra Papam ſcribere incepit an. 1519. & an. 1523. hæc urbs illius amplexa eſt ſententiam. Joannes Oecolampadius ſe concionibus oppoſuit Eccleſiæ Romanæ in Baſel: damnata ejus eſt doctrina an. 1521. Bernenſes vero Religionem Pontificiam an. 1528. è Repub, illorum foras quatere ſuſtinuernnt. Poſtea ſuis vicinis idem faciendi auctores fuerunt, illoſque vi adegerunt: Eodem anno abrogata eſt Miſſa in Turgovia & an. 1529 in urbe Baſil: & Schafhauſen: dein an. 1540. quidam pagorum de Glaris & Burgadorum Zvinglii doctrinam receperunt, adeo ut omnes Cantones cum Calvino in Religione fecerint. Maxima vero pars horum Cantonum Eccleſiæ reditus ſuis addixerunt miniſtris, quidam ſuas certa conſtituerunt ſtipendia.

DE STATU VETERI POLITICO, ET ORIGINE HELVETIORUM.

HElvetii, quod varii Hiſtorici teſtantur, jam ab antiquis temporibus, gloria rei militaris floruerunt, ut qui validos variarum Nationum profligarunt exercitus, imprimis Romanorum, interfecto Lucio Caſſio Conſule: quum non poſſent hominum multitudinem alere, cum vicinis fœdus percuſſêrunt, quorum auxilio de univerſa Gallia ſubjuganda cogitarunt Igitur incenſis plurimis pagis, quo ſpem reditus ſuis adimerent, bellum Romanis intulerunt, verum â Iulio Cæſare, qui tum in Gallia exercitum habebat, oppreſſi ſunt, auctoreſque tanti conſilii pœnas dederunt. Poſtea Cimbrorũ ingens multitudo propter inundationem laribus ſuis exuta, Helvetiam totam inundaverat. Hi, facto per Germaniam tranſitu, magnam Galliæ Belgicæ partem occupaverunt. Ubi vero neque hæc alendæ multitudini ſufficeret, ad Rhodanum conceſſerunt, & ibi à Romanis ſedem flagitarunt, quâ denegatâ, pars eorum in Italiam irrupit, ubi multis utrimque datis & acceptis cladibus, tandem à Romano Duce Mario ad internecionem uſque deleti ſunt. Reliqui cis Alpes manſerant, & eam Helvetiæ partem, quam hodie Svitii & Urii colunt, tenuiſſe à nonnullis putantur. Hoc etiam nonnulli habent hiſtorici, ad Oceanum tres olim habitaſſe populos. Saxones, Anglos & Vittos. Ex his Anglos cum Vittorum parte in inſulam, quæ hodie Anglia dicitur, navigaſſe, ibique ſedem fixiſſe. Reliquos Vittos in Helvetiam veniſſe, non procul à Tigurino agro conſediſſe, unde hodie adhuc Svitii (vulgo Svizzeri) à Vittis appellantur. Porro magna Helvetiæ pars, Romano imperio labeſcente, primo ſub Sveviæ Ducum, dein ſub aliorum fuit dominatu, donec tandem incolæ paulatim in hanc libertatem, quâ nunc fruuntur, ſe aſſeruerunt. Quo pacto vero illud effectum dederint, hic paucis ſubjungemus. Habebant Helvetiorum pagi à Romanis Imperatoribus conceſſos judices, qui tamen nullam adminiſtrandæ Reipub. ſed jus tantum dicendi habebant poteſtatem. Horum alios foras eliminarunt, alios etiam libertati aſſueti homines male multarunt, & morte affecerunt, quod munere ſibi commiſſo, ad ſcelera & libidines abuterentur. Ex multis hoc memoratu non indignum: Erat apud Svitios & Urios judex quidam, effru-

nitæ

præſertim illi de Zurich, præ reliquis forma ſunt egregia. Pro bellatoribus ſemper ſunt habiti, quos tamen quies degeneres fecit, quamlibet illos conſtantes plurimi credant in fide; obſervatum tamen eſt illos duplices eſſe, & à diverſis partibus ſimul ſtare ab utraque pecuniam in præſtandam fidem ſumere, dicentes, quod, ſi illi vellent bene in una crumena apud ſe diverſos nummos convenirent Pollent judicio, ſed ad actiones tardi ſunt, hoſtes nihil expaveſcunt propter aliquam ſpeciem auctoritatis, ſed quid acturi ſint proſpiciunt. A reliquis Germaniæ populis genio & moribus vivendi plane diſcrepant. Propter partam & hucuſque conſervatam libertatem adeo magnifice de ſe ſentiunt, ut reliquas contemnant Nationes. Pauci ſunt in ſermone, an ex prudentiâ vel aliorum contemptu, ambiguum eſt. Multos inter ſe habent mendicos, quibus precario acceptus panis potius, quam labore partus ſufficit, nec quicquam aliud hoc genus hominum ſuſtentat, quam civium ſuorum liberalitas.

In hoc autem imprimis ſummopere laudantur, quod nullum injuſtum ſuſcipiant bellum, debiliores ope adjuvent nec permittant, ut potentiores illis illudant, erga peregrinos faciles ſunt, & juſtitiam vehementer colunt, adeo ut magni Viri credant, ideo ſummum Numen ipſorum Statum tanta felicitate beare. Ex hoc ſane juſtitiæ rigore fit, ut publicas vias ab omnibus latrociniis & injuriis ſummâ adhibitâ ſeveritate incolumes præſtent. In converſationibus nonnihil rudes ſunt, proinde illos Germani vocant *Kuhe melcker*, quod nomen ignominioſum accipiunt, hoc tamen nihil aliud notat, quam quod pecore abundent.

Fæminas habent valde imperioſas, quæ etiã viris Leges nil vereantur præſcribere, hinc rixæ & contentiones oriuntur, ſæpiſſime inter palmarum pugnas deſinentes. Hoc mali non aliunde pullulat, quam quod majorem ipſis permittant licentiam, quam apud alios Germaniæ populos moris & juris eſt. Tenaces tamen pudicitiæ mulieres nuptas reperies, Virgines quandoque licentius affabiles. Multi ſeſe ſtudio colendi agri & alendi pecoris oblectant, alii mercatui operam navant, quidam etiam ad literas animum appellunt: Neque ullus Inficias ibit, quod hæc Regio clariſſimos in

Zunfft Meiſter, cum Tribubus. Illi de Zurich ſuos Rectores vocant Oberiſter-Meiſter, Seckel Meiſter, Bawharren, ab aliis Lonherren, qui curam habent viarum, portarum, turrium, vallorum, pontium, ædificiorum publicorum, aquæ ductuum, & cum quibuſdam Dominis judicant, qui ipſis adjuncti ſunt. Officium Secretarii in magno habetur honore, & commodum præſtat inſigne. Habent inſpectores Victus, Patronos viduarum & orphanorum, Eleemoſynarios, ponderum & menſurarum inſpectores, & bonorum Eccleſiaſticorum proviſores, Scholarum inſpectores.

In qualibet præcipua urbe duo ſunt conſilia publica, nimirum, magnum, quod ex aliquot conſtat conſiliariis, qui nomine omnis populi congregantur, & de negotiis maximi momenti deliberant. Secundum conſilium parvum eſt, quod ſingulis diebus congregatur, tam in negotiis Reipub. quam ob tollendas Civitatum controverſias. Hi conſiliarii eliguntur ex Nobilium & Civium ordine, qui tenentur, nullum quæſtum vel artem mechanicam exercere. Qui capita ſunt conſiliorum, vocantur die Zunfft Meiſter. Cantones Reformati duo habent Conſiſtoria, in quibus cauſſæ Eccleſiarum dijudicantur.

Præter hæc conſilia Cantonum adhæc eſt concilium Generale, Helvetiorum, dictum Landtag. Hoc rarius indicitur, de negotiis belli vel pacis, aliiſque gravioribus fœdere junctorum decernit. Sæpius tamen non ultra 13 Cantonum Legati in conventu adſunt, quilibet deliberandi facultatem habet, & plures ab uno miſſi, unum tantum habent votum. Omnes vero hic Cantonum Legati non ſemper adſunt in parvis illis Conventibus, verum tum, cum illorum intereſt.

Quantum ad illos, qui commoda XIII. Pagorum curant, illorum Legati omnes conveniunt, & perfecti corporis concilium conſtituunt.

Poſt controverſias autem Religionis, privatos inſtituerunt conventus, ita, ut Zurich, Berna, Baſel & Schafhauſen quandoque ſeorſim conveniant, & Pontificii etiam ſeorſim.

Convocandi conſilii Generalis auctoritas omni tempore ad Cantones de Zurich ſpectabat, quod peculiari privilegio antiquitus in hac confœderatione primum teneat ordinem, quamvis Berna validiſſima ſit.

Parti-

Particulares conventus Zurich 4. Pontificiis urbibus indicere ſolet, & Lucerna 7. Cantonibus Catholicis. Sunt etiam particulares conventus Cantonum, qui cum Rege Galliæ fœdus habent.

Locus conventus, qui veteribus Helvetiis nullus fuit, jam eſt urbs Baden, quod remotiores Cantones uno tempore cum reliquis eo eſſe poſſint. Comitia 4. urbium Reformatorum ut plurimum in urbe Araw celebrari ſolent, Cantonum in Borna, Pontificiorum in Lucerna, & quandoque alibi.

Singulis annis conventus in Baden circiter in Iunio inſtituuntur, in quibus, Prætores rationem adminiſtrationis conſilio reddunt.

Omnes Legati ſedem ſuam in hoc conſilio habent ſecundum Cantonum ordinem, ita ut illi de Zurich primum teneant locum, poſtea Bernenſes, Lucernenſes & alii. In illis Comitiis decreta communia fieri & publicari tum etiam abrogari ſolent.

Proſpicit vero Concilium Provinciis ad Cantones ſpectantibus inſtitutione miniſtrorum publicorum, ut ſunt Secretarii Commiſſarii, *Officier Tucheman*, *Landman*, *Landwebel*. *Landman* judex eſt in criminalibus, nomine X. priorum Cantonum, alter eſt velut Procurator Fiſcalis. Si quidam difficiles proceſſus in Provinciis oriantur, neque in his Rectores & Prætores ſententiam tulerunt, ad concilium referri ſolent, ad quod etiam partium appellationes diriguntur.

Prætores & Gubernatores tenentur concilio rationes reddere redituum, multarum. In Præturis quædam ſunt Abbatiæ, quarum civile regimen ad quoſdam Cantones ſpectat, verbo: conſilium de his omnibus cognoſcit, quæ ad communem hujus Regionis adminiſtrationem ſpectant. Gubernatores ad rationes reddendas vocat, audientiam præſtat. Quomodo lites in illorum foro peragi ſoleant. Vid. Pierre d'Avity aux Pays des Sviſſes p. 530. Qualia autem fœdera & cum quibus Helvetij habeant, p. 531. quæ Nobiles & antiquæ familiæ, 532.

DIVITIÆ.

REditus Cantonum ita inſtituti ſunt, ut nullis miniſtrorum artibus augeri vel imminui queant. Equidem conſti-

nitæ ſuperbiæ & petulantiæ. Hic in loco publico palo Pileum ſuum juxta viam impoſuit, præcipiens, ut ipſi à quolibet prætereunte honor haberetur. Quod cum cordatus quidam Guillielmus Tellus facere nollet, illum ad ſe judex vocari juſſit, & cum eo injuriam hanc expoſtulavit, hancque ipſi irrogavit pœnam, ut capiti pueri (is autem filius erat ipſius Guillielmi) pomum impoſitum ſagitta peteret, & feriret: ubi hoc tandem pater à ſe perdifficiliter impetraſſet, ſumtis 2. ſagittis, ad exequendum mandatum conceſſit, artiſque iaculatoriæ peritiſſimus, illæſo puero, pomum feriit. Ubi vero duas in promptu haberet ſagittas, rogatus à judice, quidnam altera fuiſſet facturus. Ego inquit, ſi chariſſimum filium læſiſſem, alteram hanc in pectus tuum infigere voluiſſem. His auditis Præfectus in iram exarſit, ipſum navigio imponi jubet, ut miſerum graviori ſervaret ſupplicio. Sed Guillielmus, vadorum peritus, evaſit è cuſtodia, & ſuper ardua montium ſe penetravit, ad populareſq; pervenit, vehementi oratione & querelis vicinorum animos ita accendit, ut hi tres populi, Urii, Suitii & Undervaldii, injuriis & ſceleribus ſuorum judicum devexati, illorum excuterent imperium, & inter ſe commune fœdus inirent cujus leges mox ſubjungemus. An. M. CCCIV. Exorto gravi in Romano imperio ſchiſmate, quod Electores Septem Viri alii Ludovicum Bavarum, alii Fridericum Auſtriacum pro Imperatore agnoſcere recuſarunt, quod pauciorum electus eſſet ſuffragiis: Quare Auſtriacus Leopoldum filium cum exercitu ad Suitiorum Pagum oppugnandam miſit, tanto faciliorem ſibi promittens victoriam, quod pro certo haberet, à Bavaro illis auxilium ferri non poſſe. Vix ingreſſus Regionem Leopoldi quamvis lectiſſimus exercitus, mox undique à tribus illis populis cæſus, & profligatus eſt. Circa idem tempus idem Imperator Fredericus Stamburgio Comiti, Undervaldiis finitimo, eos dederat negotium oppugnandi, quem tamen illi, quamvis nullis exteris auxiliis adjuti, facile aditu prohibuerunt.

Poſtquam vero tanti belli onus jam dicti tres pagi per biennium ſuſtinuiſſet, tandem, ut dicere cœpimus, in unum Reipub. corpus ſeſe colligarunt, quod trium pagorum dictum eſt: Fœdere in has leges icto.

1. Ut junctis viribus illatam propulſent, vim.

conſtituta montium, pontium victigalia, non niſi probatæ fidei hominibus committuntur. Impoſitiones autem præter ordinem nullæ ſunt. Magiſtratus & Rectores nihil à ſubditis pecuniæ quam nomine mulctarum exigi poſſunt. Iter vero facientes non parva tributa ſolvere tenentur.

Magiſtratus, Rectores, qui aliquo funguntur officio, tum vero præcipui hujus Regionis divitiis præſtant, plebs vero ut plurimum rerum eſt egena, propter inopiam mercaturæ. Præter Zurichios, Baſileos, Schafhauſinos, Galenſes, qui mercatum apud exteros exercerent, reliqui ſunt nulli: Hi vicinis frumentum, vinum, ferrum vendunt, illorumque lana in diſſitas exportatur oras. Et quamvis operam dent ut aliquam ſibi parent pecuniam, illam tamen per tabernas vagi ludis & compotationibus dilapidant. Litium etiam pruritus, quas vel ob minimas cauſſas aliis intentant, multam nummorum vim ipſis extorquet. Quantum ad Nobiles, illi quidem opibus ſatis pollent, ſed antiquiſſimæ nihilominus familiæ reperiuntur, quæ extrema premuntur paupertate. Præcipuæ vero Helvetiorum divitiæ in pecore ſitæ ſunt, cujus incredibilis in montibus eſt abundantia. Illorum caſei etiam ad Suevos & Italos alioſque pertingunt. Tantus vero cenſus inde percipitur, ut pro explorato ſit, quod 20. illorum vaccæ ipſis 100. coronatorum aureorum quotannis uſumfructum faciant, quin & jam ex hoc tota familia domeſtica vivat. Atque hac ratione tam ingens populi multitudo in tam arcto ſpatio ſuſtentatur.

VIRES.

HElvetii non aliam militiam quam pedeſtrem æſtimant, pro qua ingentem copiam ſclopetorum, haſtarum, telorum, &c. paratam habet, omnibus in hac Regione incolis hoc mandatum datum eſt, ut armis inſtructi ſint, quilibet etiam Cantonum ſuum habet armamentariũ, omni bellico apparatu inſtructiſſimũ. Exiſtimat Boterus l. 1. quod 120. millia militum pro defenſione Regionis conſcribere poſſint, conſtat etiam illos 30000 foras ſæpius miſiſſe. Soli Cantones Bernenſes 18. milliũ exercitum habent, ut expeditum judicium haberi queat, quod omnes ſimul juncti incredibile producere poſſint militiæ robur. Quid quod naturâ bellatores apti nati ſint, quibus armorum exercitia, quod ſe perpetuo illis occupent,

occupent, ſolida & ſucci plena præſtant corpora. Cum de defenſione Regionis agitur, omnes, qui tractandis armis ſufficiunt, illa pro patria ex tempore capere tenentur.

Quilibet Cantonum ſuos habet belli ſupremos Præfectos, tribunos militum & alios, quorum officium eſt, ad quamlibet excubare occaſionem: cum autem ducendæ ſunt copiæ, non omnes, qui bello ſunt idonei, in caſtra deſcendunt, ne præſidiario milite Regio nudetur, & præda vicinis, vel hoſtibus exponatur; ſed cum per tribus, ſive Zunfftten, omnes ſint diviſi, illi, qui nondum militarunt, in numerum eligendorum adſcribuntur, donec plenus evadat calculus. Ex qualibet tribu, quaternus 5. 6. pro neceſſitate eligitur, donec juſtus evadat numerus. Ordines deſerere, ante impetratam veniam diſcedere, capitale eſt. Reditus pro alendo milite æqualiter diſtribuuntur, &, ſi quis militum ſe fortiter geſſerit, in præmium aliqua conſequitur dona. Hoc autem mirum eſt, quod Helvetii nunquam bene conveniant cum alio Germanicæ Nationis peditatu, qui vulgo die Lands knechte vocatur. Plurimi autem Helvetiorum, quod probatæ fidei & fortidudinis ſint, ſtipendia merent, apud Regem Franciæ, Hiſpaniæ, Papam, Ducem Sabaudiæ, Lotharingiæ, & multos reperies tribunos militum, qui à 4. partibus ſimul, quib. nomina dederunt, ſtipendia accipiunt.

Cum Princeps quidam pactum cum Cantonibus nonnullis inivit, ut ſibi liceat apud illos militem conducere, tum emiſſi conductores, cautionē præſtare tenēntur, quod ſtipendia militibus certo debeant perſolvi. Quod ſi bona Capitaneorum, cautioni non ſufficiant, neutiquam illis poteſtas conceditur, ut militem Regione educant.

Nihil autem magis hodie Helvetios enervat, quam diſcordia, ex diverſa Religione orta: Illi de Zurich, Berna, Baſel, Schafhauſen, nonquam cum Cantonibus Catholicis conveniunt, ideo quod illi de Zurich & illorum Socii Reformatæ Religioni addicti, Reformatā Religionem in publicum Regimen introducere voluerint, idque præter conſenſum Pontificiorum. Bernenſes quoque omni ope & viribus Religionem Catholicam prohibere conati ſunt. In Lucerna cum multi eſſent Calviniſtæ â Catholicis ejecti ſunt, Friburgenſes ſemper ſane cum Bernenſibus diſcordias nectunt propter Regiminis adminiſtrationem.

RATIO

RATIO STATUS HELVETIORUM.

RAtio Status Helvetiorum pax est, nec ulli se utilius nisi Galliæ Regi jungere possunt, qui ut Hispanis remoram obiiciat, ita pensionibus suis Helvetios ditet.

JVDICIVM POLITICVM.

INsignis auctor Pierre d'Avity, in suo de Helvetiis tractatu, ipsorum inter se mutuas æmulationes & propter diversam Religionem discordias examinans ita sentit p. 524. *Durant les derniers mouvemens des Grisons, les Catholiques ont Svivij comme ouvertement le party des Espagnols & plusieurs ont porté les armes pour eux contre les Grisons, assistez des Cantons Calvinistes, si bien que le bruit de leur union est beaucoup plus grand que l'effect, & icette mauvaise intelligence est capable de les ruiner, au lieu qu'estans bien unis se es juge humainement invincibles, considerant les rudes attaques de la maison d'Austriche, qu'ils ont sonstenues, comme ils arrestèrent les furieux desseins & puissans efforts du Duc de Bourgogne, auquel ils osterent environ trente mille testes, pour les loger en une chapelle proche de Murat ou l'on les peut voir encore, le grand nombre d'hommes qu'ils ont leurs passages difficiles, & leurs aliances, outre les fortifications, dont ils se couvrent, de puis peu d'années. Ce qui les menace davantage, & qu'il ont à craindre plus que tout le reste, c'est la Maison d'Austriche, a la quelle ils ont arraché plusieurs plumes, qui les avoisine de plusieurs costez, ayant comme à Leur porte le Tyrol & le Milanois, la Comté de Bregentz, &c. Quant a la France, ses Rois ont porté de puis long temps une Affection tres particuliere à cette nation, leur alliée, & les François mesmes les aiment naturellement: & pour le regard du Duc de Savoye il n'a que les pretensions du Pays de Vaux qui le puissent animer. Mais il se mettra mal-*

aisement

aiſement en campagne pour le ravoir, ſi non qu' il viſt elever contr' eux quelqu' autre puiſſance.

Ducis de Rohan in diſcurſu VI. de Ratione Status Helvetiorum & Provinciarum Inferioris Germaniæ hoc elegans eſt judicium.

In utroque latere introitus in vaſtam Germaniæ Provinciam binæ ſe oſtendunt Reſpublicæ, inter ſtatus Chriſtiani orbis ſane debiles, tam propter incolarum fortitudinem, quam ſituationem earum: ita ut commode duo Germaniæ brachia vocari queant.

Dextrum eſt Helvetia, ſiniſtrum unitum Belgium: illa populis & præcipitiis montium ſepta, hoc maribus & paludibus: illa montibus dominatur, hoc Oceano. Natura incolarũ utriuſque hujus Provinciæ, naturæ Regionis adeo correſpondet, ut Helvetii montium, & montes Helvetiorum, mare Hollandorum & Hollandi maris gratia producti eſſe videantur: in Helvetia quilibet Cantonum vicus, in Belgio quælibet Provincia Rempub. conſtituit. Helvetii aliis corporum ſuorum libertatem vendunt, Patriæ contra ſibi ſolis retinẽt: Hollandi autem libertatem ſuam integram conſeruant. Illi diuturna pace locupletati ſunt, hi continua belligeratione florent. Ratio Status Helveriorum pax eſt; Hollandi contra hanc tenent regulam, ut ſemper armis ſint induti. Binæ hæ Reſpub. ut ſubſiſtant, nemini niſi Galliæ utilius jungere ſe poſſunt. Bini hi ſtatus nunquam ſe vel livore, vel Religione disjungi patiantur: hi enim ſoli ſunt morbi, mortem illorum accelerantes Honorius in ſuis de Helvetiis Relationibus ita ad ſenſum Italici textus dicit. Helvetii, quamvis inter ſe pace fruantur, & mutuis conditionibus fœdus egregie ſit conſtabilitum, adeo ut ad ſe defendendos validiſſimi videantur: bella tamen inferendo minus eos valere exploratum eſt, ob cauſam quod præter quam publicis careant proventibus, ac reditibus, quibusdecem millia militum vix per tres menſes ſuſtentari queant: Vivunt quoque illæ gentes incredibili cum ſecuritate, arrogantia, libertate atque ruſticitate, adverſus Auſtriacos nunquam, non refractarii atque contumaces, tam propter bellorum cauſſas, quæ ſibi cum Comitibus Habſburgenſibus coram majoribus interceſſerunt, tum etiam propter mutuas injuriaſ

rias, clades & prælia, quæ commiſerunt adverſus Duces Burgundiæ, & dein propter diminutam Duci Sabaudiæ dominationem.

RESPUB. ZURICH.

MORES.

REgio illa circum circa præſtantes formâ habet homines, ut elegantiores vix alibi reperiri liceat. In finibus Turgoviæ tanto formoſiores ſunt fœminæ, quanto Regio aſperior.

RELIGIO.

ANno 1523. ſuper diſputationibus & concionibus Ulrici Zwinglii orta in Religione mutatio, ita ut Concionatores uxores ducere inciperent, imagines ex templis diriperent, alioſque ad hoc factum adigerent. Hodie puri Calviniſtæ ſunt.

REGIMEN CIVILE.

HÆC urbs olim in poteſtate Regis Galliæ erat, & Imperatorum Germaniæ, rectaque fuit per tria propemodum ſecula per Præſides imperatorum uſque ad annum 1218. poſtea per 12. Senatores, qui propter inſolentiam commiſſam fuerunt ejecti anno 1335. Poſtea urbs in 13. tribus diſtincta eſt, ex quibus unam Nobiles conſtituebant, illæque ſimul omnes Conſules eligebant, qui officio ſuo per 6. menſes fungebantur tum: *die Zunftmeiſter*, quos dicunt *die Oberiſtemeiſteri*. Minus illorum conſilium ſive ordinarium 50. & majus, quod in urgentibus convocari ſolet negotiis, 200. numero continet. Eſt adhuc particulare conſilium, quod redituum & rationum curam habent: duo ſubſellia Juſtitiæ, unum in cauſis civilibus, dictum *das Stattgericht*; alterum, dictum *das Zinſgericht*. Cauſas criminales novum Conſilium dijudicat. Præſes hic eſt Præfectus Imperii, dictus *Der Reichſvogt*, vel ex *Bluttrichter*, quem conſilium ſingulis annis ſuo ordine eligit. Habent quoque conſiſtoria dicta *Ehegerigte*, in quibus cauſſæ matrimonii deciduntur.

Die *Landvogteyen* per conſilia urbis gubernantur, ita ut Prætores ſive *die Landvogte* intra urbem maneant & Reipub. conſiliarii ſint, &, ſi de cauſſis criminalibus agitur, conſilium

de illis cognoſcit. Habentur autem etiam ibi magnæ præturæ, ad quas Prætores cum abſoluta poteſtate ablegantur, & de omnis generis cauſis cognoſcunt. Illæ autem Præturæ ſua peculiaria habent privilegia, moreſque veteres, quos Prætoribus immutare minime permiſſum eſt. Hæc leguntur apud Viginer. Annot. in Cæſar. Stumpff. l. 8. Dreſſer. Ger. urbes. Simler. Repub.

RESPUB. BERNA.

MORES BERNENSIUM.

INcolæ hujus Reipub. robuſti & ad labores apti ſunt, tam pacis quam belli temporibus aptiſſimi, concordes & rerum prudentes. Habitus Nobilium ad Gallorum mores compoſitus eſt, qui non male Gallicè loquuntur. Per omnes hujus Regionis urbes moris eſt, ut vigiles ſingulas noctis horas, cantu in verſum deſinente, decantent.

RELIGIO.

OMnes Regionis incolæ, Bernenſi pago ſubjecti, Reformatæ ſunt Religionis, nec ullum Catholicæ Religionis exercitium admittunt.

REGIMEN POLITICUM.

IN Berna duo ſunt conſilia publica: magnum, quod ex 200. conſtat; parvum, quod ex 26. electum per magnum. Primus, ſupremus Magiſtratus illis Germanico nomine *Schultheis* dicitur, à magno & parvo electus conſilio, communique omnium ſuffragio. Tempore belli Mediolanenſis titulum Ducis Bernæ habuit. Eſt velut caput conſilii, & cretâ in conſilio tabulæ inſcribit ea, quæ eodem die audiri debeant. Hic convocat conſilium, & cuſtos eſt ſigilli. Poſt illum 4. præcipui ſunt velut conſervatores & Tribuni populi, qui armorum curam habent, 4. annos in officio ſunt. Illos dignitate proximi conſequuntur Theſauro Præfecti 2. Secretum vero conſilium Bernæ 200. conſtituunt, ad quod magni momenti deferuntur negotia, in quibus totius Reipub. commodum ſitum eſt. Hoc autem Bernenſes peculiare habent in electione conſilii privilegium, ut neminem ad minus conſi-

consilium admittant nisi Bernâ oriundum. Ad majus autem consilium etiam illi eliguntur, qui Bernæ nati non sunt, modo domum urbe habeant, & natione Helvetii sint.

Sunt in Berna tres justitiæ curiæ, quorum judices eliguntur è Tribunis plebis & Thesauro Præfectis, postea per minus consilium confirmantur.

RESPUBLICA HELVETIORUM.

PRima curia vocatur *das Uffergricht*, ubi præsidet prætor. Primus autem ibi dictus *der Grosse Lanmeibel* singulis fere diebus suam occupat sedem cum XII. assistentibus vel assessoribus. Ultimus eligitur à quatuor Dominis parvi consilii, Decem eliguntur à magno consilio, cum 1. Secretario, & 2. ministris. Hi de debitis, injuriis, aliisq; minoribus negotiis cognoscunt, ab illorum sententia ad minus consilium appellatio conceditur, ab hoc ad collegium sexagintorum, qui ex Dominis parvi constant consilii & 36. consiliariis magni consilii, ab 60. appellatio conceditur ad consiliũ generale. Judices singulis conveniunt diebus ad causas decernendas, excepta feria 2. Quæ est secunda curia judicat de appellationibus Romanensium & extraneorum, *das Veltsappellatsgricht*. Ipsi Thesauro præfectus præsidet, cum assessoribus 2. minoris consilii Dominis & 8. magni consilii.

Tertia curia consistorium est, constans ex 2. minoris consilii, qui singulis 2. mensibus præsident, 2. Ecclesiæ ministris, 4. magni consilii, juncto secretario & officiario. Non solum de causis matrimonialibus, verum etiam de Religione cognoscens. Hi & reliqui judices singulis 6. mensibus mutari solent.

Quantum ad crimina morte punienda, nullus ad illa est judex ordinarius, sed de his majus & minus consilium cognoscunt & Prætores præsunt, mandatumque dant, ubi sententia Bernæ decisa est.

In omnibus præturis Bernæ, particularis est justitiæ curia, quam *Landgericht* vocant, eo omnes Prætores convocantur & suffragium suum Prætori, qui præsidet, præstant. Respectu autem Præturarum consilium Bernæ mutare vel confirmare potest illarum sententiam. Reliqua minorum Magistratuum nomina & officia, Vid. ap. Pierre d'Avity in descript. Helvet. P. 539.

DIVITIÆ.

HÆc Reſpub. omnium quæ in Helvetia ſunt opibus eſt diviſſima, ideo quod latè diffuſa pateat, tum vero ob bona Eccleſiaſtica, quæ plurima poſſidet. Exhibitores Relationum, ipſi præſtant 45. millia imperialium, nomine redituum 30. millia Zurichiis 12 millia Imperialium deſtinata ſunt quotannis Comiti de Suze, tanquam generali illorum militiæ

Teſtantur quoque illorum divitias, magnæ ſuſceptæ reparationes, quæ in diverſis fiunt locis, magna media, quibus Gubernatores, officiis ſuis functi, onuſti redeunt; Manufacturæ, quarum artifices ſæpius in ſua recipiunt territoria, exceptis illis quæ in publicum inferuntur theſaurum, tum vero graviſſimis bellis, quæ ſæpius diuturno tempore ſuis geſſerunt ſumptibus contra potentiſſimos, etiam Principes. Quod ſi hæc Reſpub. ullis modis conjungere poſſet flumina & rivos Yverdon & Genevæ, incredibilem opum vim ſibi poſſet comparare, ideo quod hac ratione navale ſemper pateret iter à Geneva uſque ad Soleurram, & inde in Rhenum. Hæc Reſpub. nullis ſubditos gravat vectigalibus, ſed exigit tantum decimas, quæ ſunt à decem unus nummus. Cæterum ipſa plebs egena eſt, has ob cauſſas, quod otio nimium indulgeat, tabernas ſæpius inviſat, & litibus ſe invicem vexet. adeo ut Prætores, Magiſtratus & Judices ſuis propriis ditent ſumptibus, quos ipſis inſolentia aufert, quorum poſſeſſionem Dominis modeſta ſervaret ſolertia.

VIRES.

HAbuerunt Bernenſes, ante ultimos Germaniæ motus, militiam 12. millium hominum, quibus 6. millia poſtea addiderunt, ita ut nunc 18. millia expediti habeant militis. Ingruente vero aliqua externa vi, certum habetur, accenſo in proximo monte ad Barnam igne, intra ſpatium 24. horarum 40000. hominum tantum ex ſuis pagis congregari poſſe, exceptis illis, qui dein colligi poſſunt. Nec difficile illis eſt, ultra 20000. in prælium extra territorium mittere, ubique prælidiario milite, quantum opus eſt, relicto. Habent hoc proverbii in ore. Berna & Bernenſes tantum poſſunt

Digitized by Google

poſſunt quantum Mediolanum & Mediolanenſes. Fortalitia Helvetii, non ſecus ad Lacedæmonii, uſque ad ultimum in Germania bellum contemptui habuerunt, exiſtimantes ſatius eſſe pectora quam muros hoſtibus opponere. Poſtea vero uſu rerum edocti ſunt, magnum in illis ſitum eſſe præſidium, igitur anno 1623. præcipua loca & urbes munire occœperunt. Præcipua illorum propugnacula ſunt Chilon & Yverdon. &c. Vid. de his Simler. Helvet. Remp. Guilliman. de reb. Helv. Suizer Chron.

RESPUB. LUCERNA.

MORES.

LUcernenſes erga peregrinos valde ſunt humani, quos non aliter ac incolas accipiunt, ut nullus Cantonum facilior in moribus reperiatur. In bello, loco tubæ, cornu uti ſolent, quod ſibi à Carolo Magno datum eſſe perhibent.

RELIGIO.

HIc pagus totus eſt Catholicæ Relligioni addictus.

REGIMEN.

FUerunt antea Lucernenſes liberi, tam reſpectu belli, quam Regiminis. Poſtea Monachi de Murbach Lucernam vendiderunt, ut & alia circumjacentia loca. Fuerunt igitur ſub Ducibus Auſtriæ, non obſtantibus, quibus gaudebant, privilegiis, circiter 26. annos, ſub quibus contra Vicinos Pagos ſemper bella geſſerunt, ut *Uri Switz & Underwald*, cum quibus tandem æternum fœdus percuſſerunt anno 1533. Hæc urbs non in *Zunften* ſed *Geſellſchaffen* diviſa eſt. Duo habent conſilia publica: majus conſtat ex 100. minus ex 36. conſiliariis.

Octodecim per ſex menſes Regimini præſunt, & alii per 18. Caput conſilii publici Prætor eſt, dictus *Schultetz*, non aliter quam in Berna. Duę curiæ ibi ſunt juſtitiæ: una dicitur *das Wochengericht*, quod judices ſingulis hebdomadibus conveniant; altera *Nejengericht*, vel quod ibi 9. ſint judices qui de Injuriis cognoſcunt. Conſilium autem de Proceſſibus criminalibus omnium Præturarum cognoſcit.

DIVITIÆ.

HÆc Reſpub. plurima bona extinctarum familiarum Nobiliũ poſſidet. Reliquæ divitię ex vectigalibus, quæ mercibus imponuntur, colligi ſolent, quæ in Vicinam evehuntur Italiam. Civium autem jus ibi magni æſtimatur, ut nemini etiam excellentiſſimo artifici ibi vivere ſine impetrato Civitatis jure liceat.

RESPUB. URI.
MORES.

URi, qui ex numero Tauriſcorum fuerunt, non ſecus ac pars pagorum hoc nomen ſeorſim acceperunt, quod armis ſuis caput tauri ſylveſtris præfigerent, quem Uri vocant. Hinc Germanis *ein Vhrochs*. In bellis tubæ loco cornu bovino utebantur.

RELIGIO.

INcolæ horum Cantonum omnes ſunt Romano Catholici.

REGIMEN.

INitio hic populus ſub Romanis fuit, poſtea ſub Ducibus Germaniæ. Qui nis illorum ditio in X. partes diviſa eſt, quas *Gnoßemen* vocant, quod rerum communitatem habeant, & ſingulis annis in Conſilium conveniant

Electuri autem Dominos Conſilii, omnes hujus diſtrictus à quatuordecim & 16. annis conveniunt in locum Betzelinge prope Altorfium ſitum, ubi primum eligunt dictum *Amman*, qui duos annos officio præeſt, tum ejus locum tenentem, dictum *Statthalter*, Theſauri Præfectos, dictos *Seckelmeiſter*, poſtea Secretarios & Prætores, qui Præturas Pagorum gubernant, ita & alios Reipub. miniſtros. Edicta hic loci ſingulis annis voce publica totius populi leguntur, confirmantur, abrogantur; hujus quidem argumenti: De luſu cartarum, de choreis, compotationibus, pretio victualium, & ſimilium rerum: & ſi quædam negotia circa exitum anni, majoris occurrant momenti, indicitur conſilium extra ordinem. Extra parvum

vum consilium, etiam Generale est, ex omni populo constans. Curia justitiæ, quam ibi habent ex 7. constantem, judicat causas debiti & crediti quæ tamen summam 60. librarum non excedunt. Est pariter justitia constans ex 15. cui *Amman* cum Imperio præest, qui graviores decernit controversias.

Criminalia publicum consilium judicat cum *Amman*, vel ejus locum tenente: quandoque etiam consiliarii multiplicantur.

DIVITIÆ.

DIvitiæ hujus Reipub. consistunt in vectigalibus, mercibus, quæ ex Italia portantur, præsertim ex pensionibus, quæ quotannis à Papa percipiuntur, tum vero Rege Galliæ & Hispaniæ. Privatorum maxima pars ex suis vivit reditibus, qui ex pratis & pecore percipiuntur, nec ultra 2000. numerantur, qui ex manuaria arte viverent. Multi ex diversoriis, quæ pro extraneis plurima instruunt, vivunt, nec pudori Senatori vertitur, pro pretio hospitium peregrino præbere. Lacticinia in plurima ibi sunt abundantia, & incolis magna præstant emolumenta.

RESPUB. SVITZ.

MORES.

HUjus incolæ quieti sunt & pacifici, in negotiis expediti, admodum validi, & strenui venatores, in colenda terra industrii, quamvis parum terræ, quæ laborari possit, habeant, plurima autem prata, quæ pecori alendo sufficiant. Artes mechanicas nullas ibi ferme invenies, nisi sutoriam & sartoriam, fabrorum &c. ita ut multi otiosi sint.

RELIGIO.

ILlorum omnium Religio Romano Catholica est.

REGIMEN.

INcolæ hujus pagi subjecti erant initio Comitibus de *Lentzburg* ex parte, altera pars semper mansit libera sub tutela Imperatoris.

Cum vero hujus diſtrictus ſex eſſent diſtinctæ partes, electi ſunt æquali numero pro qualibet parte 60. qui Cantonum conſilio intereſſent. Suprema auctoritas ad comitia univerſi populi ſpectat, qui eligere ſolet *Amman*, dein alios Magiſtratus, uti Cantones alii, Reipub. Uri, cum qua ſimile Regimen & juſtitiam adminiſtrant. Quando in urbe Svirz ſingulis annis conventus celebrantur, reliqui, ad hunc diſtrictum ſpectantes, ſuos eo ablegant delegatos, rogantque ut illis, in ſignum magnæ gratiæ, electio ſui Magiſtratus permittatur. Illi de Svitz duas communes habent præturas, cum illis de Glaris.

DIVITIÆ.

PAuciſſimæ in hanc Rempublicam invehuntur merces, nec ullam homines curam ex mercatura diteſcendi adhibent, contenti autem ſunt paratos in neceſſitatem nummos ex lacte, butyro caſeiſque collegiſſe; caſeos vero non fœminæ ſed viri conficere ſolent & in Argentinam deferre. Non parvum etiam quæſtum colligunt, diverſoriis publicis peregrinos excipientes, qui mercium in Italiam vehendarum ergo eò frequentiores commigrant.

RESPUB. UNDERWALDIA.

MORES.

UNderwaldi validi admodum ſunt, & bellicoſo ſpiritu præditi, id quod in multis occaſionibus comprobarunt. Ex pecore vivunt nec ullam curam mercaturæ habent.

DIVITIÆ.

PEcoris multitudo illius gentis præcipuæ ſunt opes, multi reperiuntur ruſtici qui 30. & 40. vaccas habent, ex quibus percipere creduntur 600. & 800. Imperiales, quos in alias ſibi ad uſum vitæ neceſſarias merces iterum impendunt.

RELIGIO.

ADdicti ſunt omnes Romano-Catholicæ Religioni.

REGI-

REGIMEN.

OLim Underwaldi uno conjuncti erant regimine, poſtea vero ob diſcordias diviſi ſeparatiq; ſunt, & adhuc tales manent. A duabus partibus hodie 60. eliguntur, qui Cantonum concilio interſint, quælibet autem pars ſuum habet *Amman*, ſuum locum tenentem vel *Leutenant*, alioſque miniſtros publicos, qui hos ita ut Uri & Svitzii eligunt.

RESPUB. TVIGIVM SIVE ZVG.

EJus incolæ validi ſunt, & laboribus indurati, affabiles tamen & humani erga peregrinos.

RELIGIO.

OMnes vero Pontificiam profitentur Religionem.

REGIMEM.

SUprema in hac urbe juriſdictio non minus ad incolas omnium pagorum unitorum ſpectat, quam ad ipſam urbem, omneſque hi æquale poſſident dominium. Illi autem Cantones in tres communitates diviſi ſunt, eligunturque æquali numero, qui Concilio Cantonum interſint, 45. homines, novem nimirum ex qualibet ſocietate. Ex mandato cujuſlibet communitatis *Amman* eligitur, ut & illius locum tenens *Leutenant* dictus, vel *Stathalter*, tum vero alii Theſauro Præfecti, Secretarii, Prætores, conſiliarii. Præter concilium generale, urbs *Zug* ſuum à parte habet, ut & juſtitiam ſuam, *Amman*, *Stathalter*, Theſauro Præfectum & alios qui de Civium controverſiis cognoſcunt, & publica tractant negotia criminalia, ita ut in *Svitz*, *Uri*, & *Underwald*. in aprico judicantur.

RESPVBLICA GLARIS.

MORES.

QUi hic reperiuntur homines, procero & valido ſunt corpore, concordes tamen, accepti, affabiles, & lucro impenſe dediti, quod tamen ipſis non fucata fides, ſed excitata indoles conciliat.

RELIGIO.

HIc cum & Reformatæ & Pontificiæ Religioni addicti inveniantur, mixtum ex utraque parte habent Magiſtratū.

REGIMEN.

SUpremum Regimen ad populum & concilium generale ſpectat, quod habetur in *Swanden*, ubi eligitur *Amman*, & alii, eodem modo quo apud alios Cantones fieri ſolet. Omnis Ditio in 15. partes diviſa eſt, quæ *Tagwan* vocantur, & nomine omnium partium ad concilium 60. æqualiter eliguntur. Duo ibi ſunt juſtitiæ collegia, unum ex IX. alterum ex V. judicibus conſtat, quos ſingulis annis generale conſilium eligere ſolet. Illi vero de Glaris ſingulis trienniis unum mittunt Prætorem *Werdenbergam*.

RESPUB. APPENZEL.

MORES.

INcolæ ejus validæ ſunt & firmæ valetudinis, qui ex proventu pecoris vivunt, ut & lini abundante copia. Ex mercibus, quæ in S. Gal. exportant, multum pecuniæ ſibi comparant.

RELIGIO.

MAgiſtratus hujus loci ex Catholicis & Reformatis conſtat, ideo, quod utriuſque Religionis aſſeclæ hic liberum ſuum habeant exercitium.

REGIMEN.

HÆc terra hodie diviſa eſt in 12. partes, quas *Roden* appellant. Ex quibus 6. Burgo Appenzel conjunctæ, addictæ ſunt ordini interiori, reliquæ ordini exteriori. Primi ſubjecti ſunt Abbati S. Gal. reliqui vero neutiquam. Concilium, quod in Appenzel eſt, conſtat ex 144 hominibus, 12. in quolibet ſunt ordine, & ubi de ſontico aliquo negotio conſilium inſtituitur, augeri ſolet Conſultatorum numerus. Omnes ad electionem Ammani ut & aliorum Magiſtratuum conveniunt,

niunt, judicia duo habent, quorum unum vocatur *das Gaßengericht*, quod publicum ſit, ſunt ibi 24. judices, alterum dicitur *das Geſchworengericht*, conſtat 12. judicibus. Præter hos ex quolibet ordine Conſiliarius eligitur, & alii majoris dignationis miniſtri. Hi contra illos animadvertunt, qui publica imminuunt ſtatuta, & de illis deliberant, quæ in generali concilio proponi debeant, ita ut velut Legum ſunt cuſtodes, & primarii conſiliarii dicti in pagis *Landthalich*, illorumque officium perpetuum eſt. Publicum concilium criminales cauſſas dijudicat, ubi præſes eſt *Amman* ſive ejus *Stathalter*.

RESPUB. BASILEA. MORES.

HUjus inquilini maximâ ex parte procero, pulchro, & valido ſunt corpore. Fœminas eximia forma & gratia morum commendat. Reperies ibi egregia ingenia, plerique incolarum indolem habent valde mitem & tractabilem, peregrinis aperto pectore affabilem. Exprompto ſtudio ſe invicem in conviviis accipiunt, neque peregrinos ingrata apud alios conſuetudine ad nimium potum ſollicitant. Modus vivendi apud illos, qui peregrinationibus vacarunt, Gallicus eſt ut plurimum, vel ad illum proxime accedit. Reliqui vero Cantonum habitatores, agreſtes & rudes ſunt, peregrinis hoſtes & ad exceſſum ſuperbi.

Communis illorum ſermo Germanicus eſt, multi tamen Gallice loquuntur, ac ſi eſſes in Gallia. Horologia ita quidem illis ut aliis temporum Vices diſtinguunt, hoc tamen præ reliquis peculiare habent. Prima apud illos auditur hora, cum apud alios 12 Illud vero ab eo tempore factum, ex quo non nemo iſtam Urbem occupare ad medium noctis aliquando conſtituerat. Id vero cum effectum dare ad XII. horam vellet, primam horam horologia ſonare, non niſi prodigii nomine hoſtis animadvertit, & adeo proditum eſſe ſuum conſilium ſuſpicatus eſt.

RELIGIO.

INcolæ horum Cantonum omnes ſunt Reformati.

RE-

REGIMEN.

CIvitas Basilea divisa est 15. Tribus vel illis *Zunfften*, quarum 4. præ reliquis plurimi habentur; dicunturque *Herren Zunfften*: prima est mercatorum, secunda aurifabrorum, stanni fabrorum, tertia mercatorum vini, quarta mercatorum serici, hæcque ultima omnium est potentissima. Reliquæ sunt varii generis manuariæ arti addictorum. Illi vero artifices conjuncta habent collegia. in rebus Rempub. spectantbus, ubi singuli, pro eligendis consulibus & *Zunfftmeister*, conveniunt. seorsim suffragia ferunt.

Duo ibi sunt consilia publica: primum magnum, quod constat ex 240. hominibus, 10. consulibus, 2 *Zunfftmeisters*, qui capita consilii sunt, & junctim numerum faciunt 244. qui consensu populi ad magni momenti negotia conveniunt: minus consilium 60 constat. Hi vero cum præpositis consilii 64. numerum adsolvunt, qui propter negotia publica singulis diebus conveniunt & controversias civium componunt. Majus & minus consilium in vetus & novum distinguuntur, media illorum pars non ultra 6. menses in officio perstat, plurima etiam negotia per consilium novum expediuntur. Præcipui dignitate sunt Consules, postea die *Zunfftmeisters*, hique dicti sunt 4. capita & præcipui Domini Urbis. Sunt præterea alii IX. domini parvi consilii, qui 4. illis capitibus adjunguntur, duæ sunt sedes justitiæ. magna curia, dicta *das Stattgericht*, decem constat judicibus quorum quidam â consilio, alii â populo sunt electi. De omnibus civilibus & criminalibus causis cognoscunt, in causis vero testamentariis magistratus *Stattvogt* dictus in judicio præsidet. Causas criminales Præpositus imperii judicat, suntque tres Consilii Domini, qui ad Instantiam Procuratoris Fisci de facinorosis judicium fert, dicitur *Oberstenknecht*. Hæc judicia publice peraguntur, secundo sedes justitiæ non nisi de rebus minoribus judicium facit, nimirum illis quæ non excedunt X. libras. Minor prętura privatum suum habet judicem, qui de omnibus rebus, criminalibus exceptis, cognoscit. In Prætura illa consistorium est, de rebus matrimonii cognoscens.

Tres adhæc sunt domini, dicti *Drey Herren*, qui thesauri urbis custodiam habent, tum tres *Ladenherren*, qui reditus Reipub.

pub. curant, & facinoroſos ſceleris poſcunt. Alia officia publica, & magiſtratus, ut Orphanorum, viduarum, victualia curatorum, hic non perſequemur.

DIVITIÆ.

REſpub. Baſileæ reditibus gaudet opimis, qui ex X. Abbatiis colliguntur, multum etiam nummorum ex Comitatu Varnſpurg ſuo Regimine percipit, ex impoſitionibus quoque & vectigalibus mercium, quæ eo deferuntur, quod iter ex inde in Italiam, Galliam, & Germaniam inſtituatur. Seorſim vero commercia, quæ Rheno devehuntur, illos valde præſtant divites, multique caupones ex peregrinorum eo confluentium abundantiâ adprime diteſcunt.

RESPUB. FRIBURGENSIS.

MORES.

SErmo Cantonum Romanus vel Gallicus eſt, maximam tamen partem corruptus. Friburgenſes vero, tam Romane, quam Germanice loquuntur.

RELIGIO.

HIc pagus Romano Catholicam Relligionem profitetur, eſtque ſub ſpirituali juriſdictione Epiſcopi Lauſannæ, qui in urbe *Friburg* ſuam ſedem habet, quod in ſede ſua permanere nequiret, unde omnes, Catholicæ Religioni addicti, ejecti ſunt.

REGIMEN.

HOdie Civitas illa in quatuor partes eſt diviſa. Ex his partibus Conſules eliguntur Reipub. Majus concilium 200. minus vero 24. habet qui illis præſint.

Prætor magno & parvo conſilio præſidet, Theſauro præfectus redituum Reipub. curam habet.

Minus conſilium negotia minora dirigit, conſilium autem 200. de majoris momenti rebus cognoſcit, & quæ univerſum ſtatum concernunt.

Juſtitia Urbis, dicta *das Stattgericht*, conſilium faciens certorum judicum, controverſias incolarum dijudicat. Altera curia

curia dicitur *das Landgericht*. Sunt præterea XII. judices, qui ex magno & parvo consiliis eliguntur, à quorum sententia nulla permittitur appellatio. Proxime Friburgum quinque sunt Præturæ, rectæ per quosdam Concilii Dominos, qui intra Urbem manent. Prætores eliguntur per majus & minus consilium, & in officio 5. annos perdurant, rationesque singulis annis ad parvum consilium referunt.

RESPUB. SCHAFHAUSEN.

MORES.

HUjus Reipub. incolæ mercaturam impense amant, illamque per Galliam variis mercibus exercent.

DIVITIÆ.

ILlud hanc Rempub. imprimis reddit divitem, quòd mercatores teneantur suas ibi exonerare naves, quæ ex Constantia veniunt, nec citius ultro possunt navigare.

VIRES.

HAbet *Schaffhausen* fortalitium insigne, cujus viribus tota urbs defendi potest, tuta etiam est sub alienis auxiliis, quod cum Berna, *Zurich*, Lucerna, *Svitz*, *Zug*, *Glaris*, æterno velut fœdere juncta sit.

REGIMEN.

HOdie hæc urbs divisa est XI. societates sive *Zunfften*, ex quibus Nobilitas unam facit. Eliguntur æqualiter ex his societatibus, qui in Conciliis præsint: majus Consilium 86. personis constat, minus 26. Consulibus, (illis *Burgermeister*) Præsides sunt Consilii. 1. sunt Judicia, unum vocatur *das Schultgericht*, alterum *das Vogtgericht* vel *Passengericht* vel judicium mulctarum. Crimina morte expianda novum consilium judicat. Sunt præterea dicti *die Seckelmeister*.

RELIGIO.

INcolæ horum Cantonum sunt omnes Reformati.

RES-

Digitized by Google

RESPUB. BADEN.

MORES.

CUm natura ſteriles ibi ſint fœminæ, ſingulis annis ultra mille utriuſque ſexus eo ad balneum commeant, ibique lavant: Aqua enim, ſulphure & alumine mixta, fœminas, natura frigidiores & ad pariendum ineptas, ſanat.

RELIGIO.

URbs Catholicæ Religioni addicta eſt, & Comitatus tam Catholicos, quam Reformatos Magiſtratus agnoſcit.

REGIMEN.

URbs Baden, ubi Helvetii ſuos generales conventus celebrant, regitur per Cantones de *Zurich*, Lucernæ, Baſel, Uri, *Switz*, *Underwald*, *Zug*, *Glarus*, habetque ſuos particulares Magiſtratus, parvum ſuum conſilium, quod ex 12. conſtat hominibus, & magnum quod ex 40. ſub quibus continentur 12. parvi, unus Prætor, Conſilii caput, Theſauro Præfecti, Vectigal ad urbem Badenſem ſpectat, telonium vero mercium ad Cantones. Minus urbis Conſilium non ſolum urbis publica tractat negotia, ſed etiam in cauſſis civilibus & criminalibus cognoſcit, ita ut Prætor urbis Baden nullam ſuper urbe habet auctoritatem, ſed tantum ſuper comitatum in plurimos pagos diviſum, ubi ſuos habet judices & locum tenentes. Ubi vero quis ad mortem debeat damnari, 24. judices in toto Badenſi ſunt Comitatu à Prætore ſemel electi, & qui ad vitam in officiis ſuis agunt. Prętor vero ſententiam immutare poteſt. Dignitas Secretarii ſecundum Prætoris munus præcipua eſt.

BREMGARTEN. EJUS REGIMEN.

HUic præſunt 8. præcipui Cantonum, habetque uti Baden ſuum parvum conſilium ex 12. hominibus compoſitum, à Cantonibus electum. Prætorem præſidem habent. Quędam etiam proxime ſita oppida Imperio regit.

MELIN-

Digitized by Google

MELINGEN. EJUS REGIMEN.

FUIT olim sub imperio Comitum Habsburgensium, postea ab Helvetis occupata, cum *Bremgarten*. Postea Imperator Sigismundus 8. primis Cantonibus illam addixit, qui illam, salvis tamen ejus privilegiis, imperio rexerunt, adhucque regunt.

RAPERSWIL. EJUS REGIMEN.

CApta fuit anno 1508. per illos *Uri*, *Svitz*, *Underwald* & *Glaris*, postea ejus incolas coëgerunt, ut se fidelitatis juramento obstringerent, relicta tamen illis eadem libertate, quam sub Austriæ Duce habuerunt, quibus antea obsequia præstiterunt.

RELIGIO.

INcolæ hujus urbis Catholicæ Religioni addicti sunt.

FRAWENFELD. EJUS REGIMEN.

PRæter consilium particulare, XII. habet judices, qui omnes Civium & pagorum inde dependentium processus dirimunt. Cognitio tamen criminum & hæreditatis ad Consilium spectat. A sententia judicum ad 7. Cantones Appellatio fieri potest, minime tamen ab his ad consilium. *Amman*, caput est judicum qui ad mortem condemnant.

TURGOW. EJUS REGIMEN.

SEptem veteres Cantones eo semper Prætorem mittunt, quod ejus jurisdictio & dominum civile ad illos spectet. Cognitio in causis criminalibus ad X. cantones spectat. Multi præterea ex statu Ecclesiastico & Nobilium inferiorem in minoribus pagis exercent justitiam.

Nobiles ibi veteri sua jurisdictione gaudent, non aliter ac Domini Ulmæ, *Vellenberg* & *Gnessenberg*. Omnes incolæ non nisi octo cantonibus juramentum præstant, plurimisque gaudent privilegiis. Atque hæc de præcipuis Helvetiorum Rebuspub. dixisse satis est: qui reliquarum liberarum Provinciarum statum scire desiderat, vid. Pierre d'Avity in descript. Helvet. p. 555. & seqent.

PRO-

Digitized by Google

PROVINCIA RHÆTIA CUJUS INCOLÆ GRISONES. MORES VETERES GRISONUM.

VEteres Griſones, multo præſtabant robore, qui tamen parvi vitam ſuam æſtimabant, quod miſeram & victu valde tenuem traherent, quæ inopia ipſis aliquam latrocinia exercendi neceſſitatem impoſuerat. Juventutem ſuam ſicut & Romani inter arma exigebant. Cum quibus pacem faciebant, illis uvas paſſas, ceram, mel, caſeum dabant.

MORES HODIERNI.

HOdierni Griſones, ruſticos & aſperos habent Mores, ſuperbos tamen, qui reliquas Orbis nationes contemptui habent omnes, ut & magnorum Principum ſæpius oblatam amicitiam, adeo ut quidam ad illos Legatus hæc effuderit:

O Vallées de miſere, & montagnes d'orgueil, bienheureux ceux, qui ne l'ont pas veu, & l'ont creu. Hoc eſt: O Valles miſeriarum & montes ſuperbiæ, felices illi, qui vos non viderunt. Lingua illorum tam Germanica quam Italica, ſed corrupta eſt, quam Germani vocant *Churwelſch.* Dialectus linguæ ex oratione Dominica facile poteſt cognoſci, quæ ita ſonat:

Babnos, quel tu iſt in ſchil, ſanctifichio ſaja ilg tes num: ilg tes ariginam vigna, ternus: la thia vœglia d' vainta in terra, ſco la ſo in ſchil Do a nus nos paun houts, & in minchiadi: Parduna a nus nos dbits, ſco nus fain a nos dbita duors: Nun ens mener in mel aprova maint: Dim perſemaing ſpendra nus da tuots mels. Amen.

Choreas more ab aliis plane diverſo ducere ſolent, quarum gratia ubi convenerunt, larvati omniſque generis armis accincti, gregatim per villas incedunt, in manibus baculos portantes & expeditum motu corpus in varias figuras jocoſo & ſerio flexu componunt, tum fœminas manu prehendunt, & ita hilari pede terram quatiunt. His ceremoniis peractis exiſtimant, meliorem in anno frumenti fore proventum. Pauperum Nobilium tanta hic eſt abundatia, quanta fere nullibi. Hi pariter cum agricolis duris laborum exercẽtur, & tamen ſuam, quamvis rerum egenam, jactant nobilitatem.

STATUS RELIGIONIS.

GRisones duplici Religionis professione distincti sunt, quidam horum Reformati, alii Pontificii sunt. Subditis tamen de Religione Disputationes non conceduntur. Reformati quoque nullum sibi jus in bona Pontificiorum acquirere, nec in ulla urbe templa exstruere possunt. Liberi tamen Grisones pro beneplacito suo Religionem mutare, templa ædificare, minores ad Sacra cogere, sine alterius status consensu non nequeunt.

REGIMEN CIVILE.

POst varias mutationes, quibus erant expositi Grisones, ad ultimum fœdus perpetuum inter se fecerunt, nimirum illi de *Prettigaw*, *Tafaas*, *Schanfick*, *Churwald*, *Malans* & *Megenfeld*. Hoc dictum est fœdus X. judiciorum, ita ut hæ tres societates (Fœderis antiqui, Domus Dei, & decem judiciorum) antea divisæ, postmodum æterno fœdere conjunctæ sint anno 1471.

Illæ vero Ligæ sive fœdera in plurimas communitates distincta sunt, ubi cuilibet suus est Magistratus, & separata Respub. suprema tamen auctoritas penes congregatum consilium omnium fœderatorum est, qui simul tantum unum constituunt corpus. In his conventibus, qui in *Plantz* & Curia metropoli haberi solent, tractantur negotia pacis, belli, Legationum, edictorum LL: &c. Postquam vero Reformatio anno 1613. facta esset, obstricti sunt fœderati in die S. Johannis Baptistæ generalia celebrare comitia, dicta Germanis die *Bunds-tage*, ut de Regiminis officio illorumque ministris disponant, qui singulis binis annis à præpotentibus ordinibus eligi, tumque fidem suam, præstito juramento, Reipub. obstringere solent. Fœdus Grisonum ad comitia 28. mittit Legatos, vel deputatos, Domus Dei 24. & X. judiciorum, 15. qui cum Cancellario & janitore cujuslibet fœderis conveniunt. Deputati vero tantum de rebus propositis judicant. Quandoque omnium nationum generalia indicuntur Comitia, id quod tamen rarius accidit.

Habent præterea consilium Germanis dictum *Beytag*, quod

quod præcipuis terni illius fœderis Magiſtratibus conſtat. Illi vocantur, *der Landtrichter, der Burgemeiſter*, Domus Dei & *der Land Amman*, X. judiciorum. Hi omnia publica exequuntur negotia, inter illius vero concluſa ad collegium terni fœderis referre tenẽtur, in judiciis publicarum cauſſarum ita ut Helvetii præcedant. In controverſiis inter confœderatos ortis tres vel 4. à qualibet parte eliguntur judices, qui juramentò, quo ſuis tenebantur, ſoluto, ſecundum conſcientiam de controverſiis judicant, ſi convenire partes nequeunt, paribuſque decertant Votis, arbiter à tribus ligis eligitur. Quodſi duo confœderati tantum diſſentiunt, tertia pars illorum ſententiam decidit.

In Electione Magiſtratus vox populi Griſonum maximi eſt valoris, ita ut Epiſcopus Curiæ nec minimum Magiſtratum creare ſine populo queat.

Quod ad commune Provinciæ Regimen attinet, tria illa fœdera ſuos Rectores & Magiſtratus in *Magenfeld & Malens* alioque mittunt, qui cum Imperio civibus præſunt. Fœdera, quibus Griſones aliis juncti ſunt, Vid. ap. Pierre d'Avity hic p. 573.

DIVITIÆ.

THeſaurus Griſonum publicus exiguus eſt, ob egeſtatem & ſterilitatem Regionis. Illud vero, quod à ſubditis percipitur, inter Cives diſtribui ſolet. Opibus potentiores ex pecore & pratis vivunt, qui mechanicam artem exercent, numero pauci ſunt. Honoratiores advenis publica præbent pro pretio diverſoria. Illi etiam, qui Magiſtratum gerunt, ab opere manuum non abhorrent. Alii per mulos & equos, aliis merces vehunt, & hac ratione vivendi media ſibi parant: maxima autem pars hominum ex mercatura vivit, quam ſi aliquod interveniens bellum rumpat, nec tributum ex mercibus penditur, multi fame pereunt.

VIRES.

IN Curia 4. ſolum vel 5. tormenta bellica habent, nullum ibi reperies armamentarium, nec horrea in tempus neceſſitatis annonâ plena. Privatis tamen arma ſunt talia qualia vicinis Helvetiis. Quod vero publicæ utilitatis ergo

arma non parentur, quæ publice ſerventur, in cauſſa eſt primùm incolentium paupertas, tum quod ultra octiduum ſimul permanere nequeant, ſive hoſtem occupent, ſive arceant, niſi ex Suevia alioque frumentum ipſis ſuppetat. Ædes, quibus habitant, tam in urbibus quam oppidis ex magna parte ligneæ ſunt, nec ullius vis patientes. Vallorum uſus propter interjectos excelſos montes illis eſt exiguus, cum faciles obſeſſis mitti nequeant ſuppetiæ.

Quale vero ſit cujuſlibet ſocietatis ſpeciale Regimen ſeorſim ſpectatum, tum vero conditiones Fœderis & aliorum oppidorum Magiſtratus, Vid. apud Pierre d'Avity in tract. *Pays des Griſons* tomi p. 575. & ſequent.

RESPVB. GENEVA.

MORES INCOLARVM.

GEnuenſes hilares, modeſti, animo liberi & bono ingenio prædiți ſunt, artes, ad quas animum applicant, ſe illis feliciter dant, Libertatis adeo ſtudioſi ſunt, ut nulla magis orbis natio, citius ſane vitæ, quam illius jacturam facturi. Peregrinis omnem humanitatem & gratiam exhibent, cujuſcunque illi etiam fuerint Religionis, Naturali gaudent integritate, quæ tamen non obſtat quo minus ad negotia prompti, agiles, & offenſoribus ſuis formidabiles ſint. Atque hæc illorum generoſa integritas, vel ex millenis periculis Rempublicam inconcuſſam aſſeruit. Præterea diligentiæ laudem & laborum patientiam nemo ipſis negabit, diffidunt tamen ſibi invicem. Quin inter partes bonorum ponunt nemini tuto fidere. Olim aſperis & incultis erant moribus, quos tamen hodie ad omnem componunt civilitatem.

Mercaturæ ſtudiis incumbunt, tum vero artibus manuariis, vel ſtudiis, illorumque Academia ingentem ſtudioſorum alit frequentiam, qui ex remotiſſimis orbis partibus eo confluunt frequentiſſimi. Incolæ utriuſque ſexus, mares pariter ac fœminæ, à modeſtia commendantur, & habitu corporis ad parſimoniæ decorique leges compoſito.

In celebrandis promiſſi connubii ſolennibus, Moris habent, ſeorſim potum ſponſo, tum vero ſponſæ præbere. Hic vero, qui

qui potũ præbuit, acceptis vitris unũ cum altero miſcere ſolet, tunc vitrum ſponſi ſponſæ præbet, & contra, quibus peractis in fidem ſponſionis ſponſus annulum porrigit. Poſtea tribus per ſubſequentes dies dominicos vicibus Miniſter in Eccleſia publica voce deſpõſatorum ex ſuggeſtu denunciat nomina: quæ denuntiatio poſtquam à teſte Syndico notata eſt, licentiam contrahendi facit matrimonii. Tum matrimonio jungendi cum parentibus ſuis proximiſque cognatis ad templum conveniunt, ſponſa per duos viros vel pueros eo deducitur, quæ ſi virgo pileum floribus exornatum gerit. Viduis ad ſecunda vota tranſeuntibus permiſſum non eſt pileum floribus ornatum portare, ducuntur à vidua quoque proximæ conſanguinitatis. Pater filiæ legitimam omnium bonorum dare ſolet, maritus tertiam ex conſtitutione.

Quantum ad funera, nemini permiſſum eſt cadaver humare, niſi priùs à Commiſſario Magiſtratus viſum, qui omnium conſignata nomina Xenodochium ſingulis defert hebdomadibus. Fœminæ defunctos nunquam exequuntur maritos. Qui demortuos efferunt, duo ſunt, Juramento Magiſtratui obligati, ſe nolle in vetitis horis humare extinctos, ſeque nunciaturos, ſi quem feſtina rapuit mors. Hi tamen non niſi vilioris conditionis defunctos obſervant, honoratiores ab his exempti ſunt Legibus. Paupertum funera publicis peraguntur ſumptibus.

RELIGIO.

GEnevæ incolæ, cum olim eſſent Romano-Catholicæ Religionis confeſſores, illam anno 1535. ex perſuaſione Guillielmi Fareli mutarunt, poſtea per Joannem Calvinum in Reformata Relione anno 1539. confirmati ſunt, in qua ab eo tempore hodie adhuc perdurant, illamque obſtinatis animis colunt. Nullam aliam quam ſuam Religionem in urbibus ſuæ Juriſdictioni ſubjectis profiteri docerique patiuntur. Peregrini, cum illorum ſacris facientes, eo libentius commigrant, ideo, quod libero non tantum fruantur exercitio, verum etiam commode accipiantur hoſpites. Exiguos autem impendunt ſumptus, propterea quod omnis generis rerum abuſus ibi lege ſit interdictus. Illis, qui à partibus Romanis

manis sunt, nulla ab incolis exhibetur molestia, quin potius omnis humanitatis officia ab iisdem experiuntur. Religiosis liber ob negotia conceditur aditus, ne vero insolentiæ puerorum & injuriis pateant, adjunguntur illis à Magistratu milites, qui illorum habeant curam. Conciones ibi Gallice, Germanice, Italice singulis diebus Dominicis, in gratiam peregrinorum, habentur.

REGIMEN POLITICUM.

HOdie hæc Respub. in forma Aristocratica regitur, Democratice temperata. Habet equidem 25. Senatores, quorum capita sunt 4. Syndici, penes quos omnium rerum administratio est. Hi vero 25. ex tribus propemodum vel 4. solum familiis constant, quæ tamen Genevæ nati civiumque filii esse debeant, singulis annis bi 25. 8. Syndicos eligunt, quatuor veteres & 4. novos qui antea per 4. annos in eodem fuerunt officio. Hos coram concilio 200. sistunt, ultimo Veneris die ultimi anni, ut vel confirmentur vel reijciantur.

Proxima novi Anni Dominica populo illos repræsentant, qui ex his 4. eligit & transeundo Secretario suffragia dant. Hi 4. electi se juramento obligant, quod velint Religionem, libertatem Reipub. Leges, justitiam conservare, dein à quatuor illis, qui officio decedunt, baculos Syndicatus nigros recipiunt. Hos in orto tumultu ferre solent, ut & in ferendis judiciis, cum ad capitale supplicium quidam damnantur. Si ex 25. numero quidam desunt, duo eliguntur, ex quibus 200. viri unum eligunt: illi 25. numero duos alios nominant, qui Locotenentis officia obeant, ex his quoque populus unum eligit.

Primarius Syndicus caput est Magistratus, omniaque Reipub. negotia ipsi decernenda committuntur. Alteri rationes commissæ sunt, quæ ex publicis reditibus, vectigalibus, &c. sunt. Tribus autem consiliariis camera rationum gaudet. Tertius præsens adest conventui Xenodochii, qui singulis habetur hebdomadibus, ubi etiam adest ex 25. Consiliarius, Pastor, sive minister, cum 4. vel 5. ex consilio 200. Secretarius & Receptor, qui in ordinem pauperes redigat. Quarto negotium solvendi stipendia militibus commissum est,

Locum

Locum tenens, dictus *Leutenant*, ex 25. numero & quintus ex primaria dignitate eſt. Hujus officium eſt, alternis vicibus juſtitiam adminiſtrare, 6 ipſi adjuncti ſunt auditores, 2. Secretarii, 12. officiarii, portantes baculos.

Theſauro Præfectus Sextus eſt loco, non tamen ordine, quod illius officium magnæ ſit dignationis. Hic omnibus officiorum præfectis, milite excepto, ſtipendia ſolvit.

Conſilium 25. duos habet Secretarios & unum janitorem, Procurator Generalis, curam habet jurium populi, eſtque ex 200. collegio & ſingulis trienniis mutari ſolet. Minora reliquorum officia hic ſicco pede tranſimus.

Collegium ducentorum per 25. eligitur, conſtat ex civibus, qui de cauſſis Reipub. cognoſcunt. Illud collegium ducentorum ad mortem damnatis vitæ gratiam præſtare poteſt. Conſilium generale adhuc aliud eſt, ex omnibus patribus familias conſtans: hi omnes Cives ſunt, ad eligendum Syndicos vocati, & alios juſtitiæ miniſtros.

Singulis hebdomadibus certo die ſuos habent conventus, Paſtores Eccleſiarum & Profeſſores urbis, ut ad acceptas literas reſponſa ferant, & de negotiis, quæ Religionem ſpectant, ſtatuant. Præterea Conſiſtorium eſt, cui XII. Præſunt Paſtores, & alii XII. auctoritate pollentes & coram populo conſtituti. Hi velut aures & oculi urbis ſunt, quod omnium actionum cenſores ſint.

Quælibet platea ſuum habet arbitrum, inquirentem, quis in illa habitet, nec ullus peregrinus ultra triduum recipi poteſt, ſine facta ejus denunciatione. Tempore belli peregrini ad portas gladios & bombardas deponunt. Militiæ præfecti circumſpectè admodum ibi vivunt, ideo quod & inconſulta mente vox emiſſa illos reddat ſuſpectos. Cum externas ſuppetias implorant, illud hac fieri ſolet cum conditione, ut ſuprema penes Magiſtratum maneat militiæ imperandi auctoritas.

Plurimos habent Caſtellanos, qui inſtar judicum ſunt, ut â ſceleratis veritatem extorqueant, torturis alibi vix uſitatis uti ſolent, inſtituto proceſſu 25. Viri ad mortem condemnat reos. Sententia publice per Secretarium pronunciatur, Syndici in alto tapetibuſque ornato conſiſtunt loco publico, baculos ſuos manibus tenentes & Biblia S. aperta præ ſe habentes. Ante ſententiæ vero denunciationem confeſſio

fidei condemnati legitur. Postea primarius Syndicus Secretario sententiam ex laeco extractam porrigit, qui illam omni auscultanti prælegit populo. Executio cuidam *Leutnant* committitur.

Adulteria ibi puniuntur capitali supplicio: Viri capite plecti, fœminæ adnexo ad collum lapide in profundum præcipites agi solent.

DIVITIÆ ET REDITUS.

RESpublica divitias suas, non tamen adeo magnas, ex vectigalibus, decimis, reditibus colligit. Ipsa vero urbs opibus satis magnis præstat, quod multa adhuc in Gallia, Sabaudia, & Helvetia teneat. Ex multitudine studiosorum in illam Academiam confluentium multos colligit nummos. Incolæ quæstum ex manuariis operis, serici, aliarumque materiarum confectione faciunt: Librorum ibi impressorũ copia etiam suis magnos confert nummos. Mercatores commoditate navigabilium fluminum in Galliam, Italiam, Burgundiam merces evehunt. Nobiles non ex quæstu mercaturæ, sed fundi vivunt, quidam etiam pro usuris pecuniam elocant.

Domini urbis parum habent redituum, Cives mediocritatem opum, pauperes egestatem habent, ideo quod non semper habeant quod agant. Ad levandam publicam inopiam, publica colligitur pecunia. Syndici & ministri templorum exempti sunt à solutione census.

VIRES, POTENTIA.

OMnia loca, extus vergentia templa, omnesque turres rotundæ tormentis bellicis instructæ sunt. Adhæc armamẽtarium omni genere armorum est instructissimum. Privatas etiam civium ædes armis munitas reperies. In sola urbe 4000. ad decernendum facile est reperire, nec insolens est ipsis exigua manu magnam vim hostilem fudisse. A primis vero incunabulis pugnas etiam infantes ardent, ducere copias, lignea gestare arma, confligere, acceptam injuriam ulcisci, etiam puerilis animositas, majori præludens discrimini, sæpius sustinet. Singulis diebus dominicis armorum tractant exercitia. Externa auxilia non nisi extrema urgente necessitate requi-

quirunt, quod graviorem auxilia ferentium, quam hoſtium præſentiam experti ſint. Primi autem Helvetii vocari ſolent. Sicubi incendium excitatum, vel turbæ exortæ ſunt, plateis omnes in ſuis diſtrictibus exceptis 4. Syndicis, armati excubant, Reliqui ſua peragunt officia. Qui poſt nonam horam ſine luce per plateas obambulat, in carcerem mittitur.

Hoc vero pro publico introduxerunt, ut ſemper annonæ, pulveris, & ſalis copia abundent, id quod ipſis Rempub. reddit ſecuram.

Fortalitia tam accurata habent, ut vel cum fortiſſimis in Europa contendere poſſint. Quaſdam etiam habent triremes, ad arcendam vim externam aptas.

STATVS DVCIS LOTHARINGIÆ. MORES LOTHARINGIORVM.

LOtharingii mixtos habent Mores, quibus partim Gallos, partim Germanos repræſentant. Eſt in illis quædam humanitatis Gallicæ pars, non tamen ingenium, rudes equidem ſunt nonnihil in converſatione, illum in nonnullis rebus obſervant morem, quem elegans Gallica aula neutiquam feret In compotationibus Germanos imitantur, quibus totum ſæpius fallunt diem. Regio boni militis ferax eſt, populus libertate gaudet, neque ita quam in aliis provinciis licentiâ corrumpitur. Nobiles bonæ ſunt indolis, libere agunt, & veram ſectantur Nobilitatem. Aula Ducis Gallicos imitatur Mores, quæ tamen hodie vilioris eſt conditionis, quod Dux Lotharingiæ non adeo pridem ab Hiſpano captus, & in cuſtodiam miſſus eſt.

DIVITIÆ.

INcolæ magnũ percipiunt lucrum ex lapidibus & unionibus, quæ in Lotharingia inveniuntur. Tum vero ex vitris, ſpeculis, equis, quorum ingens venditur numerus, lanâ, manuariâ operâ, argenti fodinis. Dux Loiharingiæ ex ſua percipit Regione 200000. coronatorum, inter alios reditus ſalinas habet, quæ ipſi proventum faciunt inſignem: Populo tributa, ut alibi, imponi ſolent. Propter ſoli fertilitatem ter

res ſolito percipit reditus, illi ex abundantia fodinarum, lignorum, pratorum colliguntur.

VIRES.

PRæcipuum Lotharingiæ fortalitium urbs Nanceii eſt, ubi inſtructiſſimum armamentarium. Aſtenam, Clermont, Arx de Jamets pro inexpugnabilibus habentur. Militares copias habet inſtructiſſimas, quæ tamen hodie eo devenerant injurioſæ licentiæ, ut latrociniis potius quam bellis omnibus Europæis nationibus graves eſſent.

SERIES DUCUM LOTHARINGIÆ.

SUcceſſio Ducum Lotharingiæ ſæpius interrupta legitur. Primus, qui Dux inſtitutus eſt, dictus eſt Carolus 2. Otho à cujus tempore Lotharingia ab Alſatia diviſa eſt: Otto hic mortuus eſt circiter anno 1020. habuit pro ſucceſſore Gothofredum filium ſuum, qui obiit anno 1076.

Poſtea Henricus IV. hunc Ducatum in Conradum filium ſuum contulit, qui dein ad Domum Gothofredi rediit.

Bauduinus dein ſucceſſit, poſtea tres illius fratres.

Henricus V. Imperator hunc Ducatum ad Comitem de Louvain. tranſtulit, qui pro ſucceſſore habuit

Theodoricum filium.

Thibautum filium Theodorici, cui ſucceſſit

Fridericus, ſub quo ſeparatum eſt Belgium à Lotharingia.

Matthias, poſt illum Dux fuit, qui filium Simonem reliquit, & alium Fredericum, qui obiit anno 1219.

Hic ſucceſſores habuit

Mathiam, filium: poſt erat

Fridericus, filius Mathiæ, Thibaut, Fridericus, Raulfus, Joannes, Charolus, Joannes, Nicolaus.

Poſtea Lotharingia in manus Friderici filii Anthonii Comitis de Vaudemont pervenit. Hic remiſit Ducatum ad Domum de Buillon, ex qua omnes illi proveniunt, qui hodie ad Domum Lotharingicam referuntur, ut ſunt Renatus Dux Lotharingiæ.

Anthonius Dux Lotharing. obiit anno 1546.

Carolus Dux Calabriæ, Lotharingiæ, &c qui filiam Henrici

rici II. Galliæ Regis uxorem duxit, ex qua ſuſcepit Henricum Ducem Calabriæ Lotharingiæ, &c. & Carolum Cardinal. Lotharing.

Hæc aliaque leguntur apud auctor. les Eſtats in tract. du Duc de Loraine.

PRÆTENSIO DUCIS LOTHARINGIÆ.

DUx Lotharingiæ, Ducatum ſuum ut Imperii Feudum prætendit, quem Rex Galliæ una cum Ducatu Barrenſi, quem à Corona Franciæ poſſidet, Lotharingo ademit, ideo quod, fervente bello Germanico, Imperatori contra Gallos ſervitia præſtiterit.

Excipit Lotharingius ſe nullam commiſiſſe feloniam, ideo quod à Cæſaris partibus ſteterit, Imperator enim antiquior fuit Dominus, intuitu Lotharingiæ, quin non ſolum ut antiquior, verum ut & Imperator omnibus enim præferendus.

2. Prętendit etiam Dux Lotharingiæ in Regnum Hieroſolymitanum, cujus prætenſionis fundamenta leguntur apud Auctor. des Eſtats & Empires du Monde in deſcriptione ſtatus Ducis Loiharingiæ.

Digitized by Google

LIBER SEPTIMUS,

REPRÆSENTANS

GERMANIÆ TAM SUPERIORIS QUAM INFERIORIS

MORES, RELIGIONEM, STATUM POLITICUM, REDITUS, VIRES, DIVITIAS, SERIEM IMPERATORUM, RATIONEM STATUS, PRÆTENSIONES, JUDICIUM CIVILE: SECUNDUM IN ANTECESSUM SERVATAM METHODUM.

Digitized by Google

MORES ANTIQUI GERMANORUM.

GERMANI à primis annis ſtrenui & animoſi fuerunt, proceræ ſubactæque ſtaturæ, & optimæ valetudinis. Bellatores ſtrenui omnibus audiunt Gentibus. Olim, antequam aciem ingrederentur, hymnum in honorem Herculis cantabant, quem ſæpius in ſuis terris fuiſſe jactabant. Antiquis temporibus nullam auri argenti; habuerunt notitiam, quam tum demum acceperunt, cum mercaturam exercere didicerint. Neque apud ipſos gladii in uſu erant, quin loco illorum longis utebantur fuſtibus, & lanceis, in mucrone ferro munitis. Scuta diverſis coloribus tingebant, ut ſe invicem cognoſcerent; pauci erant qui thorace uterentur, & galeâ, nec pulchritudinem aut celeritatem equorum magni faciebant. Qui ſcutum ſuum amittebat, ita odio habebatur, & contemnebatur, ut nec ad ſacra admitteretur, nec ad conſilia, & alios publicos conventus: hoc effecit, ut qui ignominiam vitæ fugerent, vel hoc flagitium vitarent, vel lucem peroſi, funè vitam & animam projecerent. Dux ex nobilibus & fortibus quibuſque eligebatur, cui quælibet ſecundum beneplacitum facere permiſſum non erat. Duces Belli illos legebant, qui aliis virtute & fortitudine militari præeſſent, magis agere. quam imperare promptiores. Tabulas plerumque in bellum ſecum portabant, repræſentantes Deorum ſuorum imagines. Precioſas res ſuas ſecum in caſtra ferebant, ut & proximos & chariſſimos quoſque, vel pro illorum ſalute & conſervatione alacriter pugnaturi, aut in conſpectu illorum non ſine ſolamine morituri. Acceptis vulneribus, ad parentes & uxores ſe conferebant, qui ipſis vulnera obligarent, cibum & alia, ad recuperandam valetudinem neceſſaria, præberent, ad alacriuſque capeſſendum animum & ferrum, dictis incitarent: ſæpius legitur Germanos acie devictos, jamque profugos à fœminis incitatos, eſſe, ut arma reſumerent, quod factum ſæpe illis deſperatam recuperavit victoriam. Quapropter mulieribus vim

aliquam

aliquam futura præſagiendi tribuebant, & ad graviſſima conſilia admittebant. Certos habebant dies, in quibus Mercurio homines immolabant, beſtias verò tantum Marti ſacrificabant, ut & Herculi. Sortes & auguria in magno habebant honore. Res gravioris momenti tota concludebat civitas. Nullam fecerunt expeditionem niſi ſub novilunio, vel plenilunio, (quod Romani fortunatæ lunæ circulum vocabant) dies per noctes numerabant. Ad conventus publicos armati veniebant, cumve ſignum vellent dare, quod bene in conſiliis convenirent, haſtas in altum erectas tremulâ manu vibrabant, quod omnium honorificum ſignum erat publicæ approbationis; cum vero res diſpliceret, murmure ingrato illud ſignificabant.

Qui ex bello aufugiſſent, vel amicos ſuos prodidiſſent, ex prima ſuſpendebantur arbore, quæ reperiri potuit, infirmos luto vel mari mergebant. Nulli Magiſtratui permiſſum erat aliquam rem publicam vel privatam exequi, niſi accinctus eſſet armis. Ingentem famulorum amabant tractum, & qui nobilem pone ſequentem aleret juventutem, magnis afficiebatur honoribus, & aliis præponebatur. Cum extra caſtra viverent, potentiores & illuſtres nullam aliam habebant curam, quam bene dormiendi, comedendi, bibendique: fœminis curam domeſticam commiſerant, quæ etiam ſenibus competebat. Ditiores à pauperibus habitu ſeparabantur, non ad luxum, ſed decentiam facto. Habitus virorum & mulierum idem erat.

Germani inter tot Nationes, tam orientales, quam ſeptentrionales, à principio unâ contenti fuere fœminâ, quamvis alii plures duxerint, Miraculo quaſi eſſe debet illarum continentia & incredibilis pudicitia, quod fere nunquam in publicis ludis & Feſtis conſpectæ ſint.

Cum fœmina adulterii crimine urgeretur, illi capillos præcidebant, poſtea nuda in conſpectum parentum à marito in apertam protrudebatur aream, illa omni jure domus privata, tum flagris per totam urbem agebatur, nec ulla ſpes illi ſupererat in mariti offenſi gratiam redire.
Nec erat licitum alterius Vitio illudere, vel ſua damna ipſi afflicto objectare, quod hæc conſuetudo magis corrumpendis bonis moribus, quam malis corrigendis certior eſſet.

Juvenes

Juvenes ſero cum fœmina eſſe didicerunt, ideo illorum juventa integra manſit, nec prius elocabant filias, quam annis plenis nubiles.

Homicidas graviſſime puniebant, maximam ducebant voluptatem hoſpites advenas hoſpitio liberali excipere, dona mutuo ab invicem accipiebant, neque propterea ſe debitores eſſe colebant.

Totas quandoque dies & noctes hilaritati vacabant, cum ebrietatem in nullo ponerent Vitio, unde facile ad rixas devolvebantur.

De rebus graviſſimi momenti intra pocula conſultabant, nunquam calliditate laborabant, ſed omnia, quæ ſub pectore fovebant, libere proferebant.

Cibum ſimplicem amabant, aggreſte pomum, alioſque fructus, imprimis delectabantur lacticiniis, & lacte concreto: quod fuſius Clariſ. Vir Conringius in peculiari de Morib. German. tractatu eleganter explicavit.

Annum in tres dividebant partes, Hyemem, Ver, & Æſtatem. Autumnus ipſis erat ignotus, quod nec vinum nec alia illius ſentirent bona, quamvis illi, qui ad Rhenum incolebant, vini expertes non fuerint.

Cum defunctum lugerent, magis tacite dolere quam publice flere, præferebant Cæterum Saxones, inſignes maris erant ſtudioſi, quod illorum coloniæ, hinc inde diſperſæ, teſtantur, mores habebant captivorum tetras occupare, quos crudeli ceremonia trucidabant, exiſtimantes quod prædâ in bello captâ, à Diis exoraturi ſint, deſiderata

Solliciti admodum erant de converſatione Nobilium familiarum, ideo connubia exterorum, & inferioris conditionis hominium deſpuebant. Quod illorum attinet Religionem. Saxones ſuperſtitioni addictiſſimi erant, adorabant enim arbores, herbas virides, fontes, tum ramos arborum. Habebant ingentem arboris truncum, terræ infixum, cui honorem rerum conſervatarum deferebant. Hunc truncum Carolus M. extirpavit, poſtquam ſubjugaſſet Saxones, illamque in Brabantiam miſit. Adorabant etiam Mercurium, cui ſicut alii Germani id quod in bello cepiſſent ſacrum faciebant, certis nimirum diebus, cum ad bellum accingerentur. Infra bonorum Deorum ſuorum eſſe putabant illos templis vel locis claudere, vel ſtatuam illos

illos referentem exprimere, & erigere. Arbores altas, & cacumina montium amabant, disputantes de maximis naturæ secretis, sed hoc cum ingenti reverentia.

Divinationes suas hunc in modum instituebant.

Illi, qui futura scire volebant, capiebant virgas fructiferarum arborum, illasque in plures discerpebant partes, & in illis diversas notas & colores notabant, ipsasque super vestimenta alba extendebant, sine ullo ordine agendi. Quod si propter rempublicam consultatio instituretur, Pontifex rei gerendæ præerat, si vero causam privatam concerneret, Pater familias hoc peragebat. Effatis igitur ad Deum precibus cum elevatis in cœlum oculis, ter virgas illas expansas in altum tollebat, & secundum illud, quomodo se nota & colores darent, bona vel mala ominabatur.

Alebant adhæc publicis sumptibus equos albos, in sylvis curantes, ne ulli adjungerentur labori, quin illos trahendis servabant rhedis, quibus quasi sacrati erant; ubi Rex tantum & Sacerdos vehebantur, vel præcipuus Civitatis aut Provinciæ. Ita autem accurate hinnitum horum observabant equorum, ut nullam haberent divinationem aliam, cui plus fiderent, atque ista fuit. Erant enim hac in opinione quod equi Deorum ministri essent, quibus secreta quæque illorum communicarentur. Adhuc aliam de cognoscendo belli eventu inquirendi habebant rationem: cogebant captivos in bello captos, qui ad illam pertinebant nationem cui bellum illaturi essent, contra illos depugnare quos ad hoc destinaverant, & quæcunque pars alteram superasset, bonorum spem, vel malorum successuum metum exploratoribus relinquebant Suevi, teste J. Cæsare, ingens erat populus, armis ex animo addictus magis, quam ulla altera Germaniæ gens. Centum habebant oppida, ex quibus quotannis 1000. prodibant milites, qui ex illorum terris demigrabant ad invadendum proximiores Vicinos: illi vero, qui domi manebant, acriter, pro sustentandis illis qui militiæ vacabant, laborabant: cum priores ad finem anni domum repetiissent, alteri se in castra conferebant. Frigore corpora & omnibus cœli injuriis incredibili modo durabant, ut in intensissimo frigore leviter amicti essent, nec totum corpus vestiti. Sæpius etiam in profluenti natabant in acie ex equis descendebant, & pedites pugnabant. Vinum suis Regionibus in-

ferri non patiebantur, quod illo mollitiem animis induci credebant, nec aliud quam effœminatos reddi Viros.

MORES GERMANORUM RECENTIORES.

GErmani hodie in diverſos ſtatus diviſi ſunt. Primus eſt Status Clericorum, ſub quo omnes continentur ordines reg ulares & irregulares. Ad hunc ingentes redundant proventus, cui magnus habetur honor, imprimis ſi honeſtam agat vitam. Nam hic populus miniſtros Eccleſiæ, bonarum artium rudes, ſuſque & æque habet. Habitu oblongiore, & ad talos promiſſo, qui tales decent, utuntur, nigro tamen non coloribus diverſo.

Status alter eſt Nobilium, ubi ſunt Principes, Comites, Barones, Equites, & ſimpliciter Nobiles. Principes cum propter illuſtres & antiquos naſcendi ortus, tum verò potentiam & Vires clariſſimi ſunt. Ideo mirari ſatis nequit, quod omnes Imperii Principes, & reliqui ſtatus tam obſeqentes ſuo ſint Imperatori, quaſi illius ſubjecti, cum interim minores Nobiles ſe hujuſmodi ſubjectioni exemptos dicant. Omnes Nobiles abhorrent à commerciis, & infra decorum putant, uxorem plebejæ conditionis ducere. Ideo civium converſationem ſpernunt, & ſibi in campis arces, & palatia ædificant, pars aulam ſequitur, & ex privatis vivit proventibus, in fundo proprio natis. Venationibus valde ſunt addicti, quarum ſingularibus gaudent privilegiis, à Principibus ſibi conceſſis, & ſi quis hac ſibi non conceſſa licentia uſus fuerit, lepores, damas, cervos, & alias grandiores ceperit feras, graviſſimæ ſubjacet pœnæ, & ſæpius, vitæ init periculum. Feras alias, quæ incolis damna ferunt, ſectari, cuilibet permiſſum eſt. Cæterum Nobiles ſumptuoſe vivunt, & in habitu corporis luxuriant, quem diverſi colores commendant.

Cum in publicum prodeunt, ſervos bene multos conſequentes habent. Itinera plerumque equites faciunt, injuriis laceſſiti, non publicâ juris viâ, ſed privatâ vindicta, & armis decernunt. Commune Nobilitatis vitium ſuperbia eſt, qua nonnulli ita turgent, ut omnes reliquos contemnant, nihil aliud quam fumoſas Veterum imagines jactantes, inquinatis onuſti moribus, Virtutis & artium bonarum rudes;

rudes ; quibus illud Ovidianum bene occines :

Quid juvat admotum per avorum Nomina cælo,
Inter cognatos posse referre Iovem

Tertius ſtatus Cives exhibet urbium, quorum nonnulli immediate ſubjecti ſunt Imperio, nullum ſuperiorem dominum agnoſcendo. Alteri Principes, quidam Eccleſiaſticos, Dominos agnoſcunt.

Cives in urbibus concorditer vivunt, mercaturam invicem publicam & privatam exercent, conviviis mutuis ſæpe delectantur, admodum humani & in Feſtis liberaliter vivunt, aliis diebus parcius & adſtrictius. Veſtitu magis ad modeſtiam quam luxum compoſito utuntur, plerumque tamen ſimplici, pannis Viri, mulieres linteareis veſtimentis conſpiciuntur, Gallico verò more veſtiri amant. Funera parentum & proximorum acriter lugent, & per longum tempus promiſſas nigras Veſtes ſolum induunt. Religioni cæteroquin addictiſſimi ſunt, ut ad operas nemo ſe conferat, niſi prius preces ad Deũ habuerit. Hoc in magno apud exteros honore Germani gaudent, quod erga peregrinos valde ſint hoſpitales, ſtudioſos pauperes, ex ſuiſque Regionibus calamitate belli extorres, liberaliter publicis ſumptibus ſuſtentent, nec inſolens eſt, ut ad fores mercatorum ſacram faciant muſicam.

Ædes potentiorum & divitum ex lapidibus extructæ ſunt, pauperes in pleriſque Germaniæ locis infimas ædium partes cellaſque inhabitant, adſtricteque vivunt, ædes ditiorum lateribus, aut tegulis, tectas vides. Jam de illorum dicendum Victu, ubi notandum quod Franci & Saxones poculis ſint addictiſſimi, adeo ut ad potum etiam nimium peregrinos cogere nihil erubeſcant ; ut ſæpius totas dies & noctes ebrias ducant : ſi quis ad propinatum reſpondere nequeat modum, inimici venit nomine, contra vero, qui Regnum vini ſortitus eſt, pro Victore habetur, coronaque roſea cingitur. Sed nolumus in his illorum poculis diffulis fuſiores eſſe, res enim ſatis omnibus conſtat.

Saxonum cibus durus & craſſus eſt, nec ſatis bene præparatus, quapropter difficilem comedentibus præbet concoctionem. Infantibus etiam ſuis ſolidum ſtatim exhibent cibum, nec illos diu lacte morantur, illum autem cibum duriorem illis bene manducatum porrigunt nutrices,

unde Saxones magis robusti quam alii sunt, & varias vitæ miserias facile patiuntur. Dialectum sermonis singularem habent: eodem autem cum reliquis Germanis vestiti sunt more,

Westphali ingeniosi, & boni œconomi, callidi autem. Franci corpora laboribus durant, mares pariter ac fœminæ vineis colendis se occupant, insolentes esse dicuntur, aliarum nationum contemptores, suæ vero magni æstimatores, qui arrogantiam illorum patienter ferunt, bene accipiuntur, cæterum fortes, & Religioni addicti sunt.

Primo novi anni die parentes & amici se visum eunt, & prehensis dextris sibi felicia quæque precantur, tum genio læti indulgent, & convivia expediunt. Hunc à Veteribus receptum quoque morem servant, ut munuscula sibi mittant. Diebus Festis variis se delectant ceremoniis, quas hic recensere nil attinet.

Tempore Quadragesimæ (ut vocant) Franci satyros larvis induti imitantur, & ineptias publicas exercent, Bacchanalia celebrantes.

Die S. Urbini Vinitores in vineis tabulam in locum aliquem publicum ponunt, illamque odoriferis operiunt herbis, & imaginem S. Urbini supponunt: quod si dies serenus est, hilariter decertant poculis, sin vero nubilus, vel pluviâ ingratus, luto conspurcant imaginem, & tristes discedunt, quod existiment, vineas nulla bona vina daturas.

In Festo S. Joannis Baptistæ, ad ignem mares & fœminæ choreas ducunt, ex coronis herbariis capita impediunt: antequam discedant ab igne, herbas, quibus cingebantur, in ignem conjciunt, voventes, ut omnia mala, quæ illis evenire possent, una comburantur.

Franci cum magno gaudio Festum S. Martini celebrant, ut & S. Nicolai: nonnulli, in conviviis, poculis; alteri, in Ecclesiis, precibus.

In Festo S. Nicolai, pueri, frequentantes scholas, habitu ornantur splendido, cum quo in templis comparent: Finitis sacris, Præceptores illorum, cum pueris, per urbem hymnos cantant, & lucrum faciunt.

Suevorum Præcipui, & divites, operam mercaturæ navant, societatem lucri & damni ineunt, & certam in commune

mune deponunt pecuniæ ſummam, pro hac varias coëmunt merces, etiam quandoque res ludicras, ut ex illarum venditione denuo aliquod conſequantur lucrum. In cujus Rei uſum à Principibus ſingularia impetrarunt privilegia, ut in illo diſtrictu à nemine quam ab illis emere cuipiam liceat. Reliqui, qui ſumptus ad exercendam non habent mercaturam, lanificio operam dant. Ita ut tempore hyberno pannos conficiant, & juxtà Viri ac mulieres colum tractent.

Suevi, libidini valde addicti ſunt, nec ſatis adulteria vitant. Fœminæ tam bono & gracili pollent habitu, ut multi inde ſibi uxores ducere optent; immo hoc jactant proverbium, quod ſola Suevia toti Germaniæ uxores valeat ſuppeditare, qnod hæc mala herba ibi tam feliciter creſcat.

Bavari rudes, & hebetes ſunt, ita ut, ſi cum reliquis conferantur Germanis, pro barbaris cenſeri debeant. Vitiis his præcipue laborant, quod inhumani ſint, & contra 7. præceptum peccent, qui Religioni addicti ſunt peregrinationes longiores ſuſcipiunt. Hoc alias dicterio vitia Germanorum notantur: Franconi latrones,, Bohemi hæretici, Bavari fures,, Weſtphali perjuri, Marchici ad Rhenum helluones ſunt. Bohemi quondam nulli erant obſtricti legi, quæ illis ad Virtutem viam monſtraret, ſed inſtinctus naturalis ipſis norma Legis fuit, ſecundum quem honeſte vixerunt. Illi ſunt ſaturâ magni, promiſſo ventre, capillos habent luteos, ambitioni obnoxii, arrogantes, jactabundi, aliorum contemptores, nec multum à reliquis differunt Germanis. Ad ultimum Germani omnes fideles ſunt, magis nati ſimplices, quam callidi, caſtitatem magis laudant quam obſervant, neque pudori ducunt ebrietatem, dicentes quod deceptores, vini abſtinentiam introduxerint, ne malæ illorum cogitationes, vino nimium poto, proderentur. De Moribus Veteribus German. Vid. Tacit. hic Melam l. 3. Strab. l. 7. Lamprid. Alexandr Ammian. Marcell. lib. 7. Herodian. 8. Plutarch. Cæſar. in Bell. Gall. Athen. l 2. Plin. l. 18. Frontin. l. 2. Agath. l. 1. Gregor. Turon. Hiſt. l. 2. De moribus hujus tempor. Vid. Chytr. in Itiner. Paul. Merul. in Coſmogr. l. 1. Scaliger Poetic. l. 3.

STATUS RELIGIONIS.

HOdie Germania in multas divisa est Religiones : præcipua vero, maximæque auctoritatis est Romano Catholica, postea Lutherana sive Augustana, tum vero Calviniana. Reliquæ Religiones sunt Hussitarum, Anabaptistarum, Judæorum. Soli Catholici sunt in Bavaria, Stiria, Carinthia, Carniola, Comitatu de Goritz, Tirol, Austria vero utriusque Religionis incolas tam Catholicæ Romanæ, quam Augustanæ, habet. Sæpius tamen, ab Imperatore, & nunc prælertim cum virga ferrea visitantur. Quantum ad Episcopatus, Episcopos, illisque Suffraganeos, collegia & alia, horum catalogum Vid. ap. Pierre d'Avity in descript. Germ. p. 613.

REGIMEN POLITICVM GERMANORVM.

FOrma hujus Reipub. est Monarchica, sed temperata & mixta, estque electitia, quia non nascitur Imperator, sed creatur & eligitur. Estque hæc electio non voti adstricti, sed liberi, sæpiusque constitutum, ne eadem familia eligerentur Imperatores. Mortuo Imperatore, Vicarii imperii sunt Electores; quando nempe nullus adest Rex Romanorum. Palatin. ad Rhenum & *im Oberreich Saxo* vel inferiorib. partibus. 3. Electio fit à solis Electoribus, juxta tenorem A. B. ubi quædam antecedentia, intermedia M consequentia spectantur. Antecedentia sunt, ut Moguntinus intra unum mensem id notificet & convocet 2. Ut eo se conferant Electores ipsi vel eorum Legati, cum potentia plena instructi. 3. Ut illi salvo conductu per terras Principum gaudeant. 4. Ut quilibet urbem Francofurtum certo comitatu instructus nec ultro ingrediatur. Omnibus vero Francofurtenses tutelam ac securitatem promittere tenentur, nec ullum alium præterquam Electores, Francofurtenses admittunt. Inter media illa sunt, ut Electio Francofurti fiat, idque in Templo D. Bartholom. 2. Peractis sacris ut omnes ad altare accedant, vel Electores, vel eorum deputati, ad præstandum sacramentum. Hoc peracto, in sacellum secedunt, & Regem Roma-

Romanorum eligunt. Votorum ordo hic eſt, ut Moguntinus Collegii velut Decanus primum requirat vota. Primum autem votum. Elector habet Trevirenſis, 2. Colonien. 3. Rex Bohem. 4. Comes Palat. Rheni 5. Saxo. 6. Elector Brandeburg. Acceſſit inſtrumento pacis Oſnabrug. Principum ordini Regina Sueciæ. Major autem votorum pars eligit. Conſequentia ſunt; quod Rex R. electus à Monguntino, ad altare, advocatâ Nobilitate & populo, publica renuncietur Oratione. Ipſa Electio ſtatim ſcribitur & confirmatur ſigillis ſingulorum Electorum. Electo Regi commendatur Imperium, adjunctis tamen certis conditionibus. Hinc ſtatim omnia Privilegia, jura, beneficia, libertatem confirmat, omnibus Electoribus & ſtatibus Imperii. Locus coronationis olim fuit Aquiſgrani, poſtea, Francofurti, deinde variatum legimus. Imponitur Diadema per Archiepiſcopum Colonien. Inſignia ſunt; corona clauſa ſeu Imperialis, quæ ita dicitur ad differentiam apertæ ſeu regalis. 2. Gladius ſtrictus, ſignum tum juſtitiæ, tum Imperialis poteſtatis. 3. Sceptrum, cujus loco olim haſta erat. 4. Pomum aureum cum cruce. 5. Amictus qui magno cum honore Norimbergæ aſſervatur. Juramenti præſtatio duplex: 1. Ante coronam & unctionem, cum Imperator à Colonienſi rogatur an velit Catholicam Religionem ſervare, Eccleſiæ defenſor, miſerorum tutor ac defenſor, judexque eſſe, & reſpondet, Volo, ſic me DEUS adjuvet. 2. Peracta coronatione denuo juramentum conceptis præſtat verbis, quod 1. Velit LL. ſervare, 2. Juſtitiam exercere, 3. Jura Regni cuſtodire, 4. debitum honorem Rom. Pontifici deferre, 5. Donata Eccleſiis conſervare, &c. Huc ſpectat capitulatio Cæſarea. Fuit autem triplex olim Coronatio Imperatoris, Germanica, Lombardica & Romana. Sed Lombardica inde dicta eſt, quod Mediolani fieri ſolebat in æde Ambroſiana, qua coronatione Rex Italiæ renunciebatur, & Fridericus 1. quinque coronis dicitur coronatus 1. Francorum, 2. German. 3. Longobard. 4. Roman. 5. Italiæ. Tertia coronatio Romæ fieri ſolebat in æde D. Petri, licet nec hoc neceſſarium; nam Carol. V. Bononiæ à Pontifice coronam accepit auream, cum aureo ſceptro, enſe, & pomo aureo. Pontifex vel per ſe, vel per Cardinales miſſos Legatos coronationem peragit, quam Imperatori tribuere

poteſtatem autumábant. Poteſtas Imperatoris longe olim fuit major, hodie nihil ratum habetur, niſi in id Status Imperii conſentiant, exceptis Reſervatis, quæ in ejus ſita ſunt poteſtate, ut creare Duces aliarumque dignitatum Viros, conferre feuda, inveſtituras, Principum *Fahn Lehn* habere cognitionem in cauſſis *Der Fuͤrſten thumer*, Academiarum fundationem, condere Civitates. Huc ſpectat jus ſtapulæ, & privilegia nundinarum. Adhæc pertinent curſores publicos & poſtas inſtituere, Legationes indicere, famam reſtituere, natales honeſtos reddere, concedere veniam ætatis.

Poſt Imperatorem, primum habet locum Rex Roman. Hic conſtituitur vel à vivo Imperatore, vel ab aliis eligitur nim. Electoribus, quando ſcilicet vel 1. nullus eſt, 2. vel remotus, vel 3. ſponte abiit, vel 4. à Pontifice excommunicatus eſt, vel 5. obiit. Eligitur ſecundum A. B. quotieſcunque neceſſitas Imperii poſtulat. Poteſtas ejus eſt, 1. quod audiat perpetuus Imperatoris Vicarius, 2. ſucceſſor Filii Imperator. demortui 3. Nominatur caput Imperii 4. Abſente vel impedito Imperatore Regit, Imperiique jura exercet.

Habet jura Majeſtat. Nobiles faciendi, Academias erigendi, Banno Imperiali feriendi ſolvendique. At in inſignibus aquilam tantum gerit ſimplicem. Imperator dicitur ſemper Auguſtus, hic tantum Auguſtus. Imperatorem reverentiæ cauſſa nominat *Seinen Herrn*, &c.

VICARII.

VIcarii Imperii ſunt, vel univerſales, ejuſmodi eſt Rex Roman. vel particulares, alii in Italia, alii in Germania. Hic duo A. B. conſtituti ſunt Palatinus & Elector Saxoniæ: Palatinus in ſuperioribus circulis Germaniæ, Saxo in illis ubi eſt jus Saxoniæ, qui vacante Imperio Vicariorum funguntur officio. Prædiți autem ſunt poteſtate. Primo judicia exercendi. 2. Beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, 1. ratione primariarum Precum. 2. juris Patronatus. 3. Dotationis, 4. præſcriptionis. III. Recolligendi reditus & proventus. IV. Inveſtiendi de Feudis, & juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi. V. Vicarii nullas

nullas res Imperii alienare seu obligare possunt tempore Vicariatus.

ELECTORES.

HOrum institutio ordinum consensu introducta fuit, donec à Carol. IV. publice constitueretur & A. B. firmaretur. Vocantur Imperii R. decus, Illustres Principes, Electores, Columnæ Imperii, per quos cœpit & in quibus consistit Imperatoriæ gloriæ celsitudo. Palmites Imperiales. Septem cendelabra, Lucentia in unitate Spiritus septiformis. Columnæ, quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ pietate sustentant. Membra corporis Imperatoris. Principes absolute, & per excellentiam. Dignitas eorum hæc est: ut, licet Reges non sint, Regibus tamen æquiparentur. 2. In celebratione Imperialis curiæ nullus Principum in quocunque actu ipsos præcedit. Qua ratione Marchio Brandeburgensis noluit Rudolpho II. qui tum temporis solum erat Rex Hungariæ, Ratisbonæ priorem locum concedere. Nec cessit Archiepiscopus Colonienſis Cardinali Maroni, Legato Apostolico. Quapropter in coronatione Caroli V. Regis Angliæ Legatus & Nuncius Apostolicus pompæ adesse noluerunt, ne post Electores ordinarentur. Sed in Consilio Tridentino Electores post Legatos Pontificis præcipui fuerunt. Officium Electorum est; ut Imperatorem eligant solenniter. 2. Ut prudentia consilioque Cæsari adsint. 3. Ut Imperatorem, si necessitas utilitasque publica id postulet, deponant. 4. Illis concedunturomnes metallorum fodinæ; quas inventas retinent & possident. Olim jus fodinarum Imperator sibi vindicabat, & decimas solvere Electores opus habebant si illas haberent. 5. Tribuitur illis retipiendi Judæos potestas, quæ tamen & aliis Regalia habentibus tributa esse videtur 6. Teloniorum de præterito indictorum perceptio. 7. Regalem cudendi monetam auream & argenteam 8. A quibuscunque Principibus & personis terras, castra, possessiones, prædia, &c. comparare. Nemini tamen Electorum, subditos, pro quacunque caussa, ad quodcunque Tribunal extraneum evocare licet. 10. Possunt celebrare conventus in utilitatem Imperii.

1. In Feudorum ab Imperatore aliorumque Regalium receptione, ad aliquid pro iis dandum non tenentur.

Inter Electores Eccleſiaſticos primum locum tenet Moguntinus, Romanoque Imperatori dextrum claudit latus in curiis Imperialibus & Regalibus, vocaturque Archicancellarius Germaniæ, apud quem archiva Imperii ſervantur, cum matricula. Eſt & Decanus Electoralis Collegii, olim jus habuit conſecrandi Regem Bohemiæ. Provocatio à Curia Electorali Moguntina ad cameram Imperialem non admittitur, niſi valor cauſſæ ad ſummam 400. florenor. accedat. Inſignia ejus ſunt, rota, cujus origo à Willeſio, Ottonis 3. Præceptore, deducitur, qui fuit Archipræſul Moguntinus.

2. Eſt Trevirenſis Archiep. dictus Archicancellarius. Ipſi competit ex præſcripto A. B. votum primum in Electione Imperatoris. Sedet ex oppoſito verſus Imperatoris faciem. Singularia habet à Carol. IV. privilegia, conceſſa Cuno Archiepiſcop. Trevirenſis annò C. M. CCCLXXVI. Hæc vid. in German. Repub. p. 156.

3. Elector Colonienſis Archiep. Ille 1. nomen Archicancellarii obtinet per Italiam. 2. In Electione Regis Romanorum votum ſuum profert. 3. Ipſi competit Romanorum Regi primum diadema imponendi. 4. Idem in ſua diœceſi & Provincia, pariterque extra Provinciam, Cæſaris latus claudit. 5. Ejus ſubditi gaudent privilegio contra Rotweilenſe, & alia extranea conſiſtoria, tam realibus quam perſonalib. actionib. 6. Provocare non licet in cauſſa momentaneæ poſſeſſionis, ſalvo tamen petitorio. Nec in reliquis appellatio conceditur, niſi cauſſa 500. Florenos Rhenanos æquet.

4. Eſt Rex Bohemiæ Elector, Pincerna Imperii, ſed non tenetur ſemper comparere. In celebratione Imperialis curiæ, primum potum tenetur porrigere Imperatori, non tamen ſub Regali corona, niſi libera voluntate. 2. Eſt inter Collegas ſeculares primus. In proceſſionibus Imperatorem, ſeu Regem Romanorum nullo interveniente ſequitur, & ipſam Imperatricem auguſtalibus amictam inſignibus præcedit 3. Ut Electoribus cæteris conceſſæ ſunt Civitates & arces, quas ut Electores obtinebant, ita Luſatia inferior ad Regem Bohemiæ eodem titulo pertinuit. Nemo

ſubdi

ſubditorum extra Regnum Bohemiæ in quacunque cauſſa ad jus trahi poteſt. Excipiuntur cauſſæ & controverſiæ Feudales. 2. locus contractus & delicti 3. Diffamationum cauſſa. Aliquando enim diffamati evocati ſunt. 4. Poſſunt à Cameræ aut Rotwilani judicii commiſſariis ſubditi hujus Regni ad teſtimonium dicendum evocare. V. monetam auream & argenteam cudere licet. VI. Pro ſuſcipiendis Imperialibus inſulis cum Romam Rex Romanor. futurus, proficiſceretur, Rex Bohemiæ non tenetur, ut antea, eidem dare, niſi quinquaginta armatos aut totidem argenti marcas, quamvis ſuperiori tempore 300. armatos dare aut tot argenti marcas adſtrictus fuerit. VII. Conventibus Imperii ordinarii intereſſe non cogitur: excipe, niſi Imperator apud Nurembergam, aut Bambergam curiam Imperialem habuerit. VIII. Rex Bohem. inveſtituram non niſi in finibus Regni ſui accipit. IX. Ad ſuſcipienda Regalia ſua proficiſenti per Imperatorem de Salvo conductu proſpicitur. X. Capitaneis per Cæſarem conſtitutis, qui ſunt ex ſubditis Regis Bohemiæ, præcipitur ne ſe contra libertatem Regni Bohemiæ intromittant. XI. Circulo nulli addictus, neque contributionibus, aliiſque oneribus obnoxius eſt. Reliqui Electorales Principatus vacantes ad Imperatoriam proviſionem pertinent, excepto Regno Bohemiæ, cujus Regnicolis in caſu vacantiæ jus competit eligendi Regem Bohemiæ, faciendique juxta diuturnam conſuetudinem. Rege defectum ætatis patiente, non proximus agnatus, ut vult A. B. ſed Proceres Regni ad Electionem Imperator. admittuntur.

5. Eſt Elector Palatinus Rheni, qui nomine Palatinatus, non Bavariæ Ducis eſt Elector, quod etiam probat deciſio Caroli IV. A. B. de hac controverſ. Vid Reſpub. German. p. 178. Dignitatem Palatini hæc oſtendunt. 1. in Electione Regis Romanorum quartum votum obtinet. 2. ad dextrum Imperat. latus aſſidet, poſt Regem Bohemiæ. 3. In ſolenni proceſſione pomum aureum imperiale portat. 4. Eſt imperii Dapifer. 5. Vacante Imperio, dicitur ejus Vicarius in partibus Rheni & Sueviæ 6. Eſt judex Imperatoris. 7. oppida & dominia à Cæſare oppignorata iiſdem conditionibus & pretio eodem, quo oppignorata fuerunt. redimere poteſt, donec à Cæſare reluantur,

8. Pri-

8. Privilegium habet creandi, non ſolum Nobiles, ſed etiam Comites. 9. Non licebat ab eo provocare niſi ſumma appellation. 500. Floren. excederet, quæ ſumma hodie ad 1000. redacta eſt. Subditi officiales & vaſalli Electoris Palatini privilegiati etiam ſunt contra Weſtphalica & alia extranea judicia, nec non contra Rottwilenſe tribunal.

6. Eſt Elector Saxoniæ, qui titulo gaudet Imperii Archimareſchalli. 2. In Electione Imperatoris quinto loco votum habet. 3. In comitiis ac proceſſionibus Imperialibus gladium Imperialem Imperatori præfert: unde & in inſignibus gladiis utitur. 4. Avenam in curiæ ſolennitatibus primus diſtribuit. 5. Vacante Imperio ejusdem eſt Vicarius in illis locis ubi jura Saxonica vigent. 6. Subditi ejus ad aliud judicium extra territorium trahi non poſſunt, nec appellare ipſi ad aliud Tribunal, quamdiu juſtitia illis non eſt denegata. Habentur autem in contrarium præjudicia cameralia, quod nimirum, non obſtante privilegio, de nullitate agi poſſit. Etiam ob violatam pacem publicam, Duces Saxoniæ, eorumque ſubditi in camera Imperiali conveniri poſſunt. Electoratus Saxoniæ varias habuit familias.

1. Duces Lunæburgenſes 3.
2. Ex Comitib. Supplenburgi Lotharium Imperatorem.
3. Ex Ducibus Bavariæ Guelphorum 1.
4. Ex Principibus Anhaltinis ſive Aſcaniæ 8.
5. Ex Comitibus Wettinenſibus & Marchionibus Miſniæ.

7. Eſt Elector Brandenburgicus, qui eſt Imperii Archicamerarius. 2. Sextum habet votum in electione Imperatoris. 3. In proceſſionibus Imperialibus defert ſceptrum, conſiſtens à latere ſiniſtro Ducis Saxoniæ. 4 In ſolenni curia porrigit Imperatori aquam manibus abluendis. Eſt ultimus inter Electores Seculares. Habet vero etiam privilegium ſpeciale de non appellando, Anno 1568. Hodie tamen conveniri tam Elector quam ipſius ſubditi in camera poſſunt.

Septemviratus Brandenburgicus ſex habuit familias.

1. Fuit Comitum Werrinenſium, è quatres. 2. Comitum Stadenſium, è qua 4. (3.) Comitum Aſcaniæ & Principum Anhaltinorum, è qua 13. (4) Comitum Wittelſpachiorum, & Ducum Bavariæ, è qua 3. (5.) Luneburgica, è qua

qua 2. (6.) Comitum Zolerenſium & Burgraviorum Noribergenſium, ex qua 9. numerantur.

Notari hic autem debet, quod in Inſtrumento Pacis 8. Electoratus conſtitutus ſit, quo Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni ejusque hæredes, & agnati totius lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem ſuccedendi in aurea bulla expreſſum deinceps fruantur. Nihil tamen juris, præter ſimultaneam inveſtituram, ipſi Domino Carolo Ludovico aut ejus ſucceſſoribus, ad ea quæ cum dignitate Electorali Electori Bavariæ, totique lineæ Guilhelmianæ attributa ſunt, competat. Reliqua membra & ſtatus Imperii ſunt. 1. Principes, vel Eccleſiaſtici, iisque vel Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, vel Abbates, quibus annumerantur Abbatiſſæ, & Magiſtri ordinis Teutonici, quorum dignitas & poteſtas ex jure pub. latius patet. vel ſunt Principes Politici, ex quibus 18. familiæ ſunt Principales, tum Duces, alii Comites, Palatini, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Comites, Barones Imperii immediati, à quibus multum differunt mediati. Hi in comitiis in ſcamna dividuntur. Nobiles, Imperii non ſunt ſtatus amplius, quanquam olim fuerint. Denique ſunt Civitates Imperii liberæ. In latere Sueuico 31. Rhenano vero 25. harum Vota per ſcamna Principum viritim fiunt: habent autem Vota conſulendi, ut multis placet, non ſuffragandi, quamvis alii utrumque aſſerant.

Comitia dividuntur in univerſalia, & particularia. Univerſalia ſunt, ubi imperator & reliqui ſtatus univerſi conveniunt. Particularia ſunt certæ partis ex corpore congregatio. Locus ordinarius eſt Francofurtum. Ad particularia comitia referuntur conventus circulorum, in quibus negotia contributionum, monetæ probandæ vel improbandæ, præſentationes aſſeſſorum Cameræ, executionum contra contumaces tractantur. His duo Principes vel Duces, unus Eccleſiaſticus, alter ſecularis, præſunt.

His Comitiis etiam annumerantur die *Churfurtentage*, pro ſalute & incolumitate Imperii. Generalium autem comitiorum indicendorum poteſtas ſoli Cæſari eſt reſervata, cum conſenſu tamen Electorum, quos prius per literas conſulere debet ſingulos. De loco, ubi comitia celebrari debeant, hodie nihil certi eſt conſtitutum. Tempus etiam olim fuit certum,

certum, nimirum annuum, quod noſtris moribus amplius non obtinet. Electores vota viritim dant hoc ordine, 1. Trevirenſis, 2. Colonienſis, 3. Palatinus, 4. Saxo, 5. Brandenburgenſis, ultimo Moguntinus. Principes Eccleſiaſtici, & qui ex Prælatis accenſentur, omnes vota viritim dicunt. Prælati vero & Comites curiatim: hoc diſcrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum vero ac Baronum à locis in duas tribus, Suevicam ac Wetteravicam, diſtincta, duorum ſuffragiorum ferendorum jus habeat. Ultimæ claſſis curia Civitatum Imperalium eſt, juſque duplicis habet voti, quamuis inter ſe ſingulæ dicant ſententiam. Non vincit autem perſonarum vel ordinum, ſed claſſium ſive curiarum numerus. Tempore comitiorum juriſdictionem exercet Mareſchallus aulæ Cæſareæ in illos, qui eidem aulæ ſunt addicti, Mareſchallus hæreditarius in Legatos, & Legatorum familiam, advenaſque omnes. Senatus urbis in ſuos Cives eandem exercet. Superſunt Principum, Statuumque Imperii jura, ac dignitas. 1. Tantum Principes Germaniæ in ſuis territoriis poſſunt, quantum Imperator in Imperio. Habent jus territoriale proprio, & ordinario jure. Regalia majora & minora, merum & mixtum Imperium, jus ſeſſionis & ſententiæ in comitiis dicendæ. In cauſis ipſorum, honorem, bona ac feuda majora concernentibus, non niſi per comparis dignitatis Principes, tanquam per Pares Curiæ, non per ſolum Imperatorem aut Cameram judicantur. Utuntur etiam jure Auſtregarum, ubi coram utriuſque partis nominatis judicibus controverſiæ civiles Principum componuntur. Permiſſum quoque eſt Principibus Germaniæ, fœdera tam inter ſe, quam cum exteris, pro defenſione jurium & rerum ſuarum, & pacis publicæ cauſſa inire, modo in exitium Reipub. non tendant. Nec fœdera tantum, ſed & marimonia cum exteris Regibus & Dynaſtis libere contrahere poſſunt ſine Imperatoris conſenſu, nec diſſuadenti tenentur obedire. Adhæc jura rerum ſacrarum iis competunt, & poſſunt publicum tam Catholicæ quam Auguſtanæ Confeſſionis exercitium mutare, vel reſtituere jure territorii. Habent vero etiam poteſtatem in ditionibus ſuis non ſolum jus dicendi, ſed & condendi & abrogandi ſtatuta, jura municipalia, conſtitutioneſque Provinciales. Poſſunt pœnas capitales remittere, crimina abolere,

Digitized by Google

abolere, quod in Gallia Regi tantum competit, jus insuper famæ restituendæ, nothos legitimandi, subditos nobilitandi. Onera tam realia, quam personalia, etiam patrimonialia subditis imponendi. Gaudent jure administrationis belli, hoc est, possint milites concenturiare, subditos ad arma convocare, delectus instituere. Jure quoq; monetæ cudendæ fruuntur, modo secundum conceptas Leges monetales. Se gratia DEI constitutos dicunt, quod cum Regibus commune habent. Hæc præcipua sunt Principum jura, privilegia & libertates, reliqua, quæ minora, hic recensere supersedemus.

DIVITIÆ.

OLim reditus Imperii ad 60 tonnas auri ascendebant, quæ tamen Summa hodie vix pro sustentandis cursoribus satis est. Ex cancellaria & pro Feudorum investituris præcipui reditus colliguntur. Quod ad Regionem, illa valde dives est, tam propter auri, & argenti fodinas; quam alia metalla, ut & copiam annonæ, vini, pecorum, abundantiam piscium, Fodinas aluminis & sulphuris. Adhæc manuariæ artis in Germania excellentissimi reperiuntur artifices, ut in Augusta Vindelicorum, Nurenberga, Argentina, & alibi, qui operas suas Italis, Germanis, Gallis, aliisque Nationibus magno ære vendunt. Multa etiam instrumenta ferrea ex Stiria portantur, in Dalmatiam usque & Candiam, ut & vitra artificiose confecta aliorumque metallorum instrumenta, quæ Francofortum efferri solent, in magna sane abundantia, & in Indiam usque. Equorum quoque eximiæ pulchritudinis & roboris copiam Germania Galliæ, Lombardiæ, aliisque subministrat locis, ut & chalybis & speculorum non parvum numerum.

VIRES.

EST nonnullorum opinio, quod si Germania exercitum ducentorum millium extra fines imperii miserit, sufficientes tamen adhuc vires contra quemlibet hostium habituram: præterea, quod uniti imperii partibus Imperator 100000. equitum & totidem peditum castra implere queat. Ad equestrem vero militem maxime sunt idonei Brunsvicenses, Cleven-

Clevenſes, Franci, pedeſtrem contra illi Trivolenſes, Suevi, & Weſtphali. Tempore Caroli V. ubi Proteſtantes arma moverant, illorum exercitus 150. millia continebat. Maximilianus vero ſecundus, Turcæ bellum inferens, 100000. peditum & 35000. equitum in caſtris numerabat. Quin in Principio ultimi funeſtiſſimique in Germania belli viſa ſunt in Caſtris circiter 300000. armatorum.

Equitatus Germaniæ ex Nobilibus maximam conſtat partem, qui alios equites, dictos *Reiſige Knechte*, ſecum ducunt. Arma equitum magis invadendo hoſti, quam arcendo idonea ſunt, quidam illorum tres piſtoletras habent, cum carrabino ex loro ſuſpenſo: ſuas etiam inter ſe habent Leges dictas *Reuter Artickelſbrieffe*, quas ſub periculo vitæ ſanciunt. Cuilibet turmæ præeſt *Capitaneus* vel *Hauptman* dictus, reliqui vocantur, *der Leutenant*, *Fendrich*, *Feldwebel*, pedites vocantur *Land-Knechte*. Quantum ad Leges militiæ Germanicæ, illæ bene multæ eſſe ſolent, præcipue vero hæ: nemini militum ſub pœna capitis ordinem deſerere permiſſum eſt, ſi quid contra Leges militares egerit, in manus dicti Profoſt incidit, & dein ad Judicem dictum *der Regimentſchultz* ducitur, & per præfectos militiæ pœnæ deſtinatur. Melius autem Germani in apertis campis quam in fortalitiis pugnant.

Quantum ad titulos, raro Imperator ſupremos concedit titulos & quæ abſolutam redolent poteſtatem, ut ſunt *General*, vel *Feld-Oberſter*, quia potius *General Major*, *General-Leutenant*, *Oberſter*, *&c.* vocari ſolent. Præter frequentiſſimas militares copias, etiam Germaniæ plurima ſunt fortalitia: in Hungaria contra Turcam ſunt; *Raab*, *Komora*, *Neuheuſel*, *Caſſaw*, *Sacomar*, *Tokay*, *Papa* & *Presburg*: In Auſtria eſt *Vienna*, *Neuſtadt*, *in Sileſia*, *Uratiſlavia*, *in Stiria* urbs & arx *Gretz*, *Rackelſpurg*, *Bettaw*, *in Carniola*, munita urbs eſt *Labach*, *Segnas*, *Pertigne*, *Siſſeg*, *in Winſchmarch*, *Carolowitz*, *Kopranitz*: in Limitibus Bavariæ *Briſach*, *in Alſatia Argentina*, *Benfild*, *Hagenaw*, *in Palatinatu*, *Manheim & Franckental*, in terra Epiſcopi *Spira Udenheim*, alias *Philipsburg*, *in Landtgrafiatu*, *Huſſie*, *Giſa*, *in VVeſtphalia*, *Paderborn*, *Dreſda in Miſnia*, *Gothe*, *in Thuringia*, *Berbin*, in Brandeburgia & aliis locis. Vires maritimæ imperii ex potentia quarundam imperialium

lium Civitatum tantum æſtimantur, ut Lubeca Hambnrgum &c. Nec quicquam reſtat Germaniæ ut ſit invincibilis, quam concordia.

IMPERATORUM GERMANORUM SERIES.

1. CAROLUS MAGNUS.

IS ſolus Regnavit in Francia ann. 42. Bellum cum Saxonibus ſuſcepit memorabile A. C. 772. propter Chriſtianam Relligionem. Numerantur ejus expeditiones 24. per annos 33. Pacavit totum occidentem, compreſſit ſeditiones, Hadriano Pontifici, Romam vocatus ſubſidio venit, Longobardorum Regem Deſiderium cepit, ejuſque Regnum Francis adjecit, contra Sarracenos in Hiſpaniam duxit exercitum, quos domuit. Contra Hunnos & Avares expeditionem ſuſcepit, unde multos theſauros reportavit. Ingreſſus tertio Italiam A. C. 800 Romæ die natali à Pontifice coronatus, die Natali, Imperator & Auguſtus à populo ſalutatus. Irene pacis fœdus cum ipſo renovavit, totum occidentis Imperium ei conceſſit, conjugiumque promiſit, quod miſſis Legatis Carolus popoſcit. Perſarum Rex illi multa miſit munera. Venerunt etiam ex Africa Legati dona, Oſſa ſanctorum, Cypriani & Sperati caputque Pantaleonis attulerunt. Nicephorius cum eo pacem perpetuam fecit ut ambo Imperatores, & Auguſti dicerentur, & alter alterum Fratrem nominarent. Traditæ ipſi etiam ſunt claves ſancti ſepulchri. Adrianus Pontifex poteſtatem ipſi contulit, & jus eligendi Pontificem. Miſerat etiam ei Pontifex claves Divi Petri cum Vexillo urbis Romæ. Nec tamen ille à Pontifice Romanum accepit Imperium. Inſtituit Oſnaburgenſe collegium anno C 780. Templum Aquiſgrani Academiam Pariſienſem anno C. 791. Hæreſes Felicis Francofurtenſis conſilio damnavit ubi adoratio imaginum rejecta eſt. Accitis Roma cantoribus, cantiones emendavit Eccleſiaſticas. Lectiones Feſtorum ordinavit. Linguas multas tenuit. Juſtitiæ & diſciplinæ fuit obſervantiſſimus. Mortuus eſt A. C. 814. ætat. 72. Imperii 13. Rolandum Ducem belli habuit.

II. LVDOVICUS PIVS.

ANno C. 813. Imperium ſuſcepit antea Aquiſgrani ab ordinibus deſignatus. A. C. 816. in Gallia Rhemis à Pontifice coronatus eſt dictuſque eſt Auguſtus. Regnavit a. 26. Propter Religionis ſtudium Pius dictus eſt. Bella cum Sarracenis geſſit, quos Italia expulit. Oppugnavit Vivomarcum Regem Ejus opem Daniæ Rex Haroldus imploravit, & Baptiſmum Moguntiæ ſuſcepit. Oppoſuit ſe ipſi Patruelis ejus. Lotharius filius ipſi bellum intulit, ut & poſtea conjuratorum capita per 3. ejus filios, Lotharium, Ludovicum, & Pipinium, eo adegerunt Patrem, ut ſeſe iis dedere coactus ſit, A quibus in monaſterium cum conjuge ſua Judith detruſus eſt ſed ope Ludovici filii ad Imperium rediit. Auctorum vero tanti diſſidii nemo poſt biennium ſuperfuit. Mortuus eſt ætatis anno 64.

III. LOTHARIVS.

LUdovici filius Anno C. 840. Imperator eſt factus, imperavit Anno. 15. Quamvis autem pater ſingulis filiis certum Regnum dederit, Lothario Italiam, Carolo Aquitaniam, Ludovico Bavariam, non contentus tamen hac diviſione Lotharius, omnia Regna ſibi vindicavit. Hinc grave ortum bellum. Fames quoque tanta in Germania, ut Parentes liberos & hi parentes vorarent. Mortuus eſt in monaſterio Brumienſi quo ſe abdiderat.

IV. LVDOVICUS 2. LOTHARII FILIVS.

ANno C. 855. Imperium ſuſcepit & imperavit an. 19 menſes 10. fuit pius, comis, juſtus, ſimplicis candoris, eruditus. Normannos ex Gallia, Sarracenos ex Agro Beneventano, Fratris ſui Caroli ope expulit. Adalgiſum Ducem Beneventanum coercuit.

V. CAROLVS CALVVS.

LUdovici Pii filius, Rex Galliæ, Imperator Germanorum factus Anno C. 875. imperavit Annos 2. menſes 2. conatus eſt Regnum à Fratre Ludovico relictum in ditionem

Francici

Francici Imperii redigere. Sed à filiis Ludovici in prælio victus, in fugam versus est, creditur veneno sublatus per Sedechiam Gudæum medicum suum.

VI. LVDOVICVS 3.

LUdovicus 3 cognominatus Balbus, Caroli Calvi filius, Francorum Rex, Imperator electus est, imperavit 1. annum, menses 6. fuit pius, simplex, justus, moderatus Pace nil prius habuit. Coronatus est à Pontifice præter multorum Principum voluntatem, qui magis in Carolum inclinabant.

VI. CAROLUS. 3. COGNOMENTO CRASSVS.

ANno C. 879. regnavit, fuit Ludovici filius, imperavit annos 8. menses 7. Hic Regnum Franciæ extincto Ludovico acquisivit. Cum Normannis Trevirim. & Metim populantibus Pacem fecit. ea conditione ut Christianam Religionem susciperent. Hoc etiam factum, verum, neque ita Normanni acquieverunt. Cum vero imperii moli par non esset, Depositus est à Proceribus, & ad tantam egestatem redactus, ut vix haberet quo vitam sustentaret.

VIII. ARNULPHUS.

LUdovici senioris Germaniæ Regis Nepos, Dux Franciæ Orientalis, Imperator electus est A. C. 887. imperavit 12. annos, electus contra eum Rudolphus qui imperavit in Italia annos 50. Æmulus ejus fuit Berengarius, item Guido, sed imperator ipsos ad Mosam superavit. Post Romam profectus, à Pontifice Formoso coronatus, sed ab uxore Guidonis propinato sibi pharmaco, pediculorum multitudine ex corpore ipsius orta, mortuus est.

IX. LUDOVICVS 4.

ARnolphi filius A. C. 896. ab optimatibus Franciæ adhuc juvenis in oppido Forcheim Imperator creatus est, imperavit 13. annos. Hujus tempore Hungari in Bavariam invaserunt cum quibus per 2. dies conflixit ad Augustam Vindelicorum Ludovicus & succubuit, ubi flos Germanicæ

juventutis periit. Exinde Ungaros animus inceſſit, totam devaſtare Italiam, Lombardiam, Saxouiam, Thuringiam. Mortuo Ludovico ſtirps Carol. M. defecit cum jam annos 112. imperaſſet.

X. CONRADUS I.

ANno C. 911. Conradus I. Conradi Ducis Franconiæ filius Imperator deſignatus eſt, authore Ottone Saxoniæ Duce, qui ad ſe delatum recuſavit Imperium. Fuit Princeps ſtrenuus, corpore validus, rerum peritus, æmulos ſuos partim vi, partim prudentia ſuperavit. Arnolphum regno ejecit, alios capite truncavit. Ante obitum convocavit Germaniæ Proceres, iplis ſuadens; ut Henricum Ottonis Ducis Saxoniæ filium Imperatorem facerent: ad quem etiam per Fratrem Eberhardum, ſceptrum, coronam, & alia Imperii inſignia miſit.

XI. HENRICUS I. AUCEPS SAXONUM DUX.

ANno C. 919. Imperator factus à Principibus Germaniæ & Franciæ: imperavit 17 annos. Nomen aucupis à venatione accepit. Fuit magnanimus & fortis, pius, moderatus, prudens. Primum bellum contra Arnulphum Ducem armis Bavariam vaſtantem ſuſcepit, tum adverſus Hungaros, qui crebris incurſionibus Franciam, Alſatiam, Sveviam, Saxoniam, populabantur, quos aggreſſus, memorabili prælio ad Merſpurgum vicit, ac fugavit, clamante ejus exercitu κύριε ἐλέησον κύριε ἐλέησον. Hac victoria à tributis Ungaricis Germaniam vindicavit, quæ ad pauperum & ſuos uſus convertit. Inde Pater Patriæ ſalutatus eſt, ab omnibuſque Regibus & gentibus cultus eſt. Debellavit Dalmatas, Boemos, Normannos, Danos Obodritos, &c. quorum Obotritorum Regem ad fidem Chriſtianam adduxit, primumque Epiſcopum in Alſatia collocavit, qui Catechiſmum docuit Quedlinburgi.

XII. OTTO I. FILIUS HENRICI. DICTUS MAGNUS.

ANno C. 936 Imperator factus eſt. Imperavit annos 36. Bella habuit cum Bojemis, Ungaris, Germanis, Gallis,

sis, Damis, Sclavis, Italis. Græcis. Seditiones per Tanquardum Saxoniæ Ducem & Eberhardum motas repressit, Ratisbonam obsedit, Eberhardum cepit, sed post restituit: Novos motus per Eberhardum Franciæ, Henricum Saxoniæ, & Lotharingiæ Duces, in herba suffocavit. Ludovicum Regem Galliæ Regno restituit. Exercitui suo pileos stramineos dedit, ad ludibrium contumeliæ, quod Hugo stramineos Saxones dixerit. Haroldus Daniæ Rex victus, ab Imperatore pacem petiit: quæ hac data conditione: ut baptismum susciperet, regnumque ab Imperatore tanquam Feudum acciperet. Ex Dania rediens Sclavos nonnullos Wagros, Windos, &c. in litore Baltico subegit, & ad Fidem Christianam coëgit, eos tamen nimium insolentes contrivit. Contra Johannem XII. ad Saracenos profugum, sibique perfidum exercitum movit, ubi Romam facile accepit in fidem, subditosque; promittentes se nullum Papam præter Imperatoris consensum electuros. Dati pro fide obsides. Convocatur Synodus. Papa ad dicendam causam citatur, comparere nolens, Pontificatu dejectus, ejusque loco Leo VIII. surrogatus est. Berengarium dein cum uxore cepit, in exiliumque Bambergam misit, ubi ambo mortui. Rebelles vero Romanos Joannis instinctu, bis expugnavit. Roma reversus; Longobardos Albertum Regis Berengarii filium Italiæ dominum facientes repressit. Leo Pontifex omnem potestatem eligendi pontificis ad ipsum transtulit. An. 966. denuo Romam rediit Imperator. Joannem Pontif. XIII. ex carcere eduxit & in sedem restituit. Nicephori Imperatoris Constantinopolitani filiam Imperator per Legatos filio suo petiit. Annuens petitis jussosq; venire qui deducerent filiam, occidit, hoc facto incensus Imperator, Calabriam copias misit, qui Græcos superbos fuderunt. Captis, nasos amputarunt & victores evaserunt occiso Nicephoro successor in Imperio Cemisces, sponsam Imperatori misit, Germanos captivos dimisit. Nuptias Otto celebravit Anno C 972. Fundavit Episcopatus Brandeburgensem, Havelburgensem Mysnensem, Cicensem, Magdeburgensem mortuus Anno 973. Viennæ, sepultus Magdeburgi in D. Mauritii templo.

Digitized by Google

OTTO II.

OTtonis Magni filius Imperium ſuſcepit & imperavit 10. annos menſes 7. Haroldum Daniæ Regem ad pacem compulit, Ducis Bavariæ ſeditionem ſedavit. In Bojemos movit, Bavariæ & Carinthiæ Duces arma contra Imperatorem moventes cepit, Pataviam recuperavit. Bojemiæ Regem cum pace dimiſit. Lotharii injuriam ſibi illatam ultus eſt, Galloſque ad petendam pacem adegit. In Italiam rebus compoſitis arma convertit ad recuperandam à Græcis Apuliam, & Calubriam, Jure dotis ob Theophaniam acceptas. Sed Græci junctis Saracenis vicerunt Imperatorem, qui beneficio Græcæ linguæ evaſit, copiiſque celeriter in periculo contractis bellum renovavit, Saracenos ad Internecionem delevit. Romanos in convivium vocatos quod ſceleratè ipſum deſeruerant, introductis militibus trucidari juſſit. Ipſo in Italia agente, Germani Sclavos deleverunt. Dirrhæâ extinctus anno 983. Romæque ſepultus eſt in templo divi Petri, Latinæ & Græcæ linguæ peritus.

OTTO III.

COnſenſu procerum Romæ electus eſt Imperaror, Aquiſgrani coronatus: imperavit 17. annos. Æmulos habuit. Bojemos ſæpius fudit In mortui Johannis 16. Pontificis locum Gregorium V. ſurrogavit, multa in Italia præſens conſtituit. Mox vero Romam rediit tumultuantem, Creſcentium, Pontificem de ſede deijcientem, exfuga captum, ſuſpendendum curavit. Antipapam oculo & naſo privatum de Capitolio dejecit, Poteſtatem imperatorem Romanum eligendi ad Germanos tranſtulit, 7. Electores inſtituit. Anno 998. iterum in Italiam profectus Sylveſtrum in ſede pontificia collocavit. Hinc viſendi S. Adelberti ſepulchri cauſſa in Poloniam conceſſit, ibi à Boleſlao humaniter exceptus eſt, cum quo Fœdus percuſſit Regemque impoſitâ coronâ fecit. Quarta vice in Italiam anno 1000. iter fecit. Vbi occiſis à conjuratorum factione multis militibus, ipſe Cæſar in Capitolio circumſeſſus fuit. Et in periculum vitæ devenit, quem Hugo Bran-

Brandeburgicus, Præfectus Hetruriæ, tanquam Arbiter negotii. singulari arte liberavit, suadendo nimirum longiori oratione pacis studium, ubi Cæsar mutato habitu clam aufugit. Chirotecis veneno infectis, & à Crescentii uxore missis periit. Sepultus Aquisgrani.

HENRICUS 2. BAVARIÆ DUX.

ANno 1001. Imperator creatus est: Imperavit Annos 23. menses 5. Hic primus ab Electoribus secundum constitutionem Ottonis 3. & Gregorii Papæ. designatus est Imperator, cognomento sanctus & claudus: & Apostolus Vngarorum dictus, quod auctor illorum Conversionis fuerit, & Saracenos ex Apulia & Calabria ejecerit. Windos in Germania domuit, calcavit. Mortuus est A. C. 1024. sepultus Bambergæ ante obitum conjugem Propinquis, tanquam virginem castam reddidit.

CVNRADVS. 2. COGNOMENTO SALIQVVS. EX CAROLI M. PROSAPIA.

IMperavit annos 15. Hoc tempore erat translata dignitas à Francis ad Saxones. Electus à Principibus Germaniæ, tam propter peritiam rei militaris quam auctoritatem Henrici. Coronatus est Aquisgrani ab Archiepiscopo Colonienſi. Filium in Italia Regem Romanorum declaravit. Diadema Mediolani sedato ibi tumultu accepit. Post Italicam expeditionem in Sclavos & Vngaros movit Revertens in Germaniam prope Trajectum morte subita extinctu Spiræque sepultus est.

HENRICUS. III. COGNOMENTO NIGER.

ANno C. 1039. Imperator factus est. Imperavit 17. annos, menses 7. Primum bellum contra Bojemos suscepit, quod tributum recusarent. Post in Vngariam movit, ad restituendum Petrum Regem, propter Tyrannidem ab Vngaris ejectum. Anno 1046. in Italiam venit ut dissidium trium Pontificum tolleret, quos tres deposuit, & alium Clementem. 2. surrogavit. Jura Imperatorum recuperavit concessa prius ab Adriano 1. Carolo M. & Leone 8. Ottone.

Mortuus eſt anno 1056. ætatis 39. Bundfeldiæ Saxoniæ oppido, portiuncula panis grandiori ut volunt, vel dolore. Concidit cum eo potentia Romani Imperii per Carolum M. inſtaurata.

HENRICUS IV.

HEnrici 3. filius A. C. 1056. Imperator ſalutatus eſt imperavit annos 50. minus 2. menſibus, imperium ſuſcepit anno ætatis 6. cui Mater Agnes tam diu præfuit. Fuit Princeps magnanimus, fæcundus, liberalis, pius, ingenioſus, bellator felix, qui bis & ſexagies cum hoſte conflixit, & Marcum Marcellum, Juliumque ſuperavit. Contra Pontificem variâ uſus fortuna, modo victor, modo victus. Cæterum à Pontificibus cœſus, ſpoliatus vexatuſque eſt. Vitam in venatione, & luxuria egit, Saxones ex licentia contra ipſum rebellarunt. Inter Boleſlaum Poloniæ Regem, & Uratiſlaum Bojemiæ Ducem diſſidium compoſuit. Devicit ſeditioſos Principes Saxoneſque, qui Pontificem Hilebrandum contra eum concitarunt. Hic illum Romam citat. Negat venire Imperator, & Pontificem abdicat; Principes plerique ab Imperatore deficiunt, conſiliumque de alio eligendo capiunt. Cæſar ſatisfacturus Pontifici; in Italiam abit, abſolutionem Canuſii petit, nullum pœnæ genus recuſat, ad valvas templorum pro libidine Papæ ſe proſternit, ita auctoritatem apud Italos perdens. Interim Rex à Principibus quibusdam Rudolphus eligitur Suevus, cui Papa coronam hac cum inſcriptione mittit.

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rudolpho.

DEluſus Imperator in Germaniam redit, cum Rudolpho bellum committit, quem fugat, Bavariam diripit, & tandem victor evadit. Duces Germaniæ capiuntur. Concilium Brixiæ Noricæ convocatur, in quo Hildenbrandus licet abſens damnatur, in ejuſque locum conſtitutus Clemens. 3. Poſt recruduit prælium cum Rudolpho, in quo Rudolphus dextram ſuam amiſit, quam ſuis monſtravit ut ſpectarent perfidiæ ream, pœnaſque luentem. Ex hoc vulnere diem obiit. Poſt in Italiam copias duxit. Romam obſidione

dione cinxit, vaſtavit, templa diruit. Romanoſque ad petendam pacem compulit. Papam Gregorium ad Normannos profugum revocat, non venientem ſede movet, & Clementem 3. in ejus locum evehit. Interea Rebelles in Germania Pontificis juſſu Hermannum Ducem Lucelburgenſem Rudolphi loco Imperatorem deſignant, qui Franciam Orientalem ſtatim diripit, Redux Moguntiæ conventum celebrat an. 1085. in quo Hildebrandi acta damnantur, deponitur Cæſar. Hermannus Uratiſlaus Bojemorum Dux titulum Regis accipit. Denuo ad pacandam Italiam redit ibique per 7. annos manet. Duos habuit filios, alterum Cunradum, alterum Henricum. Illum Italiæ præfecit, hunc Imperii ſucceſſorem diſtinavit. Paſchalis 2. Henricum Romam paulo poſt citat non comparentem anathemate ferit, ſed Henricus pacem cum Saxonibus facit. Quos tamen Saxones, ipſi Pontifices, ut & filium Imperatoris Henricum V. contra patrem concitarunt. Poſt in conventu Moguntino à Papa Paſchali imperio exuitur, omnibuſque inſigniis ac ornamentis ſpoliatur. Tunc cometa illuxit. Henricus A. C. 1106 mœrore animi confectus, eſſe deſiit, ad tantam paupertatem redactus, ut ab Epiſcopo Wormatienſi beneficium Præbendæ peteret, nec impetraret. Quidam ſcribunt corpus ejus, Pontificis mandato, ſepulchro extractum, & quinquennium inhumatum relictum eſſe. Hic Imperator pro tot pro Patria ſuſceptis laboribus, nihil præter æternam fidei, fortudinis ac conſtantiæ reportavit memoriam, Hoſtes vero ejus plerique tetram obierunt mortem.

HENRICUS V.

HEnrici IV. filius imperavit 19. annos. *In Italiam* quidem profectus Lombardos pacavit. Papam Paſchalem eo compulit, ut ipſi coronam tribueret, quam tamen poſt, per concilii decretum amiſit, turbis novis implicitus. Bellum cum Polonis geſſit, ſed irrita ſpe. Hoc iterum ſub Uratiſlavio recruduit, ubi à Boleſlao Polonorum Rege victus eſt. Conventum Moguntiæ A. 1115. indixit. Moguntini in hoc conventu Cæſarem in arce obſederunt, & ad dimittendum Archiepiſcopum compulerunt. Mortuus eſt Trajecti ſine liberis. 1125. Sepultus vero Spiræ.

LOTHARIUS SAXONVM DVX.

ANno 1125. Imperator Germanorum factus est, imperavit 13. annos. Princeps fuit moderatus, pacis & justitiæ amans & ad summorum Imperatorum laudem accedit. Pacis autem studio, & justitiæ cura admodum excelluit. Adversus Bojemos expeditionem suscepit. Innocentium 2. Italiam veniens dignitati restituit, coronam Romæ accepit Anno 1137. Italiam denuo ingressus Rogerium Siciliæ Regem Apulia & Campania expulit. Jura Romana post quingentorum annorum exilium in Scholas & forum revocavit. Mortuus est prope Tridentum in reditu ex Italia, sepultus inter Helmstadium & Brunsvigam.

CUNRADUS III. SVEVIÆ DUX.

HEnrici V. ex sorore Nepos, Imperator designatus A. C. 1139. imperavit. 14. annis. Æmulum Henricum Bavariæ Ducem sine cæde vicit. Saxones rebellantes edomuit, ut peterent sese recipi in fidem. Bellum Bavaricum gessit cum Welpho, fratre Henrici proscripti & expulsi. A. C. 1140. obsedit arcem Winsberg. ubi mulieres impetrata per preces gratiâ, ut quicquid humeris efferre possent auferrent; viros ex oppido liberarunt. Expeditionem in Syriam suscepit, A. C. 1147. Sed re infecta reversus est Norimbergam & Lubecam instauravit & exornavit. Norimberæ monasterium ad S. Ægidium fundavit, motuus Bambergæ, sepultus est Laureaci, Anno 1152.

FRIDERICUS BARBAROSSA.

ANno 1152. Imperium suscepit, imperavit annos 38. 3. menses. Aquisgrani Imperator consecratus est. Insignis fuit prudentia, fortitudine, pietate, & pacis amore, sed insigni fortunæ varietate ubique usus est. In Italia rebellantes Mediolanenses coërcuit. Romæ coronam accepit A. C. 1155. In Germaniam redux, novos compescuit motus. Magno animo se Pontifici opposuit, cum quo ubi iterum in amicitiam redire vellet, suplex Venetias venit, ad Papæ pedes provolutus. Tunc Papa pede Imperatorem calcans,

Digitized by Google

calcans, hæc ex Scripturis protulit verba, ſuper aſpides & Baciliſcum ambulabis. Hic Imperator jura ſanxit Feudalia. Edictum etiam in gratiam ſtudioſorum promulgavit inſigne. Bellum in Saxonia compeſcuit. A. 1189. iter in terram ſanctam ſuſcepit contra Saracenos cum Regibus Galliæ & Angliæ, in flumine æſtus levandi cauſa lotus periit. Sepultus eſt Tyri cum magno ſubditorum, ſine exemplo, fletu.

HENRICVS VI.

PAtri Frederico Barbaroſſæ in Imperio ſucceſſit An. C. 1191. deſignatus à Patre Romanorum Rex Anno 1170. Imperavit 7. annis. In Italiam ivit. In Sicilia Tancredum cepit qui Regnum invaſerat, oculiſque privatum in Teutoniam miſit. Mortuus eſt Meſſanæ A. 1198.

OTTO IV. BRVNSVICENSIS.

IMperium ſuſcepit, Romæque ab Innocentio 3. inauguratus eſt. Ab imperio autem remotus, quod invito Pontifice Siciliam occupaſſet. Hanc ſententiam cum in Germania Moguntinus Archiepiſcopus recitaſſet, Principes ab ipſo defecerunt. Alii elegerunt Imperatorem Fridericum Siciliæ Regem, quem Papa confirmavit, fecitque ut Aquiſgrani inauguraretur. Otho contractis copiis cum Angliæ & Poloniæ Regibus fœdus percuſſit. Fridericus cum Gallorum Rege. Ventum ad prælium, in quo Otho ſuccubuit, deſertuſque ab omnibus, inglorius mortuus eſt Brunſvigæ An. 1218.

FRIDERICVS II.

AC. 1220. inauguratus eſt, 2. Siciliæ Rex coronatus erat, Aquiſgrani. Fuit Imperator ſapiens, fortis, felix linguarumque multarum peritus. In imperio pacem, concordiam, juſtitiam, diſciplinam conſtituit. In Lombardia Magiſtratum ordinavit. Mediolanenſes prælio ſuperavit. Filium contra ſe ſurgentem cuſtodiæ mandavit in qua extinctus eſt. Lombardos coërcuit. Cum Saracenis extra Imperia bellum geſſit. Victoria, potitus in Apuliam rediit. Cum Pontificibus acerrime conflictatus eſt, ſub hoc Gibelinorum & Guelphorum ſtudia exarſerunt. Guelphique dicti qui Pontificem, Gibellini qui Imperatorem ſequebantur.

CUM-

CUNRADUS IV.

FRiderici filius A. C. 1250. Romanorum Rex electus, imperavit 3. annis, menſibus 5. diebus 10. Civitates Italiæ recuperavit. Neapolim expugnavit, à Tancredo adjutus Capuæ muros demolitus eſt, mortuus eſt A. C. 1253. Medicis ob datum venenum ſuſpectis.

GUILLIELMUS.

HOllandiæ Comes, impulſu Pontificis contra Fridericum 2. Electus Romæ, Rex, imperavit 9. annis Friſiis bellum intulit, & ab iis occiſus eſt. Hinc Anarchia totis 17. annis fuit, quamvis Richardus Frater Joannis, Anglorum Regis, Aquiſgrani, Alphonſuſque Caſtellæ Rex Imperii potirentur.

RUDOLPHUS. SUEVUS. COMES HABSBURGENSIS.

ANno 1273. omnium Electorum conſenſu *Imperator* factus, à Pontifice confirmatus eſt, Aquiſgrani inauguratus ætatis 25. Imperavit 17. ann. 9. menſ. animi bonis admodum excelluit. *Ipſe extra Imperium* abire noluit, Horatiani verſus memor, illumque recitans.

——— Me veſtigia terrent
Omnia te verſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Miſſis Legatis pacem in omnibus Imperii partibus retinuit. Marchionem Badenſem & Bavariæ Duces Rebelles compeſcuit. Viennam obſedit Othocarumque profligavit, vicit, occidit. Regnum Bojemiæ Wenceſlao ejus filio tradidit. Auſtriæ Ducatum Alberto filio ſuo. Cæſar dedit Bavariam filio Joanni ut alia (ejus facta taceamus) ſub illo Veſperæ Siculæ Gallis æternam attulerunt noctem nam 8. millia Gallorum 2. horarum ſpatio perierunt A. C. 1282. hinc Veſperæ Siculæ Prædones Erfurti punivit, 60. arces in Turingia illorum delevit. Mortuus eſt & Sepultus Spiræ A. 1291. ætatis 73. Ab hoc numerantur Imperatores Romani laudatiſſimi, Rudolphus 1. mitis, Albertus 1. fortis. Albertus 2. gravis, Fridericus 3. pacificus. Maximilianus prudens. Rudolphus

phus 2. Clemens. Ferunt ipſum ordinaſſe, ut inſtrumenta, Germanica lingua ſcriberentur.

ADOLPHUS COMES NASSOVIENSIS.

ANno C. 1292. ad imperium pervenit, annis 6. Imperavit. Conductus eſt ſtipendio centum millium aureorum ab Edvardo Angliæ Rege, qui eo tempore bellum cum Gallis gerebat. Ex hoc, odio Germanis eſſe cœpit, quod Imperii auctoritatem imminueret. A. C. 1298, Imperio exutus, illius in locum Albertus Auſtriacus electus eſt. Cui Adolphus bellum intulit, in quo cruento occubuit, manu Alberti confoſſus. Cadaver Spiræ ſepultum. Qui contra Adolphum conſpirarunt, fœdam paſſi ſunt mortem. Ipſe Albertus à fratris filio confoſſus interiit.

ALBERTUS AUSTRIÆ DUX RUDOLPHI IMPERATORIS FILIUS.

AB omnibus Electoribus Francofurti Rex Romanorum deſignatus eſt, imperavit 9. annis, totidem menſibus. Conſecratus Aquiſgrani, Coronam à Bonifacio VIII. primum negatam tandem accepit. Bella magis privata geſſit. Bojemiam Rudolpho filio acquiſivit. Regnum Vngariæ fruſtra affectavit. Veneno hauſto non interiit, ſed oculum per fraudem Saliſburgenſis Epiſcopi amiſit. Bojemiam iturus à 4 conjuratis cum Rhenum traijcere vellet, occiſus eſt. Ac Joannes fratris ejus filius pugionem primus in collum adegit. A. C. 1308. Parricidæ carcere & capite pœnas dederunt.

HENRICUS LUCELBURGICUS.

IMperator electus eſt Francofurti. Coronatus Aquiſgrani, annis Imperavit 4 menſibus 9. Rebelles oppugnavit. Profectus in Italiam Mediolani ferream accepit coronam, ubi Romam venit. Auguſtuſque dictus eſt. Florentinos oppugnavit, cum Rege Siciliæ fœdus fecit, necatus eſt in Tuſcia per Euchariſtiam veneno infectam.

CAROL.

Digitized by Google

CAROLVS IV.

IOannis Regis Bojemiæ filius A. C. 1346 à Principibus quibuſdam pecunia corruptus Imperator factus eſt, Imperavit Anno 32. 7. menſes. Nondum exacto biennio urbe pulſus, in poteſtatem Pontificis devenit.

WENCESLAVS.

CAroli IV. filius vivente patre deſignatus Romanorum Imperator A. 1376. Regnavit anno 22. ſed vitiis deditus. Civitates ſe fœderatæ ſub illo munire cœperunt, quod ab Imperii præſidio deſtituerentur, cum negligenter imperium haberet, Electores ipſum imperio exuerunt, Fridericumque Ducem Brunſvigæ ipſi ſurrogarunt, qui ſtatim ex inſidiis interfectus.

RVPERTVS.

ANno C. 1400. Rex Romanorum electus eſt, fuit Bavariæ Dux & Rheni Palatinus. Regnavit annos 9. menſ. 10. Contra Galeacium in Italiam expeditionem ſuſcepit. ſed prælio ab eo victus, in fugam conjectus eſt, reque infecta in Germaniam rediit. Anno 1410. è vita diſceſſit. Spiræque ſepultus eſt.

SIGISMVNDVS VNGARIÆ REX CAROL. IV. FILIVS.

ANno 1411. unanimi voce Electorum deſignatus Romanorum Rex annis 26. menſibus 8. regnavit. Excellenti ſapientia, eruditione & multis Virtutibus, Curaſque in Eccleſiam & Politiam omnes contulit, cum Bajazete Turcarum Imperatore conflixit, In Bojemia diuturnum bellum contra Huſſitas geſſit.

ALBERTUS SECUNDUS AUSTRIÆ DUX

ANno 1439. Imperium ſuſcepit Francofurti. Gener Sigiſmundi Imperatoris fuit, biennium nondum integrum imperavit. Princeps eximia animi liberalitate, magnitudine.

FRI-

FRIDERICVS 3. AVSTRIÆ DUX.

ANn. C. 1440. Imperator Romanorum electus, imperavit annos 53. Fabio Max. propter cunctationem similimus. In Italiam profectus, diademate regio ornatus est. Redux, Senatores 6. Viennæ in vincula conjecit. Vngaris coronam restituit. Avulsa est ab Imperio Romana Borussia, Carolo Duci Burgundiæ bellum fecit. Sub hoc inventa est Ars typographica. Mortuus est ex melonum esu immoderato, tibia propter gangrænam ferro amputatâ. Optavit ut Aulici simulationem, dissimulationemque deponerent.

MAXIMILIANVS I.

HIC A. C. 1486. ad Imperium evectus est, fuit Friderici 3. filius, Aquisgrani coronatus. Regnavit. ann. 25. 5. mens. elinguis ad 9. annum mansit. In pace ac bello clarus fuit, Literis & historiis operam dedit, Bella gessit cum Flandris à quibus captus per 9. menses in custodia mansit. Belgarum ferociam repressit. Injuriam à Carolo VIII. Galliæ Rege, ob raptam sponsam, sibi Illatam nunquam, vindicavit. Bellum contra Helvetios gessit. Sub hoc Imperatore navigatio nova in Indiam ad Calecutum inventa est, quo tempore claruerunt Christophorus Columbus & Americus Vesputius. Tum liga rusticorum Sutularia Bundschuch an. 1502. exorta est. Bellum contra Rupertum Palatinum pro Bavariæ Ducibus gestum. Bellum contra Venetos suceptum est, Comitia Augustæ habita sunt, in quibus de bello Turcis inferendo, & Lutheri causa actum.

CAROLVS. V. ARCHIDVX AVSTRIÆ.

MAximiliani Imp. ex filio Philippo nepos. Regn. ann. 38. Rex 20. ætatis anno pervenit ad Imperium. Coronatus est Aquisgrani, Bononiæ Imperator salutatus. Fuit omnibus Virtutibus Princeps clarissimus. Sub hoc reformatio Ecclesiæ facta est, Wormatiæ ann. 1521. Lutherum audivit. Conventus denuo Augustæ indictus. Sub hoc Concilium Tridentinum fuit, Schmalcaldici articuli conscripti. Bella gessit gravissima. In Hispania motus composuit. Exarsit bellum inter Carolum, & Regem Galliæ Solymannus

nus venit in Vngariam. an. 1535. Africam cum exercitu Cæsar trajecit. Bellum contra Proteſtantes fœderis Schmalcaldici ſocios ſuſcepit, Saxonem & Landgravium proſcripſit. Profectus in Hiſpaniam ſe imperio abdicavit, & in monaſterio vitam finivit ſymb. habuit plus ultra. Fratri Ferdinando ceſſit Imperium.

FERDINANDUS ARCHIDUX AUSTRIÆ CAROLI V. FRATER.

AN. 1558. Imperio potitus imperavit annis 7. Aquiſgrani inauguratus eſt, fuit clemens, moderatus. Fidem ſemel datam ſervandam cenſuit ſanctiſſime. Latini ſermonis peritus fuit. Hoc Regnante Paſſavienſis tranſactio obtenta eſt. A Pio IV. Pontifice communionem ſub utraque impetravit. Ex tabe catarrhoſa an. 1564. mortuus eſt, an. vitæ 61. menſ. 4.

MAXIMILIANUS II.

FErdinandi filius an. 1564. Romanorum Imperatur electus eſt, imperavit 12. annis, Armis abſtinuit, pacem coluit. Imprimis erat pius, æquitatis cultor, libenter omnes audivit, luxum omnem declinavit. Nullum peccatum gravius cenſuit, quam velle conſcientiis dominari. Bellum geſſit in Vngaria adverſus Solymannum. Liberos ſuſcepit 16. Ex cordis palpitatione ad 20. annos laboravit, ex quo an. ætatis 50. Ratiſbonæ ipſo die Maximiliani extinctus eſt.

RUDOLPHUS II

MAximiliani 2. filius Auſtriæ Dux. an. 1576. Imperator deſignatus eſt Ratiſbonæ, antea Vngariæ an. 72. Bojemiæ & Romanorum an. 75. Rex factus. Sub hoc multa acciderunt memorabilia: Aquiſgrani Evangelium prædicari cœpit. an. 1580. Coloniæ civium pars 3. à Magiſtratu, Evangelii liberam petiit prædicationem. Rotenburgi Legati Electorum convenerunt, ibique de pace in Eccleſia conſervanda actum, ut & de Calendario Gregoriano. Rudolphus cum aliis Principibus Pontificiis in ordinem aurei velleris Hiſpaniarum Regis aſſumptus eſt.

MAT-

Digitized by Google

MATTHIAS.

MAtthias, Hungariæ ac Bohemiæ Rex, fratre defuncto, Electorum ſuffragiis ad imperiale faſtigium evectus A. C. 1612. præfuit Imperio 7. ann. Hoc adhuc vivo, Regni Bohemici & Hungarici ſceptra Ferdinandus II. Archi Dux Auſtriæ ſuſcepit, ſub hoc cum Evangelici gravius premerentur, ſeditiones in Bohemia ortæ, inſtitutoque Pragæ conventu, Guillihelmum Slabatum, & Iariſlaum Bazium, Legatos Cæſaris, de feneſtra præcipites dederunt, anno Seculi 18.

FERDINANDVS II.

DEfuncto Matthia Francofurti factus eſt Imperator an. 1619. hoc ipſo anno Bohemi, repudiato Ferdinando, Fridericum V. Electorem Palatinum Regem ſibi præfecerunt. Hinc fœdum excitatum eſt bellum, cui etiam Chriſtianus IV. Daniæ Rex, anno hujus ſeculi 25. immiſſus, ingentem cladem accepit. An. 26. Guſtavus Adolphus, Sueciæ Rex, contra Imperatorem arma ſuſcepit, an. 30. hoc ad Luzenum in prælio interfecto, Sueci cum Fœderatis ſuis bellum inſtaurarunt. Functus eſt imperio annis 17.

FERDINANDVS III.

DEclaratus eſt anno 636. Romanorum Rex, patri defuncto ſucceſſit an. 1637. Qui bellum Germanicum ambiguâ fortunâ diutius ſuſtinens, ſoluſque (ab omnibus Principibus Germaniæ deſertus) tantam molem belli trahens, tandem Oſnabrugæ, favente ſummo Numine, aurea Pace, poſt tot horrendas Germaniæ clades, Univerſos donavit. Hanc D. O. M. faciat perennem!

SPECIALIS STATUUM GERMANIÆ DESCRIPTIO.

ALSATIA, UBI ARGENTINA.

MORES INCOLARUM.

INcolas Argentinæ humanitas, & egregia commendat indoles. Gallica lingua tam virili, quam muliebri ſexui ex æquo communis eſt. Quantum ad habitum corporis, ille in viris ad morem Gallicum maxime compoſitus eſt.

Digitized by Google

Moris eſt, ut procus ſponſam, aliquam Virginem ambiens, de media nocte, illi dulcis muſicæ ante ædes carmen facibus accenſis adferat, quod ſi Virgo ad feneſtram non accedat, irritum ex hoc fore amorem ſuum conjectare certo poteſt, quod ſi vero accedat, proxima in noctem prona veſpera illius ad ædes cum amicis viſitare licentiam habet. Nuptiæ feriâ prima & ſecunda tantum celebrari ſolent, ubi ſummo mane tubæ auditur clangor, illarum ſolennia notans. Nobiles, tres cum dimidio dies huic inſumunt feſtivitati. Duplicis vero Generis nuptias habent: primæ dictæ *die freygab hochzeiten*, ubi pro cibo nihil ſolvitur, ſed dona feruntur: in aliis pretium dari ſolet. Virginibus, niſi in Gallia eductis, oſculum date inſolens, manum verò manui intexere non indecorum habetur.

RELIGIO.

HUjus Urbis Magiſtratus Auguſtanam confeſſionem profitetur, Incolæ eadem colunt ſacra. Calvinianos etiam multos ibi reperies mercatores, quibus tamen liberum Religionis exercitium non eſt permiſſum. Pontificiorum exiguus ibi eſt numerus: Hi ad ſuæ Miſſæ Sacra, ad D. Joannis Ordinis Maltenſis convenire ſolent. Omnia vero Templa Pontificiis ab Auguſtanis ademta ſunt.

REGIMEN CIVILE.

HÆC Reſpub. conſtat partim ex Nobilibus, partim honeſtis familiis, ultimum mechanicis. Olim penes ſolos Nobiles imperium fuit, poſt ſeditionem autem Sauerorum anni 1332. In hunc uſque diem tantum tertia pars Nobilium Magiſtratum tenet, reliquas partes, familiæ, & civium mechanicorumque ordo conſtituunt. 1. Ex Nobilibus magiſtri eliguntur quorum ſex ſunt. Quatuor ſunt prætores. Nobiles ipſis *Statmeiſters*, 4 Conſules ipſis *Ammeiſter*, 4. honeſti cives, his additur *Ammeiſter*, qui officio præeſt.

Sex præterea ſunt *Ammeiſter*, quorum quilibet annum eſt in functione, & in exitu quinquennii illam iterum ſuſcipit Sex dicti *Statmeiſters*, Nobiles, non ultra 3. menſes officium adminiſtrant: His tredecim Virorum cura, propugnaculorum urbis, armamentarii, & ſimilium commiſſa eſt

Secun-

Secundus Oodo ex XV. conſtat. ubi 5. Nobiles, ex quibus ſæpius Prætor, ſive *Statmeiſter* eligitur, Hi duo ordines XIII. &. XV. Dominorum, perpetuo funguntur Magiſtratu, X. Cives honeſtæ familiæ, qui velut morum cenſores ſunt, & in omnes, qui officiis præſunt, animadvertunt. His XV. cura monetæ & victualium concredita eſt

Tertius ordo eſt XXI. in quo tamen 5. vel 6. præſunt, hic ad maxime ſecreta conſilia XIII. & XV. Virorum convocari ſolet. Atqui hi ordines perpetui ſunt.

Militiæ præfecti, dicti *Officiers*, in munere ſuo ad vitam permanent, vel donec ad dignitatem *Ammeiſter* evehuntur, qui Magnus Senatus (*der Groſſe Raht*) ex XXX. conſtat, ex his X. ſunt Nobiles. Præſes Senatus *Ammeiſter* vocatur, qui à Magno conſilio quotannis eligitur. Sunt XX. tribus, quarum quælibet ſuum ſuperiorem Dominum Tribunum, & 20. Scabinos habet. Ex his Scabinis cujuſlibet Tribus, quolibet anno Senator eligitur, qui magnum conſilium per duos annos frequentat, adeo ut ex X. tribubus, X. Senatores in Magiſtratu decedant, & reliquis V. ſucceſſoribus novis X. eliguntur, donec dicti cæteri X. Senatores exactis 2. annis Magiſtratu decedant, & reliquis V. ſucceſſoribus novis ſuccedendi locum faciant. Quolibet quoque anno tam ex ordine Nobilium quam XIII. & XV. Vires eliguntur Senatores, hi proceſſus civiles & criminales judicant.

Eſt etiam minor Senatus ex XVIII. conſtans, 6. Nobilibus & 12. Plebeis.

Tria ibi habentur Fora juſtitiæ, 1. *das Statgericht*, cui præeſt judex perpetuus, dictus *der Statrichter*, 2. *des Schulteiſſgericht*, quod tamen abrogatum & in ejus locum ſucceſſit *das Vogthy gericht*, ubi Tutores & curatores pupillorum ad rationes vocantur. Quodlibet horum ex VII. conſtat hominibus. 3 *das Siebner gericht* ſive *Zieben richter*. Hi judices omnes ſunt Scabini, & in annum mutantur.

Supremus Magiſtratus, *Ammeiſter* eſt, & quamvis *der Statmeiſter* Nobilis ſit, illo tamen eſt inferior, & votum conſenſus tantum habet. Orto aliquo tumultu, vel incendio; nemini Nobilium extra ædes ſuas prodire fas eſt, ſuſpecta enim ibi Nobilitas numero valida affectati eſt imperii. Inter ſcelera atrox ibi habetur adulterium, & non nili ſupplicio capitis expiandum.

Præter modo dicta Collegia, etiam ſpeciales ſunt functiones *die Aembter*, ut *der Dreyer*, *die Stallherren*, &c. Vid. de his aliiſque minutis Martin. Zeiler. Itinerar. German. c. 8.

DIVITIÆ ET REDITUS.

CReditur vulgo, quod reditus hujus Reipub. ad 300000 Imperialium ſummam aſcendant, quæ ex decimis fructuum percipiuntur, pro centum florenis ſolvitur tributum, *Kopfſtuck*, 6 Pars à XXX. hoſpitibus, 3. Pars ex quolibet ſacco frumenti in piſtrinum deferendi, &c. ordinarii vero reditus, ex vino, frumento, percipiuntur, quæ ibi in magna ſunt copia, & mercatum conſtituunt. Vendunt quoque aliis crocum tincturæ inſerviens & pulverem tormentarium. Exteri aromata illis adferunt. Ex hortenſibus fructibus, magnam colligunt pecuniam. Duas habent nundinas in Feſto Natalitiorum & S. Ioannis, ad quas omnes confluunt Nationes, ibi eximios invenientes equos.

VIRES.

ILlæ in optime munita civitate ſitæ ſunt, tum numero incolarum copioſiſſimo, optime armato, animoſo, & ad defendendos penates exprompto. Armamentarium ipſis eſt omnibus armis inſtructiſſimum, horrea, annonâ plena, cum vicinis Helvetiis aliiſque Rebuſpub. arctius fœdus, Æmuloſque ſibi infenſos habent Archiducem Auſtriæ, & Epiſcopum Argentinæ, quorum ſemper ſuſpectas metuunt Vires.

PALATINATUS RHENI.

MORES

HUjus Regionis incolæ adeo cultis ſunt moribus, ex decurſu aliquot annorum, per crebriora cum peregrinis commercia, ut in tota Germania ægre invenias alios ad tantam humanitatem factos, peregrinos valde amant, idque exemplo ſuorum Principum, gallice admodum expedite fonant. Eſt in *Ottenwal*, loco ad juriſdictionem Palatini ſpectante, conſuetudo, ut illi qui 25. annos egreſſi ſunt, facto cœlibatus voto (quod *Hageſtelizen* incolæ vocant) ſi ita vitâ decedant, de bonis ſuis diſponere nequeant, quæ Principi acquiruntur.

STA-

STATUS RELIGIONIS.

INcolæ Palatinatus, ſpatio 24. annorum, quater Religionem mutarunt, primum enim Auguſtanam ſive Lutheranam amplexi ſunt, mandato Friderici II. ſub Friderico III. poſtea ſuſceperunt Calvinianam: Ludovicus, filius Friderici, illos iterum ad Auguſtanam recipiendam compulit: Ad ultimum Joannes Caſimirus avunculus Friderici IV. iterum ipſis Calvinianam perſuaſit, in qua nunc adhuc perdurant. Lutheranorum exiguus eſt numerus, illorum vero, qui vel Imperatori, vel Regi Hiſpaniæ parent, liberum eſt exercitium ſuæ Religionis.

REGIMEN.

ANtiquis Palatinatus nomen fuit incognitum, quod ab Imperatoribus provenit: Titulus vero hic dignitatis, non Dominii fuit, de quo pluribus egit Pierre d'Avity in deſcript. Palat. Rheni p. 671. Habet autem ſub Imperio ſuo Palatinus Rheni, in quibus jus auri quærendi obtinet. Qui ditionibus & artibus præſunt miniſtri, vocantur *Gaſtenvogt*, *Pfleger*, *Vogt*, *Keller*.

DIVITIÆ ET REDITUS.

HAbet Elector Palatinus poteſtatem cudendæ monetæ, tam aureæ, quam argenteæ, pari jure ut reliqui Electores Germaniæ. Quantum ad reditus, quos percipit, illi æſtimati ſunt CCCC. millibus Imperialium. Hi autem reditus ex frumento, vino, & aliis colligi ſolent. Paratæ pecuniæ exigua eſt copia, exceptis tributis & vectigalibus. Dare etiam quandoque coguntur ſubditi centeſimas & decimas ex bonis ſuis. Urgente nummorum inopia, etiam pupillorum bona ad publicum uſum ſumi ſolent. Ex vino, illius loci generoſiſſimo, ingens pecunia colligitur. In Franckentalia materiarum veſtibus aptarum ingens conficitur apparatus.

VIRES.

POtentia Palatini ſemper fuit terrori aliis, tam ob terræ fertilitatem, quam divitias incolarum, tum vero Nobi-

lium frequentiam. Illius ſubditi propriis ſumptibus arma ſibi comparare tenentur. Lectiſſima autem juventus ad militiam vocatur, inde nomen *der Auſſchus* accepit, ſemperque ad nutum Principis paret. Seriem palatinor: Vid. Pierre d'Avity p. 672.

DUX DE ZWEYBRUCK.

RELIGIO.

REformatæ Religioni uti Elector Palatinus addictus eſt.

DIVITIÆ.

Hujus Principis territorium ita paucos habet reditus, ut non ultra 30. millia Imperialium ex toto ſtatu ſuo percipere dicatur.

VIRES

VIres ejus non adeo magnæ ſunt, quod ſuppetiæ 7074. equitum 7046. peditum olim Navarræ Regi miſſæ teſtantur.

REGIMEN.

AGnoſcit hoc territorium Duces qui vocantur Palatini Rheni & duces Bavariæ. Genealogiam illorum, Vid. apud Pierre d'Avity hic.

PRINCIPATUS DE BIRKENFELD.

RELIGIO

HI Principes Auguſtano-Lutheranam agnoſcunt Religionem.

DIVITIÆ ET REDITUS.

REditus hujus Principis non ultra 100000. imperiales faciunt, ut multi in Germania Comites ipſum divitiis anteeant. Multæ tamen hic argenti fodinæ reperiuntur

COMES

COMES DE LVTZELSTEIN.

REGIMEN.

Quales in Regimine habuerit Dominos Vid. Pierre d'Avity hic.

DIVITIÆ

MAgnos hic Princeps ex teloniis quæ hic fieri solent recipit reditus. Qualis conditio sit Comitatus de *Loewenstein, westerreich*, Comitum de *Leiningen, VVasgow, Weissenburg, Landaw, Hunsruck*, cum minima sint, Vid. apud Pierre. d'Avity in descrip. Palatinatus Rheni.

SPIRÆ. RELIGIO.

Quamvis hæc Civitas in medio velut Palatinatu sita sit, cujus incolæ Calviniſtæ sunt, tamen Augustanæ Religioni maximam partem addicta est, Pontificiis quoque in nunnullis Templis liberum permissum est exercitium.

REGIMEN.

TEste Dresserο in descriptiοn. Germ. urb. Imperatores Conradus II. Henricus III. IV. & V. illius libertatem insignibus donàrunt privilegiis, postea Camera Imperialis an. 1495. hic ab Imperatore constituta est. Cæterum tanta gaudet libertate, ut Episcopi Imperio neutiquam sit subjecta, qui ultra triduum in illa commorandi potestatem non habet, ipsi tamen vel de media nocte venienti portas aperire tenentur. Hic Camerae judex ab Imperatore constitutus Germanus esse debet, ad minimum Comes vel Baro, Pontificiæ vel Lutheranæ addictus Religioni. Huic 5. à Cæsare assessores adjudicantur; 2. Comites vel Barones & 2. Doctores juris. 6. Electores decem eo mittunt, quorum 5. Nobiles, reliqui Doctores juris sunt. His adnumerat Imperator suos 2. Nobiles, Sex circuli; suos 24. dant assessores ut numerus 41. hodie sit, Vid. Mart. Zeiler. cap. 9. Itiner. Germ

Digitized by Google

WORMATIA.
EJUS RELIGIO.

LUtheranorum & Calviniſtarum alia atque alia ibi Sacra reperies, præter hos & Iudæos ibi ferunt. Magiſtratus tamen Auguſtanæ Religioni nomen dedit.

REGIMEN.

HÆc urbs, multorum olim experta eſt Imperium, Romanis ſubjecta, ab Attila ruinis involuta, à Clodoveo Rege Galliæ reſtaurata, ultimum libertatis pileum indepta, & in numerum urbium Imperialium relata, & inſignibus privilegiis ab Imperatore Friderico Barbaroſſa anno 1180. aucta eſt. Fuit olim ſub tutela Electoris Palatini.

ARCHIEPISCOPVS MOGVNTIÆ.
MORES EJVS INCOLARVM VETERES.

IN terra *Eichsfeld* antiquitus erat in excelſo monte dicto *Stuffenberg* idolum, vocatum *Stuffo*, hoc reſponſa incolis ferebat, more antiquorum oraculorum.

MORES RECENTIORES.

SVbditi Archiepiſcopi, diverſo vivunt modo, quidam enim, juxta ſylvas incolentes, aſperos & incultos habent mores. Thuringii & Eichsfeldenſes, ob frumenti abundantiam, delicate magis vivunt. Incolæ verò, propter Rhenum accolentes, ob opes ex vino acquiſitas magnifice & ſplendide agunt, id quod illorum teſtantur ædificia.

Fœminæ in quibuſdam ſuper Viros imperia habent, ex prava nimirum loci conſuetudine, quæ conjugum communia reddit bona, ita ut, ſi maritus præter conſenſum uxoris ſuæ bona quædam vendat, contractus evadat nullus, atque hæc cõſuetudo fœminas inſolentes reddit, adeo ut pugnis ſæpius decernant. Virgines, præter ornamenta aurea, etiam in vertice capitis pro nota virginitatis roſmarinum gerunt, hicque ornatus aliis eſt interdictus.

In templorum conſecratione, omnes ejus loci, & vicini

Incolæ

Digitized by Google

Incolæ cum tympanis&instrumentis muſicis eo conveniunt, peractoque prandio, amplum ſibi eligunt ſpatium, in quo triginta & quadraginta paria ſimul choreas ducunt, quod ſi quis ſit qui recuſet, ſæpius & verborum& verberum certamina experitur.

STATUS RELIGIONIS.

Hic vigit Pontificiorum Religio. Habet Archiepiſcopus multos ſuffraganeos Epiſcopos, ut *Wormatia, Spira, Argentina, Padeborn, Halberſtad, VVirtzburg, Eyſtat, VVerde, Hildeſheim,* & Auguſtæ Vindelicorum: olim etiam hic Iudæi fuerunt, poſtea tamen anno 1433. ejecti.

REGIMEN POLITICVM

Archiepiſcopus Moguntiæ primus eſt inter Electores, & magni Cancellarii in Germania nomen habet. Eſt ipſi ab officiis Mareſchallus, Cancellarius, & Aſſeſſores Conſilii. Hi plerumque in ejus aula vivunt, & regunt tam Statum ipſum Moguntiæ, quam ipſam urbem: alii, qui cum Imperio præſunt *Amptmans* vocantur.

DIVITIÆ ET REDITVS.

Non difficile eſt judicare, quod reditus hujus Archiepiſcopi magni ſint, ideo quia plurimi fundi hic conduci ſoleant. Vectigalia pariter, quæ ex Rheno & Mœno profluunt, non ſunt exigua, ita ut præter extraordinaria vectigalia, feudaque maxima, nonaginta millia Imperialium, ex vino percipere credatur.

VIRES.

VIres hujus præcipuæ, in magna copia Vaſallorum conſiſtunt, qui ab illo plurimas urbes Feudi nomine tenent, & obſtricti ſunt propriis expenſis ad officia Principis certum numerum peditum & equitum alere. Hoc nimirum belli neceſſitate poſtulante. Seriem Electorum Moguntiæ Vid. apud Pierre d'Avity hic p. 686.

STATUS ARCHIEPISPI TREVIRENSIS MORES INCOLARUM VETERES

OLim Trevirenſes divinis colebant honoribus Iovem, Martem, Apollinem, Mercurium, alioſque.

MORES HUJUS TEMPORIS.

Hujus Regionis hodierni incolæ maximam partem ſeveri & exteriore aſpectu melancholici ſunt, quam crebrior cum peregrinis converſatio hanc illorum aſperitatem valde emollit. Laboribus ſunt addictiſſimi, & per aſpera etiam locorum facile enituntur, linguam tam Gallicam, quam Germanicam hodie loquuntur.

RELIGIO.

ARchiepiſcopus Trevirenſis Pontificiam ſequitur Religionem, ſuffraganei illius ſunt Epiſcopi, de Metz, Tul, Verdun.

REGIMEN CIVILE.

HIc Princeps creandi poteſtatem habet Prætorem, Scabinos, ſeque Civitatis dominum dicit, quod *Imperialis* audiat. Nihil tamen ſecius incolæ ſe liberos putant, ut ſunt aliæ Urbes *Imperiales*. Dicunt ſe habere duos Conſules, Senatores, Vice-Conſules & Scabinos, curiam *Iudicialem* & poteſtatem urbis muniendæ, & cuſtodiendæ, & quod Archiepiſcopum non niſi tanquam Protectorem agnoſcant. Hoc tamen Vero convenit, illos nunquam fidem Archiepiſcopo *Iuraſſe*, niſi ſub conditione, quod velit illos in ſua libertate, & juribus ſalvos & tectos conſervare.

Alit hic Princeps magnam aulam, quæ flore Nobilium gaudet, habet ſuum Cancellarium ut alii Electores. Hic negotia territorii cum Conſiliariis dijudicat, habet dictum *Hoffmeiſter*, Mareſchallum, qui in ſolennibus actibus gladium ſuum ipſi præfert, in judiciis jura Romana obſervari ſolent, niſi ſtatuta *Imperii* vel conſuetudo Regionis aliud ſuadeant.

DIVI-

DIVITIÆ.

MAgna pecuniæ vis ipſi accedit ex vectigalibus Rheno & Moſellæ impoſitis, quæve ex mercibus colligi ſolent. Præſertim vero ex vini Rhenenſis abundantia, quod Coloniam devehi ſolet, ex fodinis auri & plumbi, ex vini decimis, dicti *Moſellwein*, fundis, frumenti copia abundantibus, ita ut pro locatione fundorum 60000. Imperialium percipere quotannis credatur. Fruitur ad hæc poteſtate cudendæ monetæ aureæ & argenteæ.

VIRES.

HUjus Principis ſubjecti tam Nobiles, quam vilioris conditionis, tenentur ipſi quavis datâ occaſione belli, ſua præſtare officia, cum certo militum numero, ita ut facile urgente neceſſitate 8000. pedites & 800. Equites in caſtra poſſint deduci.

EYFFEL.

MORES.

INcolæ hujus terræ bono ſatis pollent ingenio, nullius tamen rei, præter agriculturæ curam habentes. Cæterum valde laboribus addicti ſunt

REGIMEN.

HOc territorium ex parte Archiepiſco Trevirenſi, ex parte Ducibus Luxenburgicis (qui hodie Reges Hiſpaniæ ſunt) parat.

MARCHIO BADENSIS.

RELIGIO.

INcolæ Marchionatus Badenſis coacti erant non ita pridem ad audiendam Miſſam ire, illi tamen qui Marchioni de Durlach parent, cum Dominis ſuis Auguſtanam amplectuntur confeſſionem. Sive ſponte, ſive coacti, urbis quoque Gerſpach pars alia eſt pontificiis, alia Lutheranis addicta, omnes tamen hujus Regionis Nobiles Lutherani ſunt.

REGI-

REGIMEN CIVILE.

HÆc terra à 2. Principibus ejuſdem domus regitur, qui tamen ex diverſis proveniunt tribubus, dicuntur Marchio de *Baden*, alter, Marchio de *Durlach*, & de *Hochberg*, quilibet in ſuo Marchionatu Cancellariam habet, ſubditi illorum nullis propemodum viribus pollent, quod teneantur XII. bonorum ſuorum partem dominis ſuis dare.

DIVITIÆ.

PRO certo habetur, quod hi Marchiones ſingulis annis ex territoriis ſuis percipiant ultra 40000. Imperialium. Quantum ad incolas, illis peregrini advenæ multa adferunt commoda. Imprimis Nurenbergenſes cum mercibus ſuis, majora autem commoda ex ligno, quam vino Badenſes percipiunt.

VIRES.

HI Marchiones producere poſſunt in caſtra circiter 1000. Equites & 8000. Pedites. Seriem eorum Marchionum vide apud Pierre d'Avity hic p. 695.

DUCATUS CLIVIÆ ET COMITATUS MARCÆ.

MORES.

INcolæ hujus terræ magis ad pacem quam bellum animis propendent, fide in Principes ſuos adeo commendati, ut nullorum unquam motuum rei legantur. Horum Mores & lingua propius ad Belgarum quam Germanorum conſuetudinem accedit.

RELIGIO.

IN terris Cliviæ & Juliæ miſti reperiuntur Pontificiis Lutherani, Lutheranis Calviniſtæ. Hodie Reformati majorem ibi, ut nunquam antea, poteſtatem habent.

REGIMEN.

SUcceſſio in hunc ſtatum controverſa, ſæpius totum Belgium & Germaniam turbis involvit, & adhuc Electorem

rem Brandeburgicum, Neoburgenſem Ducem, Suecos, alioſque iiſdem inquietat. Emiſſa ſunt in lucem, pro utriuſque partis legitimo ſucceſſionis jure defendendo, plurima documenta, & adhuc ſub judice lis eſt: prætenſiones huc ſpectantes ſuo videbimus loco.

Comitatus Mariæ ad Principem Auriacum ſpectat, qui ibi ſuum habet Gubernatorem.

Senatus Urbis Weſel, juſtitiam adminiſtrat tam Civibus, quam peregrinis.

VIRES.

NON deeſt huic ſtatui copia Nobilium, ita ut remotis Religionis controverſiis facile junctarum virium tria millia peditum præſtare non nequeant. Genialogiam Ducum vide ap. citat. aut. hic. p. 699.

Rationes prætenſionum, quibus Elector Brandeburgicus ejuſque æmulus utuntur, leguntur apud eundem p. 698. & ſeq. ut apud alios juris publici ſcriptores.

AQVISGRANUM.

MORES.

HUjus terræ habitatores, diverſis locis congregati, Belgica potius quam alia utuntur lingua: ad varias operas manuum veluti nati eſſe videntur.

RELIGIO.

HÆc urbs Pontificios, Anabaptiſtas, Lutheranos, Calvinianos alit.

REGIMEN.

HÆc urbs Imperialis à multis annis ſeditionibus & turbis laboravit, quod Proteſtantes Inferioris Germaniæ, tanquam in liberam Imperialem civitatem, huc confluxerant metu tyrannidis Ducis Albani, hac occaſione illius loci Magiſtratus etiam Proteſtantium Religionem ſuſcepit, facta vero iterum reformatione, mandato Imperatoris Catholicus Magiſtratus iterum eſt introductus, ſed Proteſtantes ſumtis armis, illius denuo urbis Imperium occuparunt: poſtea, per conditiones utrimque initas, utriuſque Religionis aſſeclis

aſſeclis libertas obtenta eſt, donec anno 1614. per Spinolam occuparentur.

ARCHIEPISCOPATUS COLONIENSIS

MORES VETERES COLONIÆ.

CIvitatis Ubiorum antiquitus ingens & floreniſſima fuit, illiuſque incolæ omnium Germaniæ populorum erant cultiſſimi, tam ob commercia, cum peregrinis exercita, quam vicinum Rhenum.

MORES HUJUS TEMPORIS

HOdierni incolarum mores valde diſcrepant, ob terræ diverſitatem, proxime tamen ad Weſtphalorum mores accedunt. Seorſim dicendo, illi ex Comitatu *Amſperg* velut agreſtes habent mores, publica non habent diverſoria, ſed ſolum tabernas cereviſiarias. Sermonis, quo utuntur, varia apud illos diverſitas, pars enim Germanice, pars Weſtphalice, pars Belgice loquitur.

STATUS RELIGIONIS.

ARchiepiſcopus Colonienſis qui Catholicus eſt, Suffraganeos habet, Epiſcopum, Monaſterii, Mindæ, *Olenburg*, &c. Senatus ejus loci pariter eſt Catholicus.

REGIMEN CIVILE.

HÆc Civitas quod Imperialis, libera eſt, quæ non ab auctoritate Archiepiſcopi dependet. Ejus quidem electio eſt 8. Scabinorum, cum Præſide, dicto *Graff*, qui civis Colonienſis eſſe debet. Hic Præſes ſive *Graff*, ſententias Scabinorum exequi ſolet, in cauſis nimirum criminalibus, in cauſſis vero civilibus nihil decernit, ſine auctoritate Magiſtrorum, quos *Gewaltrichter* vocant. Eſt etiam officialis, qui cum Aſſeſſoribus de cauſis matrimonialibus & ſimilibus cognoſcit.

Senatus dictus der *Rath*, ex 6. Conſulibus ſive *Burgermeiſter* conſtat, ex quibus ſingulis annis duo per Vices Regimen habent, & judicio publice præſunt, aſſeſſores habent 44, qui

qui ex 22. Tribubus eliguntur. Tres ibi sunt Syndici JCti. qui in Senatu non sedent, sed seorsim. A consulis judicio ad Cameram Spirensem appellatio conceditur, A sententia quoque Scabinorum, ad commissarios per Principem electos appellare licet. Hi numero 5. sunt.

DIVITIÆ.

REditus hujus Principis summmam 120. millium Imperialium creduntur facere.

VIRES

HIc Princeps, urgente necessitate, in castra producere potest satis magnum & expeditum equitum numerum. Nobiles etiam ipsi sua tenentur præstare officia, & illum in bellum consequi.

EPISCOP. LEODINENSIS SIVE LUTTICHLAND.

MORES GENTIS.

HÆc gens hilari est animo, & conversationi valde apta, sicut contra Aquisgranenses rudes sunt & malancholici & cum alibi peregrinorum creber confluxus etiam peregrina secum vehat vitia, hæc tamen integra moribus est & Religionis suæ Catholicæ Zelo ardens. Admodum abhæc in laboribus industria, prompta, & agilis, ad inertiam tamen, discordiam, & partes prona. Gratiam exterorum, audentiâ, & robore, animoque bellicoso sibi parat. Gallicam quidem linguam, sed corruptam loquitur. Nobiles, tamen ejus elegantiæ se dant. Fœminas pudicitia, parcimonia, industria: virgines cum labore domestico innocuæ choreæ commendant. Educto funere, quidam est, qui oratione gratias agit exequiatoribus, quibus pro status conditione vinum datur.

RELIGIO.

URBS Luttichorum impense Religionem colit Catholicam, nec ullam aliam admittit sectam,

REGI-

REGIMEN.

Episcopus, qui hic *I*mperium habet, semper per capitulum Ecclesiæ S Lamberti eligitur, & assensu populi comprobatur, à Papa vero confirmatur. Est Princeps Imperii, & omnes urbes hujus territorii ipsi sunt subjectæ, tam in temporalibus, quam sacris rebus. *I*psa urbs Leodium magnis gaudet immunitatibus, ut potius Respublica esse videatur. Nam quotannis die S. Jacobi 2. Consules eligit, qui urbis habent Imperium. 22. habet Commissarios perpetuos, hi 32. eligunt; qui consules faciant: neminem autem ad officium Consulare admittunt, nisi juratum, se non per fraudes, munera & ambitum illud obtinere velle, hoc etiam in aliis observatur officiis.

DIVITIÆ ET REDITUS.

PRincipis hujus terræ reditus ad 30000. aureorum accedunt. *I*ncolæ tantam habent carbonum & lapidum abundantiam, ut illorum, pro 100000. aureis, sive Ducatis, copiam faciant plurimis, hisque mercibus mercatores in Anglia magnum consequuntur lucrum.

TERRA NASSOVIÆ COMITUM.

RELIGIO.

Hæc terra à Lutheranis & Calvinianis incolitur.

REGIMEN.

Comites cum Imperio ipsi præsunt, qui inter alios Imperii liberos Comites locum habent, qui non nisi Imperatorem superiorem agnoscunt. Hi maxime Illustres Germaniæ sunt Comites & magnis fruuntur privilegiis. Illorum facta summam hominum exequarunt celebrationem, imprimis Guillielmi de Nassaw Principis Auriaci, & ejus filii Mauricii, cujus nomen & imperium etiam remotissimi experti sunt *I*ndi.

DIVI-

Digitized by Google

DIVTIÆ.

EX abundantia ſylvarum, Cerealis agri, fodinarum, ſatis amplos percipiunt reditus. Genealogiam horum Comitum vid. ap. Pierre d, Avity, hic p. 712. & 712.

WESTPHALIA.
WESTPHALORUM MORES.

INcolæ hujus terræ ſunt formâ eximiâ, ſtaturâ procerâ, corpore valido, tantiſque pollent animis, ut dicatur, quod ibi plures naſcantur aſtuti & malitioſi, quàm inſipidi. Victus illorum eſt, bovina caro, porcina, rapum, caſeus. In nuptiis aquâ hordeaceâ, non unius ſortis, ſibi delicati videntur. Potatores ibi habes ſtrenuos, qui extra ordinem bibere, nefas putant. Fœminæ in magnis feſtis ſe vino aduſto, ſaccharo dulcorato, ingurgitant: vinum non niſi proditiorum palato ſervatur. Quales in Weſtphalia ſint deliciæ, hi vulgati referent verſus

Hoſpitium vile, *Klein brott*, *dun bier*, *Lange meile*,
Sunt in Weſtphaliâ ſi non vis credere, *Lauff da*.

Habitus illorum ad Gallicum morem compoſitus eſt.

RELIGIO.

EJus incolæ Reformatæ & Auguſtanæ Religioni addicti ſunt.

REGIMEN.

CArolus Magnus, cum in Weſtphaliam Religionem Chriſtianam introduxiſſet, & tamen ad Idololatriam ſæpius deflectentes vidiſſet, judices ſapientes elegit, dictos *Scheppen*, *Wetende* & *Weimen*, qui judicium facerent. Cum vero hi conceſſa abuterentur poteſtate, hic Magiſtratus mutatus eſt, ut non amplius in ſecreto, ſed palam, judicia ferant,

DIVITIÆ.

MAximæ illorum Divitiæ ex fumatis pernis dependent, quarum tanta eſt multitudo, ut vel in unius domus introi-

introitu 60. & 50. pendere videas pernas, etiam peregrinis palatum irritantes. Vivitur vero ibi ex mechanicis, & mercaturæ artibus; cum terræ ſterilitas alios negarit proventus.

EPISCOPATUS MONASTERIENSIS.

MORES.

INcolæ Monaſterii nobilioris ſunt indolis, quam reliqui Weſtphali. Plurimæ ibi patriciorum reperiuntur familiæ, quæ tamen ordini Germaniæ Nobilium non adnumerantur. Cereviſiæ magni ſunt potatores, quod cum reliquis commune habent.

RELIGIO.

CIves Monaſterii Pontificii ſunt, illorumque Epiſcopus à Carolo Magno A. 794. inſtitutus eſt.

DIVITIÆ.

VAriis manuum artificiis operam dant: præcipuæ vero divitiæ ex pecore & carne ſuilla illis veniunt.

EPISCOPATUS PADEBORN.

MORES.

HAbes hic incolas maximam partem robuſtos & proceros. quorum ingenia corporis habitui craſſo valde ſunt ſimilia, nec imbibendis ſcientiis apta, ut hic rariſſimos reperias qui dotibus animi excellant. Humani tamen & civiles ſunt. Utuntur vetere lingua Saxonum.

RELIGIO.

INquilini Padebornenſes ex maximo numero Pontificii ſunt, reliqui Lutherani audiunt, cum magna parte Nobilium illius Epiſcopatus.

REGIMEN

QUamvis hæc Urbs ſuos Conſules, & Senatores habeat, Epiſcopo tamen ſubjecta eſt, qui ſuum ibi habet Senatum.

Digitized by Google

Senatum, vel Cancellarium, à quâ ad Spirenſem Cameram appellatio fieri ſolet.

In *Epiſcopatu Oſnabrugenſi* hoc notari meretur, quod magnis gaudeat privilegiis a Carolo Magno Fundatore ſuo receptis. Incolæ partim Lutherani, partim Pontificii ibi degunt: Quondam ibi etiam Epiſcopi Lutherani fuerunt. *Epiſcopatus Mindenſis* hoc nomine memorari debet, quod ex maxima parte incolas habeat Auguſtanæ Confeſſioni addictos: illorum quoque Epiſcopi ex longo tempore Auguſtani fuerunt. Ex commoditate fluminis *Weſer*, ingens facit lucrum, quod cum aliis mercibus abundantiam vehit cereviſiæ.

COMITATUS OLDENBURGICUS.

COmites Oldenburgici valde ſunt potentes, nec aliis in Germania Principibus (exceptis Principalibus) viribus & potentiâ concedunt. Illuſtris ſane hæc domus eſt, ex qua Regum Daniæ Regalis ſtrips propullulavit, qui etiam à tempore Chriſtiani primi titulum Comitum de *Oldenburg* & *Delmenhorſt* uſurpant.

DUCATUS DE BERGEN.

RELIGIO.

HÆc Regio Lutheranos pariter & Pontificios incolas habet.

REGIMEN

HIc Ducatus ex maxima parte ſuperiorem Ducem Neuburgenſem agnoſcit, qui præſidiario milite in *Duſſoldorp* inſtructus eſt.

DIVITIÆ.

ILLÆ ex ferrifodinis, incolarum ſolerti mercatu, & pannorum præparatione, colliguntur.

Marcæ Comitatus partem Hiſpani tenent nomine Ducis Neuburgici, pars etiam Electori Brandeburgico paret.

URBS TREMONIA.

HÆc Magiſtratum ſuum habet, qui totum diſtrictum abſoluto regit Imperio. Olim à Nobilibus tantum regebatur, ſed, ſeditione ortâ, mutatio quædam obtinuit locum.

SUSATUM URBS.
RELIGIO.

INcolæ ejus tam Pontificii quam Lutherani sunt, & cuilibet sectæ liberum permissum est Religionis exercitium.

REGIMEN.

HÆc urbs præclaris gaudet privilegiis: Magistratum tantum ex patriciis constantem habet. Dux Cliviæ illius protectionem obtinuit An. 1440. cum olim fuisset sub Archiepiscopo Colonienſi. Post illam Hispani occuparunt, salvis tamen ipsi relictis privilegiis. Ultimum Marchio Brandeburgicus illius accepit possessionem, anno 1624.

DIVITIÆ.

HÆc urbs valde est fertilis, imprimis Salis ferax, ex quo magnum capit lucrum.

STATUS SUEVIÆ DESCRIPTIO.
MORES SUEVORUM VETERES.

SUevi omnium Germaniæ populorum fuerunt excellentissimi, strenui, fortissimi. Centum habebant pagos, ex quorum singulis, quotannis mille sumebant armatos, quos extra limites in bellum mittebant: reliqui, qui domi remanserant, pro illis, qui in expeditione erant, victum parabant, terramque colebant. Parum panis, multum carnis & lactis comedebant, venationibus erant addictissimi, quod exercitium illos reddidit validos, animosos, & procera forma parentes. Frigore ita erant durati, ut exiguo corporis uterentur tegumento, etiam in intensissimo frigore. Equis nunquam utebantur alienis, sed, quos propria genuerat terra, ad usum belli formabant. Vini usum ignorabant, à quo plane abhorrebant, existimantes, quod illud animos emolliat, & vires exhauriat. Capillorum curam magnam habebant, quos albos ferebant. Principes animosis actionibus occupabant, ut terrori hostibus Majestate sua essent.

MORES

MORES HUJUS TEMPOIS.

HOdierni incolæ, facie pollent eximiâ, egregia habent ingenia, audacia, & bellicosa, verùm amori valde dedita, (quod tamen in illis excusat Zeilerus in Itiner. Germ. c. 111. p. 85.) ita ut proverbium sit: Sueviam Germaniæ sat scortorum præbere posse, quemadmodum Franconia ferax est prædonum & mendicorum, Bavaria furum, Helvetia carnificum, Saxonia potatorum, Frisia & Westphalia fœdifragorum, Rhenus voracium. Potentiores in mercatu studiosi sunt, reliqui fila texunt, adeo ut non tantum puellæ, sed etiam pueri, in hyeme colum tractent. De Suevorum fœminis hoc circumfertur Elogium:

Suevæ sunt amabiles,
Viris & applicabiles,
Prolem educant sedulæ,
Et curant pensa strenuæ.

REGIMEN.

MAgna pars Sueviæ Civitatibus liberis & imperialibus obtemperat; reliqua pars Ducibus Wirtenbergiæ, Archiducibus Austriæ, Palatinis, Marchionibus Badensibus, Episcopis Augustæ, &c. Hodie, tres Sueviæ sunt status: primus est clericorum, continens Principes Ecclesiasticos: alter est Nobilium, sub quo Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles continentur: Tertius est Urbium Imperialium liberarum, quæ velut diversæ sunt Respub. & ab Imperatoribus non dependent.

DIVITIÆ.

HUncincolæ in Suevia peculiarem habent modum, nec apud alios Germanos usitatum, ut pannum ex parte gossipinum, ex parte lineum faciant, cujus copiâ incredibiles sibi comparant divitias.

EPISCOPATUS AUGUSTÆ VINDELICORUM.

EJUS REGIMEN.

EJus status nulli alteri Principi subjectus est: respectu vero spiritualis suæ jurisdictionis, 18. sub ipso sunt Abbates, novem Præpositi, unus Prior, & alii.

DIVITIÆ.

NON tantum habet divitiarum, quantum alii Germaniæ Episcopi, nec ultra 20000. Imperialium nomine redituum possidet.

CIVITAS IMPERIALIS AVGSBVRG, SIVE AVGVSTA VINDELICORVM.

MORES VETERES.

INscriptiones illorum Veteres testantur, quod divinum cultum exhibuerint Terræ, Soli, Lunæ.

MORES HUJUS TEMPORIS.

INcolæ Augustæ Vindelicorum forma sunt eleganti, præsertim illorum fœminæ, quæ sibi nomine castitatis valde placent, delicias, decorumque corporis amant habitum. Ore & re affabilitatis humanitatisque studiosissimi sunt, in sermonibus graves & placidi, sui tamen nimium amantes, ob nimias divitias. Bonorum acquirendorum plebs est valde studiosa, ideoque varias manuarias exercet operas; nec deest mercatoribus, ubi magnas coarcervarunt opes, ingens ambitio. Officia charitatis libenter exercent, nobilium divitias plurimas tenent, qua de re apud alios invidia laborant.

RELIGIO.

HIc Pontificii & Lutherani liberum habent Religionis exercitium.

REGIMEN.

QÆC Civitas suum habet Magistratum, Consules & Curatores. Supremum Magistratum Consules gerunt, ad quem paribus vicibus Pontificii & Lutherani eliguntur; id quod in aliis Germaniæ Civitatibus non obtinet: confirmavit ipsis hæc privilegia Rudolphus Imperator an. 1276. quæ cum aliis legibus & consuetudinibus in peculiari libro, dicto *Statibuch*, notata sunt.

Constat

Conſtat hujus urbis Magiſtratus ex 45. perſonis, ex quibus 31. numerantur familiæ. Secretum conſilium ex 7. ſolum conſtat, ſub quibus continentur *die Stat Pfleger* vel urbis curatores, ſuprema auctoritate pollentes. Conſulum ſex ſunt, tres ex familiis, unus ex plurium tribu, quintus ex mercatoribus, ſextus ex communibus civibus. In officio Recipiendorum nummorum tres ſunt, in Aedilitio totidem, in Tributario munere 4 ſunt, duo curatores Xenodochiorum, in ſupremo curatorio munere, *Ober Pfleg-ampt*, 2. & totidem in *Zeug ampt* reperiuntur. Annonæ tres præſunt. Duo vero curatores ſanitatis, *Oberpfleger uber Blatterhaus*.

Quatuor ſunt Scholis præfecti, duo Bibliothecæ, duo typographiæ, duo curatores vulgo quæſitorum, tres mechanicæ artis domini. Habet præterea Civitas hæc unum Cancellarium, quoſdam Magiſtratus Advocatos, Scribam Magiſtratus, tres à Secretis, 6. Scribas publicos, Militiæ ſupremum Præfectum, & Præpoſitum urbis, dictum *den Reichs Stattvogt*. Vid. Zeiler. Cap. XII. Itiner. Germ.

DIVITIÆ ET REDITVS.

Hujus divitiæ vel ex hoc judicari poſſunt, quod ibi quidam incolarum titulos Baronum & Comitũ teneant. Publicus ipſis ampliſſimus eſt theſaurus, ex quo quondam, pro obtenta pace, Imperatori Carolo V. 300000. coronatorum data ſunt, nullo tamen ſubditis propterea impoſito tributo. In ipſis etiam bellifuroribus incolæ magnis ſumptibus ædes extruxerunt magnificas. Mercatura hujus Reipub. per totum propemodum Orbem exercetur, omneſque Divitiæ in mercatu conſiſtunt & opificiis.

VIRES.

FOrtalitia ejus maximi ſunt momenti, vario armorum genere inſtructiſſima, præter Civium pro ſalute Civitatis ſuæ excubantium, maximam abundantiam: ſtationem militum 5000. ſemper ibi reperies.

RESPUB. ULMA STATUS RELIGIONIS.

REcepit hæc Civitas ann. 1531. Doctrinam Lutheri, quam ab eo tempore ſemper tenuit illibatam. Neque

Digitized by Google

vero ulli aliam ibi publice profiteri Religionem fas erit: Habent tamen etiam duo templa, in quibus Pontificiorum audiuntur Missæ. Reperiuntur utique 24. familiæ Catholicæ, quæ suis privatis defunguntur sacris.

REGIMEN.

SCribunt Auctores, nullam per universam Germaniam esse Civitatem, quæ majori gauderet libertate, atque Ulma. Ejus tale est Regimen Politicum. XLI. Viri Magistratum gerunt, quorum tamen maxima pars ex patritiis constat. Ex illorum ordine, eliguntur, qui præcipua suscipiant munia publica, suntque primi gradus Duumviri, sive, Prætores, dicti die *Eltere Herrn*, qui velut Præsides in Senatu sunt, quibusque præcipua & maxime secreta negotiorum concreduntur. Atque hi patricii sunt ordinis. 2. Sunt tres Consules, Nobiles Genere, quorum unus totum imperat annum. Quoad vivit, hac fruitur dignitate, vel ad majus officium promovetur. 3. Quinque sunt trium familiarum secreti, *die Fünffgeheimen, dern drey geschlechter und zween von der gemeynde.* 4. Duo Curatores Dominii, *die Zween Heerscheff't-Pfleger*, 5. Tres Præfecti rei nummariæ, *die Stattrechner*, vel *Steurherrn*. 6. 2. Bello præpositi, *Kriegsherrn*, quorum unus est patricius. Ad hoc vero officium plures accesserunt. 7. Duo curatores Xenodochiorum, quorum unus patricius. 8. Tres supremi Tutores, dicti *Pflegherrn*. 9. 3. Ædiles *Kirchenbawpfleger*, quibus in caussis Religionis alii tres sunt adjuncti, dicti *die Religions Herrn*. 10. Sunt duo Ædiles, *Die Bawherren*, quorum unus patricius. 11. Duo Domini Mechanicorum, *die Handwercks Herren*. 12. Duo Armamentarii Præfecti, *die Zeugherren*. 13. Annonæ Præfecti, *die Proviant Herren*, quorum unus est patritius. 14. Duo Censores sive *Aimnger*. 15. Duo Lignis præfecti, *die Heltzamptsherren*. Reliqui sunt, die *Almus Casten Herren*, Eleemosynæ præfecti, item *Closter Pfleger*, &c. Ut & *Barchet Woll Leinwand-VVollentuch Fleysch-Bier und Brodt-Schawer*: Sive inspectores carnis, panis, lanæ, &c. Tria ibi sunt judicia: superius judicium, matrimoniale, & inferius. Quot, & qui in quolibet sedeant, vid. Zeiler. c. 3. Itiner. Ger. p. 91.

DIVI-

Digitized by Google

DIVITIÆ.

PRivatorum hic tantæ ſunt opes, ut hæc urbs ditiſſima opum inter alias Germaniæ habeatur civitates. Maxima incolarum pars ex reditibus vivit, quidam ex ſale, [illegible], frumento, aliiſque rebus, magnum ſibi comparant lucrum.

Urbis HALL tale eſt REGIMEN: 24. habet Senatores, Magiſtratum 5. hominum, qui de negotiis gravibus judicat: unus eſt Prætor, nomine Imperii. Quantum ad Religionem, illa eſt Auguſtanæ Confeſſionis, à maxima parte hominum recepta.

Civitas *Nordlingen* incolas habet, quoad *Mores*, minime ſuperbos, ſed ſupplices, & ſuo Magiſtratui morem gerentes. *Religio* ibi apud omnes eſt Lutherana. *Regimen* illius XV. Senatoribus conſtat, ex quibus 12. ſunt Judices, tres Conſules.

Divitias ex panno, lana, corio, alioque mercatu, magnas, Cives colligunt.

Urbs *Donawerd* modeſtiſſimos & pacificos fovet mortales: Magiſtratum habet ex Lutheranis & Catholicis electum, Quales reliquarum in Suevia minorum urbium ſit ſtatus & conditio, vid. Pierre d, Avity hic p. 736. 737. 738. 739. &c.

DUCATUS WIRTENBERGICUS.

RELIGIO.

OMnes hujus Regionis incolæ Lutherani ſunt, quorum Principes non ſolum in temporalibus, verum etiam ſpiritualibus, abſolutam habent cognitionem, ita ut miniſtris imperent quid ad populum debeant dicere.

REGIMEN.

DUx Wirtenbergicus ſuam aulam Stutgardiæ habet, Nobilium frequentiâ ſpectabilem. Eſt ipſi Mareſchallus, dignitate ut plurimum Comes, Baro, vel Nobilis. 2. dictus *der Haus Hoffmeiſter*, velut Vice Mareſchallus. 3. eſt *der Burg Vogt*. 4. ſunt duo *Landſchreibers*, qui miniſtris curiæ ſtipendia ſolvunt. 5 eſt *der Landſchafft-einnehmer*, cui, pro Principe, ſolvuntur terræ tributa. Non audet vero Princeps

imponere illum telonium ſubditis, ſine horum duorum conſenſu, qui populi nomine conſtituti ſunt.

Poſt Mareſchallum autem præcipui dignitate ſunt duo Cameræ Secretarii, unus natione Germanus, alter Gallus. Pro ſtatu bellico, ſuum habet Præfectum militiæ, dictum *Oberſter* vel *Obervogt*. Conſilium belli, *der Kriegeſraht*, ex Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Doctoribus, à Secretis conſtat.

Habet ſuum magnum Conſilium, *der Oberraht*, ex 14. vel 15. tam togatis quam ſagatis compoſitum. Hoc de rebus magni momenti conſultat. Tubingæ curia eſt, dicta *das Hoffgericht*, quo omnes ditionis appellationes devolvuntur In aliis locis eſt unus dictus *Vogt* cum ſuo conſilio, & judicis officium præſtat: in quibuſdam locis eſt *der Obervogt*, Nobilis, vel *der Untervogt*, minoris conditionis. In ærario Ducis ſunt, *die Rentkammer*, in quo Magiſtri Cameræ, *die Kammer-meiſter*, tum *Vice-Kammer-meiſter*, duo vel tres Conſiliarii, dicti *Kammerraht*. Eſt porro Conſilium Viſitationis, *der Viſitations Raht*, ex Doctoribns, Directoribus, & Conſiliariis quibuſdam conſtans.

DIVITIÆ ET REDITUS.

QUidam hujus Ducis reditus calculo. 300000. Imperialium abſolvunt, melius tamen hac in re edocti, exiſtimant; quod ſingulis annis ex ſtatu ſuo 17. tonnas auri habeat: creditur quoque theſaurũ ingentem à Prædeceſſoribus ejus collectum eſſe, adeo, ut communis ſit opinio, nullum Germaniæ Principem hoc opibus eſſe potentiorem. Magnam præterea nummorum acervat vim, vinum, *der Necker*. nectar ſane Germaniæ. Neque levem divitiis partem addunt, ſal, opificia, nundinæ, minutæ merces ferrariæ, & alia.

VIRES.

ILlæ vel ex hoc colligi poſſunt, quod quidam ex Prædeceſſoribus Ducibus duo millia peditum contra Imperatorem Henricum in arenam produxerit, qui adhuc numerus facili negotio haberi poteſt. Peditum facile 30000. conſcribi poſſunt, relictâ tamen terræ neceſſariâ defenſione. Fortalitia ibi habes, *Schornderff*, *Aſperg-Hohe-twiel*, & alia: in montibus loca naturâ munitiſſima.

Genea-

Genealogia Ducum legitur apud Pierre d'Avity in descript. Ducatus Wittenbergici. p. 746.

LANDGRAFIATUS HASSIÆ.

MORES VETERES.

VEteres Catti, hujus terræ incolæ, dura roboreque valida corpora, vultum minacem, & oculos animosum vigorem spirantes, animum solertem habuerunt. Rectores populi non nisi dignissimos scientiâ & virtute eligebant. Vires illorum in peditatu constabant. Præcisos in juventa gerebant capillos, barbamque prolixam, quam non citius radebant, quam ubi aliquos hostes occidissent. Omnes animosi ferreum portabant annulum, donec hostem quendam occidissent. Nullam curam neque ædium, neque terræ, vel rerum aliarum habebant, sed, quicquid sors dabat, accipiebant.

MORES HUJUS TEMPORIS.

HAbitatores Hassiæ ad arma nati sunt, nec nisi bellicis delectantur exercitiis, vel, si vacat, venatione. Tempore hyberno, cum ad colum tractandum 60. & plures convenerunt, cantilenis & jocis noctem fallunt. Maxima ruricolarum pars misere & parce vivit, ob sterilitatem terræ: Nobiles, belli studio impense ardent, contra à mercatu toti abhorrent, ut citius terram laborare, quam se miscere mercaturæ negotiis præoptent. Nec deest fortunâ exutis Stemmatis nobilis jactatio.

RELIGIO.

PRincipis ad exemplum in Religione etiam subditi componuntur, cumque Landgrafius de *Darmstatt* Augustanæ sit addictus Confessioni, omnes etiam subditi illam sequuntur. Landgrasius vero de Cassel, Calvinianum cum subditis suis sequitur dogma.

REGIMEN.

QUilibet Landgrafiorum suam habet Curiam, Cancellarium, suos Consiliarios: quilibet pagus suum Iudicem, *Schulteis* dictum. Hoc vero nomine Landgrafii auda-

laudatiſſimi ſunt, quod nullum vendant officium. Judices in ſuis judiciis communia ſequuntur jura, modo non ſint contraria privatis juribus, quæ dicuntur *Haſſiſche Landts-ordnung.*

DIVITIÆ.

HI duo Principes ſingulis annis ex ſuarum juriſdictione circiter 200000. Imperialium habere poſſent: tributa ordinaria, quibus Nobiles exempti ſunt ſoli, opulenta monaſteria, quorum tenent poſſeſſionem, decimæ fructuum, vectigalia Rheno impoſita, reditus Conductus *des Geleids*, aliaque magnas Dominis colligunt opes.

Privati ex lana, quam in Angliam deferunt, diteſcunt.

VIRES.

IN armamentario Caſſelienſi aliiſque locis reperta ſunt non ita pridem 600. tormenta bellica majora, quam minora. Subditi armis ſunt inſtructiſſimi, & ſingulis diebus dominicis, armorum habent exercitia. Reviſio quoque quotannis inſtituitur, qua validi quique pro defenſione Regionis eliguntur, ita ut, pro occaſione, facili negotio 400. equitum ſtipendiis conduci queant. Seriem Landgrafiorum ex Dreſſero, Aug. Branni Label. Synop. *Heſſiſch Wapenbuch*, Albizi Stem. deductam vid. ap. Pierre d'Avity hic p. 752.

BAVARIA.

MORES

AUctor libri *Eſtſdts Bavaros* rudes & agreſtes moribus dicit, adeo ut, ſi cum reliquis conferantur Germanis, Barbari eſſe videantur. Hunc auctorem ideo reprehendit Zeilerus in *Itiner.* Ger. c. II. p. 72. Potiuſque tales eſſe putat Gallos, quam Bavaros. Verum, unius poſitio, alterius non eſt ſublatio-

RELIGIO INCOLARUM.

ACcepit Bavaria Religionem Chriſtianam anno 537.

REGIMEN.

HUjus Princeps factus eſt Elector in locum Comitis Palatini, in bannum ab Imperatore A. 1623. miſſi. Hodie magnam

magnam alit aulam, quæ ultra mille apparitores habet. Est ibi ab officio quidam *Ober Hoffmeister* dictus, Mareschallus, Cancellarius, aliique ministri. In ditionibus suis Gubernatores Nobiles constituit, qui tanta libertate pollent, ut à nemine alio, quam à Principe dependeant. Neque vero alibi subditos reperies, qui majorem reverentiam & amorem suo Principi faciant, atque hic.

Incolæ vero Bavariæ in tres divisi sunt ordines, quorum primus ad Abbates, alter Nobiles, tertius ad sequioris conditionis homines spectat. Primi ordinis ditissimi sunt omnium. Monachii plurimi Comitum, Baronum, Nobiliumque agunt. Sunt in hac Urbe tres Iustitiæ sedes: una pro causis criminalibus, quam vocant *das Halsgericht*; reliquæ ad curiam & urbem spectant. Judicium curiæ per duos Comites, Barones, Nobiles & Iurisconsultos, ex quibus hæc constat Cancellaria. Sedes Justitiæ, urbem concernens, in superiorem & inferiorem divisa est, ubi habetur Senatus ex 12. Patriciis veteribus constans, alter ex 24. partim juvenibus, partim ætate provectioribus Patriciis. Prætor, ex aliqua Nobili & antiqua familia oriundus, in criminalibus judicium facit. Quemadmodum autem Monachii Cancellaria cum suo est Cancellario pro superiore Bavaria, ita Dux unam in *Landshutt* pro inferiore servat.

DIVITIÆ.

HUjus Principis Divitiæ inter maximas reliquorum in Germania Principum divitias numerantur. Decem centena millia Talerorum ex statu suo percipere creditur. Reditus habet, ex fundis, sale, sylvis, vectigalibus, tributis, feudis, &c.

VIRES.

HIc Status incolarum insigni frequentia abundat, qui armis sunt instructissimi, ita ut spatio 6. dierum in campum produci queant 30000. militum, quorum arma pro defensione Religionis parata esse debent.

Habet etiam Princeps tam Monachii, quam Ingolstadii pro 20. millibus armorum apparatum, qui, præter id, quod sub arcta & innocua vivant militari disciplina, etiam certa

Digitized by Google

certa ſua ſtipendia conſequuntur. Genealogiam Bavariæ Ducum vid. apud Pierre d'Avity p. 757. ex Dreſſero Iſag. Munſtero, Reuſnero, aliiſque deductam.

PALATINATUS BAVARIÆ, quoad Regimen ſuum, diu Electorem Comitem Palatinum Rheni ſuperiorem agnovit. [illegible] Duci Bavariæ commiſit an. 1621. ſeque ipſi juramento obſtrinxit, quod vellet libertatem Religionis incolis ſalvam tueri.

Urbs DONAWERDA, Magiſtratum habet 12. hominum, exceptis *Conſulibus, qui tres ſunt*, quorum quilibet 4. menſium habet *Imperium*. dictus *der Statt-amman* ex ordine Senatus eligitur. Eſt corpus 70. qui per cives eliguntur: Hi conſilio quandoque aſſiſtunt. Erant hujus Urbis Senatores addicti Religioni Auguſtanæ, cum maxima Civium parte, hodie tamen Ducis imperio ad Miſſam audiendam coguntur.

RATISBONA EPISCOPATUS ET CIVITAS IMPERIALIS. STATUS RELIGIONIS.

CRedit Dreſſerus in Urb. Germ. Ratiſbonam à Divo Marco Lucem Evangelii accepiſſe. Primus, qui hujus Urbis Eccleſiam rexit, Sanctus fuit Paulinus, qui an. 484. Ratiſbonam venit, ſecundus S. Juſtus, ſub primo Bavariæ Duce Theodor. an. 489. A Paulino verò, uſque ad S. Garibaldum, novem, qui ſupervenerunt, numerantur.

Eſt ergo hodie exercitium Catholicæ Religionis ibi valde liberum, cui 20. familiæ Catholicæ favent. Quartam Urbis partem Clericorum numerus facit. Quantum ad Lutheranos, quamvis primarias ibi teneant partes, omneque Regimen ab ipſis dependeat, ultra 5. Templa tamen, in quibus Sacra peragant, non habent.

REGIMEN.

QUinque ſunt in hac Urbe Status Imperiales, Urbs nimirum, Epiſcopatus, duo Monaſteria Religioſorum & Abbatia S. Emerentiani. Regimen Urbis, Patricii ſive Nobiles habent: quidam ex Magiſtratibus cauſis pupillorum præpoſiti ſunt: Clerici ſubjecti ſunt Legibus Civitatis, non ſecus ac alii Laici.

Nullum

Digitized by Google

Nullum vero nisi Imperatorum superiorem agnoscit Dominum, qua de causa crebras cum Duce Bavariæ habet controversias, libertatis suæ pertinaciter studiosa.

EPISCOPATUS PASSAVIENSIS.

MORES INCOLARUM.

A Bhac hujus loci incolæ laude commendantur, quod industrii sint admodum, & mercatui addictissimi. Accentus sermonis ad Austriacum proxime accedit.

RELIGIO.

ROmanæ Religioni addictis hic omnia patent, Lutheranis necdum libertas conscientiæ integra est.

DIVITIÆ ET REDITUS.

ADscribitur Passavienſi Episcopo summa 40000. Imperialium, ex reditibus perceptorum.

Mercatura in vino Austriaco sita est, quod in Bavariam exportatur, tum sale, in Bohemiam & vicinas oras ferri solito. Ex Italis pariter mercibus commoda civibus magna parantur.

REGIMEN.

REgit hic Episcopus statum suum, per Vicarium, Senatum, vel Consilium Principis ex Nobilibus compositum & Jurisconsultis, Cancellarium, qui præsidet, alioque. Habet hic loci Bavariæ Dux certum jus protectionis, quoad Episcopatum. Episcopus etiam tam temporalis, quam spiritualis (ut vocant) est Dominus, Princepsque Imperii.

ARCHIEPISCOPUS SALTZBURGENSIS.

MORES.

INcolæ Saltzburgenses adeo voluptatibus diffluunt, tam ob potentiam opum, quam mercaturæ felicitatem, ut nulli in Germania alii sint, qui hoc nomine cum ipsis possent conferri. Nobilium ibi exiguus est numerus, divitiis tamen exuberat. Qui ad montes accolunt, rusticam rudemque degunt vitam.

RELI-

Digitized by Google

RELIGIO.

Sunt huic Epiſcopo multi alii ſuffraganei Pontificiæ Religioni addicti. Canonici Eccleſiæ Cathedralis debent esse Nobiles, poſſuntque eligere Archiepiſcopum, ſine ullo Papæ interventu, ideo quod magnis gaudeant privilegiis.

REGIMEN.

AD hunc Archiepiſcopum, tam rerum temporalium, quam ſacrarum, abſoluta ſpectat poteſtas, eſtque Princeps Imperio abſolutus in Statu ſuæ juriſdictionis.

DIVITIÆ.

ADnumerantur communiter huic Archiepiſcopo reditus circiter 200000. Imperialium. Hæc ſumma ex ſale, aurifodinis, tributis colligitur. Subditi illius mercatu in Italiam, Germaniam, Hungariam, Bojemiam, ob commoda Regionis itinera, valde ſunt celebres.

STATUS DUCIS DE NEUBURG.

MORES GENTIS.

VIvitur hic ad Danubium admodum civiliter, pagorum vero miſeri incolæ, per exactiones Gubernatorum, afflictam trahunt vitam. Urbs Neuburgum eximia præditos comitate alit incolas, ut nulla per Germaniam reperiatur civitas, quæ peregrinos majore cum humanitate acciperet.

RELIGIO.

QUi hodie Regimini præeſt Princeps Neuburgicus Romano-Catholicam ſuſcepit Religionem, ducens in uxorem Ducis Bavariæ ſororem. Hinc Subditi quam plurimi, qui Lutheranam Religionem ejurare nolebant, in exilium ſunt ejecti. Enimvero, quamlibet hic Princeps Religionem mutarit, Fratres tamen ejus Lutherani fuerunt.

REGIMEN.

PRimus dignitate hic eſt Mareſchallus, tum ejus *Hoffmeiſter* Cancellarius, Cancellariam ſuam plerumque Neuburgi

burgi habet, quæ Urbs, ut & aliæ ſuum habent Magiſtratum, Conſules, Senatum, qui ſolum ex 24. conſtat hominibus: nullam tamen habent juriſdictionem, ſed à Principis Miniſtris dependent, neque ullum conventum niſi permiſſu Principis, vel illius Gubernatorum, indicere poſſunt, ubi vero convenerunt, minoris momenti negotia tractant. Submiſit ſe vero hic Princeps Protectioni domus Auſtriacæ propter intereſſe Juliæ & Cliviæ.

DIVITIÆ ET REDITUS.

AD 60000. Imperialium ſummam hujus Principis reditus æſtimantur. Illam pecuniam cum ex dominio ſuo, tum vero tributis percipit, quæ Danubio imponi ſolent. Ex plurimis Abbatiis olim multum nummorum accipiebat, quæ hodie Catholicis permiſſæ ſunt. Subditi illius tantis pollent opibus, ut pro libertate Religionis ipſi 500000. florenorum extra ordinem promitterent.

VIRES.

Multi hîc reperiuntur Nobiles qui illius ſunt Vaſalli, & facili negotio 600 Equitum in ipſius ditione, aliunde 5000 peditum colligi poſſunt.

Quæ ſit conditio Landgrafiatus Lichtenberg, Comitis *de Hanaw*, Comitis *de Solms*, Comitis *de Iſenburg*, Comitis *de Waldeck*, *Fuldeck & Bucken* Vid. Pierre d'Avity hîc p. 767. 763. & 769.

STATUS SAXONIÆ.
MORES GENTIS VETERES.

VEteres Saxones magni & robuſti erant mortales, aſpectu terribiles, minaci vultu, & omnes fere fulvi. Indoles illorum ex parte erat fera, & brutorum ad inſtar vivebant, ubi manus conſeruiſſent, ſeque invicem vulneraſſent, conviviis vacabant. Non ſtare promiſſis, in dedecore ponebant. Qui maria tentabant, omnium erant peritiſſimi. Qui factis maxime erant conſpicui, his hunc unum habebant honorem, ut demortuis ſepulchralia ſaxa altius erigerentur. Regimen illorum vetus ad Ariſtocratiæ Leges erat compoſitum. Eligebant equidem XII. homines, qui reliquos omnes ætate,

rerum experientiâ, auctoritate ſuperabant. Ex horum numero ſupremum militiæ eligebant Præfectum, cui Regiam dabant auctoritatem, ita ut non alio tempore, quam belli, Regem eligerent. Qui vicinos, prædæ ſpe invadebant, & detectos revelarent, morti dabantur, jurare ſuper arma illorum erat mos, qui perjurus erat, ipſi locus non dabatur cum aliis cibum capiendi, vel cum aliis converſandi ſub pœna banni, pacis; pœna mortis, belli tempore. Supplicia illorum erant gladius, furca, rota, ignis, aqua, fuſtigatio, & alia.

Adorabant cum reliquis Germanis Tybel, ut ipſum vocat Tertullianus, h. e. Diabolum: Deum etiam Hamum colebant, in figura Regis, cum aliis 12. diis, deabuſque. Habebant & Deos dictos Irm, Flinu, Atre, deam Sibam. quos Deaſtros Carolus Magnus ſuſtulit, ſecundum Annales Magdeburgenſes, poſtquam nimirum illos ſub Imperium ſuum redegiſſet. Invaluerat & hic apud illos barbarus mos, ut humano ſanguine Deos placarent, cum in mari eſſent, pro reditu vota nuncupabant, omnis prædæ, decimarum. Vid. de his, aliiſque Georg. Fab. Sax. l. 1. Sidon. Apol. Krantzi Saxon. Dreſſ. Mil. & alios.

MORES HODIERNI.

NOſtri ævi Saxones robuſti & validi ſunt, optimæque indolis univerſim, affabiles & grati in converſatione, quales non ſunt ſuperiores Germani. Alacriora melioraque habent ingenia, quam pro corporis habitu craſſo, in modo agendi aſperitas quædam eſt, quæ tamen nullam redolet ruſticitatem, pro aliquo commodo, nullam magnam impendunt operam. Fideles & conſtantes ſunt in amicitia, lenti in conſiliis, non tamen ſtupidi, & quod ſemel apud ipſos concluſum, ſervant pertinaces. Rariſſime antiquum immutant morem, laboribus ſunt invicti, præſertim belli. Inter vitia, quibus præ reliquis inquinati ſunt, nimia illos gravat ebrietas & voracitas, quæ non erubeſcant in virtute ponere. Solent autem ex ordine potare, & ſi quis ad Leges primi potatoris non reſpondeat, prius rixarum, mox pugnarum certamen facile experitur.

Maximam civilitatis notam exiſtimant, ſi hoſpitem egregie

Digitized by Google

gie potum reddant, nec aliunde potus pro ſanitate Principum origo quærenda eſt; cereviſiæ tamen crebriorem uſum quam vini amant, cujus largiore hauſtu dies nocteſque fallunt, & poculorum Principem floribus tanquam Victorem decorant.

Ciborum delicatum non quærunt apparatum, [illegible]ius ferculorum numerum, quod edones ſunt ſtrenui. Sæpius ipſis lactis & caſei ſufficit copia. Lardi eſum admodum amant, adeo, ut niſi hoc in convivio adfuerit, male ſe tractatos autument. Barbas alunt promiſſas, ex illarumque longitudine, conditione potiores æſtimant. Habitum corporis quod ſpectat, ille quidem ruſticis pro more Regionis ſimplex eſt Nobiliores ad Gallicam incedunt conſuetudinem. Nobiles, uniformi fermè incedunt veſtitu, neque in alium falſos Nobilitatis titulos patiuntur, ſtudia Nobilibus exiguæ ſunt curæ, ſed venari, equo vehi, præcipua judicant exercitia. Mercaturam maximo habent dedecori, ita ut mercatores dicterio *Pfefferſäck* vocent, quamvis etiam opibus maxime polleant.

Saxonica linguâ plurimum utuntur, nulli tamen ad Albim pagi ſunt, in quibus Sclavonicus ſermo obtinet. Cum aliquis Nobilium matrimonium contrahit, vel ipſi infans naſcatur, Nobiles, & Virgines vicinæ eo conveniunt, non invitati. In exequiis Nobilium ſolennia exhiberi ſolent convivia. Nihil vero æque cavere accurate debet Nobilis, quam ne mercatoris, quamlibet ditiſſimi filiam in matrimonium ducat; magnam enim hoc pacto auctoritatis ſuæ perdit partem.

RELIGIO.

OMnes in hac Regione incolæ Lutherani ſunt, vel Calviniſtæ, non ſecus ac Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Domini. Elector Saxoniæ, aliique ejus familiæ Duces, ut Brunſvici, Luneburgici, Lawenburgici Holſatiæ, Meckelburgici omnes ſunt Lutherani. Sed Marchio Elector Brandeburgicus, principes Anhaltini, Calviniani ſunt.

REGIMEN.

ELector Saxoniæ Mareſchallus Imperii dictus, aulam ſuam Dreſdæ habet, cum Cancellaria ſua & Conſilio,

Digitized

quod omnem ſtatum regit. Ad hunc Principem tam in cauſſis temporalibus, quam ſpiritualibus (ut vocant) judicium pertinet ſupremum. Plurimos habet Gubernatores, *Ampter* dictos, qui certo numero urbium & pagorum præſunt, & plerumque Nobiles ſunt, reliqui vocantur *Wetten*, & Scabini. Omnes Urbes ſuos habent Magiſtratus, & conſilia quibus præeſt Prætor in aliis, in nonnullis eſt judex, *der Richter*, vel *Kruger*, qui de controverſiis Incolarum judicat. Scripto utuntur jure, quod vocant *das Saxenrecht*, jus Saxonicũ, à jure Romano in multis diſcrepans. Quantum ad crimina, ſeveras admodum habent Leges, adeo ut ſi quis ultra 5. florenos aureos furatus ſit, de jure ſuſpendi debeat, Adulterium duplex capitali punitur ſupplicio, prædones torâ feriuntur, ſacrilegi, monetæ adulteratores, aliique ignis ſupplicio puniuntur, ut alias taceamus ſceleratorum pœnas.

Quantum ad Nobiles, illi tantam non habent auctoritatem, atque alii in Suevia & propter Rhenum incolentes.

Sed eadem cum privatis tam in civilibus, quam criminalibus cauſſis jura experiuntur.

DIVITIÆ.

PErcipit Elector Saxoniæ ex ſuo Dominio quotannis decies centena millia Imperialium, quæ ſumma tam ex argenti fodinis, quam opulentis Abbatiis, ut & Epiſcopis quibuſdam percipitur. Exinde colligi poteſt, quantas teneat divitias in theſauro, quem Elector Auguſtus coacervavit, qui 17. milliones Imperialium continebat. Mercatura ſubditorum ex abundantia frumenti, corii, cereviſiæ, æſtimari debet.

VIRES.

NUmero Nobilium, ab ipſo Feuda tenentium reliquos omnes exuperat Principes, ita ut ejus auxilia, negotia Domus Auſtriacæ ultimo durante bello valde promoverint. Facile enim octo equitum millia, & aliquot. 20000. peditum in aciem educi poſſunt, ſpatio trium dierum, ultra 1000. armatorum Nobilium expediri queunt. Quantum ad arma, illorum quanta non eſt Dreſdæ copia, præter alias artificioſæ induſtriæ incredibiles auri argentique divitias. Series

Electo-

Electorum Saxoniæ legitur apud Pierre d' Avity in descriptione Saxon. p. 774. 775.

MISNIÆ STATUS MORES INCOLARUM,

INcolæ hujus Regionis validi & robusti, elegantique formâ sunt, tum læti, modesti, pacifici, nec illos uti alteros Germanos ingrata morum asperitas obscurat, Lingua Misnica omnium in Germania, habetur elegantissima, quod clare & distincte efferatur.

RELIGIO.

PUblica Sacrorum exercitia, hîc ad dogma Lutheri instituta sunt omnia.

REGIMEN.

Hæc ditio præsentiâ Principis, ejusque Cancellariâ in Dresda stabilitâ, aucta est.

DIVITIÆ.

ELba fluvius Nobilissimus, commoditate sua, uti aliis civitatibus quas alluit, ita quoque Misniæ magnas præstat divitias.

LIPSIA ACADEM. MORES

INcolarum hujus urbis Mores valde sunt civiles, imprimis vero mulierum ad omnem elegantiam exculti, habitu utuntur decoro & pretioso, laute & opipare vivunt. Sermonem habent nitidum, quo fœminæ etiam à ferreo pectore amorem & benevolentiam elicient.

REIGIO.

LUtheranæ Confessioni addictissimos, in illoque fervidos hîc reperies mortales.

REGIMEN.

CUria Electoralis, *das Eh. Hoff und Landgericht*, hic est, cui præest supremus judex, *der Ober-Richter*, cum tribus

Nobilibus, 3. Doctorib. jur. 4. Advocatis, & adhuc 2. Nobil. & 2. JCtis. Præterea hic Scabinorum ordo est, in quo unus Præses tres Jcti. tres ex Senatu cum scriba sunt.

DIVITIÆ VRBIS.

URBS hæc non magis Academiâ quam mercatu nundinisque solennibus celebris est, indeq; magnas ejus cives sibi colligunt divitias, ipsa Urbs & arx munitissima est, quondam Suecorum tutissimum receptaculum. Vid. Zeil. Iter Germ. c. 4.

Thuringia tres habet Duces Saxoniæ qui illam regunt, quorum unus est Elector, & alii Duces de *Weimar*, & de *Isenach*. Quantum ad urbem Erfurtum, Archiepiscopus Moguntiæ ibi suam habet jurisdictionem. Hæc Regio titulum Landgrafiatus accepit tempore Imperatoris Lotharii 2. Statum *Voigt-landiæ*, Comitis de *Hemelberg*, *Ducum Weimar* Genealogiam aliorumque Comitum vid. apud Pierre Dav. in Descriptione Saxon. brevius, p. 779. & sequent.

ARCHIEPISCOPUS MAGDEBURGENSIS.

RELIGIO.

HI Archiepiscopi Lutherani fuerunt à tempore Archiepiscopi Sigismundi Brandeburgici, qui ibi Lutheranam fecit concionem anno 1553.

REGIMEN.

ARchiepiscopus quandam quidem in Vrbe habet jurisdictionem, sed non absolutam, quia quod velut Imperialis sit, per Magistratum suum recta, qui ex omni constat ordine & ex omnibus tribubus. Titulo Burggrafii Magdeburgensis Electores Saxoniæ gaudent.

REDITUS.

REditus hujus Principis, faciunt summam 50000. Imperialium.

PRINCIPATUS ANHALTINUS

1. RELIGIO, 2. MORES.

HIc Princeps Reformatam sequitur Religionem. Qui in hac Regione sunt incolæ ut plurimum procero sunt corpore,

Digitized by Google

corpore, mulieres quoque craſſiores hîc, quam alicubi in Germania reperies.

REGMEN.

AUlam habet ſatis circumſcriptam & parvam, ſuſque ſtatus exiguo miniſtrorum regitur numero qui in *Deſſaw* conſilium Principis repræſentant.

REDITUS.

ANnui hujus Principis reditus, quos ex Dominio ſuo percipit ad circitur 300000. florenorum accedunt. Hi ex teloniis & fundis tributoque vini ex Franconia allati colliguntur. Habet autem poteſtatem monetæ cudendæ æque ac alii Germaniæ Principes.

Ganealogiam illorum vid. apud auctor. noſtrum in deſcript. Saxon. p. 785.

DUCATUS BRUNSWICENSIS.

MORES GENTIS.

BRunſwicenſes lardi & fumoſæ carnis magni ſunt amatores, nec bene ſine his in conviviis accipiuntur, inde alii Germani Belgæque illos communi dicterio vocant *Speckmuffen*, id eſt lardivoros. Qua voce *Muffen* etiam petulans clamor infrunitæ, & peſſimè eductæ Lugduno-Batavæ juventutis omnes alios Germanos per plateas decantat, quod noviter advenis admodum videtur inſolens. Sed ad Brunſvicenſes redeamus. Hi præ reliquis ſtrenui ſunt cereviſiæ potatores, quam licet amaram in deliciis habent. Mores tam Nobilium, quam plebejorum, neutiquam cum aliorum, imprimis Auſtriacorum, civilitate comparandi ſunt; Lingua illorum eſt Saxonica rudis, & aſpera.

RELIGIO.

DUx Brunſwicenſis ejuſque omnes ſubditi, tam Nobiles quam plebei, Lutherani ſunt, Pontificiis non niſi ſecreta ibi ſacra agere licet, Urbs vero Brunſwigum, Lutheri dogma anno 1524. ſuſcepit.

REGIMEN.

Hic Princeps dictus etiam Dux Luneburgi æque ac Brunſwigi, quod ad primum Ducatum ſpem habeat ſu[illegible]nis, & ſicut contra Dux Luneburgicus titulum Ducis Brunſvicenſis, ex eodem fundamento uſurpat, quod jus ſucceſſionis habeat.

Habet Brunſwicenſis Dux aulam ſuam in *Wolffenbutel* arce & urbe munitiſſima, in hac ultra 700. hominum ſuſtentantur.

Ejus Senatus, ſive Cancellaria, ſtatum gubernat, Nobiles inter alia privilegia hoc habent, ut ad omnia munia & officia Regiminis promoveantur, excepta ſolum juſtitiæ adminiſtratione ad quam nunquam aſpirant.

Quantum ad urbem Brunſwigum, quamvis ejus Magiſtratus poſt tot controverſias, bella, & obſidiones homagium & juramentum fidelitatis Principi, velut Domino ſuo, præſtiterit, anno 1616. tamen ſe Rempublicam liberam vocat, urbemque Imperialem. Hæc Senatum habet, qui illi præſit, de quo Dux nullam diſponendi habet poteſtatem Reperiuntur ibi 5. juſtitiæ ſedes cum tot Magiſtratibus qui juriſdictione differunt.

REDITUS.

Habet hic Princeps terram adeo fertilem, & incolis frequentem, ut reditus ejus ultra 300000. Imperialium numerentur. Hi ex vectigalibus Vini, cereviſię, bonis Eccleſiaſticis, tributis populo impoſitis, proveniunt.

VIRES.

Quantum Brunſwigum tempore belli viribus valeat, ultimum oſtendit, ubi ultra 15000. militum peregrinorum intus aluit, ultra quod 10000. in caſtris ſuſtentaret. Nullus in Germania eſt Principum, qui tam brevi temporis ſpatio tantum equitum producere poſſit numerum, atque hic: Abundat enim Nobilium, vaſallorum multitudine. ita ut communis ſit opinio, quod ex dominio ſuo & Epiſcoparu Halberſtadienſi X. & XII000. equitum produci queant.

Genea-

Genealogiam Ducum Brunſwicenſium exhibuit Pierre d'Avity, hic p. 787.

DUCATUS LUNEBVRGICVS.

MORES.

INcolæ Luneburgici propter opes quibus præcellunt adeo glorioſi ſunt, ut mercatorum filiæ ita ſplendido incedant habitu, ac ſi eſſent maximæ conditionis. Nobiliũ multitudo ibi tanta eſt, ut magna pars rerum ſit egena. Nec ullum illis in oris fuit bellum, quin ejuſmodi hominibus, latrocinandi commodam præberet licentiam. Hinc proverbium natum:

Luneburger Heid, Armer Bruder weid.

RELIGIO.

MAxima incolarum pars Auguſto Lutheranam ſequitur Religionem, & Calvinianos maximo proſequitur odio.

REGIMEN.

QUamlibet hic Princeps ſe Ducem Luneburgicum ſcribat, exiguam tamen ibi habet poteſtatem, ideo quod urbs illa magnis gaudeat privilegiis, & ſub fœdere Hanſeatico comprehendatur, interque primarias Hanſeaticas urbes locum habeat. Incolæ in patricios & plebejos diviſi ſunt, Patriciorum honoratæ familiæ ſunt, ſuntque omnes ſub Imperio Magiſtratus.

REDITUS.

DUces Luneburgici, ex territorio ſuo quotannis 300. millia Imperialium percipere dicuntur. Luneburgenſes vero ex ſale incredibiles adipiſcuntur divitias, cujus abundantiam omnibus oris Germaniæ ſuppeditant.

VIRES.

IN nobilium, Principis Vaſallorum multitudine, non leve Principibus robur ſitum eſt. Hi datâ occaſione, propriis impenſis, ſua tenentur probare Dominis ſuis ſervitia. Quantum autem viribus ſuis effectum dare poſſint, nullo

adhuc probarant exemplo, quod fervente in Germania bello, in pace ſecuri egerint.

EPISCOPATUS HILDESHEIMENSIS, Magiſtratum habet ex Lutheranis & Pontificiis compoſitum.

ARCHIEPISCOPATUS BREMENSIS.

MORES.

MAgna hujus gentis pars ſtudio in arma fertur; facilius autem labores quam ſitim tolerant. Equidem potatores audiunt ſtrenui. & ſæpius pugnis controverſias decidunt. Hordeacea aqua illis ordinarius eſt potus.

RELIGIO.

EPiſcopatus Bremenſis fundatus eſt per Carolum Magnum anno 788 Recepit Religionem Lutheranam anno 1525. Poſt Canonici Lutherani Archiepiſcopum eligebant, qui ſuam haberet juriſdictionem. Hodie Magiſtratus & ſubditi Calvini ſequuntur doctrinam, dicunturque Reformati.

REGIMEN.

QUamvis Archiepiſcopus tam temporalis quam Spiritualis, ut vocant, ibi ſit dominus, ipſa tamen Civitas Bremenſis, jura Hanſeaticæ & Imperialis habet civitatis, Urbs Stada ſuum habet Magiſtratum, illi de terra *Worſt*, quamvis Epiſcopo ſubjecti. in quolibet tamen Burgo Gubernatorem eligunt, qui ipſis juſtitiam adminiſtrat. Hodie Bremæ ſtatus à priſtino nonnihil deflexit. Equidem nuper admodum, Civitas Bremenſis, Regi Sueciæ homagium (poſt intas pacis conditiones) publice præſtare coacta eſt, ita agnovit. Operæ pretium eſt hic præcipuas adjungere conditiones in quas utrimque ab illis conventum eſt.

1. Quod Conſules, Senatores, & Cives Bremenſes Regi Sueciæ homagium præſtare tenebuntur.
2. Non licebit illis ullum fœdus, cum aliis Principibus in præjudicium Regis Sueciæ inire.
3. Ne tributa, vectigalia, aliaque onera Sueciæ indigenis imponant.
4. Ne in Archiepiſcopali palatio ullam exerceant juriſdictionem.
5. Ne

5. Ne in capitulum & bona Eccleſiaſtica prætendentes ullo modo juvent.
6. Ut pro reducendo milite 12000. Imperialium ſolvant.

REDITUS.

REditus Archiepiſcopi ad 60000. Imperialium [illegible]. Ipſa vero Urbs Bremenſis, ex mercatura potens opibus evaſit, & illa adhucdum creſcit.

DUCATUS LAWENBURGICUS.

REligio horum Ducum Lutherana eſt.

REGIMEN.

HUjus Ducatus Principes Duces vocantur Saxoniæ, nihil tamen præter titulum tenent..

DIVITIÆ.

HIc Ducatus late ſatis patet, habetque Nobiles qui arces, villas, Dominia tenent. Mediorum autem paucitas qua laborant, ſæpius ipſos coëgit, ut peregrinis in bello, operam ſuam locarent.

DUCATUS MECKELBURGENSIS MORES VETERES.

HEruli olim ingenti faſtu & ſuperbiâ, perfidiâ, & brutis laborabant moribus. Ætate confectos, ſenes & ægrotos vitâ ſpoliabant, Viduæ ad ſepulchrum mariti ſibi laqueo gulam frangebant, hacque ratione in magno erant honore. Credebant Deorum multitudinem, & quod ſacrificiis placandi eſſent, præter hos alios colebant Deos Penates, in publico conventu boves & oves immolabant, & quandoque etiam homines; ex quorum ſanguine voluptatem Deos capere dicebant.

Sacris ritè peractis ad epulas & gaudia diſcumbebant.

MORES HUJUS TEMPORIS.

POſteritas Werulorum, quos Romani Herulos vocabant, adhuc in Ducatu Meckelburgenſi obtinet Terra *Werlaw*, pecu-

Digitized by Google

peculiarem linguam ſibi reſervavit, in qua multa ſunt Latina. Mores hujus nationis ſimplices magis quam ficti ſunt, nec victus deliciis, ſed naturali deſiderio paratus. Elegantiam nec in ſermone, nec in vivendi conſuetudine, reliquiſque moribus obſervant.

REGIMEN.

QUamvis hic Princeps Dominus ſit Roſtochii Academiæ, & Urbis Hanſeaticæ, & ipſi Senatus incolæque homagium præſtent, libera tamen eſt, propter ſingularia (quibus gaudet) privilegia, habetque ſupremam & infimam juriſdictionem, Magiſtratum ſuum, qui illam regit, jura & privilegia Lubecæ. Anno 1573. poſt controverſiam inter Ducem Meckelburgicum & Roſtochium, concluſum fuit, ut ſuperioritas Principi permaneret, ſed Roſtochienſes in ſua permanerent antiqua privilegiorum libertate, & juribus, vid. de his Dreſſer in Germ. urb. Chytr. Orat. de Roſtoch. Thuan. l. 57.

REDITUS

REditus hujus Principis ad ſummam 20000. annua Imperialium accedunt. Reſpectu aliorum Roſtochium ex frumento multas colligit opes, quod in Belgium & alias mittit oras, cum optimæ notæ cereviſia. Mercaturam præſertim ſuam in Norvegia & Bergen exercent, tum in Dania & Suecia. Seriem Ducum Meckelburgicorum vid. apud Pierre d' Avity hic p. 796.

MARCHIONATUS BRANDEBURGICUS MORES VETERES.

URbs Brandeburgum præcipuus olim erat locus, omnis idololatriæ Wandalicæ. Hi duos colebant Deos, unum bonum, alterum malum, exiſtimantes, quod ab illo omne bonum, ab hoc flueret omne malum. Ultimum dicebant *Zeernebock*, h. e. Deum nigrum, alterum *Swantewith*, quem etiam in Rugia adorabant, qui certiora quam alter reddebat oracula, adeo ut in illius honorem aliquem Chriſtianum ipſi ſacrificarent.

MORES

Digitized by Google

MORES HODIERNI.

HAbitatores hujus Regionis, à reſiduis Sclavonis & Vandalis, quibus undique clauſi ſunt, corruptos hauſerunt mores, in reliquis Germanos imitati ſunt vitiis, præſertim ebrietate, Vandalos, in lubrica fide. Prædones [illegible] etiam tetra homicidia exercent, idque à latere Caſſubiæ quam maxime. Nobiles ibi inſtar fratrum vivunt, reliqui rerum ſunt ignari, plebs ſordide vivit, raroque panno veſtitur. Nobiles æſtate venatu, hyeme trahis delectantur. Nuptias cum multitudine tubarum celebrant, quas ſonare faciunt cum pro Principum valetudine bibitur, fraternaque invicem bibunt nomina, ſe mutua obligantes fide, ſub conditione *Eines Schelms*, ſi quis fide non ſteterit fraternâ.

RELIGIO.

POſtquam Joannes Sigiſmundus Elector, Lutheri dogma rejeciſſet, Calvini vero ſuſcepiſſet, ſubditi maximam partem Principem ſuum in hac ſecuti ſunt, cum Georgius Guillielmus, eandem profeſſus eſſet, ſubditi velut coacti, iiſdem ſacris nomina dederunt, magna tamen pars Lutheri dogma adhuc conſtanter tuetur.

Habet Electo Berlini Conſiſtorium ex miniſtris Curiæ conſtans, ubi ſuperintendentes, præſidentes (qui in matrimonialibus cognoſcunt) aliique miniſtri ſua habent officia.

REGIMEN.

IN omnibus ſuis urbibus judices Elector habet, à quibus ad Curiam appellatio fit, vel Cancellariam Electoralem, quæ Berlini utplurimum habetur, nec ad Spirenſe forum ab illa conceditur appellatio. Quælibet Urbs & oppidum ſuum habet Gubernatorem Nobilem. Quantum ad Francofurtum, quamvis ejus Magiſtratus Electorem ut ſuperiorum Principem agnoſcat, ſuam tamen habet criminalem juriſdictionem & ſubditi hoc habent privilegium, ut ab omnibus vectigalibus ſint exempti, quæ mercibus imponi ſolent.

REDI-

Digitized by

REDITUS ET DIVITIÆ.

QUod Elector Brandeburgicus quotannis ex territoriis ſuis decem centena millia Imperialium accipiat, non vulgare eſt judicium. Populo ſæpius tam ordinaria, quam extraordinaria imponuntur tributa, exceptis illis, quæ vino & cereviſiæ impoſita ſunt. Solvunt etiam ſubditi ducenteſimum bonorum nummum, Nobiles vero à tributis exempti ſunt. Mercatura Francofurtenſium conſiſtit præcipue in piſcibus, vino, frumento, quarum rerum ingens ibi eſt copia.

VIRES.

FAcile in aciem educuntur 6000. equitum & 24000. peditum. Quantum ad fortalitia, nullum magis munitius eſt quam Berlinenſe. Hæc legantur apud Vaget de Orbe Habit. Chytr. Orat, de March. Munſter. l. 3. Genealogiam Elector. Brandeb. vid. apud Pierre d' Avity p. 803. hic.

MARCHIO DE ANSPACH.

MORES,

NObiles hujus Regionis nullum præter venationem habent exercitium, reliqua ſunt egregie potare. Studiis operam dare indecorum, & inferius genere æſtimant.

RELIGIO.

SUbditi hujus Principis Lutherani ſunt, quin & illi, qui propter hanc confeſſionem Epiſcopatu Wirzburgenſi ſunt ejecti, hucque confugerunt.

REGIMEN.

REgitur hæc terra per conſilium & Cancellariam Principis, unde ad Imperatorem conceditur appellatio.

REDITUS.

OPinio eſt quod duo Marchiones de & *Anſpach* de *Culmbach* ex illorum territoriis & bonis Eccleſiaſticis quotannis percipiant 150000. Imperiales. Marchioni de *Aſpach* magni

magni ex ſilvis proveniunt reditus, tum vero ex vineis, fundis, tributis, ſalvo conductu. Præcipui vero reditus ex Abbatiis & Prioratibus colliguntur, dein ex Sexageſima bonorum ad ſubditos ſpectantium parte.

VIRES.

EX multitudine Nobilium Vaſallorum, ultra mille equitum in caſtra mitti poſſunt. Nulla vero huic Principi munita ſunt fortalitia, niſi aliquot arces, non adeo armis inſtructas; Armamentarium tamen omni bellico aparatu habet inſtructiſſimum. Omnes etiam plebei ſubditi æque ac Nobiles armis ſunt inſtructi.

MARCHIONATUS DE CULEMBACH.

MORES.

REgionis ruditati & aſperitati, aſperi rudeſque incolarum reſpondent mores. Linguam ſonant rudiorem, Nobilium exercitia in poculis ſunt, quibus cum curta ſit ſupellex agreſti conſuetudine ſuis vivunt arcibus. Ruſtici in excindendis lignis deſudant, vel, viam ſecuram curribus mercatorum mercibus Nurenbergenſibus onuſtis, præſtant.

RELIGIO.

OMnes ejus Incolæ confeſſionis ſunt Lutheranæ.

REGIMEN.

CUria hujus Principis ejuſque Cancellaria ut plurimum eſt in Vrbe *Culembach.*

DIVITIÆ.

EX fundis, ſylvis, jure venationis, monaſteriis, huic Principi reditus profluunt, ægre tamen inde collecti nummi impenſis prolixæ ſufficiunt aulæ.

DUCATUS POMERANIÆ.

MORES.

USI ſunt Pomeraniæ incolæ lingua Vandalorum, eo uſque donec Religionem Chriſtianam recepiſſent, poſtea

poſtea linguam Saxonicam locuti ſunt. Morum elegantia, ad ſuperioris Germaniæ populos neutiquam accedunt, habitu corporis victuque nequaquam ſunt delicati, amicitias tamen fideliter ſervant. Nec poculis parcunt, ad hæc, & varia pericula imperterriti.

RELIGIO.

AUguſtæ confeſſioni hic ubique invenies addictos.

REGIMEN.

DUces Pomeraniæ olim Pomeraniæ nomine Regis Poloniæ ſuperiores agnoſcebant, poſtea illam titulo Feudi ab Imperatore tenebant. Dein pace in Germania facta magna Pomeraniæ pars Suecis ceſſit. Jura ibi Saxonica in uſu ſunt, & per Cancellarios, conſiliarios, alioſque Magiſtratus, nunc ditio regitur.

DIVITIÆ.

OLim Ducum Pomeraniæ divitiæ ex reditibus, 150000. Imperialibus æſtimabantur. Ipſius terræ theſaurus ex pecore, frumento, mercatura, (quæ maris beneficio in Daniam, Norwegiam, alioque defertur) colligitur. Genealogiam Ducum Pomeraniæ, quorum ſtemma eſſe deſiit, Vid. apud Pierre d'Avity p. 809. hic.

FRANCONIA.

MORES INCOLARUM.

ARrogantes & opinionibus addicti ſunt Franci, ſui æſtimatores, contemptores aliorum, execrationes, furta, ebrietatem amant, illamque propter vini copiam in ſupremo gradu. Si in conſortio quis inimicum habeat, qui ſuo propinet æmulo, cum proteſtatione poculum accipit, quod nullum inde pati velit ſuo juri præjudicium, hocque appellant *auff Hoffrecht trincken*, hoſpitibus præter alios ſcyphos, quos *VVilkom* vocant, etiam vitra dicta *S. Johannes Segen* propinant, necque ullus contractus emptionis & venditionis ſine poculis concluditur, hoc illi vocant *VVeinkauff trincken*.

Mulieres

Mulieres valde habent imperioſas, & ſuperbas, caſtas tamen admodum, quod vitium caſtarum eſt proprium. Habent etiam curam mercaturæ & domeſticorum negotiorum. Lingua Franconum Miſnicâ rudior eſt, in pagis adeo aſpere loquuntur, ut alii Germani ipſos *die Groben Franken* vocent.

In nuptiis ante ſponſum, qui inter duos incedit [illegible] tos, tympana & tubæ ſonant, poſtea parentes cum amicis ſequuntur, uſque ad templi portas, ad quas redeuntes expectant. Poſt cum tractu mulierum domum eunt, & coram Preſbytero matrimonium contrahunt. Quantum illorum hodiernus ſermo ab antiquo differat, ex Oratione Dominica modo ſubjungenda patebit:

Vatter unſeer thu biſt in himile; Wihi, namun; denan queme rihc din: Werde wille din, ſo in himile ſoſa in erdu. Proath unſeer emetz hik. b uns hintu; oblaz uns ſchuldi unſere, ſo wir oblaxen uns ſchuldicen. Enti niun ſi friletti in Korunka, uns erloſi nuſih fon ù ubile Amen.

RELIGIO.

ILLA Auguſtanæ confeſſioni conformis eſt. Seduloque illius veritas incorrupta ſervatur.

REGIMEN.

MUlti hic uno tempore fuerunt Duces, Comites & Domini. In circulo vero Franconiæ multi ſunt Nobiles, qui immediate Imperio ſunt ſubjecti, & in ſex ordines diviſi.

DIVITIÆ.

PUrus Regionis aër ſolique fertilitas, non magis ſonos, quam opibus abundantes præſtat incolas. Montibus ſylviſque terra cincta eſt, cujus planicies, Cerere, & Baccho incredibiliter abundat, & magnis incolas beat commodis, quæ etiam augent, legumina, varii generis fructus, prata, pecora, feræ, ſtagna, piſciumque feliciſſima captura.

DUCATUS ET EPISCOPATUS WIRTZBURGENSIS.

RELIGIO.

OFficia Eccleſiaſtica ab hoc Principe nemini conferuntur, niſi Pontificiis.

REGIMEN.

EPiscopus hujus loci non secus ac Dux potestatem habet de criminibus cognoscendi, illorumque auctores morte afficiendi. Quapropter in solennibus actis, festisque die- -æferri jubet strictum gladium, hoc notans; sibi vitæ & mortis esse potestatem. Hinc orti versus.

Herbipolensis stola
Judicat ense, sola.

DIVITIÆ.

TAntas hic Episcopus habet opes, ut nullus Germaniæ Principum, (exceptis Electoribus secularibus) ipso major sit divitiis. 300000. talerorum ex territorio suo accipit, multa ipsi præterea accesserunt Feuda, ita ut calculus illius opum exactus haberi nequeat.

VIRES.

EPiscopus Julius arcem de Marienperg pacem Franconiæ solebat vocare, quod velut esset invicta. Spatio 8. dierum 2000. equitum 12000 peditum sistere potest.

EPISCOPATUS BAMBERGENSIS.

MORES.

BAmbergenses incolæ propter ubertatem soli, & inde profluentes divitias, inter omnes Germaniæ populos maximè molles & effœminati luxuique dediti habentur.

RELIGIO.

HIc pontificia Religio obtinet, quamvis in hoc statu multi reperiantur Lutherani Nobiles.

REGIMEN.

HIc Episcopus Princeps est Imperii, Cancellariam suam Bambergæ habet, in pluribusque locis Rectores dictos *Amptmans*, qui certo numero pagorum, imperio præsunt.

DIVI-

DIVITIÆ.

REditus hujus Episcopi ad 60000. millia Imperialium accedunt.

FRANCOFURTUM AD MÆNUM.

RELIGIO.

MAgistratus hujus Urbis Lutheranus est, neque ullus Pontificius in Senatum admittitur, quamvis Catholici publicum ibi habeant exercitium. Calviniani idem. quondam liberum habuerunt, quod tamen perdiderunt. Judæi suas ibi tenent Synagogas, & more suo festa celebrant.

REGIMEN.

REgitur hæc Urbs per Prætorem, qui supremus perpetuusque est Magistratus, quem Senatus ex 42. per privilegium Imperatoris eligit. Duos habet Consules, unum juvenem, alterum senem. 14. Sunt Scabini in officio perpetui. Totus Magistratus ex 42. personis constat. Tres sunt Consilii advocati, dicti Syndici, qui judiciis adsistunt.

SCHWEINFURT.

RELIGIO.

HÆc urbs Lutheri confessionem fidei sequitur, & in immensum aucta est.

REGIMEN.

INhac urbe Imperiali talis reperitur ordo: Est secretum consilium, sex constans Senioribus, qui *der Sechserstand* vocantur. Ex horum numero Consules eliguntur, dicti *Obern Burgermeister*, qui præcipuâ pollent auctoritate. 6. Sunt Scabini, qui cum aliis XII. numero sunt, dicti judices *die Gerichtsherren*. Porro XII. sunt Senatores, Duodecim cum aliis 24. in causis criminalibus judicant.

NUREMBERGA.

MORES.

OBservârunt curiosi Nürenbergenses esse robustos, statuæ decoræ, vultusque elegantis. Fœminæ contra respectu

aliarum deformes ſunt, induſtrii, & ſcientiarum capaces, judicantur, valdeque expedito pollent ingenio. Hinc proverbium *Nurenberger Witz.* In feſtis diebus armorum vacant exercitiis. Aurifabrorum aliorumque mechanicorum ingens ibi eſt numerus.

RELIGIO.

PRimi inter Germanos fuerunt qui Lutheranam ſuſceperunt Religionem anno 1524. & Pontificiam ejecerunt.

REGIMEN.

RESpub. Nurenbergenſium fere Ariſtocratice regitur. Conſtat ex 42. perſonis qui illi præſunt. Octo his plebeæ, alii Nobilis ſunt conditionis, numero 28. Tredecim ſunt qui vocantur *Deſſ. Rahts*, vel Conſilii. 13. Scabini, reliqui XVI. vocantur *die Alte Genante.* Ex quorum numero ſingulis menſibus unus eligitur Conſul regens & unus Scabinus. Itaque hi 26 qui in continuo agunt regimine, in Veteres & novos Conſules dividuntur, majoris momenti negotia in conſilio Electiore judicantur, maxime Secreta a Septem Viris *Geheime Ratthen*, dictis. Sunt & Duumviri *die Leſung Herren* tum Triumvirarii *die Obriſt-Hauptmanſchaft.* His adduntur alii 4. & cum reliquis *die Sieben Altere Herren* vocantur. Alii VI. his adnumerantur, qui cum reliquis 13. Seniores Conſules faciunt, ex illis vero, ut & reliquis conſtans Senatus XXVI. componitur. Reliqui 16. non ſemper in Senatum veniunt. Ex præcipuis conſtantis Magiſtratus miniſtri potiores eliguntur; ut *der Sigler des Secrets, Caſtenherren, Zinſherren, Obriſte Bawmeiſter*, &c. Nemo Doctorum in Magiſtratum admittitur, illorum tamen conſilia in gravibus exquiruntur negotiis. Quotannis Senatores de novo eliguntur, modum Election. & alia vid. Zeiler. c. IV. in Itin Germ. p. 105.

Præter hos, ſuos habent Gubernatores in arcibus & oppidis conſtitutos, qui ab illorum dependent Imperio. Præfecti, & mercatores ab officiis publicis exempti ſunt.

DIVITIÆ.

HIc varii generis merces ferrariæ conficiuntur, aliaque mechanica opera ex ligno, chalybe, corio, argento confecta

Digitized by Google

confecta, quæ tamen non diu durant, ut proverbium Germanis sit *Nurenberger-hand, betriegt alle Land.* Ex his autem omnibus affabre confectis multum sibi pecuniæ comparant. Accedit quod mercaturam in Hungariam aliaque loca impigre exerceant, ut quod sterilitas soli negavit, id industria mercaturæ & ingeinosa ars manuaria pensent. Attribuitur huic Reipub. reditus 200000. Imperialium.

VIRES.

INstructi sunt Nurenbergenses armamentario exquisitissimo & copiosissimo, publica granaria plurima tenent, verbo; ita bene munita est illis, quæ belli necessitas exigit, ac ulla in Germaniæ Respub.

STATUS ARCHIDUCIS AUSTRIÆ.
REGIMEN.

UBique in statu suo 2. habet Parlamenta, unum Viennæ, in Austria, quod multas alias complectitur Regiones, alterum in *Ynspruck* in Comitatu Tyrol.

DIVITIÆ.

OMnes Archiducis Regiones, singulis annis, ipsi 21. milliones redituum præstant ordinariorum.

Extraordinariorum non inferior summa est; ita ut quotannis circiter 5. milliones percipiat.

VIRES.

ADeo Austria incolis frequens, tamquam latè diffusa est. ut ultra 30000. equitum, & 100000. peditum in castra mittere queat: Genealogiam Austriæ Archiducum vid. apud Pierre d'Avity hic p. 824.

HUNGARIA.
MORES VETERES.

PAnnonienses quondam misere vivebant. Erant tamen validi, iracundi, & admodum crudeles. Disciplinam Romanam linguamque exacte callebant. Sine urbibus, Prin-

Digitized by Google

cipe & Magiſtratu licenter agebant, donec ipſos Tiberius Cæſar ſub Imperium redegiſſet.

Poſtea vero Hunni dicti Avares, ex Scythia orti illas occupabant oras. Quidam illos à Moſcis deducunt. Adurebant candenti ferro labia infantum ſuorum, ne illis barba [illegible]eret. A prima juventa ita ſe omnibus adverſis durabant, ut nec ignem nec ſapidos expeterent cibos; ſed ex radicibus herbarum ſylveſtrium crudaque carne pecorum viverent. In ædes tectas nunquam intrabant, quod ſe ibi male ſecuros exiſtimarent: igitur paſſim erant vagabundi, & per ſylvas monteſque diſpalatâ multitudine, errantes. Habitum corporis ex pellibus vel lana & textrina habebant, quam raro mutabant. Mali erant pedites, optimi equites, adeo, ut dum equis veherentur, emerent, venderent, biberent, ederent, dormirent. Obſequia non Regibus, quos nullos habebant, ſed præcipuis ex populo præſtabant. Laboribus ſe nunquam dabant, liberos uſque ad 12. vel 14. annum alebant. Inconſtantiâ & perfidiâ laborabant, facileſque motus habebant, nec Religionis aut ſuperſtitionis ullam tenebant opinionem. Illorum falſæ accuſationes, avaris crebrius uſitatæ, hoc effecerunt; ut horum maxime potentes & ſapientes è medio tollerentur, quod illis interitum attulit. Potatores inſani, deceptores impudici erant, judicum improbi mores donis corrumpebantur. Moris erat, veteres inter Hungaros, ut ſponſus ſponſæ idolum argenteum mitteret, Deum aliquem repræſentans. Idem factitabant ſponſæ, idque in contracti matrimonii ſignum. Vid. de his Dion. Caſſ. l. 49. Veget. de remilit. l. 18. c. 10. Vellej. l. 2. Appian. Alexand. Diacon. Longobard. Agath. l. 5. Amm. Marc. l. 11. Nicephor. l. 18. l. 30. Sigf. Baro ab Herberſt. Coſm. Moſc. Suida: Fioravantil. Specchio del Scien. l. 1. c. 28.

MORES HUJUS TEMPORIS.

HOdiernorum Hungarorum furibunda eſt facies, aſpectus terribilis, frons elata. Belligeri crudeles, ſuperbi, vindictæ avidi, diſcordes, ſuperſtitioſi, avari, prædones audiunt. Qui ex meliore luto ſunt Nobiles, magnifici, pleni gravitatis, humanitatis, admodum ſunt audaces, in conſiliis

Digitized by Google

consiliis callidi, & astuti, opibus potentes plurimos habent ex se dependentes, talesque fideles Dominis suis reperiuntur. Equorum, vestium pulchrarum, armorum, pompæ, deliciarum amatores magni sunt: hoc tamen præcipuè operam dant ut timeantur, & honorentur. Amicitiæ illorum non est nimium fidendum, quod per amici nomen fallant. Hyberno tempore intra pelles se continent, & non nisi ebretati & gulæ vacant. Aromatum tantam in cibis adhibent copiam, qualem gens alia nulla. Dein vinum largiter hauriunt. Iuventutis annos ut plurimum castè exigunt. Inertiæ naturâ sunt dediti, illorumque fœminæ otiosæ singulis sunt diebus. Habitu corporis Turcis sunt similes, longas enim habent tunicas, & dormientes tapetibus incumbunt. Foris pompam sectantur. Lingua Hungarorum varia est; loquuntur enim Germanicè, Hungaricè, Sclavonicè, Turcicè. Ipsa vero Hungarica lingua nihil cum reliquis commune habet quod ex sub juncta oratione Dominica patebit, quæ ita sonat: *Mi Atyankt vagy az mennyekben. Szenteltessec megâ te neved: Lojon elaz te orszagod; legyen megâ te akaratod, mijnt az mennyben Vgytt ez foldonois. Az mimindennapi Kenyerruncket add meg nékunc ma: Es boczássd meg miné* Künc *az mi vétkeinket, miképpemmijs megbocsàtunc azoknac, az hic mi ellenunc Vetkeznec. Es ne Vigy minket az kisertetbe, de szabadite meg minket az gonoztòl.* AMEN.

Multi Hungariæ Domini, ut amicitiam invicem sustentent, liberos suos à prima juventute etiam in cunis matrimoniis despondent. Omnes à connubio Viduarum admodum abhorrent, quamvis illæ opibus valeant, hanc opinionem habentes, quod is qui non ducat virginem in uxorem, nullam in mundo habiturus sit felicitatem. Quin si virgines antequam nuptæ sint, populus cognoscat imminutas, illas crudeliter interimere solet. Vid. de his Crusii Turcog. l. 7. Doglioni Ungar. Aubian. de morib. Germ Gesner. Mithrid. &c.

RELIGIO.

GEographia velut quædam Religionum in Hungaria est. Reperiuntur equidem ibi Lutherani, Pontificii, Calvinistæ, Arriani, Trinitarii, Anabaptistæ, & alii. Qui ad montes accolunt Lutheri sequuntur confessionem. Nobiles maxima ex parte Calviniani sunt. In terris ad Turcam

ſpectantibus ultra 30. millia Catholicorum Romanorum reperiuntur, qui libero Religionis gaudent exercitio. Duos habet Hungaria Archiepiſcopos, alter eſt in *Strigonio*, alter in *Colozze*, uterque ſuum habet ſuffraganeum.

REGIMEN POLITICUM.

HOdie Hungaria Imperatori, vel electo Regi ejus filio ſubeſt. partim Turcæ paret. Reges vero Hungariæ nullo ſucceſſionis jure, ſed electionis conſtituuntur. Ritus inaugurationis vid, apud Pierre d'Avity hîc p. 840. Poſt Regem proximus eſt dignitate Palatinus qui Status ad electionem convocat, & primum habet maximi ponderis votum. Hic controverſias inter Regem & ſubditos componit, armorum abſolutam habet poteſtatem. Palatinum excipit Judex curiæ, cujus officium ſimile eſt Mareſchalli officio Principis Germaniæ; eſtque ordinarius Regni judex. Duo ſunt Cancellarii, unus perpetuus, diciturque Regni primas, & primarius Secretarius, poteſtatem habens ungendi Regis, & ſignandi ſigillo privilegia, patentaque, alter ſecundum Regis voluntatem eligitur.

Quoad judicia, reperitur Vice-Palatinus Regni, judex perſonalis præſentiâ. Minores his qui judiciis inſerviunt ſunt Protonotarii, reliqui ſunt Fiſcalis, 12. Aſſeſſores, & quidam jurati Notarii.

Eſt Regi ſuus ærario præfectus, tum Cubicularius, Magiſter aulæ, Domus cuſtodes, & alii minoris ſubſellii.

Quatuor gradûm in Hungaria homines ſunt. Primus eſt Prælatorum, ſub quo Abbates, præpoſiti Eccleſiis, &c. continentur. 2. Eſt Baronum. 3. Nobilium. 4. Civium Regalium, & liberorum.

Soli maſculi ſexus heredes fiunt, quod ſi ſine filiis decedant, illorum bona Regi acquiruntur. Vid. de his Ranzov. Epitom. rerum Hungar. Voy du Sieur des Hayes, Lazi Hungar. Julli Reiſenberg. not. ad Boter.

DIVITIÆ.

REX Hungarorum præcipuos ſuos reditus ex fodinis percipit, quæ ipſi 160000. aureos præſtant. Reliqua redituum pars ex vectigalibus, pecori impoſitis colligitur. Hæ

ad

ad 32000. Ducatorum numerantur, ſumma univerſim ſumta 224. millia aureorum eſt, quam ordinarie ex toto percipit Regno.

Tributum *Caz.* quod Turcis Hungari ſolvunt pro capite, aureus eſt, hunc pro libertate conſcientiæ quilibet [illegible] exceptis aliis tributis quæ ſolvere ſubditi tenentur. Cæterum tam adm[illegible]abilis ibi eſt terræ fertilitas, ut ad hanc ſoli felicitatem nihil magis incolis deſit, quam nullo pretio æſtimata animi libertas.

VIRES.

HUngari Regi ſuo octo millia equitum facile poſſunt ſuppeditare. Huſſarorum copiæ non leve etiam præbent adjumentum. Nec deſunt firma Hungariæ propugnacula, quorum præcipua eſt Comara & Javerin.

Quantum ad Vires Turcicas, illæ in multo præſidiario milite neutiquam conſiſtunt. Equidem ultra tres locos munitos non habent, in quibus copioſa militum præſidia tenent. Munitiſſima Buda eſt, multo milite cuſtodita: Genealogiam Hungar. Regum Vid. p. 843. apud Pierre d' Avity.

BOHEMIA.

MORES BOHEMORUM VETERES.

TEmpore primorum Ducum Virgines hujus Regionis arma gerebant, Duces ex ſuo ſexu eligebant, venationibus operam dabant, taleſque maritos ſibi eligebant, quales ipſis placebant, eodem etiam habitu, quo viri, veſtitæ incedebant. Poſt mortem vero Libuſſi ſub Imperium ſuorum maritorum redactæ ſunt, circa annum 1329. barbas longas, capilloſque promiſſos, quidam vero ad aures præciſos habebant crines.

Inter convivia voce tremula cantabant, Linguarum diverſarum ſtudium habebant, Sacerdotes illorum parvas ferebant coronas, crinibus illorum coopertas, gladiiſque prælongis accincti incedentes. Omnium vero mores Bohemi, velut Simiæ imitabantur. Mortuos ſuos in ſylvis vel campis humare ſoliti, oculos ſuos larvâ tegebant, idque ex ſalute illarum animarum eſſe arbitrabantur. Adorabant Orcades,

Digitized by Google

Dryades, Hamadryades, ſimileſque falſos Deos: quidam etiam aquam, ignem, arbores, petras, &c. colebant, & idolis ſacrificabant. Vid. de his Coſm. Prag. Chr. Bohem. l. 1. Chronic. Aul. Reg. Bohem.

MORES HODIERNI.

BOhemorum plerique ſtaturâ ſunt proceri, & robuſti, oculos habent ardentes, vocem articulatam. Maxime ſibi videntur læſi, ſi contemptui habeantur; negotia ſua cum promptitudine obeunt ambitioſi, glorioſi, audaces, aliorum contemptores, guloſi, opipari ciborum magiri, conviviis ſumptuoſi potatores, crudeles, novorum ſtudioſi, prædones, ſcriptoribus pleriſque audiunt. Nobiles honorum valde ſunt avidi, bellicoſi, animoſi, promiſſis ſtantes, diſſoluti tamen, & quos difficile ſatures.

Habitu corporis olim ante bellum Pragenſe, Gallos imitabantur, & quamlibet multi Bohemi Germanicam linguam ſonent, illorum tamen lingua propria Sclavonica eſt.

Circa ſepeliendi conſuetudinem hoc Zeilerus ipſe in Bohemia obſervavit viditque (cap. VIII. It: Germ. p. 181.) Solent demortuos ſplendido exornare habitu, in lectumque collocare. Antequam efferatur, vidui, vel viduæ cum proximis agnatis viſum veniunt demortuum, illumq; lugubri ejulatu & clamore dolent. Vidua vel viduus cum liberis cadaver oſculis & amplexibus excipiunt, ac ſi adhuc in vivis eſſet. Hoc iterum faciunt ubi debeat ſepeliri, quamvis morbo deceſſerit contagioſo. Vid. de his Dubravi Hiſt. Bojem. Chitr. delc. Itiner. Æneæ Sylv. Hiſt. Bohem. Theſor. Polit. &c.

RELIGIO.

OLim Bohemia repleta erat Huſſitis, poſtea Lutherani & Calviniſtæ cum Pontificiis ipſam incoluerunt. Obtenta vero ad Pragam à Cæſarianis victoria. Lutherani cum Calvinianis anno 1602. ejecti ſunt, Lutheranis clauſa ſunt templa Pragæ & exercitium publicum per totam Bohemiam illis fuit interdictum. In locum etiam Lutheranorum Magiſtratum, Pontificii ſurrogati ſunt. Judæi hodie Pragæ magna gaudent libertate, ſuamque ibi habent civitatem. Vide de his Æneam Sylv. Hiſt. Bohem. Chytr. de ſtatu Eccleſ.

cleſ. Remond, Des Hereſies l. 4. Genebr. Chron. l. 4. Merc. Gall. l. 1. Tom. 14. l. 3. Tom. 14. &c.

REGIMEN.

HÆc Regio antiquitus Regum ſubjecta fuit Imperio, nec erat permiſſum Bohemis Regem ſibi alienigenam quærere, poſtea vero corona Regis Bohemiæ in arbitrium Imperatoris pervenit, ubi Fredericus Rex Bohemiæ ad Pragam à Cæſarianis cœſus, ſibi ceſſionis elegiſſet arbitrium. Miniſtri hujus Regni præcipui ſunt, Magnus Burggrafius, qui juſtitiæ Regni, dictæ *Landrecht* præeſt, magnus Cubicularius, qui intereſt Cameræ judiciorum *Cammergericht*, magnus Cancellarius, judex Curiæ, Burggrafius, magnus Notarius. Nemo hic judicis officio defungi poteſt, niſi linguam Sclavonicam calleat Burggrafii & Gubernatores non poſſunt eſſe perpetui, ſed à Regis dependent voluntate. Omnes Principes, Duces, Marchiones, Barones, Nobiles, aliique Feudatarii tenentur Regi homagium præſtare. Tempore belli nemini ex his ſub bonorum confiſcatione extra Regnum ire licet. Si incola Regni ſine hærede decedat, ejus bona Cameræ adjudicantur.

Conſilia ibi habes varia, ut conſilium Burggrafiatus, conſilium tabulæ Regni, magnum & parvum conſilium, conſilium juſtitiæ curiæ, conſilium cameræ Bohemicæ, conſilium Cancellariæ.

DIVITIÆ.

ABundat hæc Regio argentifodinis. Olim Imperator non perciepiebat ultra 600000. Imperialium annuorum. Hodie vero illius reditus geminati ſunt per media confiſcationis bonorum Nobilium, & aliorum dominorum, qui contra ipſum ultimo bello Civili arma ſumpſerant. Vectigalia quæ hodie ſubditis extra ordinem imponuntur, magnam faciunt ſummam. Victualia vili comparantur pretio. cum ibi magna rerum ſit abundantia. Nurenbergenſes ex hac Regione incredibiliter diteſcunt, merces loci in Italiam, Belgium, Galliam, Angliam devehentes.

VIRES

VIRES.

CReditur vulgo Bohemiam producere posse 100000. peditum, 10000. equitum. Quin ultimis annis talis est fama calculus; ut si ex decade unus tantum eligatur, ultra 200000. militum colligi posse. Quamvis autem equitatus optimus sit, peditatus tamen nihili æstimatur, ideo quod Nobiles suos ruricolas misere & velut mancipia tractent.

Genealogiam Regum Bohemiæ vid. apud Pierre d'Avity p. 857. & sequentib.

SILESIA.

MORES NATIONIS VETERES.

ANtiquus Silesiorum mos erat, corpora, & scuta sua nigro colore tingere, & sub noctem obscuram in certamen prodire, ut tali suo tetrico aspectu horrorem hosti incuterent. Quidam illorum sacrificulum habebant, muliebri vestitu indutum, Deos geminos velut Castorem & Pollucem colebant, statuis tamen nullum cultum Religiosum exhibentes.

MORES HUJUS TEMPORIS.

SIlesii eleganti staturâ, nec nimium elatâ, nec nimium depressâ, formâ eximiâ præditi sunt. Illorum Sexui muliebri albus pulcherrimusque color est. Ad omnes artes, imprimis poësin, felicissima habent ingenia. Nobiles animosi, in consiliis suis circumspecti, ad executiones prompti, ante pericula quieti, audentes in occasione esse judicantur.

Nobiles juxta ac Cives, divites pariter & pauperes, ipsaque rusticca plebs in Scholas, (quas plurimi faciunt,) pubem suam ablegant. Filias ad fila ducenda, literas exarandas, aliasque hunc sexum decentes artes æque Nobiles ac Cives applicant. Nobiles libris & venationibus, vel equestri exercitio delectantur. Viri, gravioribus impediti negotiis, uxoribus suis rem familiarem tuto permittunt. Quæ exactæ, & sedulæ sunt matres familias. Cibum plebeis natura simplicem esse voluit, luxus opiparum delicatumque Nobilibus persuasit. Qui vinum bibunt in pagis sunt rarissimi,

huius

hujus defectum ſapidiſſima cereviſia penſat. Quemadmodum autem Sileſii fide & candore, ita & ſe etiam poculis Germanos probant, quæ pro ſalute ſuorum Principum, in conviviis funditus haurire, ad illaque hoſpites ſollicitare, optime didicerunt; inter pocula Muſicam adamant, ad quam naturâ feruntur, & ubi mero Hungarico, vel cereviſia, ... etiam vino aduſto incaluerunt, muſicum ſolenne inſtrumentum, illis dictum *der Bock*, ſonare imperant, choreaſque ex ordine ducunt. Nuptiarum & exequiarum ſolennia, magna cum pompa, majoribus tamen ſumptibus, inſtituunt, præſertim Nobiles, quorum multi opimos habent reditus. Maximam quidem illorum partem, diuturnum Germaniæ bellum bonis exhauſit, illi, licèt aliis pares fortunæ conditione non ſint, pares tamen ſemper animo eſſe volunt. Habitus Sileſiorum cum reliquo Germanorum convenit, niſi quod illi, qui exteras Nationes peregrinationibus adeunt, Gallici moris veſtes domum adferant. Fœminarum veſtitus auro argentoq; intertextus, margaritis onuſtus, bonâ opum partem ſpectando luxu enervat. Lingua illorum Germanica eſt, cui ut plurimum Polonicam adjungunt, quam præ reliquis Germanis purius loquuntur Uratiſlavienſes, Delicatus ciborum apparatus & cereviſia *Scheps* valde commendat, neq; adeo ſunt ſolliciti de multa hereditate liberis relinquenda, modo aliquam mechanicam artem bene calleant. Igitur præſentibus utuntur bonis, hilaremque vivunt diem, dicentes id ſibi ab Imperatore privilegii datum, ut bene comedant, & melius bibant. Vid. Nicol. Henel. Sileſiograph. &c. Quarè vero Sileſi falſo dicterio vocentur Aſini eſores, hujus rei originem D. Georg. Tileni his expoſuit verſibus:

Eſores Aſini quondam dixêre Sileſos,
Cauſa rei quæſit quæſtio nata fuit.
Mons prope Reichſtenium eſt, auro diveſque fodinis;
Aureus hic aſinus nomine dictus erat.
Has quia Sileſii ſolum tenuêre fodinas,
Eſores Aſini ſunt, quaſi, nomen habent.

RELIGIO.

UBi dudum Sileſia Idololatriam ſecuta eſſet anno 969. Chriſtianam ſuſcepit Religionem. Hodie ejus Incolæ Ponti-

Pontificii & Lutherani ſunt. Sed Lutherani per reformationem non ita pridem ortam, ex multis Sileſiæ locis in exilium pelluntur, & multis calamitatibus afficiuntur.

REGIMEN.

OLim Sileſia Regno Poloniæ fuit unita, hodie Imperatori paret, qui ſuum in illa habet Gubernatorem, dictum *Lands Hauptman*. Eſt autem Sileſia Feudum Romani Imperii poſtquam Imperator Carolus Magnus anno 776. illam ſibi ſubegit; quod vero etiam Principes Sileſiæ ipſi immediate fuerint ſubjecti, hoc vel exinde liquet, quod olim appellationes immediate ad Camaram Magdeburgenſem remittebantur, quæ nunc Pragam, quod Sileſia Regni Bohemiæ Feudum ſit, devolvuntur, teſte Merian. in Topog. Sileſ. Numerantur in Sileſia XVI. Principatus & 4. Liberi Status, & Dominia. Principatus ſunt 1. *Ratibor*, 2. *Jägerndorff*, 3. *Troppau*, 4. *Teſchen*, 5. *Oppeln*, 6. *Brigenſe*, 7. *Grotikanvienſe*, 8. *Breſlavienſe*, 9. *Olſnicenſe*, 10. *Lignicenſe*, 11. *Munſterbergenſe*, 12. *Schweidnicenſe*, 13. *Jaurenſe*, 14. *Majus Glogovienſe*, 15. *Groſſicenſe*, 16. *Sagan*. Hodie Domus Lignicenſis ſolum ex Regum Poloniæ ſtemmate ſupereſt.

Hi omnes Principatus à ſuis reguntur Principibus, qui ſuos à conſiliis, alioſque habent miniſtros. Quantum ad Principes Sileſiæ. illi quidem maximam quondam habuerunt potentiam, tam in rebus temporalibus, quam ſacris, quamdiu ſub Regibus Bohemiæ erant, diſcordia tamen belliſque civilibus, & ultimum ab Imperatore bello devicti, tota propemodum ſua exciderunt libertate, cujus hodie ſpeciem quandam & nomen Ducatus ſolum obtinent. Multi Baronum, Nobiliumque Feudatarii, alii ordinarii ſunt. Ruricolæ ad plurima obligati ſunt onera, quæ vocant Roboten, & Frondienſte.

Quantum ad Uratiſlaviam, illa Ariſtocratice regitur. Ex XV. Patriciis, qui tamen non omnes ſunt Nobiles, verum etiam alii, ex honorata tamen familia. Reliqui ex Zythopolis, tabernariis, pannuariis, Lanionibus eliguntur. Magnis ab Imperatore Sigiſmundo præconiis aucta eſt, cum illam vocaret regulam morum, exemplum & ſpeculum omnis honeſtatis, in vita humana, lucidum heſphorum, inter alias

Urbes

Digitized by Google

Urbes lumine præcellentem, Summus ibi Magiſtratus, Generalis Principatus præfectus eſt dictus *der Hauptman*, dein 8. Conſules, qui vocantur *die Tiſchherren*, & ad tempus Regimen habent; XI. Scabini, 2. Syndici. Vid. de his plura apud Henel. in ſua Brellographia, cap. ult.

DIVITIÆ ET VIRES.

ABundat Sileſia frumento, cereviſia, lana, lacte, pellibus, corio, plumbo, ferro, armis, panno, lapidibus ſingularis generis, vino, oleo, aromatibus, aliiſque rebus, ex quibus mercatores ſuas opes colligunt, & velut vena portæ Reipub. corpori ſuum præſtant alimentum. Illud quod Sileſiam robore firmam præſtat, circumjectæ ſylvæ monteſque ſunt. Dein equitatus ſelectiſſimus, numeroque validiſſimus, ultimum plurima loca natura & arte, armiſque egregie munita.

MORAVIA.

MORES.

MOres Moravorum proxime ad Bohemorum accedunt. Quibuſdam feroces, expilatores, perfidi, judicantur. Linguam ex Bohemica & Germanica habent compoſitam.

RELIGIO.

NOſtri temporis Moravi plurimi ſunt Anabaptiſtæ; præcipui Huſſiticæ confeſſioni addicti. Multi ibi etiam quondam erant Lutherani, quibus anno 1624. publicum Religionis exercitium interdictum eſt.

REGIMEN.

HAbuerunt olim Moravi ſuos Reges, qui Bohemiæ etiam imperabant. Hodie Imperator ſuos ibi habet Gubernatores *Lands Hauptmans* dictos, qui etiam in *Brija* ſuam domum habent *Landshaus*. Domini vero Regionis hujus ſuos ſubditos miſere tractant, qui etiam diebus Dominicis ſua illis tenentur præſtare officia.

DIVI-

Digitized by Google

DIVITIÆ.

EX admirabili hujus terræ fertilitate, frumenti, vini, croci copiosa abundantia, quantæ non possunt colligi divitiæ?

LUSATIA.

MORES.

LUsati cum Saxonibus eandem fere habent morum similitudinem. Lingua vero illorum magnum cum Bohemica videtur habere commercium. Oratio Dominica illis ita sonat: *VVosch nasch, kensch sy na nebu wss weschone bushy mes wove: poshish knam Krarlestwo twoje: sostani wolt twoja: tak hak na nebu, tak hen na semu: Klib nasch sch.dni day nam shinsa: awoday nam wyni nasshe, ack my wodaw emy winikam nasshim: newesshy nass dospitowana: à le wimosshi nas wot slego.*

RELIGIO.

OMnes Lusati Augustanæ Confessioni addicti, quidam etiam Urbe *in Bautzen* Catholici sunt.

REGIMEN.

AB anno 1623. tota Lusatia, tam superior quàm inferior ad Electorem Saxoniæ pertinet, qui suos in illa habet Directores.

VIRES.

QUidam existimant, quod hæc Regio 20000. in castra expeditos milites producere possit.

AUSTRIA.

MORES.

AUstriâ oriundi, pulchrâ quidem & eleganti facie, sed nimio fastu, & vitio ebrietatis inquinati sunt, adeo ut alias contemnant nationes. Nobiles externæ pompæ & magnificentiæ studio insignes volunt videri, quin plebei, nobilitatis nomen & titulos affectant, & parem elegantiæ habitum sumunt. Fideles creduntur, avaritiæ potius quam indu-

strias

ſtriæ ſtudioſi, Viennæ Cives majorem voluptatum, quam negotiorum curam gerunt, rei familiaris ſolicitudinem uxoribus committunt, quæ liberè in fora prodeunt, & rerum neceſſariâ coëmptione ſuis proſpiciunt Hæ præterea valde amant publica conſortia, amatoria carmina, & choreas ſæpius ad medium noctis protractas. In quibus quamplurimæ matronalem, vel virginalem deſaltant pudicitiam, cum præſertim nox & vinum ſocii ſint cupidinis, dictæ ſunt ob vini amorum *Flaſchenträgerin*. Fœminæ Nobiles, Gallicum habitum chariſſimum habent. Vilioris conditionis, pro Regionis conſuetudine ſimplicem amant veſtium curam.

Linguam Gallicam & Italicam in pretio ponunt, in Vienna maximus eſt confluxus mercatorum exterorum, Germanorum, Italorum, Gallorum, Polonorum, Sclavonum. Solenne eſt Viennæ quotannis Nobilibus, bachanalia celebrare, ubi larvati, equis, cultu magnifico & à vulgari, vulgatoque abhorrente, exornatis vehuntur, ut omnium in ſe convertant oculos. Vid, de his Munſt. lib. 3. Raw. Coſm.

RELIGIO.

PRæcipui Regionis Incolæ Lutheri Religionem amplectuntur, totaque fere Vienna, ejuſque mercatores & mechanici huic confeſſioni addicti ſunt. Nobilibus Auſtriæ Imperator Maximilianus anno 1568. liberum conceſſit in dominiis ſuis & arcibus exercitium. At vero ſequenti tempore edicto publico Imperatoris cautum fuit, ne ullus in hac Religione, Viennæ toleraretur. Hodie magna per Auſtriam indicta eſt reformatio, & omnes Lutheranos foras eliminat.

REGIMEN.

RECta primum eſt hæc Regio per Marchiones, poſſea per Duces, ultimum per Archiduces, qui illam adhuc regunt & ſuos in provinciis habent Rectores. In Vienna habes conſilium Cameram rationum, Magiſtratum, 6. Mareſchallos, Conſules, quatuor ordinum homines dictos *Landſtande* primus eſt ordo Eccleſiaſticus, ſecundus Baronum & Dominorum, tertius Nobilium, quartus Urbium, qui ſecundum Leges ſuos reguntur, ſuos habent Magiſtratus & Juſtitiam.

Digitized by Google

Juſtitiam. Omnes tamen Archiducem ut ſuperiorem venerantur. Sunt ibi 4 præcipuæ Familiæ Comitum, 23. liberi Barones, 17. Barones ſimplices, 66. Familiæ Nobiles.

DIVITIÆ.

AUſtria ſingulis annis Archiduci reditus præſtat 533334. Imperial. Ex inveſtituris & Feudis ingens percipitur ſumma. Viennæ ingens Vini, ferri, frumenti, corii, ſerici aliarumque rerum mercatus reperitur.

VIRES.

COmmunis eſt opinio, Auſtriam facili negotio decem millia peditum, 2. equitum Imperatori exhibere poſſe. Pauca ibi vi aliqua, vel præſidio munita loca reperiuntur, præter Viennam, *Neuſtadt*, *Newburg*, *Melck*, *Kettwich*. Quantum ad armaturam militarem, tam inſtructiſſimum armis eſt Viennæ armamentarium, ut vix uſſibi inſignius reperire liceat.

COMITATUS TIROL.

MORES.

INcolæ in hoc Comitatu Germanice tantum loquuntur, quamvis & Italica quibuſdam frequens ſit

RELIGIO.

OMnes hujus Comitatus incolæ Catholici ſunt, ſicut & ipſe Archidux.

REGIMEN.

ARchiduces ſuum *in Inſpruck* habent conſilium, in arcibus & Dominiis judices, miniſtros, & Rectores

DIVITIÆ.

COmmune eſt judicium, quod Archidux ſingulis annis ex ſuo dominio percipiat trecenta millia coronatorum: vel ſecundum alios trecenta millia Imperialium, ex fodinis centum millia, tum ex ſale & tributis.

VIRES

Digitized by Google

VIRES.

FAcili opera Archiduces ex hac Regione circiter 12. millia peditum, conducere possunt. Quin ipsi Hispani sæpius inde suas acceperunt suppetias.

STIRIA.

MORES GENTIS.

INcolæ hujus Regionis quod inopiam frumenti patiantur, raro pane vescuntur, contra vero prunis duratis (cujus fructus ingens ipsis est copia) famem explent. Germanicè maximam partem loquuntur, plebs Sclavonico induta incedit habitu.

RELIGIO.

QUondam in hac Regione Lutherani erant quam plurimi, sed postmodum anno 1603. ejecti. Nam Catholici ibi suum obtinent Imperium.

REGIMEN.

HAbent Archiduces suum in *Gretz* Cancellarium, cum Cancellario Principis, à cujus sententia nulla ad Imperatorem conceditur appellatio. Barones inibi sua bona velut libera omnia tenent; ideoque *Landherren* vocantur.

VIRES.

TOta hæc Regio armis est munitissima, metu nimirum Turcarum, qui non procul absunt. Nobilitas hujus Regionis, certum tenetur sumptibus suis alere Equitum numerum, ita ut ex hac Regione 2000. equites levis armaturæ facile possint conduci.

CARINTHIA.

MORES.

CArinthii Religioni erant addictissimi Lingua Sclavonica & Germanica ipsis ex æquo communis est.

RELIGIO.

REcepit hic populus Religionem Christianam anno 790. Duo ibi sunt Episcopi, qui Catholicam Religionem in populo conservant.

REGIMEN.

HAbent ibi Archiduces unum Præsidem & unum Vice-Præsidem. Est & Magistratus 6. hominum.

CARNIOLA. RELIGIO.

INcolæ hujus Regionis Pontificii sunt, quidam tamen ex Dominis, Lutherani reperiuntur, qui privatim vivunt.

REGIMEN.

HÆc Regio, imperio Archiducum Austriæ paret. Nobiles particularem ibi habent curiam, dictam *Landshaus*. Barones Nobilesque suis subditis velut mancipiis imperant, quibus propriis expensis servitia præstare obstricti sunt. Statum Comitatus *de Goritz*, *Istriæ*, *Windismarchiæ*, *Croatiæ*, cum pauca ibi occurrant, Vid. Pierre d'Avity p. 895. & 896. in descript. German.

RATIO STATUS GERMANIÆ.

GErmania quemadmodum olim libertatem solam pro ratione status habuit, ita postmodum quoque hujus conservandæ studio impense operam dedit. Enimvero quamvis illa sibi imperantium potentiam cancellis quibusdam includere impense laboravit, attamen per aliquot continuas successiones, imperio, Domui Austriacæ confirmato, eo res deducta esse videtur, ut illa nunc velut hæreditarium teneat Imperium. Quod ut facilius obtineretur. Hispanicis consiliis, auxiliisque opus erat. Hinc illa duo mutuæ societatis inter Austriacam & Hispanicam domus, arctissima fœdera, non aliud quam duo extremi sunt poli, à quibus omnia Imperio concludendi, libido in orbem influxit. Et quantumvis hodierna Germaniæ ratio status, id requirat unicè, ut omnia in pristinum statum redigantur, dignitasque Imperatoris

ratoris alternatim præcipuis conferatur Principibus, cribrum tamen mulgendo ſupponitur hirco, cum ea quæ velit, non poſſit, nec quæ poſſit, velit.

Proteſtantium in hoc Imperio hæc præcipua ratio eſt, ut cum ſoli tantæ potentiæ impares ſint, ſe mutua invicem concordia conſtringant, exterorumque amicitias & fœ[illegible] ambiant, quo Catholicæ Ligæ vires enervent. Sed dum de libertate conſulitur, libertas corrumpebatur.

PRÆTENSIO.

PRætendit Imperium Romanum in avulſas à Germania, aliorumque Regum Imperio nunc ſubjectas ditiones, ut Pruſſiam & Livoniam, &c.

JUDICIUM POLITICUM.

INgenioſus Bocalinus, in ſua Pietra del Paragone Politic. ita de Germania judicat: quod per inordinatum ſuum vivendi modum ſolidam ſuam & robuſtam complexionem valde imminuat, & quod ex quartana febri in hecticam ideo inciderit; quæ ipſam ita viribus exhauſit, ut ipſi præter cutem & oſſa reſtet nihil. Hinc concludit, quod illud olim tremendum Imperium Romanum per avaritiam & ambitionem ſubditorum à priſtino ſuo ſtatu ita deflexerit, ut in ædibus vili pretio conductis habitare teneatur. Ipſaque domus Auſtriaca cum magnitudine auctoritatis, & opulentia ſtatus ſui, dignitatem Romani Imperii ſuſtinere cogatur.

Orator Seneriſſimæ Reipub. Venetæ de Germania apud Honorium ita ad ſenſum judicat. Germaniæ ſtatus inpræſentia corruptiſſimus eſt: nam ſi Imperator comitia publicet, Principes convenire negligunt, ſuoſque Legatos illuc mittunt, quibus vetant decernere, niſi prius de tractandis rebus ſibi ſignificetur. Itaque pauca negotia expediuntur.

Adhæc, diſſidia Germaniam gravant. Hæc triplicis ſunt generis. Primum eſt inter Principes & liberas Civitates, quia illorum conatus omnis & finis eſt, ut imperent, & harum, ne ſub jugum mittantur. Alterum diſſidium eſt inter Principes & domum Auſtriacam, propter invidiam, quæ ejus felicitatem ac magnitudinem & ſuſpectam dominationem proſequuntur, quod Imperium diutius, quam cæteræ ſtirpes poſſederit: nam poſteri Caroli Magni, illud tenue-

runt per 118. annos, Domus Saxonicæ 117. Franciæ 102. Sueviæ 110. hæc vero jam ultra 180. annos regnavit. Tertium dissidium est, inter Catholicos & protestantes. Hanc partem omnes liberæ civitates constituunt. An non gravissima sit Hippoliti à Lapide de Imperio Romano censura, (exceptis tamen excipiendis) judicio cordatorum virorum relictum esto.

DE MUTATA HODIE IN QUIBUSDAM IMPERII R. FORMA NOVISQUE QUOAD STATUM POLITICUM ET ECCLESIASTICUM CONSTITUTIONIBUS.

Dictum est superius VII. R. I. esse Electores. Hic numerus non ita pridem per instrumentum pacis Osnabrugi inter status Imperii R. & Suecos utrimque stabilitæ auctus est, ita ut in præsens VIII. sint Electores. Equidem quod Domum Palatinam spectabat, Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis causa consentit, ut institutus esset Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ejusque hæredes & agnati totius lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in A. B. expressum deinceps fruantur.

Ipsi tamen Domino Carolo Ludovico & ejus successoribus, ad ea quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ totique lineæ Guilhelmianæ attributa sunt nihil juris præter simultaneam investituram, competat.

Deinde ut totus inferior Palatinatus cum omnibus & singulis bonis Ecclesiasticis juribus, &c. quibus ante Bohemicos motus Electores, Principesque Palatini gavisi sunt eidem plenarie restituerentur.

Quod domum Bavaricam spectat, dignitas Electoralis, quam antea Electores Palatini habuerunt, cum omnibus juribus & insigniis, &c. ut & Palatinatus superior totus maneat penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni Bavariæ Ducem, ejusque liberos, totam lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea fuerint superstites.

Deficiente vero linea Guilhelmianâ masculina & superstite Palatinâ, non modo Palatinatus superior, sed etiam digni-

dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim simulatâ investiturâ gaudentes redeat. Octavo tum Electoratu prorsus expungendo.

Tota etiam domus Palatina cum omnibus & singulis ipsi quocunque modo addictis, præcipue vero ministris & ip Palatinatus exulibus generali amnestia frui debet.

Dominus Carolus Ludovicus Palatinatui superiori pro se & heredibus suis, tum ipse, tum etiam fratres, donec ex linea Guilhelmiana heredes legitimi & masculi superfuerint, renuncient.

CIVITATIS AUGUSTÆ VINDELICORUM QUOAD STATUM POLITICUM MUTATIO.

IN illa nunc constituti sunt VII. Senatores consilii secretioris, ex familiis patriciis delecti. Ex his desumuntur. Reipub. præsides duo, vulgo dicti *Statpfleger*, unus Catholicus, alter Augustanæ Confessionis. Ex reliquis V. tres Catholicæ Religioni, & 2. Augustanæ confessioni addicti. Senatores reliqui, Senatus minoris, nec non Syndici, Assessores judicii Urbani, aliique officiales omnes sunt æquali numero utriusque Religionis.

Quæstores rei nummariæ tres sunt, quorum duo unius, tertius diversæ Religionis, ita quidem ut primo anno duo sint Catholici, unus vero Augustanæ confessionis, & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

Præfecti rei tormentariæ ibidem tres parique annua alternatione.

Præsidis, Duum virorum, Secretariorum, Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, judicum, aliorumq; officialium Catholicorum electio, & nunc, & posthac, est, eritq; penes ipsos Catholicos. Augustanæ confessioni addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico, alius Catholicus, pariterque Augustanæ confessioni addicto, eidem surrogatur addictus, pluralitate votorum in causa Religionis minime attenta.

STATUS RELIGIONIS I. R. SECUNDUM NOVISSIMAM CONSTITUTIONEM.

TRansactio Passavienſis anno 1552. inita, & hanc mox ſecuta pax Religionis anno 1555. prout ea anno 1566. Auguſtæ Vindelicorum & poſt in variis S. R. I. univerſalibus comitiis confirmata fuit, in omnibus ſuis capitulis, unamini Imperatoris, Electorum, Principum, & Statuum utriuſque Religionis conſenſu initis, concluſis, rata hodiè habetur.

Subditi & Vaſalli hæreditarii Imperatoris, & Domus Auſtriacæ amneſtiam quoad perſonas, vitam, famam, & honores ſecurumque reditum in patriam impetrarunt.

Libera & immediata Imperii Nobilitas, omniaque & ſingula ejus membra in juribus Religionem concernentibus idem jus habent, quod Electoribus Principibus, & Statibus competit. Liberæ Imperii civitates, illæque in quibus unica tantum Religio anno 1624. in uſu fuit, tam ratione juris reformandi, quam aliorum caſuum Religionem concernentium, in territoriis ſuis, idem cum reliquis Statibus Imperii ſuperioribus jus habent.

Nemo vero alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere, eâve de cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illiſve ulla ratione patrocinari poteſt. Sileſii etiam Principes A. Confeſſioni addicti, Duces nimirum in Brieg, Lignitz, Munſterberg, & Oels, tum civitas Uratiſlavienſis, in libero ſuorum jurium ante bellum obtentorum, nec non Religionis A. exercitio ſalvi, tecti conſervari debent. Reliqui Barones, Nobiles, illorumque ſubditi immediate Cameræ Regiæ ſubjecti, extra territorium Auguſtanæ Confeſſ. exercitium in vicinis locis frequentare non nequeunt, modo tranquille pacateque vivant. Debent vero ultimum utriuſque Religionis Magiſtratus ſevere cavere & prohibere, ne quicquam publicis concionibus ſcriptiſque tranſactionem Religioſam Paſſavienſem impugnet.

MORES

MORES VETERES INCOLARUM GERMANIÆ INFERIORIS.

CÆsar dicit quod Belgæ, (quo nomine etiam Picardi continentur,) sint strenui, & ad conatus prompti. Mercaturam quondam susque & æque habebant, nec permittebant, ut tales merces in suum veherentur territorium, quæ subditorum animos reddere possent effœminatos, & molles, id quod etiam Vicini non concedebant Germani, cum quibus continua bella gerebant. Illorum fortitudo, libertatisque flagrantissimum desiderium vel inde pater, quod se Dominio Romanorum subjici nunquam passi sint, etiam ipso Cæsaris tempore. Incolæ Comitatus Flandrici ita fuerunt addicti armis, ut nunquam in pace vivere voluerint. Sane usque in Syriam & Terram sanctam bellum propugnarunt. Longum tempus est, ex quo hic populus mercaturam exercere & lucrum ingens facere, terram suam cultiorem ditioremque reddere didicerit. Erant Belgæ simplices, & candidi, contra feroces, bardi, arrogantes, in victoriis insolentes, queruli. Lacte utplurimum, omnisque sortis carne, imprimis porcinâ & sale conditâ vivebant, sæpiusque de die quietem capiebant: Prælongis gladiis accincti incedebant.

DESCRIPTIO SPECIALIS BELGII MORES BATAV. HUJUS TEMPORIS UNIVERSIM SPECTATI.

INcolæ Germaniæ ut plurimum formosi sunt, valido, optimeque composito corpore: quæ corporis concinnitas præsertim fœminas commendat. Staturam plerumque habent proceram, opum cupidine flagrantissima Gens est, ad quas coacervandas, nulla in universo Orbe Natio videtur proprior esse. Equidem vel solis Belgis, hæc tria maximarum opum adjumenta sunt: 1. parco & parabili victu contenti sunt 2. laborum & periculorum supra modum patientes 3 Fidei semel datæ, severi & firmi sunt Observatores. In maximis opibus invenies modestissimos, in adversis cautos, & patientes, verbis nonnihil jactabundos, haud quaquam tamen ambitiosos, ingenio pollent subtili, inven-

Digitized by Google

tionibus, variisque artibus exculto, invidiæ & iracundiæ obnoxii non sunt; assueti nihil contra voluntatem suam facere, concordes sunt, pectoris aperti, prompti, in omnibus negotiis fideles, omnium artium & scientiarum capaces, magis amori, quam vino dediti. Civiles satis secundum Regionis conditionem, faceti, etiam ad tœdium. Præsumptionibus & opinionibus valde sunt obnoxii. Garruli, facileque humanitatis sibi exhibitæ obliviscuntur. Parum reliquas amant Nationes, & singulis diebus novis rerum inventionibus incumbunt. Vix alius populus est, qui musicam libentius audit quam hic. Plus peditatu, quam equitatu valent, mali siquidem equites. Mari, ingenti pollent vi, ut pro invictis habiti fuerint: Navigationis artem exacte tenent, linguas externas facile imbibunt, & in longe remotas terras mercium caussa commigrant. Cerevisiam magis quam vinum vulgo bibunt, vinum Gallicum apud ipsos quotidiani usus est. Pulchrum, & nitidum vestitum semper amant, ædes perpetuo servant nitidas, ita ut nulla pars Europæ ipsos mundicie superet. Fœminæ illorum sunt pulchræ, sero tamen nubunt, ita ut ad trigesimum annum cum virginitate certent. Audaces & promptæ, liberæque linguæ & conversationis. Hoc ipsis in vitio ponitur, quod vini potum ament, ut etiam de summo mane propinato sibi vitro respondere non timeant. Quamvis verò in suis & aliis valde libere agant, hoc tamen certum est, alibi ebrietatem etiam lege prohibitam magis in usu esse. Nam cæteroquin parcè & adstrictè vivere optime norunt; & ex omnibus commodum quærunt, lucri bonum odorem valde cupientes. Habitum Gallicum magni faciunt, liberè sexus muliebris hinc inde solus iter fecit, ad amicos & consanguineos uxores sine arbitris commigrant, præter ullam mali suspicionem. Quod nimium habeant licentiæ, sæpius imperant, superbæ & vix tolerabiles, rei tamen familiaris studiosissimæ. Principes & Magnates, omnesque alii qualiscunque fuerint conditionis natu, maximo familiæ nomen patris dant. Nobiles, natu maximas filias suas, reliquis præferunt omnibus, illisque de optimo prospiciunt marito, & cui major natu non nupsisset, illi reliquæ libenter nubent. Cum vicinioribus peregrinis matrimonium libenter contrahunt, hunc vero morem sæpius tolerant, ut juvenes ducant vetulas uxores,

Digitized by Google

uxores, Senes, puellas, juvenes plebei, Virgines nobiles cubicularias, mechanici, concubinas. Picturâ valde excellunt. Primus hic Eikius miſcere colores monſtravit cum oleo permixtos. Tempore nundinarum conviviis amicos ſuos excipere ſolent, & cum ob negotia privata in aliquam urbem iter faciunt, non in publica diverſoria, ſed ad conſanguíneos & amicos concedunt, ibique liberale habent hoſpitium.

Cæterum, incolæ hujus Regionis hodie diviſos inter ſe mores habent, quemadmodum etiam diviſum ſtatum politicum. Equidem illi, qui Regis Hiſpaniæ Imperio ſubjecti ſunt, etiam Hiſpanicos imitantur mores, longo uſu, apud ipſos inveteratos, ampliſſimos amant honorum titulos, uti Neapolitani, Populus vero unitarum Provinciarum mores ſuos retinuit antiquos, niſi quod nonnulla ab extraneorum moribus, cum quibus mercaturam exercent, mutuarint.

STATUS BELGII SUB REGE HISPANIÆ RELIGIO.

IN toto Archiducatu, nullum aliud Religionis exercitium populo conceditur, quam Catholicum. Jeſuitæ in duas ibi diſtincti ſunt provincias, in prima dicta Flandro-Belgica, collegia ſua habent: Antverpiæ, Brugæ, Bruxellis, Lovanii, alibique; in altera Gallo-Belgica, pariter eadem poſſident, ut in S. Omer, de Tournay, Arras, Luxenburg, Namur, Dinant, Hedin, &c.

REGIMEN.

CUm hæ Regiones diu à Gubernatoribus qui à Rege Hiſpaniæ eo mittebantur, rectæ eſſent, Philippus ſecundus ſupremum in has terras Imperium filiæ ſuæ Infanti Iſabellæ Claræ Eugeniæ, Anno 1598. (quam Archiduci Alberto Auſtriæ in matrimonium dederat) contulit, hac cum conditione, ut ad illas terras regendas mares æque ac fœminæ, admitterentur, ſi vero neutrius ſexus heredes exiſterent, ad Regem iterum devolverentur, omni alienatione prohibitâ. Hodie Archiduci Leopoldo ibi rerum ſumma commiſſa eſt, qui, ut quondam fuit, tria ſua ibi habet conſilia.

Digitized

consilia. Quorum primum est consilium Status, alterum, privatum, tertium, pecuniæ publicæ. Consilium statu Præsidem habet, & incertum consiliariorum numerum. Expediuntur in hoc consilio, negotia status pacis, belli.

Consilium Privatum 12. habet Doctores per Principem electos. His adjunctus est Præses, magni sigilli custos. Hîc judicialia peraguntur, privilegia, Leges, edicta, aliaque constituuntur.

Consilium publicæ pecuniæ, tres habet superintendentes, Thesauris Præfectum, Receptorem Generalem, tres Commissarios, 2. Secretarios, sive à Secretis, aliosque ministros. Huic consilio, cura commissa est Dominii Principis, habetque auctoritatem tam super ordinarium, quam extraordinarium subsidium, ut & alios ministros, qui numariam Principis rem administrant. Solet autem Princeps tempore belli aliud habere publicæ pecuniæ consilium, dictum Hispanice *Consejo de la hazienda*, tantum ex Hispanis compositum, propter pecuniam quæ ex Hispania pro belli sustentatione mittitur. Est pariter aliud consilium belli ex Hispanis constans. Omnia vero illa consilia ab aula dependent.

Est in Bruxella Camera rationum, ex præside & aliquot magistris rationum constans. Hi rationes Principis dirigunt, pecuniasque publicas ex Ducatu Brabantiæ & Luxemburgico provenientes, administrant.

Præter hos dictos Magistratus, alii reperiuntur, particulares Rectores, & Magistratus, certis locis præpositi, quorum nomina & officia, vid. fusius apud Pierre d'Avity, aux Estat du Roy d'Espag. du Pays Bas p. 436. auctorem des Estats, hic. p. 503.

DIVITIÆ.

INcolæ hujus Regionis, quod mare proxime accolant, incredibilia inde percipiunt commoda, præter alia emolumenta, quæ tam frequentia incolarum, quam soli fœcunditas profert. Præter illa, mercatorum, quaquaversum eo confluentium, incredibilis multitudo Regionem hanc velut forum publicum facit, variaque mercium abundantia ditat, quæ sunt, aurum, argentum, vinum, oleum, plumbum, stannum, mulsum, sal, sulphur, frumentum, pelles, ligna,

Digitized by Google

ligna, ſericum, lana tapetes, pictura, equi, tauri, caſeus, linum, aliaque. Præcipuum vero lucrum in mercatura halecum conſiſtit.

VIRES.

ABundat hæc Regio non ſolum hominibus animoſis, ſed & locis natura & arte munitiſſimis, quibus etiam formidabiles exercitus delere non nequeat. Quod ad vires maritimas, illæ ſi cum reliquis Belgis eſſent conjunctæ, vel invincibilem hunc ſtatum præſtarent.

BRABANTIA.

MORES GENTIS.

BRabanti, ante pericula excubant, impavidi tamen & furibundi in adverſis, in mediis vero periculis ſecuri, multum pro gloria & libertate ſuſcipientes. Ad danda conſilia prompti, ad omnes artes & ſcientias apti nati, gaudiis & feſtivitatibus ad ineptias uſque addicti, bono ingenio & judicio pollent, civiles, affabiles, laborioſi, excitati animi, unanimes, futuræ ſenectæ parum proſpicientes, in actionibus liberi, hodie tamen nonnihil tecti, olim incognitis deliciis addicti Fœminas elegantes, & ad omnem humanitatem habent compoſitas, nec Virginum gratia & amor magnis opus habet impenſis, qnæ libere loquuntur, obambulant, jocos alunt, amant.

Ipſi vero Brabanti mercaturæ artibus, tam mechanicis, quam aliis, naturâ ſunt addictiſſimi, imprimis vero artifices, qui tapetes, ſerico, & auro intertextos, picturas, fabrilia ingenioſa conficiant manu, hic reperiuntur excellentiſſimi. Lingua hujus Gentis, maximam partem Belgica eſt; qui dignioris conditionis ſunt, Gallice, Italice, Germanice, & Hiſpanice loquuntur.

RELIGIO.

NUllius alterius Religionis exercitium, quam Pontificiæ, in his permittitur terris, quamvis in præcipuis Urbibus non infrequens ſit Reformatorum multitudo.

REGI-

Digitized by Google

REGIMEN.

Hæc Regio Regimini Archiducis Leopoldi hodie paret, qui nomine Regis Hiſpaniæ ſupremum habet in [illegible] imperium: Regiam Bruxellis habet, ubi etiam Cancellariç in Brabantia ſedes eſt, quæ ſuum Cancellarium, aliquot Conſiliarios, Advocatum Fiſcalem, Procuratorem Generalem, duos Scribas (illis grafiarios) multos Secretarios, unum Auditorem, ſervat.

Status Politicus, ex tribus conſtat ordinibus, primus continet Abbates, Prælatos; ſecundus, Duces, Comites, Barones, alioſque magnos Dominos; tertius quatuor habet præcipuas Urbes, Lovanium, Bruxellas, Antverpiam & Bolducum. Omnes vero, tam majores quam minores Urbes, æquali juris gaudent libertate, cum in civilibus, tum in criminalibus. Pro cauſis Criminalibus duo ſunt miniſtri potentes, primus dicitur Droſſart, vel Droſt Brabantiæ, alter magnus Prætor; primus omnibus, qui in illis oris Flandrice, alter, illis qui Wallonice loquuntur, in criminalibus juſtitiam adminiſtrant. Priores judicium fit coram Conſilio Brabantiæ, vel delegatis ab illo commiſſariis. Magni vero Prætoris, coram curia Feudali de *Gerapt*. Omnes Status, Brabantiæ ſubjecti, plurimas habent immunitates, quæ Dux Joannes ab Imperatore Carol. IV. an. 1349. illis obtinuit, inter illa hoc eſt, quod nullus Brabantinus in ullo Germaniæ ſtatu arreſtari queat, ab illorum Principibus etiam nonnulla acceperunt, nimirum quod ipſis præter expreſſum Civium conſenſum, nulla imponi queant tributa, quod nulla officia in extraneos conferri poſſint, excepto, quod in Cancellaria Brabantiæ duo peregrini eſſe poſſint Conſiliarii, quod liberam bonorum ſuorum tam Feudalium quam aliorum habeant adminiſtrationem, nec cogi à Principe queant, ſe ad mandatum ejus in loco ſiſtere, ubi foris ſunt.

Quantum ad Antverpiam, præter quod imperialis ſit Civitas, ſuos etiam habet Conſules, Scabinos, ærario Præfectos, 26. Civium Capitaneos, Prætorem dictum Marcgrave. Superiorem vero Ducem Brabantiæ agnoſcit, velut Marchionem S. Imperii. vid. de his aliiſque Pierre d'Avity hic.

DIVI-

DIVITIÆ.

PRopter mercatum florentiſſimum, incolæ hujus Regionis opibus valde potentes ſunt, Nundinæ Antverpienſes, ad quas ex omnibus utriuſque Germaniæ partibus & vicinis Regnis ingens hominum confluit frequentia, imprimis equis ſunt celebres, tum vero mercium omnis generis copiâ abundant. At vero illam olim Antverpiæ ampliſſimi mercatus felicitatem Amſtelodamenſium ſubito emergens, & in immenſum culmen excreſcens fortuna, intra terminos mediocritatis coërcuit, quæ velut totius Orbis Emporium facta, ubi quid in humanis rebus divitiæ & luxus poſſint, didicit. Merces vero, quæ Bruxellis incredibilem opum vim attulerunt, ſunt arma, panni, ſericum, tapetes, textrina.

VIRES.

OMnis generis abundat armis, bellicoque apparatu eſt inſtructiſſima, quin illis quicquam potius, quam animoſus copioſuſque deerit miles, & ſi alibi locorum fortalitia reperiantur munita, hic ſane non niſi munitiſſima, quæ etiam potentiſſimi hoſtis conatus reddere valeant irritos.

FLANDRIA.

MORES GENTIS.

FLandri eximiâ pollent ſtaturâ, coloriſque ſunt vividi, fœminarum forma ibi eſt elegans, ipſæ ſunt graciles, ſobriæ, elegantes. Hodie illos comitas & affabilitas morum valde commendat, ad pacis & belli ſtudia pariter ſunt apti, mercaturæ avidiſſimi, valde induſtrii, & in operibus ſuis aſſidui; Linguam Belgicam & Gallicam optime callent.

RELIGIO.

NUlla in hac Regione toleratur Religio alia, quam Catholica, exceptis tamen locis illis, qui ſub Imperio confœderati Belgii ſunt.

REGI-

Digitized by Google

REGIMEN.

PRovinciæ Flandriæ præcedentibus ſæculis ab invicem ſeparatæ fuerunt. Quælibet ſuum proprium velut Principem habebat, titulo tenus magis quam reipſâ. Poſtea una alteri fœdere jungebatur, donec per Pacta matrimoniorum, deficiente una familia, poteſtas ad aliam devolveretur, (Vid. Cardinal. Bentivogl. della Guerra di Flandra l. 1.) Igitur Flandria diverſorum Principum Imperio paruit, poſtea Comitum, quos ſucceſſione excepit familia Burgundiæ Ducum, quæ ſub unum corpus unione omnes reduxit, hanc Archiduces Auſtriæ & Reges Hiſpaniæ exceperunt, quibus hodie adhuc paret. Regitur igitur per conſilium vel curiam Provinciæ quæ inſtituta eſt anno 1409. per Joannem Ducem Burgundiæ, qui ibi conſtituit unum Præſidem, 12. conſiliarios, & quoſdam alios miniſtros. Omnes Flandriæ appellationes eo devolvuntur, ab hac vero appellatione ad magnum comſilium Regis Malinenſe alia datur appellatio.

Eſt in Comitatu Flandriæ unus Conneſtabilis, duo Mareſchalli, unus Cancellarius, unus Cubicularius, magnus Venationis Magiſter, 12. Pares, 4. Receptores aliique Principis miniſtri. Quatuor in his oris hominum ſunt ſtatus, Primus eſt Eccleſiaſticorum, 2. Nobilium, 3. Urbanus, 4. Caſtellanorum. In Flandria Belgica, 12. curiæ Principis Fiſcales ſunt, in Gallica Flandria, non niſi duæ ſunt.

Hic vero Leges municipales & conſuetudines particulares cujuſlibet Urbis, ut & jus Romanum in judiciis attenduntur. Suoque jure quælibet urbs gaudet. Nullus extraneus publicorum officiorum capax eſt.

DIVITIÆ.

EX varii generis mercatura incolæ hujus Regionis divitiis maximis pollent. Hic copia magna ſerici præparatur, conficiendis diverſi coloris materiis ſericeis apta.

Equi, piſces ſale conditi, butyrum, aliaque incolis magna adferunt lucra.

VIRES.

PRopter hominum, Flandriam incolentium incredibilem multitudinem, Flandria, magnis ſe opponere poteſt viribus

viribus. Urbes & pagi ejus vicinitate quadam veluti nexu ita conjunguntur, ut sub Carolo V Hispani has terras videntes, dicerent, quod una tantum Urbs Flandria esset, inde multitudo hominum colligi potest, ex qua non nisi lectissimus, maximeque strenuus miles conducitur. Sola Urbs Gandavum 80000. militum in bellum expedire potest.

DUCATUS LIMBURGICUS.

RELIGIO.

INcolæ hujus Regionis omnes Pontificiam sequuntur Religionem.

REGIMEN.

HIc Ducatus admodum antiquus & celebris est, qui cum Brabantia, Holandia, Zelandia, Flandria pariter inclaruit.

Ejus Duces late distentum possidebant territorium. Hodie ad Cancellariam Brabantiæ spectans in 5. membra dividitur, quæ bancos vocant: Herive, Spremont, Balen, Valhorme & Montz. Horum prima duo, Magistratu supremo reguntur, Maire, vel majore dicto, tria reliqua per Drossaros ita dictos.

DIVITIÆ.

LImburgi quotannis ingentem panni copiam conficiunt, quam in diversis Belgii locis vendunt, indeque ut & ex ferro, fodinis, sua capiunt non temnenda commoda.

DUCATUS LUCENBURGICUS.

MORES.

MAjor hic est Nobilium frequentia, quam in aliis Belgii partibus. Subditos tamen suos velut servos duriter tractant, adeo, ut in matrimonium liberos suos elocare, sine expresso Dominorum consensu nequeant. Ipsi tamen Nobiles, fidem suis Principibus probant liberè, virtuteque præditi sunt. Exercitia sua tam in armis, quam Venatione habent, mutua salutationis officia, ex amore sibi invicem præstant. Incolæ, prout viciniores Germaniæ vel Galliæ

ſunt, linguam Germanicam & Gallicam loquuntur. Vid. Guicciardin. Belgium.

RELIGIO.

INcolarum hujus Regionis Religio Pontificia eſt.

REGIMEN.

DIuturno Imperio Comites hanc tenuerunt Regionem: poſtea illam Duces rexerunt, quorum multi fuerunt Imperatores. Wenceſlaus Imperatoris Caroli IV. filius, primus fuit, qui illam in Ducatus dignitatem evexit A. 1353. Hodie per conſilium regitur, quod in Urbe Luxenburg. ut plurimum reſidet. Hoc, Præſide, & plurimis conſtat Conſiliariis. Judicia forenſia tam in Germanica, quam in Gallica lingua ibi exercentur, qua de re, judices opus habent linguæ utriuſque peritia. Ordo Clericorum, Nobilium, præcipuarumque urbium, tres præcipuos hujus Ducatus conſtituunt ordines, votaq; ſua in publicis dant conventibus.

DIVITIÆ.

PEcoris multitudo, frumentique ingens copia, ſubditos reddunt opulentos, ubi vero hæc deficiunt, venatio cervorum, leporum, aliarumque ferarum damnum penſat.

COMITATUS NAMURCENSIS MORES.

NAmurcenſes bonæ ſunt indolis, liberales, genio læti, ad omnes res apti, Principibus ſuis fideles, ad arma vero aptiſſimi, civiles, affabiles, & induſtrii audiunt, corrupte Gallicè loquuntur.

RELIGIO.

INcolas hic habes omnes Catholicos & præter hos vix alios.

REGIMEN.

HAbet hæc Regio, ad exemplum aliarum Provinciarum, ſuum Gubernatorem, Conſilium Regale Namurci eſt.

eſt. Status hujus Regionis, qui Namurci etiam eſt, conſtat ex ordine Eccleſiaſtico, Nobilium, & præcipuarum Urbium. Præter Regimen Regionis, etiam Magnus eſt Prætor, cui ſunt adjuncti X. vel XII. Pares, qui ex præcipuis Regionis dominis conſtant.

DIVITIÆ.

TErra hujus Regionis, inſigni gaudet fertilitate, frumenti habet copiam, craſſi ligni, magnique pretii, abundantiam, minæ ferri, plumbi, lapides ad ædificia apti, carbones, ſulphur, venationes, magnis incolas beant commodis.

PROVINCIA CAMBRENSIS.

RELIGIO.

OMnes hujus Regionis incolæ Catholico Romanæ addicti ſunt confeſſioni.

REGIMEN.

HIc Epiſcopus temporalem & ſpiritualem (ut vocant) habet jurisdictionem. Huic Ducis titulus eſt, Princeps eſt Imperii, ſatisque amplam habet juriſdictionem.

DIVITIÆ.

HIc quotannis ultra 60. partes telæ conficiuntnr, quæ inde etiam nomen ſuum habet, ex qua ſumma pecuniæ 2. millionum 400000, coronatorum percipi creditur.

VIRES.

REx Hiſpaniæ, plerumque Urbem Cameric copioſiſſimo milite præſidiario munire ſolet, quamvis ejus propugnacula armorumque ingens apparatus, ipſam velut invincibilem reddant.

COMITATUS HANNONIÆ

MORES.

MUlti hujus Regionis incolæ literis ſunt addicti, alii agriculturæ vel etiam mercaturæ, artibuſque diverſis.

Qui inter illos elegantiâ morum exculti sunt, affabiles & humani sunt, plebis tamen indoles corrupta, & ingrata est. Gallica quidem illorum est lingua, sed nonnihil horrida, nobiles puritati Gallicæ student.

RELIGIO.

Hic omnes incolæ, Catholicæ Religioni addicti sunt.

REGIMEN.

COmitatus Hannoniæ complectitur unum Principatum, decem Comitatus, XII. Pares, 22. Baronias, 26. Abbatias, Rectorem Generalem, Prætorem, Mareschallum, Præfectum, magnum Venatorem, Cubicularium, aliosque ministros, quorum officia hereditaria sunt, & ad præcipuos Provinciæ spectant. Constat verò horum status ex quinque membris: primus est XII. Parium, alter, Prælatorum seu collegiorum, tertius Nobilium, quartus ministrorum ordinariorum, quintus, Urbium.

DIVITIÆ.

EX materiis, vitris, pannificio, lana; incolæ suas hic colligunt divitias.

VIRES.

INgens Nobilium frequentia, aliorumque hominum (qui tam ad equestria quam pedestria prælia expediti sunt,) magna est. Neque verò castellorum & munitarum arcium ulla hic est inopia.

COMITATUS ARTHESIÆ MORES.

OLim Artheſi mercaturæ studiis se valde occupabant, diuturno vero postmodum bello exerciti, ad arma & artes militares animos dederunt, Principibus suis se fide & amore probarunt, Gallis vero infensissimi sunt, quod sæpius, cum illis ut vicinis discrimina virium fecerint.

RELI-

RELIGIO.

TOta hæc Regio nomen Catholicæ Religioni dedit.

REGIMEN.

HOdie in his oris Consilium est Provinciale, quod vocatur Camera Consilii Artheſiæ. Novem sunt Castellani amplaque pollent jurisdictione, Status primus ibi Ecclesiasticorum est, qui complectitur Episcopum, Præpositum, 20. Abbates, X. collegia Canonicorum, alter est Nobilium, sub quibus continentur Principes, Comites, Marchiones, &c. tertius est septem præcipuarum Urbium Regalium. Qualis Artesiæ olim fuerit Status Vid. Pierre d'Avity hic p. 458.

DIVITIÆ.

EX frumenti copia, magnam pecuniæ summam Regionis hujus incolæ colligunt.

VIRES.

URbes hujus terræ, maximam partem egregie sunt munitæ.

STATUS UNITARUM FOEDERATI BELGII PROVINCIARUM. MORES FOEDERATI POPULI.

CArdinalis Bentivoglio hoc de Belgii Fœderati incolis, optimum profert testimoninm cum ita in Relationib. suis de unitis Prov. l. 1. c. 3. inquit:

Gli huomini, che produce il paese, sono ordinariamente di grande statura; di bello, e candido aspetto, e di corpo vigoroso, e robusto. Hanno gli animi non mẽ vigorosi dei corpi, e ciò s'è veduto in quella si lunga e si pertinace resistenza, che da loro s'è fatta all' arme Spagnuole. Sono populi d'aperta, e piacevol natura, molto industriosi, molto dediti al traffico, habilissimi a tutte le arti, ma spetialmente alle manuali, e mecaniche. Amano sopra modo la libertà, perciò si mostrano tenacissimi de' lor privilegi, e di qui nasce, che siano facili an-

cora ad irasci pettirsi, e facili ad alterarsi. Non abſimile huic, teſtimonium quoq; eſt P. Cornelii in *Hiſtor. Flandr.* dicentis. *Sono molto dediti al deſiderar coſe nuove, e facili al credere. S'amano poco fra loro, & preſto ſi diſmenticano, di qualſi voglia beneficio ricevuto. La maggior parte di loro dediti al vitio dell' imbriacchezza, e del vere . . . di modo. E quanto ſono prodighi nelle taverne, tanto ſono ſcarſi nel governo delle lor caſe, e delle lor famiglie. Sono molto dediti à far conviti. Sono di natura freddi, avari, e deſideroſi d' acquiſtare delle ricchezze.* Senſus verborum utriuſque Auctoris hic eſt. Homines, quos unitum producit Belgium, ut plurimum habitu ſunt proceri, pulchro & albo aſpectu, robuſto & ſucci pleno corpore, quod bello contra Hiſpanum probarunt. Indole aperta & gratâ præditi ſunt, induſtriæ & commerciis valde dediti, Libertatem ſubmopere amant, ideoque privilegiorum ſuorum tenaciſſimi ſunt. Hinc faciles ſunt in ſuſpicionem, & novorum cupidi. Amor illorum mutuus exiguus eſt. Benefactorum facile obliviſcuntur, ebrietati ſeſe dant (quod tamen vitium vel ſolius vulgi eſt) ſed quas in tabernis liberalius faciunt expenſas, in re familiari iterum arctiſſime contrahunt. Natura ſunt frigidi, avari, & divitiarum maximo tenentur deſiderio.

DE REGIMINE ECCLESIASTICO FOEDERATI BELGII.

OLim ſub Epiſcopis Belgium erat. Provinciæque Fœderati Belgii ratione Eccleſiaſticæ juriſdictionis, ſecundum varios Epiſcopos diverſimode conſiderabantur. Convocata A. 1619. Synodo Dordracenſi canones Eccleſiaſtici comprobati ſunt. Pontificiis Religionis exercitium ante A. 1580. negatum eſt. Quod etiam publice promulgato decreto A. 1578. factum eſt. Huic reliquę Urbes ſubſcripſerunt, accedente Urbe Amſtelodamenſi, propter varias ſeditiones, quæ in Urbe erant. Speciale Decretum ordines paulo poſt A. 1619. 2. Julii, fecerunt, quo abrogabantur conventicula Remonſtrantium, a Synodo Dordracenſi antea damnatorum. Hodie nemini in Hollandia conceſſum, in alterius inquirere conſcientiam. Quin permiſſum omnis Religionis hominibus in Hollandia vivere per pacificationem Gandavenſem conditam 1576. 8. Novembr. Ab initio hujus Reipub.

Digitized by Google

Reipub. tolerati ſunt Anabaptiſtæ privataque eorundem conventicula, quod eandem perſecutionem cum reformatis paſſi ſint. De non tolerandis Jeſuitis novum decretum factum eſt A. 1641. Quod ad miniſtros Religionis Reformatæ; illis ſtipendia tam in urbibus, quam in oppidis constituta ſunt, & in pleriſque Provinciis viduarum cura habetur. Reditus, ex quibus miniſtris ſatis fit, colliguntur ex bonis Eccleſiaſticis. Sunt autem 4. Miniſtrorum genera. 1. Miniſtrorum Verbi, 2. Doctorum, 3. Seniorum, 4. Diaconorum. Miniſtri eliguntur ab Eccleſia conſentiente poſtmodum Magiſtratu, & ſi non ſine diſſidiis jura Patronatus in multis locis adhuc ſervantur, Quæ ut cuipiam competant, neceſſum eſt; ut illa 1. probet. 2. aliud tamen in his jus non habeat. quam Præſentationis. 3. Non eſt fas Patronis cum Miniſtris tranſigere. ſed iis ſtipendium procurare. 4. Præſentatio certo fiere debet tempore. 5. Præſentari debet Orthodoxus, qui integræ Vitæ eſt. 6. Eccleſia præſentatum repudiandi jus retinet. 7. Præſentatus ab Eccleſia examinatur, Controverſiæ inter Patronum & Eccleſiam particulari Synodo componuntur. 6. Non licet Patrono citra judicium exauctorare Miniſtrum. Miniſtri non poſſunt ſe ad aliud Vitæ genus niſi graviſſimas ob cauſas conferre. Doctores hic præ aliis non æſtimantur. Habent etiam quidam concionandi partes. Seniores cum Miniſtris res Eccleſiaſticas procurant. Diaconi eleemoſynas adminiſtrant. Suſtentat Magiſtratus Orphanotrophia & Gerontocomia. Pars redituum ex Legatis piis pro illorum ſuſtentatione impenditur, Orphanorum præfecti dicuntur *Wees-Vaeders*, peculiari vero pueri puellæque utuntur veſtitu. In Gerontocomiis ſeniores, laboribus impares aluntur. Ægrorum quoque publica cura multis in locis geritur. Militibus propria noſocomia *Gaſt-huyſen*, conſtituta ſunt. Ideo Medici & Chirurgi publicis aluntur ſumptibus. Lœmocomia quoq; peſtilentia laborantibus conſtituta ſunt. Curatores habent peculiares *die Huys-ſittende Armen*. Sola Amſtela 3050. familias pauperes per hebdomadas ſingulas ſuſtentat. Harum curatores Eleemoſynarii ſeu *Aelmoeſſeniers*, dicuntur. Conventus Eccleſiaſtici quadruplices ſunt. 1. Eſt Senatus Eccleſiaſticus, Conventus claſſicalis. Synodus particularis & Synodus Generalis ſeu Nationalis. Eccleſiaſticus

in omnibus Ecclesiis particularibus occurrit. Classicales constant ex vicinis Ecclesiis, ex quibus quælibet eo adsequant Ministrum & Seniorem. Synodus particulares in omnibus Provinciis semel in anno habentur Provinciales Synod. in Hollandia ob classium multitudinem bis, plura dem. vid. c. XV. l. 3 Schockium in Belgio Fœderat.

REGIMEN POLITICUM REIPUB. BELGICÆ, DEQUE EJUS VETERE ET RECENTIORE ET PRISTINA BATAVIÆ STATUS FORMA.

BAtavi Cattorum progenies ante tempora Jul. Cæsaris insulam Rheno & Occano circumfluam, quam incolis vacuam repererant, olim ocuparunt. Qui Germanicæ censebantur Nationis, tum Nobilissimi erant Batavi, quorum Respub. talis fuit sub Romanis, conditionis, ut Romani Imperii reverens esset, neutiquam tamen ipsi subjecta. Atque hoc satis inde liquet, quod à tributo pendendo esset immunis, copiis Batavorum auxiliaribus Duces Batavi præficerentur titulo socialis, à Romanis honoraretur. Quin pro tuenda sua libertate Romanas Legiones ad arma provocaret. Postea Comitum Imperio subjecta fuit, qui cæteris Nobilitate & opibus præstabant. His vero non tam potestas in Rempub. quam prima auctoritas erat concessa, quod tum præscriptæ ipsis Leges ostendunt, quas adeo stricte servabant Batavi, ut nulli Comitum Imperium committerent, nisi fide datâ illud in se recipienti, se Leges patrias moresque servaturum, teste Grot. de antiquit. Reipub. Batav. c. 5. Precario etiam Comites Hollandiæ, sicut Reges Germaniæ imperabant. Compositum autem erat Regimen cujusllibet provinciæ, ubi adhuc sub Regibus Hispaniæ essent ex forma Monarchica, Aristocratica & Democratica, ex cujus harmonica mixtura Status publicus in tres ordines divisus constabat; in Ecclesiasticum nimirum, Nobilium, & popularem, teste Card. Bentevogl. in relat. l. 1. c. 4. Cum vero alii, ita etiam Philippus 2. Hispaniarum Rex, Imperio, sibi in Batavos concesso abuterentur, quædam Belgicarum Provinciarum ipsius ejurarunt Imperium. Igitur anno 1581. 16. die Julii ab Ordinibus Belgii Fœderati judicatum est, Philippum 2. Hispaniarum Regem ob violatas Imperii Leges, ipso

ipso jure principatu excidisse, postquam nimirum inquisitio Religionis & libertatis diminutio hic plurimos gravius affixisset. Hinc aliquot annorum gravissimum exarsit bellum : Fœderatæ Provinciæ Rei militaris summam Principi Arausionensi detulerunt, sub cujus, ejusque successorum Principum auspiciis, foris domique res suas gesserunt feliciter, & post partas mari terraque ingenti ausu, victorias, se in pristinam libertatem asseruerunt, ubi prius inducias cum Hispano pacti, postea æternam aureæ libertatis pacem sibi, suisque posteris, tam potentissimo monarchæ ad ultimum extorsissent. Septem vero Provinciæ, quæ mutuum inter se percusserunt fœdus, illæ sunt : nempe Ducatus unus Geldriæ, Comitatus duo Hollandiæ, Zelandiæ, Dominia quatuor, Ultrajectum Frisia, Trans isulania, & Groninga.
His accedunt in Flandria Brabantiaq; & ipsis finibus ipsoque Germanici Imperii fundo, plurimæ & validissimæ civitates, vi armorum superatæ, tum vero aliæ in Indorum orbe terræ plurimæ.

Illæ vero Urbes, eodem apud fœderatos habentur loco, quo provinciæ olim apud Romanos. Summum enim caput auspicium, & summi vis Imperii penes illas VII. Provincias est, quæ cœpta sub Carolo V. tyrannidis, sub Philippo ejus filio adultæ, ac denique sub Albano, ultimum excidium nomini Belgico minitante pertæsæ, formidabile super capita excussérant Imperii jugum.

Quapropter natæ primo singularum aliquot Civitatum, dein totarum Provinciarum Hollandiæ, Zelandiæque in primis ab Hispaniæ Rege defectiones, quibus aliæ quinque ditiones se mox junxerunt. Hac ratione factum, ut anno 1579. fœdus inter eas Ultrajectii iniretur, indeque Ultrajectinum est dictum. Inito demum eo fœdere, indictis comitiis, singularum ditionum. Legati ordinum, aliquoties in unum convenerunt, dictique sunt *Ordines Generales Fœderati Belgii*. In his summus militiæ Imperator, Provinciarum ditionumque omnium Gubernator Gulielmus Nassovius Arausionensis Princeps, Belgicæque libertatis primus Auctor & Stator creatus est. Leges quoque promulgatæ, secundum quas res Reipublicæ administrarentur.

Cum vero nondum status, continuusque esset ordinum illorum conventus, negotiaque publica ordinarium quendam

& aſſiduum requirere Senatum viderentur, qui decreta & conſulta ordinum Generalium executioni daret, & ad eadem oblata omnia negotia ſtatim referri poſſent, electum est conſilium ſtatus, vulgo *den Raedt van Staten*. Hujus munus erat, Leges ab ordinibus Generalibus præſcriptas obſervare, illaſque obſervandas indicere, commune Fœderatorum ærarium curare, ſtipendia perſolvere, curare nequid Reſpub. detrimenti caperet: denique de gravioribus omnibus negotiis, de quibus adhuc nihil ab Ordinibus Generalibus decretum eſſet, ad ordines ſingularum ditionum referre, urgenteque neceſſitate Generalium Ordinum conventum indicere, ac flagitare. In minoribus vero, leviori-buſque, pro arbitrio conſulendi decernendique habuerunt poteſtatem. Majoris autem momenti res etiam inconſulta Ordinum Generalium auctoritate, ipſi decernebant.

Ordinarius vero ille Senatus, ex ſupremo Gubernatore & ſingulis ſingularum Fœderatarum ditionum Legatis conſtabat, quibus adnumerati ſunt Theſaurarius vel cuſtos ærarii, & qui à Secretis eſſent tres Secretarii.

Omnia hujus Senatus membra, hoc ſe ſolenni obſtringebant juramento, ſe in adminiſtratione muneris ſui, non ſingulis ditionibus, à quibus Legati eſſent, ſed vero omnibus fœderatis ex æquo addictos fore, ſeque ſingulis ternis menſibus rationem conſiliorum reddituros.

Nulla fixa ſedes Senatui, aut conventui tum fuit aſſignata, ſed modo in has, modo in alias ditiones migrare, oblata rei neceſſitate legati Provinciar. tenebantur.

Enimvero ubi Reipub. Fœderatæ res majoribus in dies incrementis augerentur, placuit tandem ſupremum ſtatum & fixum conventum ſive Senatum conſtituere, qui proprio nomine *Ordinum Generalium Fœderati Belgii* diceretur

At, cum conſilio Status, Legatus Angliæ ex pacto intereſſet, ut eo melius libertati conſuleretur, ne quis omnium arcanorum particeps eſſet extraneus, leviores res gerendæ conſilio ſtatus ſunt relictæ, majores vero omnes novo & ſupremo committere conſultius viſum eſt.

Singularum Provinciarum Legati, Ordines Generales vocantur, quod in ſupremo conſeſſu congregati, non tam ſingularum ditionum res, quam omnium Fœderatorum junctim curant. Igitur ſolennes ipſis ob auctoritatem tribuuntur titu-

tuli, ut dicantur *Hooch-Moogende*, h. e. celsi & potentes. Singularum vero ditionum ordines tantum *Edele-Mogende*, Hollandiæ West-Frisiæque *Edele Groot-Mogende*, vocentur.

Dictum est, ex singularum ditionum Legatis, suprem[illegible]n Senatum constare Fœderatæ Reipub. Quapropter in eo septem sunt Ordines Legatorum pro ditionum VII. numero.

Primi sunt Legati Geldriæ, 2. Hollandiæ, 3. Zelandiæ, 4. Ultrajecti, 5. Frisiæ, 6. Transisulaniæ, 7. Groningæ, His additur actuarius seu Secretarius.

Civitates Brabantiæ, aliæque ditiones vi armorum à Fœderatis subactæ, superioribus annis rogavere, ut sibi in supremo Senatu dicendæ sententiæ jus esset, quod quia inconsultum visum, ideoque denegatum est petentibus.

Gubernator militiæ supremus, in hoc conventu Senatus, locum sententiæ dicendæ non habet, sed ejus consilia tantum pro Repub. expetuntur vel sponte oblata audiuntur.

Præses supremi hujus Senatus, non idem semper est, sed singulis octiduis mutatur, ejus personam repræsentant ex ordine, nunc Geldriæ, nunc Hollandiæ, aliarumque omnium fœderatarum ditionum Legati.

Illi autem creantur ex singularum Provinciarum ordinibus ita, ut quælibet ex suo corpore unum vel plures sibi eligat & ad hunc Senatum mittat, si plures sunt unius Legati, unum tantum habent suffragium.

Stipendia illis à sua cuique persolvuntur Ditione. Hujus vero officii dignitas à plerarumque Provinciarum ordinibus in triennium suis concreditur, ab aliis in sexennium, pauci ad vitam illâ defunguntur.

Summa igitur his Imperii potestas est tributa, in illis, quæ ad commune pertinent fœdus, utq; eligendi terrâ marique supremi Imperatoris, illumque ad juramentum cogendi, ut Fœderatæ Provinciæ in mutua amicitia maneant: nullo tamen imperandi jure, sed inspectione. In sacramentum conscriptum militem adigendi, &c.

Præterea ad supremum Senatum, omnia deferunt exterorum Legati, Gubernatores ditionum singularum, ditionum ordines, vel quilibet etiam privatus. Dein singuli ad suæ ditionis ordines deliberata, & relata perscribunt, si majoris

sint

sint mu[illegible]enti; & super his eorum postulant sententiam & decretum. Decretis acceptis, singuli Legati singula decreta [illegible]'s accepta in hoc promunt Senatu; tandem ex his, no[illegible]omnium Fœderatorum, unum conficitur decretum, [illegible] assentientium prævalente consensu, (iis tamen rebus exceptis, quæ tributa, aut insignem aliquam Reipub. mutationem spectant, in quibus omnium unanimis desideratur consensus) fit SCtum.

Supremo Senatui alius inferior est additus, vulgò dictus *den Raet van Staten*, quasi consilium Status Fœderatorum ordinum, Hic ex talibus constituitur Legatis, ex quibus supremus, nisi quod in hoc perpetuum agat Præsidem, & sententiæ dicendæ jus habeat supremus militiæ Imperator.

Ad hunc ordinaria & extraordinaria negotia minora omnia, quæ commune fœdus & militiam spectant referuntur.

Dictum est, quod conventus Ordinum Generalium ex particularibus unitarum Provinciarum statibus constet.

Illi autem particulares status ex duobus componuntur ordinibus, nimirum Nobilium & Civitatum, qui suos utrimque Hagæ-Comit. habent delegatos.

Cum ex nata occasione, maxime gravia negotia, universum Fœderatarum Provinciarum emolumentum spectantia, occurrunt, tunc Generalia indici solent Comitia dicta *de Generaele Vergaederingh*. Ad hæc conveniunt Provinciarum Delegati, majore pro solito numero, vel si placuerit, minore. In his comitiis de bello inferendo, vel arcendo, induciis ineundis, fœderibus faciendis, tributis novis imponendis, &c. consilia haberi & decerni solent.

Ut rata habeantur hæc consulta Senatus, opus est omnium Provinciarum unanimi consensu. Quod si alterutra Provinciarum à communi dissentiat suffragio, neque ullo modo assensum præbere velit, tunc in tali casu Delegati Provinciarum ex suo ordine eligere solent, qui dissidentem Provinciam rationibus ad consensum communis suffragii pervincant, hocque modo obstinata pertinacia rationi cedere solet. Ita quondam Zelandia ut induciis Hispanicis subscriberet, evicta est rationibus.

Illa Generalia Comitia rarissime indici solent, ubi non solum

Digitized by Google

ſolum Provinciæ unitæ omnes, Nobiles præcipui cum præcipuis Civitatibus ex qualibet congregantur.

Præter ſuperius expoſitum Conſilium ſtatus, etiam eſt conſilium *Ammiralitatis*, ita dictum, & *Conſilium Ærarii*; quæ à Generalibus dependent ordinibus. Ad conſilium ærarii live[illegible]tionum, omnia Provinciarum unitarum tributa deferuntur.

Conſilium maritimum vulgo Ammiralitatis. negotia rei nauticæ adminiſtrat, ipſi committuntur nummi, quos Provinciis Fœderatis reditus maritimi adferunt. Omnes vero deputati, qui huic conſilio interſunt exceptis Nobilibus, pro tempore mutari ſolent.

Rei maritimæ non unum, ſed plurima conſilia Generales ordines conſtituerunt, idque in tribus potiſſimum maritimis ditionibus, Hollandia, Zelandia, Friſia. In Hollandia tria ſunt, Amſtelodamenſe, Roterodamenſe, Hornanum, unum in Zelandia, Midelburgenſe, unum in Friſia, Documenſe, nunc Harlingam tranſlatum, Singula hæc conſilia ex 7. conſtant Senatoribus. Hollandica ex 4. Hollandis & tribus aliis, Zelandica ex totidem, Friſica ex 4 quibus additur unus Secretarius & unus fiſco maritimo Præfectus. Caput conſiliorum ſupremus eſt Gubernator, Auctoritate Ordinum. Hagæ Comitum ordinarie hæc conſilia ſedem habent, excepto Ammiralitatis conſilio, quod in plurima membra diviſum, & per multas provincias diffuſum.

Ut Verbo abſolvamus, ne præter inſtituti rationem fuſiores ſimus, ſciendum; quamlibet ſeorſim ſpectatam Provinciam ſuprema pollere auctoritate. Majeſtas autem & eminentia ordinum Generalium, in unione locum habet.

Civitates quoque præcipuæ quædam majores vocantur, ſunt autem illæ Dordracum, Harlemum, Delphum, Lugdunum, Amſtelodamum, Gouda, Cæteræ olim inter minores nomen ſuum profiebantur. Quemadmodum vero ex Nobilium & Civitatum ordine ſtatus particulares, ita etiam ex his duabus claſſibus Generales conſtant ſtatus.

In gravioribus negotiis particulares Provinciarum ſtatus conventus inſtituunt, rerumque ſuarum ſatagunt, maxime vero ſonticis rebus, magna Generalium ordinum conſcribuntur comitia. Quod Regimen Urbium Hollandicarum ſingulare ſpectet, illud conſtat ex Prætore, ex Senatu, Conſulibus & Scabinis.

Prætor

Digitized by Google

cedit his præda militaris ab hoſtibus accepta, cujus [illegible] Reipub. cedit.

Auxiliare etiam æs huc ſpectat, quod Fœderati Princi[illegible], Galli præſertim ac Angli, quoties Belgæ cum Hiſpa[illegible]. Hiſque implicantur, in ærarium Fœderatorum conferre ex vi fœderum tenebantur.

Ita Galli ſuo ære quatuor peditum, equitum 200. millia in Fœderato Belgio alere tenebantur.

Aliud commodum ex ære fœnebri percipitur. Illud vocatur pecunia à privatis volentibus Reipub. credita: hac cum conditione, ut illis volentibus ſors cum uſuris reddatur. Uſuræ vero, quæ hoc nomine à Repub. perſolvuntur, ſunt florenі annui centum, pro annuo ſortis uſu bis mille Florenorum. Præter ſuperius expoſitas augendi ærarii rationes, tributa tam ordinaria, quam extraordinaria conſtituta ſunt.

Ordinaria ſunt quæ ſemel imperata, ſemper exiguntur.

Extraordinaria autem, quæ pro diverſa ratione & neceſſitate Reipub. ſubinde exiguntur, ſubinde non item.

Tributa extraordinaria triplicia ſunt. Primum eſt ſingulorum capitum dictum *Hooft gelt*, ſecundum ſingulorum caminorum *Schoo ſteen gelt*, tertium, omnium opum ac poſſeſſionum *de Twee honderſte penningh.*

Cenſio capitum ita inſtituitur, ut cujuſlibet capitis nomine nummus (vulgò florenus) Reipub. pendatur. Excipiuntur ab hoc pauperioris conditionis Cives: ſemel tamen ille cenſus tantum actus creditur, quod multi illum præſtare detrectaverint.

Ordinaria tributa, multa ſunt. primum ſe offert tributum ſalis *Sout gelt*, tum vectigal cereviſiæ, aſſium 20. in ſingula vaſa, vectigal cereviſiæ, quod ſolis impoſitum eſt cereviſiæ coctoribus, & aliud, cauponis imperatum. Vectigal aceti, 4. conſtans florenis & 16. aſſibus, in ſingula majora dolia. Amendicta Vectigal vini gallici, butyri, olei, candelarum, rotundæ menſuræ, vulgo *den Impoſt van de Rondematen.* Hoc penditur pro omnibus illis mercibus, quæ rotundæ formæ menſuris menſurari ſolent.

Vectigal [illegible]itum & carbonum. Mercium durioris, rudioriſque [illegible]riæ, vulgo *de Impoſten van Grove Waeren* vectigal [illegible], *den Impoſt van Brandt-Houdt*, Vectigal pannorum, vehiculorum, cujuſque generis agrorum, conſi-

Digitized by Google

conſitorum agrorum, Vectigal ædium *den Impoſt van de Huyſen.* Vectigal famulorum & famularum uno annuo conſtat floreno. Vectigal omnium immobilium bonorum, ſu quibus majores naves comprehenduntur, vectigal magi & parvi ſigilli.

Reliquas tributorum ſpecies, quæ adhuc multæ reſtant, hic non exponemus, cum publica Ordinum Hollandiæ auctoritate impreſſæ legantur.

Quoniam & in hoc Reip. primarium fulcrum conſtat, ut opibus potentes habeat cives, unitarumque Provinciarum incolæ hoc nomine omnium in Europa nationum incredibili opum vi florentiſſimi judicentur, non abſonum erit, in illarum fundum & ſcaturiginem oculos defigere.

Quæ ad tantam potentiam Fœderatum Belgium evexerunt, duo ſunt præcipua, mercatura, & manufactura, ut vocant, ſive artes mechanicæ. Florent autem admodum mercatu præ reliquis Provinciis, Hollandia & Zeelandia, quæ navibus ſuis totius orbis remotiſſimas, veteribuſque vix nomine cognitas adeunt Regiones, ex quibus omnium rerum acervum cumulant. Ad majus mercaturæ incrementum inventæ ſunt duæ ſocietates; Indiæ Orientalis, & Occidentalis, quarum quidem prima ſtupendis divitiis ad illam jus habentes auxit adeo, ut etiam Occidentalis Indiæ mercatorum Belgicorum accepta damna abundè compenſet.

Ad hunc melius promovendum, in majuſque indies augendum mercatum, quædam inventa ſunt ſubſidia, in gratiam mercatorum à Fœderatarum Ditionum Patribus introducta.

Primum eſt ſubſidium ſecuritatis, quod pro certo pretio conſtituto, ſalva fore bona mercatoris in ſe recipit alius. 2. eſt, Taberna argentaria, vulgo *VViſſelbanck.* 3. Inſtitorium *de Factorien.*

Inter reliquas artes mercaturam in Belgio ſtabiliendi, hæ judicatæ ſunt maxime conducibiles 1. ne nimiis gravetur oneribus, 2. ne conjungantur Oriens & Septemtrio cum Occidente, h. e. ne mercatores, qui ad Orientem & Occidentem hàbitant, puta Hamburgi, Dantiſci, Regiomonti, &c. plagas Orientales Indicas adeant, 3. Ut omnes mercatores, præſertim peregrini commode accipiantur, 4. Ut ab ordine mercatorum omnes avertantur contumeliæ 5. Ne mercatoribus,

cedit his præda militaris ab hoſtibus accepta, cujus [illegible] Reipub. cedit.

Auxiliare etiam æs huc ſpectat, quod Fœderati Princi[illegible], Galli præſertim ac Angli, quoties Belgæ cum Hiſpa[illegible]hiſque implicantur, in ærarium Fœderatorum conferre ex vi fœderum tenebantur.

Ita Galli ſuo ære quatuor peditum, equitum 200. millia in Fœderato Belgio alere tenebantur.

Aliud commodum ex ære fœnebri percipitur. Illud vocatur pecunia à privatis volentibus Reipub. credita: hac cum conditione, ut illis volentibus ſors cum uſuris reddatur. Uſuræ vero, quæ hoc nomine à Repub. perſolvuntur, ſunt florenі annui centum, pro annuo ſortis uſu bis mille Florenorum. Præter ſuperius expoſitas augendi ærarii rationes, tributa tam ordinaria, quam extraordinaria conſtituta ſunt.

Ordinaria ſunt quæ ſemel imperata, ſemper exiguntur.

Extraordinaria autem, quæ pro diverſa ratione & neceſſitate Reipub. ſubinde exiguntur, ſubinde non item.

Tributa extraordinaria triplicia ſunt. Primum eſt ſingulorum capitum dictum *Hooft gelt*, ſecundum ſingulorum caminorum *schoo-ſteen-gelt*, tertium, omnium opum ac poſſeſſionum *de Twee honderſte penningh.*

Cenſto capitum ita inſtituitur, ut cujuſlibet capitis nomine nummus (vulgò florenus) Reipub. pendatur. Excipiuntur ab hoc pauperioris conditionis Cives: ſemel tamen ille cenſus tantum actus creditur, quod multi illum præſtare detrectarint.

Ordinaria tributa, multa ſunt. primum ſe offert tributum ſalis *Sout gelt*; tum vectigal cereviſiæ, aſſium 20. in ſingula vaſa, vectigal cereviſiæ, quod ſolis impoſitum eſt cereviſiæ coctoribus, & aliud, cauponis imperatum. Vectigal aceti, 4. conſtans florenis & 16. aſſibus, in ſingula majora dolia. Amendicta Vectigal vini gallici; butyri, olei, candelarum, rotundæ menſuræ, vulgo *den Impoſt van de Rondematen.* Hoc penditur pro omnibus illis mercibus, quæ rotundæ formæ menſuris menſurari ſolent.

Vectigal [illegible]itum & carbonum. Mercium durioris, rudioriſque [illegible]eriæ, vulgo *de Impoſten van Grove Waeren* vectigal lig[illegible], *den Impoſt van Brandt-Houdt*, Vectigal pannorum, vehiculorum, cujuſque generis agrorum, conſti-

conſitorum agrorum, Vectigal ædium *den Impoſt van de Huyſen*. Vectigal famulorum & famularum uno annuo conſtat floreno. Vectigal omnium immobilium bonorum, ſu quibus majores naves comprehenduntur, vectigal magi & parvi ſigilli.

Reliquas tributorum ſpecies, quæ adhuc multæ reſtant, hic non exponemus, cum publica Ordinum Hollandiæ auctoritate impreſſæ legantur.

Quoniam & in hoc Reip. primarium fulcrum conſtat, ut opibus potentes habeat cives, unitarumque Provinciarum incolæ hoc nomine omnium in Europa nationum incredibili opum vi florentiſſimi judicentur, non abſonum erit, in illarum fundum & ſcaturiginem oculos defigere.

Quæ ad tantam potentiam Fœderatum Belgium evexerunt, duo ſunt præcipua, mercatura, & manufactura, ut vocant, ſive artes mechanicæ. Florent autem admodum mercatu præ reliquis Provinciis, Hollandia & Zeelandia, quæ navibus ſuis totius orbis remotiſſimas, veteribuſque vix nomine cognitas adeunt Regiones, ex quibus omnium rerum acervum cumulant. Ad majus mercaturæ incrementum inventæ ſunt duæ ſocietates; Indiæ Orientalis, & Occidentalis, quarum quidem prima ſtupendis divitiis ad illam jus habentes auxit adeo, ut etiam Occidentalis Indiæ mercatorum Belgicorum accepta damna abundè compenſet.

Ad hunc melius promovendum, in majuſque indies augendum mercatum, quædam inventa ſunt ſubſidia, in gratiam mercatorum à Fœderatarum Ditionum Patribus introducta.

Primum eſt ſubſidium ſecuritatis, quod pro certo pretio conſtituto, ſalva fore bona mercatoris in ſe recipit alius. 2. eſt, Taberna argentaria, vulgo *VViſſelbanck*. 3. Inſtitorium *de Factorien*.

Inter reliquas artes mercaturam in Belgio ſtabiliendi, hæ judicatæ ſunt maxime conducibiles 1. ne nimiis gravetur oneribus, 2. ne conjungantur Oriens & Septemtrio cum Occidente, h. e. ne mercatores, qui ad Orientem & Occidentem hàbitant, puta Hamburgi, Dantiſci, Regiomonti, &c. plagas Orientales Indicas adeant, 3. Ut omnes mercatores, præſertim peregrini commode accipiantur, 4. Ut ab ordine mercatorum omnes avertantur contumeliæ 5. Ne mercatoribus,

toribus, qui arcana norunt mercaturæ, extra territorium migrandi concedatur licentia, oblatisque beneficiis curandum, ut animum habeant remanendi 6. Ut opifices omni studio foveantur, quorum præcipui sunt Pictores, tinctores, lapicidæ, aliique numero propemodum infiniti.

Piscatorum pariter copia, si ullibi, certe huic Reipub. hic admodum est utilis. Horum quidam balænas, alii haleces capiunt.

Accedit ad tantum exterarum opum in has oras confluxum etiam soli Belgici fertilitas, in quo pascuus vel cerealis ager, ingens præstat suis emolumentum, primo Hollanda, Frisia, Omlandia, altero felix est dominuim Ultrajectinum.

Enimvero Hollandia præ reliquis hoc munere naturæ beatissima est, quod lætiorem producat graminis proventum, ex quo, innumeri vaccarum greges pascuntur, hæ incredibilem lactis præbent copiam, & privatis magnam faciunt bonorum accessionem.

At vero in hoc tam diffuso divitiarum Belgicarum argumento, jam nos diutius non occupabimus; cum ex instituto magnis Viris plenas fecerit paginas. Tribus autem claudimus; nihil in Belgio adeo est vile, quod non sit parandis nummis utile.

VITES ET POTENTIA UNITARUM PROVINCIARUM.

Iuitæ vel terrestres vel maritimæ sunt. Terrestres spectantur in fortalitiis & 2. copia bellici apparatus, 3. conditione & numero militium. Quantum ad fortalitia, illa in his Provinciis sunt arte & præsidio fortissima; Zelandia quod in plurimas distincta sit insulas, accessu plane est inaccessibilis, non secus ac Hollandia, multis fluminibus & fossis circumflua Omnia limitanea unitatum Provinciarum loca sunt munitissima. Neque sane ullibi Belgicus deest apparatus, cum armorum incredibilem habeant abundantiam.

Militia Belgica partim extraneo, partim indigena constat milite, Hollandi tamen & Zelandi pedestri militiæ parum sunt idonei, contra ad maritima prælia vel soli apti nati. Nervus igitur pedestris militiæ in extraneo milite situs est,

Digitized by Google

eſt, quo Principes Auriaci in graviſſimo contra Hiſpanos bello, præclare ſe geſſerunt.

Dum maritimas expendimus Vires, ſpectanda ſe præbent: 1. ingens navium bellicarum numerus, 2. facilitas rerum ad illas muniendas neceſſarium, 3. Abundantia mercatarum. 4. Peritia navigationis. His omnibus bellicis præſidiis, unitæ Provinciæ adeo ſunt inſtructæ, ut vix ullam viribus majorem ſuper ſe agnoſcat Rempub. Has pluribus expoſitas ejus vires vid. ap. Cardin. Bentivogl nella Relation. delle Provincie unite di Fiandra l. 1. c. VII.

SPECIALIS FOEDERATARUM PROVINCIARUM EXPOSITIO.

HOLLANDIA:

MORES EJUS INCOLARUM

HOllandi ut plurimum procero ſunt corpore, robuſto, bene compoſito, facie grata, integrâ valetudine, Fœminarum quoque formam decora longitudo commendat. Illæ naturali pulchritudine, nullo fuco inquinatâ eximiæ ſunt. Imprimis autem in Nord-Hollandia plures quam alibi formarum ſpecie præſtantes reperies, quæ tamen liberiore potu plerumque corrumpantur. Quod naturalem in omnibus actionibus, verbiſque ſuis præ ſe ferant libertatem, id ipſis vitio ſtultitiæ adſcribitur, præſertim cum liberiori ioco & facetiis, dicteriiſque utantur. Verum crebrius quod ipſis intercedit cum reliquis nationibus commercium illos in ſermone actionibuſque ſatis fecit circumſpectos, ut etiam non iniqui in hoc reliquorum eſſe poſſint cenſores. Neque tamen ideo pectore ſunt duplices. Tantum autem abeſt, ut ingenii ſui ſolertia ad alios decipiendos abutantur, ſed ut hoc clypeo contra aliorum inſultus liberi ſint.

Inſignia olim Belgium protulit & aluit ingenia, illiſq; præ reliquis Nationibus valde inclaruit. Maxime celebres viri fuêre Eraſmus, Joannes Secundus, Johannes Douza, Adrianus Junius, Daniel Heinſius, quem Gallicus ſcriptor *delices de la poeſie Latine & Flamande de noſtre temps* appellat, Voſſius, Grotius, Boxhornius, Barlæus, ut alios magnos taceamus Viros. Reperies hic inſuper plurimos, qui in pictura inſigni-

& assiduum requirere Senatum viderentur, qui decreta & consulta ordinum Generalium executioni daret, & ad quem oblata omnia negotia statim referri possent, electum est consilium status, vulgo *den Raedt van Staten*. Hujus munus erat, Leges ab ordinibus Generalibus præscriptas observare, illasque observandas indicere, commune Fœderatorum ærarium curare, stipendia persolvere, curare nequid Respub. detrimenti caperet: denique de gravioribus omnibus negotiis, de quibus adhuc nihil ab Ordinibus Generalibus decretum esset, ad ordines singularum ditionum referre, urgenteque necessitate Generalium Ordinum conventum indicere, ac flagitare. In minoribus vero, levioribusque, pro arbitrio consulendi decernendique habuerunt potestatem. Majoris autem momenti res etiam inconsulta Ordinum Generalium auctoritate, ipsi decernebant.

Ordinarius vero ille Senatus, ex supremo Gubernatore & singulis singularum Fœderatarum ditionum Legatis constabat, quibus adnumerati sunt Thesaurarius vel custos ærarii, & qui à Secretis essent tres Secretarii.

Omnia hujus Senatus membra, hoc se solenni obstringebant juramento, se in administratione muneris sui, non singulis ditionibus, à quibus Legati essent, sed vero omnibus fœderatis ex æquo addictos fore, seque singulis ternis mensibus rationem consiliorum reddituros.

Nulla fixa sedes Senatui, aut conventui tum fuit assignata, sed modo in has, modo in alias ditiones migrare, oblata rei necessitate legati Provinciar. tenebantur.

Enimvero ubi Reipub. Fœderatæ res majoribus in dies incrementis augerentur, placuit tandem supremum statum & fixum conventum sive Senatum constituere, qui proprio nomine *Ordinum Generalium Fœderati Belgii* diceretur

At, cum consilio Status, Legatus Angliæ ex pacto interesset, ut eo melius libertati consuleretur, ne quis omnium arcanorum particeps esset extraneus, leviores res gerendæ consilio status sunt relictæ, majores vero omnes novo & supremo committere consultius visum est.

Singularum Provinciarum Legati, Ordines Generales vocantur, quod in supremo consessu congregati, non tam singularum ditionum res, quam omnium Fœderatorum junctim curant. Igitur solennes ipsis ob auctoritatem tribuuntur tituli,

tuli, ut dicantur *Hooch-Moogende*, h. e. celsi & potentes. Singularum vero ditionum ordines tantum *Edele-Mogende*, Hollandiæ West-Frisiæque *Edele Groot-Mogende*, vocentur.

Dictum est, ex singularum ditionum Legatis, suprem[illegible]n Senatum constare Fœderatæ Reipub. Quapropter in eo septem sunt Ordines Legatorum pro ditionum VII. numero.

Primi sunt Legati Geldriæ, 2. Hollandiæ, 3. Zelandiæ, 4. Ultrajecti, 5. Frisiæ, 6. Transisulaniæ, 7. Groningæ, His additur actuarius seu Secretarius.

Civitates Brabantiæ, aliæque ditiones vi armorum à Fœderatis subactæ, superioribus annis rogavere, ut sibi in supremo Senatu dicendæ sententiæ jus esset, quod quia inconsultum visum, ideoque denegatum est petentibus.

Gubernator militiæ supremus, in hoc conventu Senatus, locum sententiæ dicendæ non habet, sed ejus consilia tantum pro Repub. expetuntur vel sponte oblata audiuntur.

Præses supremi hujus Senatus, non idem semper est, sed singulis octiduis mutatur, ejus personam repræsentant ex ordine, nunc Geldriæ, nunc Hollandiæ, aliarumque omnium fœderatarum ditionum Legati.

Illi autem creantur ex singularum Provinciarum ordinibus ita, ut quælibet ex suo corpore unum vel plures sibi eligat & ad hunc Senatum mittat, si plures sunt unius Legati, unum tantum habent suffragium.

Stipendia illis à sua cuique persolvuntur Ditione. Hujus vero officii dignitas à plerarumque Provinciarum ordinibus in triennium suis concreditur, ab aliis in sexennium, pauci ad vitam illâ defunguntur.

Summa igitur his Imperii potestas est tributa, in illis, quæ ad commune pertinent fœdus, utq; eligendi terrâ marique supremi Imperatoris, illumque ad juramentum cogendi, ut Fœderatæ Provinciæ in mutua amicitia maneant: nullo tamen imperandi jure, sed inspectione. In sacramentum conscriptum militem adigendi, &c.

Præterea ad supremum Senatum, omnia deferunt exterorum Legati, Gubernatores ditionum singularum, ditionum ordines, vel quilibet etiam privatus. Dein singuli ad suæ ditionis ordines deliberata, & relata perscribunt, si majoris

sint

sint mandati; & super his eorum postulant sententiam & decretum. Decretis acceptis, singuli Legati, singula decreta sibi accepta in hoc promunt Senatu; tandem ex his, nomine omnium Fœderatorum, unum conficitur decretum, pluralium assentientium prævalente consensu, (iis tamen rebus exceptis, quæ tributa, aut insignem aliquam Reipub. mutationem spectant, in quibus omnium unanimis desideratur consensus) fit SCtum.

Supremo Senatui alius inferior est additus, vulgò dictus *den Raet van Staten*, quasi consilium Status Fœderatorum ordinum, Hic ex talibus constituitur Legatis, ex quibus supremus, nisi quod in hoc perpetuum agat Præsidem, & sententiæ dicendæ jus habeat supremus militiæ Imperator.

Ad hunc ordinaria & extraordinaria negotia minora omnia, quæ commune fœdus & militiam spectant referuntur.

Dictum est, quod conventus Ordinum Generalium ex particularibus unitarum Provinciarum statibus constet.

Illi autem particulares status ex duobus componuntur ordinibus, nimirum Nobilium & Civitatum, qui suos utrimque Hagæ-Comit. habent delegatos.

Cum ex nata occasione, maxime gravia negotia, universum Fœderatarum Provinciarum emolumentum spectantia, occurrunt, tunc Generalia indici solent Comitia dicta *de Generaele Vergaederingh*. Ad hæc conveniunt Provinciarum Delegati, majore pro solito numero, vel si placuerit, minore. In his comitiis de bello inferendo, vel arcendo, inducijs ineundis, fœderibus faciendis, tributis novis imponendis, &c. consilia haberi & decerni solent.

Ut rata habeantur hæc consulta Senatus, opus est omnium Provinciarum unanimi consensu. Quod si alterutra Provinciarum à communi dissentiat suffragio, neque ullo modo assensum præbere velit, tunc in tali casu Delegati Provinciarum ex suo ordine eligere solent, qui dissidentem Provinciam rationibus ad consensum communis suffragii pervincant, hocque modo obstinata pertinacia rationi cedere solet. Ita quondam Zelandia ut induciis Hispanicis subscriberet, evicta est rationibus.

Illa Generalia Comitia rarissime indici solent, ubi non solum

ſolum Provinciæ unitæ omnes, Nobiles præcipui cum præcipuis Civitatibus ex qualibet congregantur.

Præter ſuperius expoſitum Conſilium ſtatus, etiam eſt conſilium *Ammiralitatis*, ita dictum, & *Conſilium Ærarii*; quæ à Generalibus dependent ordinibus. Ad conſilium ærarii live[illegible]tionum, omnia Provinciarum unitarum tributa deferuntur.

Conſilium maritimum vulgo Ammiralitatis negotia rei nauticæ adminiſtrat, ipſi committuntur nummi, quos Provinciis fœderatis reditus maritimi adferunt. Omnes vero deputati, qui huic conſilio interſunt exceptis Nobilibus, pro tempore mutari ſolent.

Rei maritimæ non unum, ſed plurima conſilia Generales ordines conſtituerunt, idque in tribus potiſſimum maritimis ditionibus, Hollandia, Zelandia, Friſia. In Hollandia tria ſunt, Amſtelodamenſe, Roterodamenſe, Hornanum, unum in Zelandia, Midelburgenſe, unum in Friſia, Documenſe, nunc Harlingam tranſlatum, Singula hæc conſilia ex 7. conſtant Senatoribus. Hollandica ex 4. Hollandis & tribus aliis, Zelandica ex totidem, Friſica ex 4 quibus additur unus Secretarius & unus fiſco maritimo Præfectus. Caput conſiliorum ſupremus eſt Gubernator, Auctoritate Ordinum. Hagæ Comitum ordinarie hæc conſilia ſedem habent, excepto Ammiralitatis conſilio, quod in plurima membra diviſum, & per multas provincias diffuſum.

Ut Verbo abſolvamus, ne præter inſtituti rationem fuſiores ſimus, ſciendum; quamlibet ſeorſim ſpectatam Provinciam ſuprema pollere auctoritate. Majeſtas autem & eminentia ordinum Generalium, in unione locum habet.

Civitates quoque præcipuæ quædam majores vocantur, ſunt autem illæ Dordracum, Harlemum, Delphum, Lugdunum, Amſtelodamum, Gouda, Cæteræ olim inter minores nomen ſuum profiebantur. Quemadmodum vero ex Nobilium & Civitatum ordine ſtatus particulares, ita etiam ex his duabus claſſibus Generales conſtant ſtatus.

In gravioribus negotiis particulares Provinciarum ſtatus conventus inſtituunt, rerumque ſuarum ſatagunt, maxime vero ſonticis rebus, magna Generalium ordinum conſcribuntur comitia. Quod Regimen Urbium Hollandicarum ſingulare ſpectet, illud conſtat ex Prætore, ex Senatu, Conſulibus & Scabinis.

Præto[illegible]

Digitized by Google

Prætor in ſingulis unus tantum eſt, qui non quidem juris dicendi aliquam habet poteſtatem, ſed in criminalibus (vulgo ita dictis) cauſis, Comitatus nomine, publicus quidam eſt accuſator, qui adverſus reos opud Scabinos actionem inſtituit: hic expenſis accuſationum capitibus, jus dicunt. Stipendium publicum ejus nullum eſt, ſed ex reorum multis ipſi illud adjudicatur.

Senatus Urbis ampliſſimus, vocatur vulgo *den Breden Raed*. Conſtat Leidæ ex 40. in nonnullis 30. pleriſq; 40. civibus ditioribus. Hic Senatus non ſolet convocari, niſi ubi eligendi ac creandi novi ſint Conſules, novique Scabini; tum quoties Comitia Ordinum convocantur, quo capita rerum expendant, de quibus in Comitiis erit deliberandum. Et quicquid majori hujus Senatus parti viſum fuerit, pro ſententia totius illius Civitatis in ipſis habetur comitiis.

Dicti Senatores publici coadiutores ſunt Conſulum & Scabinorum, quorum perpetua eſt dignitas. Conſulum & Scabinorum ambulatoria.

Deliguntur ex his Senatoribus Conſules, & Scabini pluribus ipſorum Senatorum ſuffragiis.

Conſules alibi ſunt 4. alibi tantum 2. numero, Dordraci tantum unus ad hos politia Civitatum ſpectat.

Scabini numero alibi 7. alibi novem ſunt, qui non alii, quam judices Civitatum judicantur, qui in foro ac tribunali ſuo ſtatis diebus terve quaterve hebdomadatim cognoſcunt de cauſſis tam civilibus, quam criminalibus à Prætore oblatis. Gravatis ſententiâ, appellatio conceditur ad conſeſſum judicum Provincialem, qui Curia Hollandiæ vocatur, inde ad conſeſſum ſuperiorem, quem ſupremum dicunt Senatum, & ſi nec ibi ſati-factum parti eſt, reviſio ab ordinibus Hollandiæ impetrari ſolet, à quibus juxta Senatum alii judices conſtituuntur: conſtitutâ tamen in temere litigantes multæ pœnâ 40. In Curia Hollandiæ quinque & ſeptuaginta, in ſupremo Senatu, ducentorum florenorum, ſi nullum fuiſſe in ſententia commiſſum errorem reperitur.

Jura, quibus utuntur duplicis ſunt generis, alia Regionis propria, alia Romana ſunt.

In civitatibus ſingulis, ſingulis minoribus cauſis deligi ſolent è corpore Civium nonnulli, qui *Commiſſariſſen op de kleyne ſaeken* vocantur, ſive judices ad cauſas minores dati.

quæ

quæ ſummam 70. florenorum non excedunt. Illis committuntur etiam actiones, quæ injuriarum nomine inter Civeheros heraſq; famulos famulaſq; oriri ſolent. Hiſce judicibus ſemper aliquis Scabinorum præeſt, deligiturque inter alios ex civibus Romani peritus. Si quis tamen in hoc judicio ſibi ipſum ſe conqueratur, ad ipſum Scabinorum tribunal provocandi habet poteſtatem.

Tandem Senatui Urbano & Collegio conſulum ac Scabinorum continuo addictus eſt Aſſeſſor, dictus Penſionarius ſive Syndicus, qui eloquens & juris Romani peritus eſſe debet, utpote in oblatis majoribus negotiis, os & oraculum Civitatis. Atque hoc modo Regiminis, brevius expoſitos, Fœderatum Belgium felici concordiæ nexu magnis excrevit incrementis, ut nunc ipſi ad ſummam rei præter perennitatem deſit nihil.

DE OPIBUS ET POTENTIA FOEDERATÆ REIPUB. BELGICÆ.

DIcendum nunc de nervo Imperii Belgici, opibus nimirum hujus Reipub. ampliſſimis, quæ ex variis colliguntur proventibus.

Primum quondam, omnes & ſingulæ Fœderatæ ditiones quotannis pro communis cauſſæ defenſione canonem præſtare tenentur, quem vulgo quotam dicunt. Hic vero canon pro conditione cujuſlibet provinciæ ſolique bonitate, major vel minor ſolvendus. Et in illos erogandus, quibus aliquid debebat Reſpub.

Secundo ſunt licentiæ, ut vocant, ſive vectigal, quod nomine mercium, terrâ marique invectarum penditur. In eam rem diſpoſiti ſunt, in omnibus partibus & Civitatibus publicani dicti *Licent-meeſters* ac *Chercher*: qui exploratis mercibus, earum nomine conſtitutum exigunt vectigal. Tertium tributum eſt ex literis Salvi conductus vulgo *Paſpoorten*, quod quondam imponebatur illis, qui ex ditionibus Hiſpanicis, ad ditiones Fœderatas ad aliquod tempus ſe conferebant.

Sunt porro tributa, quæ in limitaneis civitatibus Brabantiæ & Flandriæ ſub Fœderatorum ditionem redactis, vini, cereviſiæ, ſalis, ædium denique ac fundorum ſingulorum nomine penduntur.

Accedit

accedit his præda militaris ab hoſtibus accepta, cujus [illegible] Reipub. cedit.

Auxiliare etiam æs huc ſpectat, quod Fœderati Princi- [illegible] Galli præſertim ac Angli, quoties Belgæ cum Hiſpa- [illegible] bliſque implicantur, in ærarium Fœderatorum conferre ex vi fœderum tenebantur.

Ita Galli ſuo ære quatuor peditum, equitum 200. millia in Fœderato Belgio alere tenebantur.

Aliud commodum ex ære fœnebri percipitur. Illud vocatur pecunia à privatis volentibus Reipub. credita: hac cum conditione, ut illis volentibus ſors cum uſuris reddatur. Uſuræ vero, quæ hoc nomine à Repub. perſolvuntur, ſunt florenii annui centum, pro annuo ſortis uſu bis mille Florenorum. Præter ſuperius expoſitas augendi ærarii rationes, tributa tam ordinaria, quam extraordinaria conſtituta ſunt.

Ordinaria ſunt quæ ſemel imperata, ſemper exiguntur.

Extraordinaria autem, quæ pro diverſa ratione & neceſſitate Reipub. ſubinde exiguntur, ſubinde non item.

Tributa extraordinaria triplicia ſunt. Primum eſt ſingulorum capitum dictum *Hooft gelt*, ſecundum ſingulorum caminorum *Schoorſteen gelt*, tertium, omnium opum ac poſſeſſionum *de Twee honderſte penningh.*

Cenſio capitum ita inſtituitur, ut cujuſlibet capitis nomine nummus (vulgo florenus) Reipub. pendatur. Excipiuntur ab hoc pauperioris conditionis Cives: ſemel tamen ille cenſus tantum actus creditur, quod multi illum præſtare detrectarint.

Ordinaria tributa, multa ſunt. primum ſe offert tributum ſalis *Sout gelt*, tum vectigal cereviſiæ, aſſium 20. in ſingula vaſa, vectigal cereviſiæ, quod ſolis impoſitum eſt cereviſiæ coctoribus, & aliud, cauponis imperatum. Vectigal aceti, 4. conſtans florenis & 16. aſſibus, in ſingula majora dolia. Amendictum Vectigal vini gallici, butyri, olei, candelarum, rotundæ menſuræ, vulgo *den Impoſt van de Rondematen.* Hoc penditur pro omnibus illis mercibus, quæ rotundæ formæ menſuris menſurari ſolent.

Vectigal [illegible]ium & carbonum. Mercium durioris, rudioriſque [illegible]riæ, vulgo *de Impoſten van Grove Waeren* vectigal [illegible], *den Impoſt van Brandt-Houdt*, Vectigal pannorum, vehiculorum, cujuſque generis agrorum, conſi-

consitorum agrorum, Vectigal ædium *den Impost van de Huysen*. Vectigal famulorum & famularum uno annuo constat floreno. Vectigal omnium immobilium bonorum, su quibus majores naves comprehenduntur, vectigal magi & parvi sigilli.

Reliquas tributorum species, quæ adhuc multæ reliant, hic non exponemus, cum publica Ordinum Hollandiæ auctoritate impressæ legantur.

Quoniam & in hoc Reip. primarium fulcrum constat, ut opibus potentes habeat cives, unitarumque Provinciarum incolæ hoc nomine omnium in Europa nationum incredibili opum vi florentissimi judicentur, non absonum erit, in illarum fundum & scaturiginem oculos defigere.

Quæ ad tantam potentiam Fœderatum Belgium evexerunt, duo sunt præcipua, mercatura, & manifactura, ut vocant, sive artes mechanicæ. Florent autem admodum mercatu præ reliquis Provinciis, Hollandia & Zeelandia, quæ navibus suis totius orbis remotissimas, veteribusque vix nomine cognitas adeunt Regiones, ex quibus omnium rerum acervum cumulant. Ad majus mercaturæ incrementum inventæ sunt duæ societates; Indiæ Orientalis, & Occidentalis, quarum quidem prima stupendis divitiis ad illam jus habentes auxit adeo, ut etiam Occidentalis Indiæ mercatorum Belgicorum accepta damna abundè compenset.

Ad hunc melius promovendum, in majusque indies augendum mercatum, quædam inventa sunt subsidia, in gratiam mercatorum à Fœderatarum Ditionum Patribus introducta.

Primum est subsidium securitatis, quod pro certo pretio constituto, salva fore bona mercatoris in se recipit alius. 2. est, Taberna argentaria, vulgo *VVisselbanck*. 3. Institorium *de Factorien*.

Inter reliquas artes mercaturam in Belgio stabiliendi, hæ judicatæ sunt maxime conducibiles 1. ne nimiis gravetur oneribus, 2. ne conjungantur Oriens & Septemtrio cum Occidente, h. e. ne mercatores, qui ad Orientem & Occidentem hàbitant, puta Hamburgi, Dantisci, Regiomonti, &c. plagas Orientales Indicas adeant, 3. Ut omnes mercatores, præsertim peregrini commode accipiantur, 4. Ut ab ordine mercatorum omnes avertantur contumeliæ 5. Ne mercatoribus,

toribus, qui arcana norunt mercaturæ, extra territorium migrandi concedatur licentia, oblatisque beneficiis curandum, ut animum habeant remanendi 6. Ut opifices omni studio foveantur, quorum præcipui sunt Pictores, tinctores, lapicidæ, aliique numero propemodum infiniti.

Piscatorum pariter copia, si ullibi, certe huic Reipub. hic admodum est utilis. Horum quidam balænas, alii haleces capiunt.

Accedit ad tantum exterarum opum in has oras confluxum etiam soli Belgici fertilitas, in quo pascuus vel cerealis ager, ingens præstat suis emolumentum, primo Hollanda, Frisia, Omlandia, altero felix est dominium Ultrajectinum.

Enimvero Hollandia præ reliquis hoc munere naturæ beatissima est, quod lætiorem producat graminis proventum, ex quo, innumeri vaccarum greges pascuntur, hæ incredibilem lactis præbent copiam, & privatis magnam faciunt bonorum accessionem.

At vero in hoc tam diffuso divitiarum Belgicarum argumento, jam nos diutius non occupabimus; cum ex instituto magnis Viris plenas fecerit paginas. Tribus autem claudimus; nihil in Belgio adeo est vile, quod non sit parandis nummis utile.

VITES ET POTENTIA UNITARUM PROVINCIARUM.

Illæ vel terrestres vel maritimæ sunt. Terrestres spectantur in fortalitiis & 2. copia bellici apparatus, 3. conditione & numero militium. Quantum ad fortalitia, illa in his Provinciis sunt arte & præsidio fortissima; Zelandia quod in plurimas distincta sit insulas, accessu plane est inaccessibilis, non secus ac Hollandia, multis fluminibus & fossis circumflua Omnia limitanea unitatum Provinciarum loca sunt munitissima. Neque sane ullibi Belgicus deest apparatus, cum armorum incredibilem habeant abundantiam.

Militia Belgica partim extraneo, partim indigena constat milite, Hollandi tamen & Zelandi pedestri militiæ parum sunt idonei, contra ad maritima prælia vel soli apti nati. Nervus igitur pedestris militiæ in extraneo milite situs est,

eſt, quo Principes Auriaci in graviſſimo contra Hiſpanos bello, præclare ſe geſſerunt.

Dum maritimas expendimus Vires, ſpectanda ſe præbent: 1. ingens navium bellicarum numerus, 2. facilitas rerum ad illas muniendas neceſſarium, 3. Abundantia mercatarum. 4. Peritia navigationis. His omnibus bellicis præſidiis, unitæ Provinciæ adeo ſunt inſtructæ, ut vix ullam viribus majorem ſuper ſe agnoſcat Rempub. Has pluribus expoſitas ejus vires vid. ap. Cardin. Bentivogl nella Relation. delle Provincie unite di Fiandra l. 1. c. VII.

SPECIALIS FOEDERATARUM PROVINCIARUM EXPOSITIO.

HOLLANDIA:

MORES EJUS INCOLARUM

HOllandi ut plurimum procero ſunt corpore, robuſto, bene compoſito, facie grata, integrâ valetudine, Fœminarum quoque formam decora longitudo commendat. Illæ naturali pulchritudine, nullo fuco inquinatâ eximiæ ſunt. Imprimis autem in Nord-Hollandia plures quam alibi formarum ſpecie præſtantes reperies, quæ tamen liberiore potu plerumque corrumpantur. Quod naturalem in omnibus actionibus, verbiſque ſuis præ ſe ferant libertatem, id ipſis vitio ſtultitiæ adſcribitur, præſertim cum liberiori ioco & facetiis, dicteriiſque utantur. Verum crebrius quod ipſis intercedit cum reliquis nationibus commercium illos in ſermone actionibuſque ſatis fecit circumſpectos, ut etiam non iniqui in hoc reliquorum eſſe poſſint cenſores. Neque tamen ideo pectore ſunt duplices. Tantum autem abeſt, ut ingenii ſui ſolertia ad alios decipiendos abutantur, ſed ut hoc clypeo contra aliorum inſultus liberi ſint.

Inſignia olim Belgium protulit & aluit ingenia, illiſq; præ reliquis Nationibus valde inclaruit. Maxime celebres viri fuêre Eraſmus, Joannes Secundus, Johannes Douza, Adrianus Junius, Daniel Heinſius, quem Gallicus ſcriptor *delices de la poëſie Latine & Flamande de noſtre temps* appellat, Voſſius, Grotius, Boxhornius, Barlæus, ut alios magnos taceamus Viros. Reperies hic inſuper plurimos, qui in pictura inſigni-

ter excellant, alii admodum industrii, audentes, & peregrinationum, imprimis maritimarum studiosi sunt. In conversatione modestos, placidos in agendo, humanos & studiosos, ad ipsam parcimoniam velut natos, natura esse voluit.

Sexui muliebri elegans indoles, innocua agendi loquendique libertas, ad minus suspectam familiaritatem accedens, lœtus & cantilenis addictus animus, lepores & ingenuæ festivitates ultro veneratione m conciliant. In illa tamen morum elegantia vestiumque ornatu splendido sumptuum parcissimæ sunt, etiam curas viriles dextre obeuntes. Igitur mercatus ergo crebrius iter faciunt, nundinas foraque publica frequentant, emunt, vendunt, lucrum faciunt. Hoc tamen laborant vitio, quod plerumque maritis imperent, & rei familiaris caput esse affectent.

Summum autem marito inde nascitur opprobrium, si male suam tractet conjugem, vel si uxor honoratioris conditionis, maritum suum injuria aliqua afficiat. Virgines modestæ affabilitati, de studio se dant, quæ si amore capiantur alicujus, etiam refragantibus parentibus nubunt, teque clam abduci non ægre patiuntur. Enimvero rarissima hujus licentiæ inter digniores familias exempla reperiuntur.

Nobilus quamvis proprio studio mercaturam non exerceant, sæpissime tamen cum aliis societatem mercaturæ ineunt, lucri & damni ex æquo participes. Multi, qui in juventute sua operam studiis dederunt; graduque Doctorales assumserunt, ductis in matrimonium uxoribus, mercaturam exercent, studiaque sapientiæ cum honesto jungunt mercatu. Ipsa juventus Hollandica admodum excitatæ est indolis, & nunquam reperitur otiosa.

Delicatum cibi apparatum frustra sæpius apud Hollandos quæres, maxima equidem illorum pars parco & simplici contenta est cibo, butyri caseique bolus obsonii multis, etiam prandii & cœnæ loco. Ubi melius volunt comedere, bovinam vel aliam carnem semel coctam, per totum octiduum ad mensam referunt. Marinorum piscium crebrior illis est usus. Potus illorum ordinarius cervisia est, digniores vinum Rhenanum in propriis servant cellis.

Rustici caseo & butyro cum liberis suis contenti sunt, multosque in Nord-Hollandia annis confectos reperies

senes

ſenes, qui nunquam nec vinum nec cereviſiam guſtarunt.

Accedimus ad Ornatum muliebrem. Ille in præcipuis urbibus magno fœminis conſtat pretio, ideo quod valde ſplendidus ſit. Nobiles more veſtiuntur Gallico, illamque linguam valde adamant.

Ædium nitores, ſplendidumque apparatum adprime ſectantur, in quam rem certas Amſtelodami alibique locorum mercatores alunt, ancillas, quæ ſingulis hebdomadibus, fricando, poliendo, radendo, exquiſitam ædificiorum elegantiam operoſa induſtria ſollicite procurant.

Cum ſolennia celebrant ſponſalia, ſi magnæ alicujus conditionis ſponſus vel ſponſa ſunt, tum primum certo die, Seniores, ſponſum ſponſamque ſalutatum eunt, illique optima quæque precantur. His dein ſedentibus vinum præbetur aromaticum, vulgo hypocras dictum. Altero die juvenes cum virginibus ad ædes ſponſæ concedunt, & quilibet juvenis ſuam, quam eo deducit, habet virginem, tum quivis de inito matrimonii voto fauſta precantur ſponſæ. His ibi congregatis, vina cum bellariis offeruntur, mox ad choreas itur, quæ Gallico more ſolennitur hilariterque peraguntur & totas ſæpe noctes ſaltantium paribus inſomnes ſubripiunt. Ubi ſaltandi finem fecerunt, quilibet juvenum ad deſtinatum apud amicos hoſpitium virginem ſuam deducit, itaque diſceditur.

In nuptiis, ſuas etiam obſervant peculiares conſuetudines, Poſtquam enim dies nuptiarum venit, ſponſa inſigni ornata habitu, rheda ad templum, cum aliquot devehitur virginibus, quas in hunc actum rogatas *ſpeel-Meiten* vocant. Sponſus pariter ibi cum ſibi adjunctis duobus amicis, *Speel Knecht* dictis, ibi ſponſam operitur. Peracta publice miniſtri verbis deſponſatione, duorumque illorum comprobato in Eccleſia matrimonio, ſponſa ad nuptiales revehitur ædes, quam ante fores ſponſus excipit. Poſt virgines cum ſponſa de feneſtra ſaccharum inter vulgus projiciunt, dein ad menſam accumbunt, qua ſublatâ, ubi non eſt prohibitum, choreas ex ordine ducunt, varioſque ludos jocoſos, inter quos multi ſunt inepti, exercent.

Nunc à nuptiis ad exequias eundum. In illis Hollandi parvas adhibent cerimonias. Cum aliquis ſpectatus condi-

tione ſpectatus obiit, amici defuncti, ſchedulas imprimi curant, in quibus Nomen defuncti, dies ad ſepulturam diſtinatus, domus, ex qua efferri debeat, cum invitatione ad exequias, ſignificantur.

Mortuus ſine omni cantu ad templum defertur, lecto in antecellum cujuſlibet exequiatoris nomine, cum additâ petitione, ut peracto funere, in domum iterum redeant amici. Illatum in templum cadaver bis in circulum ducitur, poſtea humatur, aſſtantibus videntibuſque exequiarum hoſpitibus. Peracto hoc ultimo humanitatis officio, eodem ordine, omnes ad ædes defuncti, proximum illius amicum conſequuntur. Tum primus lugentium, paululum in medium procedit, gratiaſq; tacitè, flexu corporis modico, coronæ agit. Hoc poſtquam factum, in ædes funebres ordine quilibet intrat, ad januam ipſi placentula porrigitur, mox unum & alterum vitrum vini, unus alteri propinat. Qui tamen hodie mos in defuetudinem apud digniores venire videtur.

Ut mutuâ cives coaleſcant concordiâ, Hollandiæ Urbes hunc non contemnendum introduxerunt morem, ut Cives certo conveniant tempore, & per aliquot dies cum uxoribus ſuis ſolennia celebrent convivia, mutuamque hac ratione inter ſe ineant & roborent amicitiam. Hanc conſuetudinem *Hoofden* vocant. Sumptus, qui hic impenduntur, colliguntur ex privatis multis, quibus exigendis, ob aliquem errorem a cive commiſſum certi à Magiſtratu conſtituti ſunt, in qualibet Urbis parte ditiores Cives, qui ex commiſſa ſibi à Magiſtratu poteſtate; de minoribus inter concives controverſiis cognoſcunt, pœnaſque illis ob delicta irrogant. Hi vocantur *Hoofd-Heeren*, illiſque præſunt, quilibet in ſuo diſtrictu conventibus, qui ſuas certas Leges & ſtatuta habent, quæ curatius obſervari ſolent.

Filias Hollandi fero in matrimonium elocant, contra juvenes, quibus vix prima lanugo mentum veſtit, uxores ducunt, interim primæ juventæ annos inter vagas libidines, ſcientibus, nec tamen ſerio id prohibentibus parentibus, vix alio pejore exemplo, deducunt. Quin tota Hollandia non præter rationem graviſſimorum cenſuræ ideo patet, quod in ſcortationes & adulteria tot & tantorum exemplorum, ipſoſque alieni matrimonii obſeſſores leviſſima vel ſæpius nulla pœna animadvertat.

Alterum

Alterum vitium, quo hujus Regionis incolæ, præ reliquis laborant, avaritia eſt, & habendi immenſa cupido, verum hoc tamen mirari ſatis nequit, quod unus civis alterius promota velit auctaque commoda, Præſertim ubi cum pecuno controverſia eſt. Neque in hac gente alienæ rei prætextus retinendæ illicitam videbis voluntatem: quin ubi quicquam inventum eſt, illico ad virum curritur, qui publico pelvis clangore per plateas denunciet amiſſum, nomenque inventoris edicat. Nos aliquando pauperrimæ mulierculæ exemplum mirari ſatis non potuimus; quæ, cum aliquot aureos nummos non levis pretii & ponderis in via reperiſſet, illos per præconem, inventos vulgare voluit.

RELIGIO.

PLurimæ ſunt in Hollandia Religiones, præſertim Amſtelodami, quarum vel 30. numerantur ſpecies. XII. ſunt ad minimum, quæ ſingulis diebus Dominicis liberam concionandi habent poteſtatem, hos inter ſunt Arminiani, Anabaptiſtæ, Auguſtani, Calviniani, Catholicis publicum Religionis exercitium interdictum eſt.

Cum vero Anabaptiſtæ in tot diviſi ſint ſectas, non ultra 6. tamen numerantur, quibus data eſſet libera conciones habendi poteſtas. Tolerantur inſuper Amſtelodami Judæi, qui Luſitani eſſe creduntur, ſuoſque ibi habent conventus & Synagogas publicas. Plurimi pariter Leidæ inveniuntur Arminiani, quibus tamen libera non concceduntur intra Urbem exercitia. Ipſi Reformati ſuprema in omnibus pollent auctoritate.

REGIMEN POLITICUM.

ORdines Hollandiæ, Weſt Friſiæque, bipartiti ſunt, in duoque membra diſtributi.

Conſtat equidem Regimen, partim ex delegatis Nobilium, & illius Provinciæ equeſtris ordo, vulgo *die Ridderſchap ende Edelen* vocatur, partim ex Civitatibus, quæ vulgo *die Steden* dicuntur.

Civitates quod ſpectat, illæ collegium Senatorum urbicorum habent, vulgo *Vroedſchappen* dictum. Hoc ex

inſignioribus patriciis, civibuſque conſtat, numero alibi 40. alibi 36. alibi 32. alibi 29. alibi 24. alibi 20.

Penes hæc ſola Collegia, tam deliberandi, conſultandi, quam decernendi de negotiis totius ditionis, quam Urbis jus & poteſtas eſt.

Eliguntur in his collegiis quotannis Magiſtratus 4. ordinarii, tres vel duo Conſules, qui vulgo vocantur *Burgemeeſters*, ſeptem aut plures judices, Scabini, aut *Schepenen* dicti, hi omnes per annum muneri præſunt.

Munus Conſulum eſt, rebus Politicis adeſſe, & curare, ne quid Reſpub. capiat detrimenti.

Scabini adminiſtrandæ juſtitiæ, & controverſiis cognoſcendis præſunt.

Atque penes hæc Magiſtratuum collegia ſummum eſt Imperium, per Hollandiæ Weſt Friſiæque Civitates.

Itaque collegia hæc Magiſtratuum & Senatorum Urbanorum, cum Nobilium conventu conjuncta, totum Hollandiæ corpus repræſentant.

Solent Nobiles in Comitiis, ſolenni & competenti numero 12. fere, aut 13. ſeſe ſiſtere. Civitates vero Conſulem cum nonnullis mittunt Senatoribus, pro rei nimirum neceſſitate. Senatus perpetuo Hagæ Comitis celebratur ex Deputatis Ordinum conſtans, qui vulgo *Gecommitteerde Raeden* dici ſolent. Eum unus ex Nobilibus, & ſingularum Civitatum ſinguli Legati conſtituunt, quorum hæc dignitas triennii terminatur ſpatio; eſt & unus Aſſeſſor ICtus, dictus *Raet Penſionarius*.

Cum ad ſtatutum diem, XII. ex Nobilitate & alii ſingularum civitatum Legati Hagæ ſe ſiſtunt, conſtituunt ſupremum illum & extraordinarium Ordinum Hollandiæ conventum, qui vulgo *de Vergaederinge van de Staten van Holland ende VVeſt Vriſland* vocatur.

Legati, quos hujus cauſa ſingulæ mittunt Civitates, tres fere ſunt numero, nempe unus Conſulum, unus ex Scabinis, aut reliquo Senatorum ordine, quibus adjungitur 3. qui Penſionarius Civitatis appellatur.

Superſunt duo adhuc alia collegia, quæ collegia rationaliuro ſolent appellari, Primum, habet adminiſtrationem publicorum Comitatus Hollandiæ bonorum, quæ plerumque regalia vel Dominia ſolent dici. Nomen habet *Kamer*

VAN

Van Reetkeningen, conſtat ex 5. aſſeſſoribus ab Ordinibus Hollandiæ conſtitutis. Penes alterum eſt cura inſpiciendi rationes vectigalium, tributorum, &c. Hollandiæ Comitatus; Illud conſtat uno ex ordine Nobilium Legato, & 2. Legatis ex ordine civitatum.

DIVITIÆ ET REDITUS HOLLANDIÆ.

HOllandia omnium hodie Fœderatarum Provinciarum ditiſſima & potentiſſima eſt, quæ ſingulis annis incredibili nummorum ſummâ potitur. His judicare licet, ex ſplendidis Hollandorum ædificiis, numero incolarum incredibili, navium indies hucappellentium abundantia, mechanicorum infinitis Nationibus. Quis præter hos in numerato habebit caupones, flammearios, violarios, carinarios. Textoria ars hic præ reliquis maxime floret, & pannus ex lino confectus incolas præſtat opulentos. Butyrum & caſeus ſoli Hollandici proventu uberrimus fructus, cujus incredibilis copia longe lateq; diffuſis miniſtatur Nationibus. Teſte Guicciard. ultra decem 100. millibus, incolarum lucrum præſtat. Porro ex ceſpite de terra effoſſo, cuniculis, illorumque pellibus, panni abundantia, materiarum varii generis textrina, quanti non colliguntur nummi? Præcipuum vero lucrum, quod ad Hollandos redundat ex halecum profluit captura, ex qua multæ civitates magnas conſecutæ ſunt divitias.

Alterum diteſcendi apud Hollandos fundamentum præcipuum, in multitudine navium & navigabilibus fluminibus ſitum eſt, quorum beneficio hinc inde iter faciunt, & mercaturam exercent. Ipſa Urbs Amſtelodamenſis ſuo teſtatur exemplo, quantis paraſangis reliquas omnes civitates, feliciſſimo ſuperet mercatu, ut non immerito totius orbis opes poſſidere & protrudere à Barlæo dicatur, cum ita canit:

Quicquid mortalis fingit ſolertia cura,
Vel natura ſuo parturit alma ſinu,
Illa dabit, totoque parans commercia mundo,
Nunc emere, & totam vendere ſemet amat.

Hic mercatores Societatis Indicæ ingenti gaudent opum vi, adeo, ut noſtro ſeculo, unus Amſtelodamenſis mercator claſſem navium inſtruere, illamque auxiliarem Suecis in mare Balticum mittere obſervatus ſit.

Harlemenſes ex textrina, ſubtilique ſua tela magnas conſequuntur divitias.

Delfum ex cereviſiæ coctione dives evaſit, cujus copiam colæ, Flandris, Zelandis, Friſis, Nord Hollandis aliiſque miniſtrant. Dordrachtanæ quoque civitati uti cereviſia, ita præprimis Rhenanum vinum magna præſtat lucra.

Leyda pannos optimos aliis exhibet. Cereviſia halecumque captura Goudam commendat. Salis mercatura Enchuſam ditat.

Rotterodamum, ex multitudine navium eo appellentium divitias ſibi paravit. Horna ex nundinis, quæ menſe Majo celebrantur, ſuum quærit incrementum.

VIRES.

QUælibet hujus Regionis Urbs ſuos habet cives in certos ordines diviſos, qui velut nervus & vires ſunt Reipub. Hos ordines communi dicunt vocabulo *Schutterye*, quod plerumque bombardas loco arcuum humeris portent. Præter cives armis exercitatos, conducti quoque militis per certa loca diſpoſiti, non levem alunt numerum. Quantum ad fortalitia, illa Hollandis naturâ & arte ita ſunt munita, ut omnibus reliquis nationibus, firmandorum oppidorum, Urbium, artium, fluviorum probatiſſima ratione & certiſſimo præiverint exemplo. Munita loca, quæ illis parent, ſunt Sluſa, Berga ad Zomam, Breda, Gertrudenberg, Huſden, Grave, Crevecœur.

Quin ipſa Hollandia honeſtæ militiæ Schola ſemper antea fuit judicata. Maritimis Viribus ſola Hollandia multorum Principum conjunctâ licet potentiâ ſuperior eſt, neque ullam uſpiam reformidavit magni alicujus Principis, reliquis etiam gentibus formidabilem maritimam potentiam. Ut verbo concludamus, tantus eſt Hollandis omnium rerum ad bellum ſpectantium apparatus, tàm audentes in pericula animi, ut hoſtem citius ad deſperationem deſtinationum adducere concordes queant, priuſquam ille conſilium agendi apud ſe conſtituat, priuſque ſe devictum, quam oppugnantem ſentiat.

DE

DE NOBILIBUS HOLLANDIÆ FAMILIIS.

CUM Hollandia omnium rerum & felicitatis beata eſſ genitrix, inſignes etiam familias, Virtute & meritis patriam illuſtres producere debebat. Harum nunc præcipuas & Nobilitate generis pervetuſtas, illaſque, quibus Hollandia patrium fuit ſolum, & adhuc inter vivos ſunt ex ordine recenſere liceat. Sunt vero illæ:

Brederode,
Waſſenaer vel Duvenwoorde,
Mateneſſe,
Schaegen,
Bouckhorſt,
Van der Does,
Poelgeeſt,
Boetzelaer,
Naeldewijk,
Freſion,
Wijngaerden,
Van der Duyn,

Sequuntur familiæ, quæ origine non ſunt Hollandicæ ut:
Arckel,
Broeckhorſt,
Amſtel van Mynde,
Hodenpijl,
Rietwijck,
Heuſden,
Aſperen,
Kroonenburgh,
Egmont.

Reliquarum extinctarum Cathalogum tum etiam aliarum Vid. Chronic. Holland. W. van Gouthoeven. & Theatr. Hollandiæ Boxhor. c. 7. utrumque lingu. Belgica. Ultimum, multi hic reperiuntur ruſtici, qui Origine & familiâ Nobiles ſunt, ſed ob auguſtiam rei familiaris ruſticorum ſe addixerunt ordini.

JUDICIUM DE HOLLANDIA.

BM. Cl. Boxhornius de Hollandia ita eleganter ad imitationem, verbis Belgicis, nobis ad verbum Latine datis loquitur.

Belgium Orbis annulus eſt,
hujuſque annuli unio
Hollandia eſt.
Belgium Mundi oculus eſt,
hujuſque oculi pupula
Hollandia eſt.
Belgium orbis nemus eſt,
hujuſque Nemoris cedrus
Hollandia eſt.
Belgium Orbis eſt gaudii theatrum hujuſ-

hujuſque theatri deliciæ
Hollandia eſt.
Belgium Orbis cœlum eſt,
hujuſque cœli ſol eſt
Hollandia.
Belgium Orbis eſt Regina,
hujuſque Reginæ corona
Hollandia eſt.

Judicium Eraſmi Roterodam. de Holland. vid. apud eund. in Theatr. Holland. c. 4. ut & aliud ap. Adrian. Junium.

COMITATUS ZEELANDIÆ.

MORES.

ZElandi mediocris ſunt ſtaturæ, verum robuſto & ſubacto corpore, placidi, ſed callidi, & ad alios decipiendos apti. Hollandos divitiarum quæſtu, licet non divitiis & mercaturæ ſtudio etiam ſuperant, civiliter tamen invicem vivunt, ut pauci ibi reperiantur tumultus. In ædibus ſuis exacti ſunt, comitate & libertate laudabiles, parcimoniæ tamen ſtudioſi, mendicos in vicinia ſua non patiuntur, qui ipſis potius neceſſaria victus ſuppeditant. Quæ tamen virtus non cujuſlibet, ſed potiorum conditione propria eſt. Cæteroquin plebs rudis & incivilis, crudelis & iracunda eſt. Optimi omnium Belgarum Zeelandi nautæ ſunt, qui rei nauticæ experientiâ & in maritimis prælíis incredibili fortitudine animorum, & alacritate pollent. Piſcatores adhæc optimi audiunt, ſed qui faciles exceſſus in cibo & potu admittunt.

RELIGIO.

NUlla alia hic, quam Reformata toleratur Religio. Cujus publicum exercitium ut in aliis Provinciis, ſupremа ſtabilitum eſt auctoritate, Reliqui diſſidentes tolerantur.

REGIMEN.

HÆc inſula diu olim à Danis & Normannis fuit poſſeſſa, poſtea Comitibus Hollandiæ paruit, nec unquam peculiarem habuerunt Principem.

Hodie Zeelandia ſuum peculiarem habet Architalaſſum ſive Ammiral; duos, qui rationibus præſunt, unus Ziriczeæ, alter

Digitized by Google

alter Middelburgi agit, uterque ex Haga Imperium agendi accipiunt. Curia Zeelandiæ Middelburgi est, cumque Gubernator Zeelandiæ in hanc venit Insulam, in eadem urb aulam suam habet. Status politicus ex Nobilitate, & Civili constat ordine.

DIVITIÆ.

ILlæ Zeelandis ex commoda navigatione, industriaque mercaturæ maximæ profluunt. Equidem salem & vina ex Gallia, ex Hispania oleum, alumen, vinum, magnâ evehunt copiâ, & in Livoniam, Prussiam, Daniam, aliaque in loca magna important abundantia. Quidam etiam illorum in Orientales Indias, lucrum faciunt, ex quibus aromata, aurum, aliaque secum adferunt.

Salem singulari arte coquere apprimè norunt, quem nigrum, ex Occidente adferunt. Neque vero solum remotioribus, sed etiam vicinis suis, omnis generis merces affatim suppeditant; quarum singularum nomina hic velle pertexere, nimis foret prolixum.

VIRES.

ILlæ in navium instructissimo apparatu, bellicosæ gentis marisque peritissimæ magna frequentia, opibus & situ Insulæ potissimum spectantur.

GELDRIÆ DUCATUS.

MORES.

OMnes Geldriæ Incolæ, præsertim vero Nobiles in arma naturali propensione inclinant, Verum aliis superbiæ notantur vitio. Postquam vero posita sunt bella, jam populus mercaturæ, agriculturæ, & artis mechanicæ occupationibus incumbit. Lingua Geldricæ gentis multum à reliquorum Belgarum sermone discrepat.

RELIGIO.

QUoniam in omnes Fœderatarum Provinciarum ditiones Reformata Religio introducta est, ideo etiam hic locorum, nemini, præter Reformatos liberum Religionis exer-

Digitized by Google

exercitium conceſſum eſt. Reperiuntur tamen ibi quidam Arminiani & Anabaptiſtæ,

REGIMEN.

POſtquam Romani, Galli, Dani, Normanni hac eſſent ditione ejecti, Imperatores Germaniæ illius occuparunt dominium, Geldriæque ex illi adjacentibus locis Præſidem illis dictum *Vooght Van Gelder* dederunt, quod ſub Carolo Calvo, Rege Galliæ, factum eſſe dicit Guicciardinus: poſtea hæc dignitas hæreditaria ab Imperatoribus facta eſt, qui ſolum ſupremam ſibi ejus reſervarunt auctoritatem, ſuper Vaſallos ejus ditionis. Poſtea hi Tutores ſive Præſides nomina Comitum uſurparunt, ac tandem Ducum. Ubi autem ad Domum Auſtriacam ultimum perveniſſet, & à Gubernatoribus à Rege Hiſpaniæ eo miſſis durius tractarentur, factum eſt, ut pars Geldriæ in unionem Fœderatarum Provinciarum deſcenderet, quæ ſibi armis adhuc ejus ditionis plura vindicarunt, quibus communi fruuntur libertate. Hodie igitur Status hujus Ducatus conſtat ex Baronibus. Nobilibus & 4. præcipuis Urbibus. Illi per ordinationem Gubernatoris Geldriæ vel Cancellariæ, vel Conſilii Provinciæ congregantur, ob negotia Regionis ſolennia. Eligitur etiam in eodem ſtatu Gubernator & Cancellarius.

Multa ibi reperiuntur judicia ſecundum cauſarum diverſitatem, ut ſunt Eccleſiaſticum, provinciale, ordinaria urbium. Verum à mutatione Religionis, omnes cauſſæ tam Eccleſiaſticæ, quam aliæ ad conſilium provinciale remittuntur, ubi Cancellaria, vel etiam Gubernator Regionis & Cancellarius præſident. Hoc conſilium etiam de appellationibus Comitatus de Zutphen judicat, gratiamque ſceleratis facit. Quælibet ejus urbs ſuum habet Senatum, reliquis Scabini præſunt. Quantum ad reditus tam Eccleſiaſticos quam alios, ſuos habent rationum miniſtros, dictos de *Rent-Meeſter.*

Non præter rem erit, ſi præcipua Geldriæ oppida illorumque notabimus conditionem, cum de illis quædam quæ invenimus ſeorſim apud auctores legantur

URBS

URBS NOVIOMAGUM. ILLIUS STATUS.

EJus Status ſub Imperio, ſub Principibus, ſub Ordinibus conſiderari poteſt.

Sub Imperio Noviomagi maxima fuit dignitas, quam Imperator Carolus Magnus cum tribus aliis urbibus Aquiſgrano, Ingelhemo, Theodonis villa inſigniter ornavit.

Sub Principum Imperio eſſe cœpit an. cIↃ. CC. XLVIII. cum Guilielmus Holland. Imp. Ottoni III. univerſam oppignoraſſet ditionem.

Sub Ordinibus Fœderati Belgii anno cIↃ. IↃ. XCI. eſſe cœpit, à quo tempore primum inter Urbes cum loco ſuffragium obtinuit. Regimen illius antiquum, ex primoribus Gentis, vulgique promtiſſimis conſtabat. Senatores XXIV. Conſules erant bini. Plebs erat per ſocietates & tribus diviſa, quas inter præcipua ſodalitas S. Nicolai fuit, Ducentum Virorum, adminiſtrabat Rempub. tribunitia poteſtas. Provocatio in civilibus ad curiam Aquiſgranenſem, nulla erat in criminalibus. Summa totius Reipub. penes Magiſtratum, Principibus per decretum probandi libertas, contra niti illis fas non erat.

A quo tempore ſub Belgica fuit unione, ejus Reipub. forma in quibuſdam mutata eſt: Abrogatæ ſunt Fraternitates. In locum Sodalitatis S. Nicolai XXXII. ſucceſſerunt viri, quos tribunos plebis vocant. Senatorum numerus infra XXIV. quorum electio durante cum Hiſpanis bello, ex pacto penes Gubernatorem fuit.

URBS BOMMELENSIS.

ILLA inter Hanſeaticas civitates nomen & dignitatem ſuam tuetur, quemadmodam & Tila, bellica fortitudine pariter inſignis.

URBS ZUTPHANIA EJUS REGIMEN.

FOrma hujus Reipub. Ariſtocratica eſt, regitur per Conſules & Scabinos XII. penes quos eſt libera electio, & juris ſumma

ſumma dicendi poteſtas. Ab illius judiciis nullæ concedun-
ur appellationes, totius etiam Comitatus ibi dijudicantur
;ontroverſiæ, tum vero vicinarum per Cluviam & Velaviam
civitatum. Quoties autem res ad univerſum Comitatum
ſpectantes diſceptandæ veniunt, Comitia in Urbem convo-
cantur, eorumque arbitria rata habentur. Hæc & alia me-
morabilia leg. in diſſertat: Hiſtor. Polit. Cl. Viri Georg.
Hornij, nuper admodum vulgatis.

DESCRIPTIO FRISIÆ.
MORES GENTIS VETERES.

VEteres Friſii ingentes ſuos animos ſatis olim ſunt teſtati, ubi impoſita ſibi à Romanis tributa præſtare negarent, ſeque Romanis rebellione ſub Imperio Tiberii opponerent. Colchi, qui etiam ex parte Friſiorum erant, duriter & valde miſere vivebant, quod maris inundationi ſemper eſſent expoſiti. Ut mala vitæ levarent, rhetia conficiebant, quibus ad capiendos piſces utebantur.

Hoc nomine maxime laudantur, quod fuerint erga Eccleſias liberales: Liberi & ingenui, amici juſtitiæ, & æquitatis, integræ fidei, amori & libidine parum ſubjecti. Hinc ipſis non facile in alios judicium, quod inter ſe magis amice, & libere viveruut, quam ullæ aliæ Nationes. Terram plerumque cum ſtudio colebant, quæ in cauſa fuit, quod paucas ædificarint Urbes. A peregrinorum matrimonio non ſolum abhorrebant, verum ne confinia quidem illorum frequentabant, nec hoſpitalem unquam noctem peregrino ſecum concedebant, cum tamen ipſi omnia exhiberent humanitatis officia.

Tam generoſos ſemper gerebant animos, & viribus tantis pollebant, ut per 600 annos libertatis ſuæ conſtanter eſſent defenſores, ipſam non ſolum omnibus vitæ bonis, ſed etiam vitâ ipſa potiorem ducentes.

Lacte, butyro & carne, quibus abundabant, vivere ſolebant, hac ratione tam validi evaſerunt, ut vicinis admirationi eſſent, neque aliunde integras diuque durabiles vires acquirebant, quam quod ſero matrimonia contraherent. At vero, quanquam ſibi & fortitudinis & tantarum virium eſſent conſcii, rariſſime tamen aliis Regionibus bellum inferebant

ferebant, sed agriculturæ potuis operam dabant, externam à finibus vim arcebant.

Venationis & piscationis apud ipsos omnium una erat libertas. quin ipsi rustici, tam eleganti habitu, quam cives culti incedebant, auro & argento vestes ornare, moris apud illos erat vulgaris, nec hoc apud solos Nobiles, at vero etiam apud alios, quibus aliquæ erant facultates, vestes auro & argento, utriusque metalli laminis, tum vero aureis catenis mirifice exornare, capillos pone promittere, quibus non solum in fines excurrentibus, sed per totum tractum auri & argenti glandines appendebant, gemmisque exornabant. Atque ita magnifici sibi esse videbantur.

Inter Nobiles familias hæc erat consuetudo, ut vidua cadaver defuncti sui mariti, nuptiali induta habitu, consequeretur, quæ in signum luctus nigrum & in talos pone demissum flammeum tantum habebat. Ubi peractis funeris solennibus domum iterum rediisset, omnem hunc exuebat ornatum, illum non citius, quam ad secunda iterum vota transiens, repetitura.

Qui ex sequiore erant conditione, ideo, quod flammeo nigro non uterentur, aurum & argentum ex vestibus suis demebant, & ita defunctos maritos ad sepulchrum comitabantur.

MORES HUJUS TEMPORIS.

FRisii pulchri sunt mortales, staturâ proceri, fortes, animosi, libertatis amici, sed in donationibus valde parci. Tarde, quid sit amor, discunt, inde ipsis integra valetudine, & viribus soboles nascitur. Raros ibi invenies, qui zelo conjugali laborent, ideo quod rarissima gentis mores norint adulteria: quin mortem potius ferent, quam ob violatum matrimonium sibi illatum dedecus. Hanc ob rem matronalis castitas ibi sancte servatur, quæ omnis fuci & glaucomatis, amorum & libidinum flabellorum expertes sunt. Cæterum Frisii famis & inediæ patientissimi mortales, frigus aliaque naturæ & belli mala illorum animos nihil emolliunt. Contra affabiles, concordes, modesti, in iram lenti, illâ tamen semel accensi, furiosi esse dicuntur.

Addicti sunt tam mercaturæ, quam navigationi, nec

quicquam aliud, quam arma cogitant. Verùm, Nobilitas mercaturam fugit, omnesque generis manuarias operas, quæ omnia infra decorum suæ ponit Nobilitatis. Neque vero plebei vel civis filiam, sine dispendio Nobilitatis ullus ducet Nobilis, vel in Urbe habitabit. Magna pars Nobilium Principum aulas sequitur, reliqui ex militia, cui nomen dederunt, stipendia merent, alii ex annuis vivunt reditibus.

Cum domi agunt, magnum canum venaticorum alunt numerum, & se venatione crebrius exercent. Interea fœminæ illorum, quod domi agunt, habent, fila ducunt, nent, vel culinarias peragunt operas.

Rusticorum præcipuus cibus est, caro, sale & fumo condita, Jusculum aquæ hordeaceæ, lardi quoque plurimum comedunt, æque ac casei, butyri, aliarumque ferarum, quas venatione consequuntur. Singulis diebus dominicis laute vivere, & 14. ciborum diversorum patinas apponere soliti,

Vinarias & cerevisiarias lubentes instituunt compotationes, cum vinum extranei mercatores, hanc propria Regio optimæ notæ suppeditet. Qui sibi propinatum poculum sine causa respuit, inimici habetur loco. Moris apud illos est, cornua circulis & laminis argenteis munita, inter bibendum adhibere, singulisque vicibus, ubi hoc propinarunt cornu, manum osculandam accipienti poculum porrigere, atque hoc sine ulla sexus distinctione observant.

Nobiles splendide & sumptuose vivunt, habitu pretioso elegantes, servos multos alunt, nec longe viam sine rheda & equo ineunt.

Hodie omnes, Viri pariter ac fœminæ, more Gallico vestiri amant, quæ adultæ ætatis sunt fœminæ, auro & argento in solennibus diebus adeo sunt onustæ, ut alibi vix splendidiores liceat reperire. Frisorum dialectus multum à reliquis discrepat; cujus etiam in ipsius Frisiæ districtibus tanta est diversitas, ut alter alterum sine crebriore sermonis commercio intelligere nequeat. Occidentales tamen Frisi elegantius, quam Orientales loquuntur; sed utriusque Frisiæ incolæ ut plurimum germanicam sonant. Habet etiam Frisorum lingua mixturam quandam verborum germanicorum, vel quę plane sunt peregrina, præsertim multa virorum & mulierum nomina: ut Hayon, Boyon, Ubbon. Udon Foccon.

Digitized by Google

Foccon, Ucon, Siccon. Sition. Fejion, Pibon, & alia hujuſmodi bene multa, quæ apud Ubbon. Emm. Hiſt. l. 2. leguntur.

Porro, cum Friſi uxores ducunt, non quærunt virgines tam pecunia & opibus, quam vero virtute & pulchritudine præditas, quæ paris ſint conditionis; verum hic laudandus mos, alterius fuit, non hujus eſt temporis. Hodie enim, etiam Friſis matrimonia contrahentibus Virtus poſt nummos eſt.

Sponſa coronâ in capite decora ad Templum magna puellarum catervâ ſtipata concedere ſolet. Huic non convivæ, ſed parentes proximi, & amici dona nuptialia offerunt. Exemptâ fame, remotiſque menſis, varia ſonare faciunt inſtrumenta. Sequenti die, peractis nuptiarum ſolennibus, Nova nupta capillos, velo tectos gerens, convivis vitrum optimi vini propinat, vel alius liquoris, hoc ſignificans, quod materfamilias facta ſit. Fœminæ, quæ nulla prole maritum parentem fecêre, poſt obitum viri, in conſanguineorum vel parentum rediunt ædes, hac tamen cum conditione; ut non niſi finito luctus anno, ad ſecunda tranſeant vota. Parentes & conſanguinei, in quibuſdam locis ad 30. dies, alibi per annum mortuos elugent, nigraque uſque ad talos pallia gerunt. Hæc de moribus Friſorum dicta, Auctores habent Tacit. l. 4. Ann. Plin. l. 16. Ubbon. Emm. Hiſt. Kempi. l. 1. Guicciard. in Belg.

RELIGIO.

Est in Friſia magnus Reformatorum numerus; ſectaque Anabaptiſtarum; in Orientali Friſia etiam Catholici reperiuntur. Altera tamen diſſidentium pars validior eſt, præſertim Embdæ, cujus Incolæ ſuis ſe oppoſuerunt dominis, tam ob libertatem, quam vero Religionis exercitium.

REGIMEN.

Postquam diu Romani Friſiam imperio ſuo ſubjectam, non tamen ſine creberrimis ſeditionibus tenuerunt, tandem, cum ſe potentes viderent Friſii, magnam veteris Bataviæ partem ſuæ fecerunt ditionis, eo tempore, cum Galli Romanum excuſſiſſent jugum. Hanc tamdiu in poſſeſſione habuerunt,

runt, donec à Normannis & Danis sede sua moveantur.

Initio septem Principum comiter observarunt Imperia, postea 7. Ducum, dein 9. Regum, qui se monarchas Frisiæ Orientalis, quorum Regia Urbs Stavern erat, vocabant. Septemtrionalis etiam suos habuit Reges & Duces, qui aulam suam in Medemblick habebant. Postquam autem illorum Reges viribus Caroli Magni cedere essent coacti, recti sunt Frisii per potestates more Italorum, qui tum fuerunt XVI. electi per libera populi suffragia, & hi mox erant annui, mox plurium annorum, quandoque perpetuum gerebant imperium. Postea Imperator in Frisiam Comitem vel Rectorem singulis quadriennii mittere solebat, qui gravioris momenti controversias decideret, ab illo nimirum tempore, quo potestatum potestas expiraverat. Erant tum temporis quædam Nobiles & potentes familiæ, quæ Frisiam factionibus suis sæpius turbarant, adeo ut ad ultimum, illa discordia graviorem libertatis jacturam secum traheret.

Tandem tam Nobiles quam cives, ipsique rustici libertatem denuo suam quadam jurium æqualitate inventâ recuperarunt, ita ut neminem superiorem, quam ipsum Imperatorem agnoscerent, cui exigente belli necessitate, auxilia militaria ferebant, tributis, uti alii vicini, nunquam onerati. Præter antiquas consuetudines etiam peculiares scriptas habuerunt Leges, quas vel à Carolo Magno receperant, vel confirmatas servarant.

Hodierni temporis talis Frisiorum status est; nimirum Frisia Occidentalis Præpotentibus Statibus unitarum Provinciarum unita est, suum tamen particulare Regimen & consilium habens, sicut etiam Gröningæ terra. Verum Frisia Orientalis suis regitur Comitibus, qui membra vocantur Imperii. Vid. de his Pontan. Belg. l. 2. Suffrid. de orig. Frisior. l. 1. Hameon. Frisia. Ubon: Emm. l. 8.

DIVITIÆ.

INcolæ hujus Regionis ex equis, tauris, butyro, caseo, cæspite, cepis, pecore, nummos suos colligunt.

VIRES

VIRES.

FRisia naturâ adeo munita est, ut omnibus sibi nocere volentibus satis resistere valida sit. Equidem undique illam aquæ interfluunt, & tam pediti quam equiti difficilem præbent aditum, accedunt fossæ undique terram dividentes, quæ etiam exiguo exercitui viam eundi intercludunt. Huic naturali præsidio etiam artificiale Frisii junxerunt, nimirum tormentorum, aliusque bellici apparatus copiam.

FRISIA OCCIDENTALIS.

MORES.

INcolæ territorii Sevenwolden, melius sunt tam animis quam corpore, ad arma dispositi, atque illi, qui per delicias, molliciem & inertiam contrahunt.

RELIGIO.

OMnis Occidentalis Frisia, ut & Groningæ status subest jurisdictioni spirituali Episcopi Ultrajectini, qui tamen non majorem ibi habet potestatem, quam reliqui Catholici, quibus nullum Religionis exercitium permissum est. Tantus autem hic Anabaptistarum, quantus in reliquis provinciis, numerus non est.

REGIMEN.

REgimen sive consilium Frisiæ Occidentalis Lewardiæ locum habet, quo per appellationem omnes causæ populi inter mare *Zuyderzee* & *Lauers*, habitantis devolvuntur, nimirum tam Civiles, quam criminales. Hæc pariter Urbs inservit conventui Deputatorum, qui eo à Statibus Generalibus ablegantur; constat ex 2. ordinibus, Nobilium & Civium.

DITIO GRÖNINGANA.

MORES.

INcolarum Gröningensium suaves sunt mores, civiles, placidi, ipsi laboribus dediti, omniumque scientiarum &

artium capaces, in vivendi ratione magnifici, ſplendidi, imperandi cupidi, præſertim pro defendenda libertate maxime ardentes.

RELIGIO.

REformatæ Religioni hic omnes habet addictos, quæ uti & in reliquis unitis Provinciis ſeveris colitur animis.

REGIMEN.

HAbet Groninga titulum Principatus, unde Principes ſuos ſumebant titulos. Verum hodie in Ordine Fœderatarum eſt Ditionum, ſuoſque ſibi Gubernatores, & Magiſtratus conſtituit. Magna ex longo tempore ab Imperatoribus nacta eſt privilegia, præſertim quod ejus ſubditi per nullum Principem & alios in jus vocari queant, niſi coram ordinario Groningæ Magiſtratu, neque ullæ à Senatu Groningæ conceduntur appellationes, Hunc 4. Conſules conſtituunt, & alii 12. Senatores, dicti Raetſluyden/qui 16. numerum abſolvunt. Hic Senatum de omnibus illis cognoſcit, quæ Urbem ſpectant, ut Capitaneos conſtituendi, prætores & alios Magiſtratus ordinandi: Legatos mittendi, verbo, de omnibus negotiis ad Rempub. ſpectantibus diſponendi. Singulis autem annis duos abrogant conſules. & 6. Senatores, & in illorum locum denuo novos eligunt. Habent porro aliud conſilium ex 24. conſtans, hos vocant Geſwoorene Raden vel juratos Senatores. Sunt adhuc in hac Urbe alii miniſtri, dicti Wacht-Meeſters / Quartier Meeſters / belli præfecti. Capitanei & alii. Omnes, qui Groningauæ ditioni ſubjecti ſunt, ſingulas res venales in Urbem tenentur deferre, neque permiſſum eſt peregrinis mercatoribus, butyrum, caſeos, equos, pecora, aliaque emere, priuſquam in tribus fuerint Urbis foris, & tributum rebus venalibus conſtitutum ſolverint, hocque ſub pœna confiſcationis mercium. Habet hæc Urbs poteſtatem cudendæ monetæ.

Cumque reliqui Friſii jure civili utantur, hæc Urbs ſua peculiaria habet jura, Legeſque & conſuetudines ſpeciales.

VIRES.

VIRES.

URBS Groninga armamentariis, quæ inſtructiſſimus armorum omnis generis apparatus commendat, valde eſt munita, addito, quod commodum defenſioni habeat ſitum.

Vid. de his parv. Infer. Germ. Renp. Emm. l. 1. Guicciard. Belg. Kempi l. 2.

FRISIA ORIENTALIS.

MORES.

EMbdanus populus civilis eſt in moribus, unanimis, audens, validus, armorum ſtudiis optimus. Olim quidem Principibus ſuis amore addictiſſimus habebatur, ſed hodierna exempla aliud videntur docere.

RELIGIO.

DItio hæc variarum Religionum nutrit aſſeclas, ut Lutheranos, Catholicos, Calviniſtas, Flaccianos, ita à Mathia Flaccio dictos. Qui in aula Comitis ſunt, ex parte ſunt Catholici, ex parte Auguſtani. Quantum ad ſubditos tam Nobiles, quam plebeos, illi Catholici & Lutherani ſunt.

REGIMEN.

HÆC ditio diviſa erat anno 1461. in diverſos exiguos ſtatus, inde de præcedentia dominis ſemper nata eſt controverſia. Ulricus Sircſenus, unus ex præcipuis & ditioribus hujus ditionis, illam in Feudum ab Imperatore Friderico III. acceperat, dictuſque eſt Comes Orientalis Friſiæ. Hac ratione paulatim controverſiæ æmulorum extinctæ ſunt. Ab illoque tempore ſuos Comites Regio habuit. Diviſa eſt in varia Regimina, ubi Gubernatores per Comites conſtituti agunt. Comes duo habet Regimina in ditione Embdenſi, unum in *Reiderland*, alterum in *Eemſland* & *Averledengerland*. Quantum ad Urbem Embdanam, quo ejus Comites locum tenentem vel Gubernatorem mittere ſolebant, qui in arce præeſſet, poſtquam pactum cum Comite

mite & Civibus, anno 1609. initum, illa jam ejus plane exempta est Imperio, & obsequio, & in protectionem unitarum Belgii Provinciarum concessit. Hinc Comiti natæ cum Hollandis inimicitiæ. Regitur illa Urbs per suos Consules & Senatores, qui alias ad beneplacitum Comitis eligebantur.

DIVITIÆ.

COmmunis est opinio reditus Comitis Frisiæ Orientalis ad triginta millia Imperialium accedere. Quod ipsius ditionis spectat divitias; certum est, quod portus Embdani commoditas magnæ sit utilitatis, quo omnes Angliæ, Norwegiæ, Daniæ, Belgii naves, appellere solent, & frumentum ex occidentalibus oris huc copiose adferunt, insignemque mercaturæ, locum faciunt. Salis hic est optima, aliarumque rerum præparatio; præsertim lactis, hordei, fabarum felix proventus, cujus copiam tam omnibus Uniti Belgii locis, quam vicinæ ministrat Germaniæ.

VIRES.

PRæter quod Embdani, egregia loca munita, aliaque ad bellum necessaria, & præsidium certum in hominum habeant multitudine, majus tamen securitatis & salutis suæ fulcrum in unione Fœderatarum ditionum positum habent, cujus vigore omnia à Belgis certissima sibi polliceri possunt præsidia. Ita cum hæc Urbs exercitum Tillii præfecti Cæsareis copiis metueret, à Belgis 16. millia præsidiarii accepit militis, cum 28. tormentis. Inde facile licet colligere, quantis hæc Urbs polleat divitiis.

ULTRAJECTUM.

MORES.

QUi in hac ditione vivunt homines, naturali propensione animosi, & bellicosi sunt. Ultrajectenses ob morum civilitatem & affabilitatem, industriam & vigorem animi præ reliquis valde commendantur. Papa Hadrianus 6. huic loco Natales suos debet. Reliqui, qui hos proxime accedunt, sunt facundi, musicæ amatores. Severa Theologorum

Digitized by Google

gorum cenſurâ. Ultrajecti, exercitia corporis interdicta ſunt, ne ſub hujus prætextu ſaltationes inſtituerentur, quæ in publicis ſolennitatibus ſub graviſſima pœna interdictæ ſunt. Magnus hic eſt Nobilium confluxus, qui ad Gallicum morem ſplendide vivunt, & in ſolennia nuptiarum magnos faciunt ſumptus.

RELIGIO.

NUllum Ultrajecti, pariter ac aliis locis aliud Religionis exercitium toleratur quam Reformatæ & Anabaptiſtarum confeſſioni conforme. Sunt tamen nihilominus ibi locorum quam plurimi qui Catholicam profitentur confeſſionem. Auguſtanæ confeſſioni addictus hic etiam, ſed rariores publice docentes invenis, Arminianis publicæ conciones non ſunt permiſſæ, qui exigua ibi fruuntur libertate.

REGIMEN.

STatus Epiſcopi Ultrajectenſis adeo quondam potens fuit, ut ejus Princeps in aciem 40000. armatorum producere valeret. Verùm cum ultimus Geldriæ Dux Carolus ad incitas Epiſcopum Ultrajectenſem redegiſſet, & præſertim Henricum Bavariæ, cui magnam Ultrajecti partem abſtulit; Epiſcopus ad ultimum in Caroli V. ſe permiſit tutelam, ipſi dominium temporale deferens, tam Ultrajecti quam Tranſiſulanæ ditionis anno 1527. ſibique tantum ſpiritualem cum reditibus reſervavit juriſdictionem.

Poſtea anno 1528. facta cum Duce Geldriæ pace, Comes *de Hoochſtraet*, tanquam Gubernator Hollandiæ omnem hujus Status occupavit poſſeſſionem. Subſequenti tempore, ditio hæc juncta fuit unitis Belgiæ provinciis, quas inter quartum tenet ordinem. Eſt præterea Ultrajecti conſilium Provinciale, conſtans ex præſide, 9. Conſultoribus, uno Advocato Fiſcali, uno Procuratore generali, unde appellationes Hagam devolvuntur. Quatuor etiam hic ſunt Mareſchalli, qui in improbos animadvertunt.

TRANS-ISULANIA.
REGIMEN.

Hæc ditio ad Episcopum Ultrajectinum quondam spectabat. Sed anno 1527. Henricus Bavarus Episcopus Ultrajectinus ejus temporale dominium, uti & Ultrajectinum Carolo V. concessit. Postea anno 1549. ejus filius Philippus receptus est hujus ditionis Princeps, à qua suum accepit titulum. Hæc autem loca omnia sub unionem Fœderatarum Provinciarum redacta sunt, & septimum constituunt ordinem.

RELIGIO.

ERat Episcopo Ultrajectino quondam jurisdictio (ut Vocant) Spiritualis super hac Provincia, quâ se sub Rege Philippo 4. abdicavit, illamque Episcopo Daventriæ concessit. Exercetur Religio Catholica in Oldenzeel quamvis reliquis locis non nisi Reformatæ Religionis confessio sit libera.

RATIO STATUS FOEDERATARUM PROVINCIARUM.

Hæc in hoc principali consistit fulcro, ut libertatem suam tam contra externos omnes hostes, quam internos factionum motus inviolatam conservet & tueatur. Ad hanc autem sartam & integram omnibusque modis inviolatam, tam stabiliendam, quam ad posteros transmittendam, duo prçcipua humani animi & hujus status bona maxime habet necessaria, illa sunt concordia Civilis & mutua utrimque animorum conjunctio, tum vero vicinorum Regnorum & Rerumpub. quæ potentia & auctoritate hodie florentissimæ sunt; arctissima fœderum fide inita amicitia. Ex his præcipuis aliæ fluunt; scilicet, ut libera maris ubicunque Hollandis sit navigatio, & mercaturæ exercendæ inconcussa libertas, 2. ne unius alteriusque fœderatæ ditionis vel civitatis potentia, invidendis rerum incrementis eo excrescat, ut aliis affectati in reliquas Imperii suspecta esse possit. Accedit & hoc, ut omnes in hunc

statum

ſtatum, Principum prætenſiones, juriumque allegationes, quæ in communis liberatis, qua populus gaudet Fœderatus, vergere poſſent præjudicium, in herba ſuffocentur, & extinguantur.

JUDICIUM POLITICUM DE REPUB. BELGII FOEDERATA.

CUM Tacitus Principes mortales, Reſpublicas vero immortales vocet, non incommode de Belgicæ Reipub. duratione, & (ſi fas mortalibus eſt dicere) immortalitate hic quæri poteſt.

At ſane, ut de his certius aliquod ex mente magnorum virorum judicium feratur, ut in aliis naturalibus corporibus cauſſæ generationis, quæ illa durabilia vel facile diffluentia reddant, quæri ſolent; ita non immerito principia & fundamenta noviter conſtitutarum Rerumpublicarum, ex quibus natæ ſunt, moxque adoleverunt, curatius inveſtigare neceſſum eſt.

Firma & durabilis hujus Reipub. erit felicitas, cui naſcituræ juſtitia obſtetrix fuit, modo iiſdem artibus conſervetur quibus parta eſt.

Belgicæ Fœderatæ Reipub. fundamenta poſuiſſe juſtitiam, jam univerſo Orbi ſatis notum eſt, poſtquam graviſſimum an vero magis iniquum Hiſpanici Imperii jugum fortiter excuſſit, ſeque in avitam, nullique antea ſubjectam libertatem animoſe vindicavit. Atque hæc tam perſpecta juſtitiæ cauſſa, omnem primo perpetuitatem huic Fœderatæ promittit Reipub.

Hanc etiam ſpondere videntur externa præſidia, in vicinorum, præſertim Angliæ adhuc nuper arctius inito fœdere poſita, cui ut unitis Provinciis, æque ſuſpecta & exoſa eſt dominatio Hiſpanica, non niſi in utriuſque exitium excubans.

Accedunt domeſticæ opes, quæ tam in privatorum immenſis divitiis, quam impigra ſpectantur induſtria, promittentes quod nihil facile huic Reipub. defuturum ſit.

Si etiam ratio munimentorum habeatur, quibus partim natura, partim ingenioſa naturæ imitatrix ars, hanc ſepſit Remp. ut ſunt Maria, fluminaque ubique navigabilia, non niſi perpetuitas ipſi tribui poteſt. Neque

Neque falsam ejus spem facit exemplum vicinæ Helvetiorum Reipub. quæ iisdem munita naturæ præsidiis; etiam adversus potentissimos se tuetur Principes. Neque minora modus Regiminis divinare permittit, qui ita constitutus, ut omnibus & singulis Provinciis sua constet cum libertate propria & summa auctoritas.

His positis, non habebit satis fundamenti Cardinalis Bentivoglij hac de Repub. judicium, qui eandem in Relationib. suis de duratione Reipub. Batavæ movit quæstionem, & negativam his rationibus tuetur sententiam.

Quod omnis libertas licentiam, & hæc inæqualitatem adeoque singularis sive unius Imperii pariat desiderium, quemadmodum Romani post expulsos Reges amplissima usi sunt libertate, dein inæqualitate ordinum inter se commissi, postremo iterum sub unius nempe Cæsaris venerunt dominationem.

Verum hoc exemplum accurate non quadrat ad hanc Rempub. Nam illa nata & constituta Reipub Romanæ formâ æqualitati ordinum non satis erat provisum, quod in hac Repub. locum non habet,

Quod supremi Gubernatoris nimia sit auctoritas. At hæc magna quidem olim, vix talis hodie, ordinum vero summa est.

Quod incredibiles & pæne immensi bellorum fuerint sumptus. Sed nullibi quam in Belgio melius expensum sumptui fertur, & vix in alias oras tantas natura & industria congessit opes, quam in unitum Belgium, cujus æmulus Hispaniarum Rex, jam ipse viribus est attritus & ideo minus nociturus.

Quanquam & secundum ejus objectionem Hollandia reliquis sit potentior, ideo Illius in reliquis metuendum sit Imperium, attamen quoad res fœderis curandas unicuique Provinciæ eadem summæ auctoritatis vis est.

Neque obesse potest communi statui diversitas Religionis, quin potius concessa in Religione dissidentibus, conscientiæ (quam vocant) libertas, gratam ideo Reipub. formam facit, in qua tam commode libereque vivere possunt omnium locorum peregrini. De ingenio Belgarum Famian. Strada dec. 1. 6. ita sentit: *Male apud Belgas*

terrore

terrore veneratio comparatur. Carol. V. hoc tulit de Belgis judicium: *Nulli sunt populi, modo paterne habeantur, qui servitutis nomen magis execrentur, magis patiantur.* Supra dictus auctor lib. 9 porro ita dicit. *Sic est: Belga mollibus plerumque remediis, melius sanatur, contra vim pervicax obnititur, sequiturque facilius, quam ducitur.* De Belgio, citato lib. hoc testatur. Cum mari facile comparares Belgium, ad quod undique locorum tam vâria Nationum agmina, tanquam amnium nomina confluunt.

LIBER

LIBER OCTAVUS,

EXHIBENS REGNORUM

EUROPÆ

SEPTEM-TRIONALIUM DESCRIPTIONEM,

ET

QUÆ IN ILLIS SUNT, POPULORUM MORES, STATUM RELIGIONIS, STATUM POLITICUM, SERIEM REGENTIUM, REDITUS, DIVITIAS, ET VIRES, PRÆTENSIONES, RATIONES STATUS, ET SIMILIS ARGUMENTI ALIA, SECUNDUM

PUBLICA DOCUMENTA RECENTIORUM ET PROBATISSIMORUM AUCTORUM.

DE-

Digitized by Google

DESCRIPTIO

REGNI DANICÆ; MORES DANORVM VETERES.

VETERES Cimbri olim vagus erat populus, qui usque ad paludem mæoticam armis est grassatus. Validi & valde erant strenui, magnumque sibi acquisiverunt nomen, cum Italiam peragrassent, & ubi cum Theutonibus usque in Galliam perrexissent. Ex annalibus videre est, illorum Reges 18. vicibus domuisse Irlandiam, decies vero Angliam, ipsis Scotiam homagium præstitisse, Saxoniam ipsis quinquies fuisse tributariam: Sclavos 24. vicibus ab illis esse devictos. Suediam, & Gothiam illos diversis temporibus pro suis accepisse dominis, post habita 18 gravissima prælia.

Priscis temporibus suas secum in bella fœminas ducebant, pedibus nudas & Zingulo coreaceo cinctas. Illæ per exercitum mediæ ibant, strictos gladios in manibus gerentes, tum impositis in navem, quæ ducebant, mancipiis, cum illos in sublimem ascendebant montem, sanguineque miserorum effuso, præsagia belli divinabant, reliqua exta occisorum inspiciebant, victorias ex illis concludentes. Veteres Dani & Saxones annorum suorum initia secundum maris fluxum & refluxum ordiebantur. Duella pro honore & amore matronarum inire, hacve ratione suas probare vires, in decora ponebant consuetudine. Horum documenta vid. ap. Tacit de morib. Germ. Strab. l. 7. Saxon. Gram. hist. Dan. Scalig. Isag.

MORES DANORUM RECENTIORES.

HOdierni Daniæ incolæ præsertim septentrional. Jutiæ frigidi robusti & sicci, magni & pulchri, callidi & in suis negotiis circumspecti sunt. Adhæc Natura superbi, magnique sui æstimatores, gulæ nimium addicti, valetudinis autem firmæ, & ideo longævi.

In moribus suis severi & austeri, & quod calore nimio

Digitized by Google

abundent, ad rixas & contentiones faciles, periculis se exponunt, peregrinationes, & venationes amant. Opiniones suas tenaciter defendunt, Linguarum peritiam summopere sectantur, literisque assidue vacant, in quibus ex Equestri ordine illustres habuerunt eruditionis gloria viros. Liberos multos habent, illorum autem mulieres, quamvis valde fœcundæ, difficulter pariunt; Quæ pulchræ, sed avaræ sunt, parce vivere optime norunt, Quidam in hac sunt opinione, quod in hac Regione, monachus primam invenerit machinam ignivomam. Norwegi simplices sunt, & peregrinos amant, illosque bene accipiunt, nec ullis obnoxii sunt latronibus, vel furibus, aut aliis scelere inquinatis.

Islandi in eodem cum pecoribus degunt loco, simpliciter admodum vivunt, nec aliud quicquam quærunt, quam quod Natura homini ultro concesserit; parvo igitur & parabili victu contenti agunt, montes præ Urbibus incolunt, fontes in deliciis habent. Angli illorum terras sæpius accedunt, propter ingentem, quæ ibi fit, piscium capturam. Facta Veterum memorabilia versibus exprimunt. Piscibus fere tantum vivunt, quos durant, postea in farinam velut redigunt, illisque loco panis utuntur.

Qui vivunt delicate, pane bis cocto vescuntur. Pro potu aqua sitientibus sufficit, ditiores lac bibunt. Sed hodie frumentum eo aliunde advehitur, & magis nunc ad palatum, quàm antea vivunt. Lubecenses, Hamburgenses, Rostochienses ipsi advehunt farinam, cerevisiam, vinum, pannum, lanas, ferrum, chalybem, aurum & argentum, aliaque multa.

STATUS RELIGIONIS.

POstquam Fridericus 1. Rex Daniæ electus, & in Regale solum Christiani 2. constitutus esset, primus Augustanam D. Lutheri confessionem in hoc introduxit Regnum. Quantum ad ceremonias Veteres Ecclesiasticas, illæ in pristino more servatæ sunt.

Sunt Daniæ sui Episcopi, ut ille de Roschild, Odensée Sleswick Rype, Wiburg.

Christianus Tertius, cum Reformatis Hollandis, Anglis. Scotis in Regno quædam habendi templa libertatem dedisset, ibi quoque pedem nonnulli ex his fixerunt. Pontificiorum

ciorum pariter, ibi quidam reperiuntur, ſed qui in occulto ibi vivunt, ſuiſque privatis clam interſunt Sacris.

REGIMEN CIVILE.

REgnum Daniæ à Regibus monarchica potius forma, quam Ariſtocratica regitur, quanquam Statuum auctoritas & poteſtas magna ſit, qui Chriſtiernum Regem quondam uſque ad mortem captivum detinuerunt, propter exercitam nimiam crudelitatem. At vero hoc non obſtante exemplo, maxima tamen Regis eſt auctoritas. Sunt quidam, qui Regi Daniæ ſupremam in Regno denegant poteſtatem quod Daniæ Nobilium Ordo coronationem Friderici Anno 1559. menſe Auguſto impediverit, uſque dum ſolenniter juraſſet, quod Nobilem, ad mortem condemnare abſolutâ auctoritate non poſſet, ſed quod à Senatu debeat judicari. Quod omnibus Nobilibus jus vitæ & necis, in ſuos ſubditos ſine ulla appellatione competere deberet. Quod Rex officia Regni ſine Senatus conſenſu diſtribuere nollet.

Cæterum Rex titulo Feudi ab Imperatore Germaniæ partem Ducatus Holſatiæ tenet, eadem quoque conditione antiquitus terram Danicam tenuit, quæ non niſi ſimplex erat Ducatus, cum ejus nomine Canutus Dux, Imperatori Lothario homagium præſtaret. Poſtea Fridericus primus Imperator gladium cum corona Petro Daniæ miſit, ipſius Ditionem in Regnum eligens, cum conditione præſtandi Imperatori, juramenti. Subſequentibus tamen annis, Reges Daniæ hujus homagii diſpenſationem impetrarunt.

Regnum Daniæ Electitium eſt, neque Reges, per ſucceſſionem Regalem conſequuntur, dignitatem; licet Filii Regis, ejuſque proximi agnati in ſucceſſione reliquis præferantur ut plurimum.

Coronationis ſolennia Hafniæ peragi ſolent. Regem Epiſcopus Roſchildi ungere conſuevit, jurantem, ſe velle Leges Regni ſervare, Chriſtianam defendere Religionem & juſtitiam reddere, coronatio à Senatoribus peragi debet, qui Regi juramentum fidelitatis præſtant.

Omne autem Regnum diviſum eſt in 184. Regimia dicta Hæretz.

Quinque ſunt hominum in hoc Regno Ordines.

Primus eſt Principalis Familiæ, ſecundus Nobilium. Inter Nobiles autem tituli Comitum & Baronum quondam non inveniebantur, nec quicquam illi gentilitiis ſuis imaginibus addere ſolent, quod infra dignitatem ſuæ Nobilitatis eſſe judicant. Illi ſua poſſident bona cum maximâ, mediâ & minimâ juriſdictione.

Omnia tam Patrum, quam matrum bona mobilia & immobilia inter utriuſque Sexus liberos æqualiter dividuntur; ita tamen, ut frater duas capiat partes, & ſoror unam.

Ex ordine Nobilium Senatores Regni eliguntur, qui nunquam 28 numerum exceſſerunt. Regnum illis ſuſtentationem præbet, & quilibet eorum quam primum ſuum aggreſſus eſt officium, ac in illo perdurat, ſuam arcem habet, nec quicquam inde Regi ſolvit, tenetur tamen tempore belli certum equitum alere numerum, illumque ad Regis nutum paratum habere.

Inter alia Regni Daniæ ſtatuta hoc etiam eſt, quo Regi licitum non eſt, à Nobilibus territoria emere, ne inter Regem & Nobiles aliqua oriantur diſſidia.

Nec Nobiles à ruſticis, immediatè Regi ſubjectis, bona ſibi poſſunt acquirere. Equidem quidam ruſtici bona habent hereditaria, planeque libera.

Tandem Regi permiſſum non eſt, quicquam Regno imperare vel ſubditis Nobilium, ſine expreſſo Senatorum conſenſu.

Præcipuæ Danicæ Nobilitatis familiæ ſunt, Illa Ranzoviorum, Kaas, Guldenſtern, Munck, Roſenkrantz, Gubbe, Walkendorp, Brahe, Schram Paſberg, Hardenberg, Uiſtandt, Billg, Beloun, Wipfert, Goce, Schefeld, Schelen, Freze, Jul, Bilde, Dreſſelbergh, Green, Brockenhuſen, Holke, Trolle, Knutzen, Biorn, Seſtede, Jenſen, Stuege, Mattieſſen, Lunge, Banner, Luck, Raſtorp, Kruſen, Faſſi, Lindeman, Suuon, Santbeke, Quittoun, Lange, Gelſchut, Glanbeke, Crabbe, Marizet, Kragge, Achſel, Beck, Ruthede, Negel, Witfelt, Split, Otren, Appelgard, Jvenan, Podeſſen, Reuter, Podebuſſen, qui olim Barones fuerunt Ducatus Pomeraniæ, Uren, Blick, Galle, Wogerſen, Baſſi, Solle, Daac, Bax, Baſelich, Wenſterman, Hoken, Lindow, Bille, Ruten, Hundertmarck, Heiderſtorper, Wolde, Papenheimb,

heimb, Gram, Falſter, Narbu, Worm, Bilde, Bockwolt, Budde, Swaben, Santbarch, Span, Lutken, Uhrup Spegel, Bammelberg, Roſenſpart, Dune, Hube, Shawgard, Muſt, Gris, Falcke, Brune, Laxman, Duram, Baggen, Norman, Goſſ, Maure, Roſengard, Totten, Ronnoun, Krumpen, Alefeld, Reventlouw, Walſtorp, Pogwiſch, Blom, Sturen, Krumdick, Meinſtorf, Suinen, Staken, Brocktorp, Breiden, Heſſen, Qualen, Vonsflet, Ratlow, Wenſin, Dam, Vantinnen, Hagen, Holer, Pleſſen, Gadendorp, Wittorp, Hœcken, Otten, Hojer, Uken, Mœten, Magnuſſen, Jvenſen, Kereberg, Stove, Kraſſenbreck, Ritzerow, Vojen, Hacken, Harberger, Penſen, Grabow, Lancken, Siverſen, Kocler, Leven, Paiſen, Peterſen, Anderſen, Johenſen.

Tertius Ordo Clericorum eſt, cum VII. Epiſcopis; ſunt illi nimirum Archipræſul Lundenſis & Epiſcopi Roſchild, Ripenſis, Othonien, Wiburg, Arhuſiens & Sleſwicenſ. comprehendens etiam Canonicos. Hi decimas Regni habent, quæ ſecundum Provincias diviſæ ſunt. Epiſcopi dimidiam partem, alteram Rex percipit.

Nominatio Prælatorum omni tempore ad Regem ſpectabat, conſtituitque Chriſtianus III. ne ſine conſenſu Regis Eccleſiaſtici quicquam venderent.

Quartus Ordo Civium, & mercatorum, Civitates incolentium, eſt. Hi peculiaria ſua habent privilegia, quibus gaudent, ſuos etiam particulares fundos, & præſidem unum, plerumque ex Nobilibus.

Quintus Ordo eſt Ruricolarum, qui duplicis ſunt generis, quidam illorum vocantur Freybunden, hoc eſt, liberi, qui fundos hereditarios poſſident, & ab illis certum ſingulis anni vectigal ſolvunt. Præter hoc nihil in publicum pendunt, niſi ex auctoritate & decreto Senatus.

Reliqui nulla hereditaria poſſident bona, ſed illa à Rege & Nobilibus, vel etiam ordinis ſacri Dominis conducunt.

Ex ordine Equeſtri præcipui eliguntur Regis miniſtri, ut magnus Aulæ magiſter. Hic plerumque Hafniæ eſt, vicem Regis tenens, Mareſchallus, Duo Cancellarii, 1 Regis, 2. Regni, 2. Secretarii unus rebus Danicis Nobiles, alter Germanicis præeſt. Ammiralis, ſive ſupremus Maris Prætectus, ærario præfectus, cum Vice Ammirali, cui rei maritimæ cura

ommissa est, culibet navi Capitaneus ex Nobili stirpe n est.

Ad Cancellariam Regni omnes Insularum appellationes a cedunt, à qua ad Regem itur, judicia primum instituuntur apud judicem districtus, tum ante judicem Regiminis, post apud Cancellarium, & ultimum apud Regem & Regni Senatores, qui decisivam ferunt sententiam. Quodsi primi judices sententiam tulerint iniquam, in pœnam, mediam bonorum partem perdunt, ex qua mediam partem Rex, reliquam læsa pars accipit. Cancellario, qui curiam plerumque sequitur, adjuncti sunt 7. vel 8. Nobiles à Secretis, omnia vero negotia à Rege deciduntur, qui Consilium urgente aliqua necessitate convocat. Est autem Danis scriptum jus per Valdamarum, & Episcopos Senatoresque Daniæ introductum. Fidem modo dictorum vid. ap. Bodin. Rep. l. 1. c. 9. Helmond. Histor. Sclav. Petr. Mont. in Merc. Atl.

DIVITIÆ.

CErta multis hæc est opinio, quod Reditus Regis Daniæ ex omnibus ejus ditionibus vectigalibus, bonis Ecclesiasticis, aliisque provenientes ad summam 600. millium Imperialium accedere. Media autem augendi illos extra ordinem alia non habet.

Quantum ad peregrinos, illis vectigal liberi itus augeri nequit, quod peculiaria habeant privilegia, sibi per pacta à Rege concessa. Inter Danicos Cives pauci sunt, qui divitiis magnis pollerent, quod illæ à Nobilibus plerumque possideantur. Principales Daniæ reditus, ex telonio navibus, quæ Sundam transeunt, imposito, tum ex taurorum vectigali quorum ingens numerus singulis annis in Hollandiam & vicina Germaniæ loca evehitur, colliguntur.

Quod telonium navium in freto Sundæ spectat, communis in Hollandia vox est, quod omnis mercatoria navis illam transiens pro singulo malo nummum aureum illis Rosenobel. valoris 4. imperialium solvat. Observatum ergo est quandoque unius diei spatio 200. 400. & 6000. naves Sundam transivisse. Quod si facta dierum æqualite solum 200. in diem pro 2. malis solvant naves, evadat numerus 1168. millia librarum: pro Vectigali autem taurorum, ubi

pro

pro quovis imperialis ſolvitur, colligitur circiter 50. mill. ſumma.

Locus Wardhus etiam notabilem nummorum fert ſummam, ex illo tempore, quo Angli mercaturam in Calmigraff cum Ruſſis exercere occœperunt.

Neque parvi illi ſunt habendi reditus, qui ex captura piſcium proveniunt, ut & hordeo, butyro, lardo, carne, coreo, tauris, aliiſque uſui neceſſariis rebus. Hæc leguntur apud Bert. Rer. Germ. l. 3. &c.

VIRES.

PAuci Danorum reperiuntur, qui peregrina caſtra ſequerentur, neque defendendis locis reperti ſunt idonei, quamvis corpore validi, & virium robore pollentes ſint; quod nimis commode vivere ament, igitur terreſtri militiæ parum ſunt idonei.

Præcipuæ Regni Vires in claſſibus maritimis ſpectantur, numeroque in belli uſum munitarum navium. Teſtantur Hiſtoriæ, quod Chriſtiernus II. ad petitionem Henrici II. Regis Gall. in Scotiam contra Anglos claſſem centum navium miſerit. Neque hic, vel etiam major illarum numerus hodie Regno deeſt, cui ſi pares ærarii vires jungantur, cum ſubditorum probata fide & alacritate; nullum dubium eſt, Regnum Daniæ, contra vicinorum etiam potentiorum ingruentem vim ſecurum fore.

SERIES REGUM DANIÆ.

PRimi Daniæ Principes, ortum ſuum traxerunt à quodam Humel, ſive Huml, qui primus in Cimbrica Cherſoneſo imperavit, ſine facta certi temporis ab authoribus determinatione.

DAN filius Humel, nomen indidit Cimbricæ Cherſoneſo.

LOTHIR, ejus filius ipſi fuit ſucceſſor, poſtea Skiol Gram, qui à Norwegis interfectus eſt.

HADDING, filius Grami.

FROTON.

Haldan, filius Frontoni, qui duos habuit filios, dictos *Rhoé* & *Helgo*.

Rhoe occisus est per Hodbrod Sueciæ Regem.

Helgo, Suecos subjugavit.

Rolfo, occisus est in media nuptiarum festivitate, translatumque est Regnum Daniæ in Suecos tempore Attilæ.

Biardo, Rex Daniæ & Sueciæ.

Hotbere, filius Attilæ Regis ejusdem Regni.

Roric, sub quo Suecia defecit.

VViclet,

Bermund,

Uffo,

Dan Secundus.

Huclet, ejus filius.

Froton II. filius Huclet.

Dan Tertius.

Friedleff subjugavit Norwegiam ex illaque Ducatum fecit.

Froton III. Norwegos rebellantes domuit.

Hiar filius *Froton*.

Friedleff Secundus.

Frotton Quartus.

Jagello filius *Frotonis*.

Olaw.

Heroldus vel *Haraldus*, filius *Olai*.

Frotton Quintus, filius *Heroldi*.

Haldan Secundus, ejus filius.

Haraldus Secundus, occisus est per Ericum, Regem Sueciæ.

Haldan Secundus, frater *Haraldi*, à Suecico Imperio Daniam liberavit, capiensque Regem Ericum Sueciam oppugnavit.

Unguin, Rex quamvis Gothicus, per testamentum Aldani dictus est Rex Daniæ.

Sigar vel *Siward*.

Heldanus IV.

Haraldus Tertius.

Olaus II. natus ex filio Hather Rege Norwegiæ.

Siwardus Secundus.

Digitized by Google

Buchleus, frater *Siwardi.*

Jarnieric, filius *Siwardi*, Jutlandiam recuperavit.

Brodar, filius *Jarnierici.*

Siwardus Tertius.

Snyo, filius *Siwardi.*

Bior.

Haral Quartus.

Gormo.

Gotric, tempore Pepini, patris Caroli Magni, floruit, occisus est anno gratiæ 810.

Olaus Tertius, filius ejus.

Hemming, filius *Olai.*

Siward, cum Rex esset Sueciæ, electus est Daniæ Rex.

Regnerus, filius *Siward*, anno 826. Baptismum cum uxore sua, aliisque Danis suscepit, quod æmulum Regni Heraldum haberet, exinde à Germanis suppetias sperans, verum cum Regni vana spe laboraret, cultum idololatricum iterum suscepit, ultimùm in Irlandia captus obiit.

Siward, ejus filius baptizatus sub Ludovico Pio.

Ericus Secundus.

Ericus III. minimus Rogeri filius.

Canutus filius *Erici*, ut esset idololatra, Christinam abnegavit Religionem.

Froton Quintus, iterum Christianus factus.

Gormo Secundus, filius *Frotonis.*

Haraldus Sextus, Christianus Religiosissimus.

Gormo Tertius, tempore Henrici I. Imperrtoris.

Heraldus VII. filius *Gormo*, se primus cum suo filio Suenone Imperatori Othoni I. submisit, Christianam suscepit Religionem circiter anno 948. & obiit, anno 980.

Suenon, susceptorem ex Baptismo Imperatorem Othonem habuit, dictusque est Suenothon, póstea Christianam abnegavit Religionem, patrem vitâ & Imperio privavit, Angliam armis postea invasit, illamque sibi parere coëgit. Secundâ iterum vice pœnitens à paganismo ad Religionem Christianam rediit, tumque Adhelardus Episcopus Hamburgensis nonnullos in Dania Episcopos ordina-

it, qui Danos in Religione Christiana firmarent. Decessit dein vitâ Suenon anno 24. Regni. Anno Christi 1004.

Canutus II. dictus magnus, filius Suenonis, obsedit Sueciam, Angliam, & Norwegiam obiit an. 1036.

Canutus III. factus Norwegiæ Rex post obitum Suenonis fratris. Hic per vitam Angliæ & Daniæ Imperio præfuit, obiitque anno 1045.

Magnus, filius S. *Olai*, Norwegiæ Regis, Rex Daniæ factus, obiit, ungala calcitrantis equi ictus.

Suenon III. filius sororis *Canuti*, Magno successit, & sine liberis decessit, 9. filios adultos habuit, obiitque Anno C. 1074.

Haraldus, filius natu maximus Suenonis, post illum 2. regnavit annis, & obiit anno 1076.

Canutus IV. ejus frater, cognomento sanctus, ab Irlandis in templo occisus.

Olaus, Obiit anno 1095.

Ericus IV. *Olai* frater, in itinere Hierosolymitana obiit an. 1102.

Nicolaus, filius Suenonis III. filiam Regis Sueciæ magni uxorem habuit, fuit etiam Rex Sueciæ. Dani contra ipsum Ericum Regem eligebant, qui sæpius alterum superavit, postea per Nicolaum victus est, quem & tandem Slesvicenses occiderunt anno 1135.

Ericus V. post ejus Obitum, Imperium suæ fecit Potestatis, post decursum 4. annorum, interfectus est Anno 1139.

Ericus VI. ex Rege, monachus factus anno 1149.

Suenon, filius *Erici* V. In Regem ab Imperatore Friderico Barbarossa coronatus, compulsus est in Germaniam fugere per Canutum & Waldemarum, qui titulos Regis usurpabant. Sed meliore fortuna Regnum iterum indeptus, Canutum mori fecit an. 1156. Ipse dein per Waldemarum in bello occisus anno 1157.

VValdemarus I. Domitis Sclavis, ipsis Religionem Christianam imperavit. Obiit anno 1182. cum vivens coronam filio Canuto anno 1171. procurasset.

Canutus V. Heraldum Sueciæ superavit; 18. annis regnavit, obiit anno 1002.

VALDEMARUS II. primus Danorum & Vandalorum

lorum Rex Hamburgum & Lubecam ſuo adjecit Imperio, poſtea Rex factus Revaliam in Livonia fundavit, obiit partis rebus perditis anno 124[illegible].

ERICUS VII. filius VALDEMARI II. cum patri ſucceſſiſſet, occiſus eſt per fratrem ſuum Abelem, qui ipſum in mare jaciendum mandavit anno 1250

ABEL fratricida, in bello contra Friſos obiit, manu ruſtici anno 1252.

CHRISTOPHORUS Primus, dictorum frater, in bello, quod contra Comitem Holſatiæ habuit, captus obiit anno 1268.

ERICUS VIII. filius CHRISTOPHORI. Valdemarum, Ducem Sleſwici, vicit, poſtea à ſuis occiſus

ERICUS IX. ejus filius filiam Regis Sueciæ uxorem duxit, obiit anno 1321.

CHRISTOPHORUS II. Frater Henrici. Rugiam Imperio acquiſivit, Roſtochiumque feudi titulo Ducibus Meckelburgicis dedit, dejectus Regno per Comitem Holſatiæ, poſtea reſtitutus, obiit anno 1333.

WALDEMARUS III. filius CHRISTOPHORI II. Fratri ſuo Otoni Jutlandiam dedit, infelix fuit in bello contra Urbes Vandalicas, perdidit Inſulam Schonlandiam & Hafniam, ipſiſque per 16. annos caruit, obiit an. 1375.

OLAUS, filius Margarithæ, filius Waldemari III. matris votis Rex Daniæ, adhuc juvenis electus, cujus mater tutelam Regni habuit, Filio autem in juvenili ætate extincto, Regina Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ fuit, quæ Ericum Ducem Pomeraniæ anno 1412. ſucceſſorem elegit.

ERICUS X. Rex factus Daniæ, Comiti Holſatiæ Jutlandiam anno 1428. adēmit, cum imperaſſet 26. annos, remiſit anno 1439. imperium.

CHRISTOPHORO III. Duci Bavariæ, qui etiam Sueciæ Rex & Norvegiæ fuit, & ſine liberis deceſſit, anno 1448. Regni anno X.

CHRISTIANUS I. Comes Oldenburgicus & Delmenhorſt ſucceſſit, Ducatum Sleſwicenſem Regno Daniæ iterum conjunxit, Diuturna cum Suecis geſſit bella, qui ſæpius rebellabant. poſtea fratrem ſuſpectum habens, ipſum Ducatu Sleſvicenſi exuit, filium ſuum Joannem Imperio deſtinatum coronari fecit, cui filiam Electoris Saxoniæ uxorem conciliavit, poſtea an. 1481. obiit. JOAN-

Joannes, Rex patriſque declaratus ſucceſſor, reliquit Norwegiam Friderico regendam, Suecos bello adortus, ſed infelici ſucceſſu, paulo poſt ann. 1313. vita deceſſit.

Chriſtianus II. filius *Joannis*, patri ſucceſſit, ſororem Caroli V. Imperatoris Elizabetham ſibi matrimonio junxit, poſtea Regno exutus, propter tyrannidem, illudque recuperare cupiens, per Danos eſt captus, & in carcere vitam terminavit, Fridericus I. Rex Daniæ & Norwegiæ Dux Holſatiæ, patruelis Chriſtiani II. in ejus locum electus erat Rex anno 1523. Hic Lutheri Orthodoxam amplexus eſt Religionem, & imperavit uſque ad annum 1535.

Chriſtianus III. filius Friderici ex uxore ſua Dorothea, filia Ducis inferioris Saxoniæ quinque habuit filios, puta Fridericum in Regno ſucceſſorem, magnum, qui in Lovonia Epiſcopus fuit, Joannem & duas filias. Obiit an. C. 1559. regnavit 24. annos.

Fridericus II. ejus filius ipſi ſucceſſit; qui primum rebelles Ditmarſos ſubegit, poſtea bellum Erico, Regi Sueciæ, mari & terra intulit, ipſumque anno 1565. devicit, Duxit in uxorem Sofiam, Ulrici Ducis Mekelburgenſis filiam, ex qua Chriſtianum IV. ſuſcepit, obiit an. 1588. cum annos fere 55. vixiſſet, regnaſſet 29.

Chriſtianus IV. undecim tantum annos natus patri in Regno ſucceſſit, ſibi matrimonio junxit an. 1597. Annam Cathrinam, filiam Joachimi Friderici Marchionis Brandeburgici, & ſororem Joannis Sigiſmundi Electoris Brandeburgici, ex qua ſuſcepit Chriſtianum V. deſignatum Regni ſucceſſorem, & Fridericum Archiducem Holſatiæ, qui hodie feliciter Rei ſummæ præeſt.

Defuncti autem B. M. Chriſtiani IV. ingens fuit Virtus, qui ſummâ cum prudentiâ Regnum adminiſtravit. Bellum an. 1611. contra Carolum 9. Regem Sueciæ movit, caput dein fuit Unitorum Statuum contra Imperatorem & Regem Hiſpaniæ, ultimum navale prælium ipſe præſens cum Suecis fortiter geſſit, pauloque vitâ cum Imperio functus. Fuit Princeps pace belloque omnibus virtutibus Illuſtris, qui Regnum Daniæ inſignibus auxit incrementis, & quod invenit Latericeum; reliquit marmoreum, pater patriæ optimus.

Fredericus III. hodie ſceptra gerit Danica, Princeps pacis publicæ curator feliciſſimus.

PRÆ.

PRÆTENSIO REGIS DANIÆ.

REX Daniæ, titulo Ducis Holſatiæ, in Civitatem Hamburgenſem quæ ſe liberam Imperialem Civitatem aſſerit, pretendit, ideo quod in Holſatico territorio ſita ſit, & quæcunque intra Principis territorium ſepta continentur, ea omnia ejus juriſdictionis ordinariæ ſubjecta eſſe cenſeantur.

RATIO STATUS.

IN hoc potiſſima verſari videtur, ut maris Baltici clavis, Sunda, ſive acceſſus freti, penes Regnum omni cura cuſtodiatur; 2. ut cum vicinis Hollandis arctior colatur amicitia

DE NORWEGIA.
MORES GENTIS
EX JOAN. BARCLAI EUPHORMIONE ALIISQUE.

NOrwegia à raris incolitur incolis, qui in venationibus totam fere vitam occupant. Gentem rudem, & apud multos veneficiis infamen, venalemque ventum habentem dicunt. Diræ hyemi, & reliquis naturæ malis obnoxia plaga. Torpens aër, remiſſo & nullo pæne ſenſu corpus occupat, ut prius quis pereat, quam ſe periiſſe ſentiat. Cæterum cum indole incolarum ita comparatum eſt, ut maxime ſecundum naturam vivant, ſimplici, & parabili cibo contenti, quid luxus, ſuperbia, æmulatio ſint? prorſus ignorantes.

Quin tales eſſe voluit aſpera loci conditio, cui meliorum frugum proventum deliciaſque, clementioris ſoli natura negavit. Qui eo ex vicinis oris mercatores cum navibus appellunt, pro navium tabulatis & malis coëmendis, ad victum meliores merces illis adferre ſolent, multique & cereviſiæ Roſtochianæ, rerumque aliarum ipſis copiam facientes, quarum uſum in feſtivitatibus nuptialibus, aliiſque adhibent, in quibus poculum plerumque triplex bibitur. In memoriam *Dei*, ſalutem *Regis*, poculum Regis, in ſalutem Reginæ poculum Reginæ, quæ nomine *Schalen* indigitant, ut alias illorum ſimplicioris indolis conſuetudines taceamus.

RELI-

RELIGIO.

QUod Norwegia eidem cum Daniæ Regno Regis Imperio juncta eſt, nullum in illa publicum Religionis toleratur exercitium, quam Auguſtanæ confeſſioni conforme.

REGIMEN.

REgnum Norwegiæ hæreditaria ſucceſſione ad Regem Daniæ ſpectat, totamve lineam Oldenburgicam, quamdiu illa ſuperſtes fuerit. Qui illi Regendæ, loco Regis conſtitui à Rege ſolet, Prorex vocatur. Hæc dignitas præcipuis Nobilium, optimeque de Regno meritis conferri ſolet.

REDITUS ET VIRES.

REditus, qui ex his oris Regi Daniæ proveniunt, præcipui ex piſcatura, paſcuis, lignique cœdui abundantia judicari debent. Cæterum, natura Norwegiam ita montibus & rupibus horridis circumvallavit, ut artificioſis non indigeat propugnaculis. Incolarum erga Regem propenſiſſimus eſt animus. Quibus gubernacula hujus Regionis commiſſa ſunt, magnas ſibi inde conquirere ſolent opes, quod nummorum viam optime norint.

ISLANDIA.

MORES ISLANDORUM.

ISlandorum tota vivendi conſuetudo ad ſummam frugalitatem exacta eſt. Antiquiſſimam habitandi rationem Iſlandi ſecuti ſunt non per Urbes & oppida, ſed diſcreti colebant, ut campus, ut fons, ut nemus, collis aut vallis, littus vel ſinus maris placuit. Domus ſuas ex ligno & cæſpite conſtruebant, feneſtris in tecto relictis.

Villarum domus in ſuo fundo quilibet contiguas fere habebat, præter armentorum ſtabula, aliquanto intervallo ab ipſis penatibus diſpoſita.

Potum nâtivum ſerum lactis ex preſſum habent, favo mellis, aut aqua mulſâ adhibitis, quandoque liquore ex baccis utuntur.

Veſti-

Veſtitus vulgaris conditionis hominibus ex panno Iſlandico eſt, Ditiores ex peregrinis materiis etiam honoratiores gerunt veſtes, monetę uſus Iſlandis olim fuit ignotus, ſed argentum ſtaterâ appendebant, annulos aureos, armillaſve, privatis hodiernus uſus non denegat.

Veteribus Iſlandis Palæſtræ exercitium in crebro erat uſu, in quo experiundi roboris gratia viri ac juvenes, quandoque etiam nudi pericula virium fecerunt. Ad palæſtram acceſſerunt pilæ & jaculandi certamen, mox ſagitta & funda balearis.

Erat adhæc Iſlandis peculiaris ἱππομαχία, ſive equorum certamen, quod illis *Heſtapyng* : *Heſtawiſg* dictum. In hoc generoſiſſimi equi, feroci inter ſe committebantur pugna, inſtigabantur quilibet à ſuo domino loris & bacillis acti. Quod genus ludi, ut & alia gymnica originem videntur traxiſſe ex Græcorum ludis, quos ipſi πολεμιςήρια & ἱπποδρόμια vocabant, qui in honorem Theſei inſtituebantur, vel à Romanorum ludis Circenſibus, qui Equiria dicti ſunt, in Martiſque honorem habiti.

Sed hæc ſeria fuerunt exercitia Iſlandorum : his adjungunt iocoſa, ſaltationes nimirum muſicas, in quibus ſinguli ordine cantilenam aliquam cantant, & per orbem exultant.

RELIGIO.

COlebant quondam Iſlandi Religioſè Deum quendam Thor dictum, à quo Septentrionalia hæc Regna diem *Thorſdagh* etiamnum vocant. Præter hunc in veteri juramenti forma alii tres dii nominantur. *Freyr*, *Niordur*, *As*.

Solennis etiam apud Septentrionales populos mos erat, ut Reges poſt fata divinis colerentur honoribus. Ad victimas non ſolum quadrupedes, ſed etiam homines deſtinabant, qui ad ſaxum prægande illidebantur, & necabantur. Hodie Iſlandi Chriſtiana colunt ſacra.

REGIMEN VETUS,

ISlandiæ Magiſtratus in Provinciarum præfectus diſtinguitur, & nomophylaces. Provinciarum Præfecti fuere ſinguli in ſingulis Provinciis, munia tam fori publica, quam ſacro-

ſacrorum obeuntes, ſ[illegible]erunt juris & Sacrorum interpretes. Præfecti igitur illi, qùà ſacra curabant, Sacerdotes, quà forum & judicium, judices fuerunt, dicendique ſunt optimates, qui ſtatum Reipub. Ariſtocraticè gubernarunt. Iſlandis vocati ſunt *Godar & Hoffgodar*. Illorum dignitas: *Godord* à diis illorum Ethnicis.

Eundem vero judiciis forenſibus & ſacris deſtinabant in delubris locum tempore autumnali.

Conventus Præfecti Provinciales illis *Reppagogi*, duplices habebant, annuos ſeu ordinarios, & indictivos, ſive extraordinarios.

Præterea ad delubra ſinguli tributum ſeu Vectigal quoddam annuum pendebant, cujus exactor æditimus fuit. Alii Magiſtratus fuerunt nomophylaces, ſeu legum cuſtodes, ubi uno eodemque tempore unus erat, qui à dicendo ſive recenſendo jure *Loymann* & *Loyſogumann* dictus eſt.

Porro in ſummo rigore judicia publica veteris ſeculi mortales exercuerunt. Equidem omnes illi qui in foro agebant, in principio actionis omnem dolum, fraudem, verſutiam, injuſtitiam ſancte abjurabant. In hunc finem juramentum præſtabant, annulum vel potius armillam ſanguine hoſtiarum Ethnicarum illinitam & à judice in ſupremo brachio geſtatam attrectantes, hacque formula fere utebantur. *Frayrum Nordum hinn almattka as*. Invoco Deos, &c. me judicium & ſententiam laturum, cauſſam acturum vel dicturum teſtem adhibiturum, &c. ex juſtitiæ, veritatis, & legum præſcripto. Hæc juramenti formula etiam recentibus Chriſtianis in uſu fuit.

REGIMEN HODIERNUM.

QUemadmodum apud Romanos ſcribendis Legibus decem Viri creati erant, ita hic electi poſtea ſunt Rectores ditionis, qui Legum conformationem inſtituerent, novaſque ſucceſſive in publico foro augerent, ſecundum quas Reſpub. adminiſtraretur; illarum auctores, ipſæque de variis materiis latæ leguntur in fin. Reipub. Daniæ, quo curioſos remittimus.

REDI-

REDITUS EARUM RES.

EXiguis contentam esse voluit natura Islandiam, in qua multarum frugum proventum frustra quæres, piscibus tamen marinis, equis, labori & longo itineri ferendo commodissimis, canibusque sagacibus, commoda sua venatur. Præbet hæc Regio robore & viribus corporis homines maxime pollentes, qui sustinendis tum belli, tum aliis magnis laboribus apti nati sunt, quibus indeflexa senilium virium maturitas longævos præstat annos.

DESCRIPTIO HOLSATIÆ. EX JOANNE AB ELVERVELT.

RELIGIO.

OMnis Holsatia, abolita penitus Comitum denominatione, titulum Ducatus ab Imp. Friderico III. propter merita Christiani I. Daniæ Regis accepit. Illa dividitur in quatuor potissimum partes, nimirum in Holsatiam proprie dictam, Stormariam, Wagriam & Ditmarsiam, quibus Sleswigæ accedit Ducatus, quem in Feudum à Daniæ Regibus Holsatiæ Principes accipiunt.

In dictis modo Ducatibus eorumque Provinciis duo reperiuntur status, superior & inferior.

Superior in tres distinguitur ordines. Horum primus Reges atque Principes, secundus Prælatos, tertius Nobilium familias continet. Universa vero horum Ducatuum Gubernatio Regi Daniæ, tum Producibus ab ipso constitutis, nec non Holsatiæ Duci incumbit. Si ardua occurrunt negotia, in illis nihil, nisi præcedente omnium in Holsatia Ordinum consensu decernitur. Hos inter primum obtinet locum Episcopus Lubecensis; ubi vero in communi deliberatio instituitur, cum Sleswicensis Ducatus Ordinibus, Episcopus Sleswicensis in his Principem obtinet locum.

Secundus Ordo duos continet Episcopatus, Lubecensem & Sleswicensem. Hamburgensis Bremensi subjectus est. Habent 5. capitula, Lubecense, Hamburgense, Sleswicense, Haderslebiense, & Oitinense.

Abbatiæ in hoc ordine sunt VII. Reinfeldensis, Bordesholmiensis, Segebergensis, Arnsbocensis, Cismariensis, Lumensis, Ruensis.

Digitized by Google

Monaſteria etiam [illegible] quorum 5 noſtro tempore redituum largo proventu & Veſtalium Virginum choris maxime celebria ſunt. *Itzehoenſe, Pretzenſe, Uterſſenſe, Sleſvicenſe, Reinbecenſe.*

Tertius Ordo Nobilium eſt, qui arces & prædia ſua in hoc Ducatu pleno jure ac Dominio, quemadmodum Germaniæ Comites, cum libertate venationis, aucupii, piſcationis poſſident.

Etſi vero nulla illorum prædia nomine feudorum æſtimentur, maxima tamen ex parte allodialia & hæreditaria ſunt. Cautum vero eſt Holſatorum Privilegiis, ne novis exactionibus & vectigalibus à Principibus graventur; hæc Principes, priuſquam à ſubditis fidelitatis juramentum præſtatur, ipſique Regimini admoventur, juramento confirmare tenentur. Libera quoque horum Ducatuum ſtatibus, ex Regum Principumque filiis, quem velint, eligendi competit poteſtas. Nulla Principes bella præter conſenſum Ordinum ſuſcipiunt. Nobilium lites, judicio quodam bis quotannis peragi ſolito à Senatu Ducatuum dijudicantur, præſentibus plerumque Principibus per Vices, ex privilegio Provincialibus indulto à quibus tamen, præſtito malitiæ juramento, ad Cameram Imperialem cauſſæ illorum devolvuntur.

RELIGIO.

QUemadmodum in Dania, ita etiam tota Holſatia Auguſtanæ Confeſſionis publica exercitia habentur, nec permiſſum eſt ullis in Religione Chriſtiana diſſidentibus privata ſua celebrare ſacra.

DIVITIÆ ET VIRES:

INſignis ſoli Holſatici fertilitas & maris Baltici vicinia, tum vero fluminum navigabilium maxima commoditas, maximas incolis parant divitias. Qui hic reperiuntur Nobiles, tantos ex fundis ſuis colligunt theſauros, & incredibilem opum vim, ut vix in ulla Germaniæ ditione potentiores & ditiores, magiſque magnifici inveniantur. Exinde non obſcure colligitur, quantum bello præſidium hic parari queat attento & hoc, quod Holſatia incolis ditiſſimis frequens ſit, quibus excitati ad omnia ſtudia tam artis, quam martis animi ſunt. Inter alios Ditmarſorum Virtus, in bellis maxime

maxime probata est, quorum [illegible]rinas tanta quondam incessit generositas, ut obsessa Urbem fortiter, & strenuè defenderent; ob quod egregium Virtutis muliebris exemplum, in quibusdam Viros præeundi libertatem obtinuerunt.

SERIES NOBILIUM IN HOLSATIA FAMILIARUM.

PRimum inter Nobiles ordinem ducit illustris familia *Ranzoviana, Alafeldia, & Rumoria, Reventlovia, & VValstorpica, Pogvvischia, Nobilium te VVisch & VVolffiorum, Sestediana, Blomica, Sturensis, Bockvvoldia, Krummendiqiana, Meinstorpica, seu Meindropica, Suiniana, Stakiana, Brocktorpiana, Breidiana, Hestenica, Qualiana, VVonsesletica, Katloviana, VVensiniana, Dammiana, Tinen, Hagenica, Hokiana, Plessana, Gadendorpica, VVittorpiana, Hokena, Ottenia, Hojerensis, Ukena, Motena, & Magnussena, Rosencrantzia ac Iuenzena, Kerckbergiana, & Stovena. Castrochia, & Munkiana, Ritzeroviana, VVogia, Hackia, Herbergiana, Pensena & Grabavia, Lankena, Siversena, Kolerana, Levana, Paisena, Petersena, Anderssena, Johanssena.*

DESCRIPTIO REGNI POLONIÆ. *ET DE* MORIBUS VETERUM SARMATARUM.

LAtronum potius more, quàm militum olim, gerebant bella, laboribus tot durati, nihili vitam æstimabant.

Illarum filiæ, equis vehi, sagittas mittere, Venationibus se occupare, cum hostibus confligere solitæ, post initum matrimonium arma deponebant. Nullas certas incolebant mansiones, sed ibi, ubi pecori pabulum parari poterat, subsistebant. Fœminis, non secus ac dominis obsequentes erant, nec ullam filiarum matrimonio locabant, nisi quæ duos vel tres hostes occidisset. Velis ora tegebant, præterve oculos, nihil visui patere sinentes. Sepulturæ ipsis intra sylvas &

campos dispositæ erant, quas congesti notabant lapides; quidam etiam corpora cremabant, cineres in certa vasa colligentes.

In bellum exituri, fœminas suas, incantatrices in consortium assumebant. Si quis se bello subduxisset, nunquam in aliorum consortium admittebatur.

Regis vel Principis nomina ipsis erant ignota, quorum loco fortissimum quemque, & armis maxime strenuum legebant, qui sibi cum imperio præesset.

Sacra Sarmatarum hæc erant: colebant ignem, & Poloni gens Sarmatica Jovem, Plutonem, Venerem, Dianam, Cererem, Martem adorabant: adorabant etiam lunam & solem, animæ immortalitatem credentes.

MORES POLONORUM VETERES.

QUemadmodum Poloni ex Sclavonis orti sunt, ita illorum mores per longum obtinuerunt tempus. Illi verò mores multis inquinati fuerunt vitiis, quæ superbis, latrocinio & furto deditis, helluonibus, homicidis potius competerent. Verùm nostri ævi Polonica gens, quantum à priscis illis mortalibus mutata est? Quæ hodie omni humanitate, obsequio in Principes, aliisque culta est virtutibus. Cum Veteres nomina liberis suis, jam ætate nonnihil adultis, imponere vellent, illos in templa suorum Deorum conducebant, illisque primos detondebant crines, quos pro sacrificio offerentes, ita filios sacris consecrabant. Deos adorabant Jessan, hoc est Jovem, Ladron, h. e. Plutonem, Niam h. e. Dianam, Marzam, h. e. Martem, Ziziliam, h. e. Cererem & Zievanem, quæ erat Venus. His diis eadem, quæ Græci & Romani faciebant sacra, eandemque cum illis fere profitebantur Religionem. Festa solennia, ludis, choreis, conviviis, cantibus, aliisq; oblectamentis apud illos celebrabantur. Lithuani cum in his solennitatibus choreas ducerent, manibus plaudebant, repetitâ sæpius in cantu voce *Ladon*. Colebant etiam Deum quendam Ziviam, qui notat, aërem vitalem; adhæc Deam quandam, Pogodam dictam, quæ vox serenitatem temporis denotat.

Quod

Quod Lithuanos attinet, illis a[illegible]quus ignem pro Deo colendi mos erat, tum ligna, & ſerpentes, quos in propriis alebant ædibus, & illis, ut diis ſacrificabant, Ignem adhæc ſacrum adorabant, Omni operâ accurantes, ne unquam extingueretur; in quam rem ſacrificuli illi indies addebant fomentum. Uno vel altero ægrotante, illico ad Sacrificulos currebant amici, quæſitum, an mortis periculum, vel ulterioris Vitæ ſpes ex morbo decumbenti reſtaret? Tum ſacerdotes ignem noctu accendebant, & ſequenti die, reſponſa illis, qui ſe interrogabant, ferebant, dicentes; quod ante ignem ægrotantis umbram viderint. Multi etiam ex illis, ſolem, lignaque divino cultu colebant, & quo celſior arbor eſſet, eo majorem ipſi exhibebant venerationis cultum. Tam egeni rerum erant, & tam parvæ inter Ruſſos æſtimationis, ut Principes illorum, nihil in fidem ſubjectionis aliud accipere ab iis, quam exiguum panniculamentum potuerint, Gallos gallinaceos ſerpentibus immolabant, quos ex lacte alere conſueverant. Singulis annis feſta ſolennia, ad exitum menſis Septembris celebrabant, & cum ex bellis redirent, ſpolia ab hoſtibus capta, pro ſacrificio adolebant, cum illis duos, ab hoſtibus captos, comburentes. Cum demortuos cremarent, illorum ſimul mobilia, & pulcherrimos equos in ignem præcipitabant, mulſum & lac ad ultimum pro aris faciebant. Ubi tandem ad lucem Chriſtianæ Religionis converſi eſſent, nemo fere præter Nobiles uſum panni & calceamentorum habebat; nam plebs linteis, & exuviis ferarum corpora tegebat. Quod ad Samogitas; illi more reliquorum Priſci ævi mortalium notitiam auri & argenti non adeo longo ab hinc tempore didicerunt, non ſecus ac vini, & ferri uſum. Permiſſum illis fuit plures alere uxores, filio novercam uxorem, ſed poſt mortem ſui patris, & fratri ſororem ex alio patre vel matre natam in matrimonio habere, non illicitum erat. Sylvas ut ſanctas Deorum manſiones adorabant; quin in illa errant opinione, quod illæ ſylvæ & illarum vagæ feræ eſſent ſanctæ, omneve id, quod illas intraret, ſanctum eſſe debebant, miſſis in accenſum illum ignem præcipuis illorum equis. Ante buſtum ſedilia collocabant, quæ cibis variis, factis,

factis ex farina, in forma caſei onerabant: credentes, quod animæ defunctorum, quos crem arant, de noctu eſſent redituræ. Quod ſi quiſquam minimum intuliſſet ſylvis damnum, per incantationes ipſum claudicare fecerunt

Livoni diu Barbari & inculti fuerunt, & ad eundem fere modum cum reliquis, multos coluerunt Deos. Simplicitate autem inſigni laborabant, ita ut expreſſo melle, ceram projicerent, tanquam ſuperfluam & nullius uſus rem. Semper in ore vocem *feh* habebant, cujus explicationem noſtro tempore ibi agentes norunt.

Antiqui Pruſſi valde olim cruenti & barbari fuerunt, ad hæc potatores ſtrenui, lac pecudum ipſis deliciæ erat, priuſquam mellis uſum ſcirent, Tot ducebant uxores, quot ſuadebat libido, illas autem ſervarum inſtar tractabant. In media hyeme gelidam tentabant aquam, illâque corpora abluebant Mortuos cum pretioſis rebus, mobilibus & equis humabant; illis, qui in prælio occubuerant, ſacra faciebant. Adorabant ignem, ſolem, lunam, ſerpentes, beſtias, & alia. Erga miſeros, magna ducebantur commiſeratione, & illis, qui cum periculis maris confligabantur, opem libentes ferebant; aurum & argentum nullius apud inſcios voluptatum erat pretii.

MORES HUJUS TEMPORIS.

Quæ recentiore ævo Virtute & nomine Orbi ſatis innotuit Polonorum gens, priſcorum Sarmatarum crudelitatem & Barbariem omnem diu exuit. Ingenia Polonis aperta & candida ſunt, & teſte Joann. Botero falli magis, quam fallere apta; minime proterva, aut pertinacia, ſed mitia ac tractabilia, quæ tamen, potius exemplis, quam vi flectuntur. Magiſtratibus ſuis obſequium, quo imperia mitigantur, minime detrectant, comitatis, civilitatis, hoſpitalitatiſque ſtudio maxime commendabiles. Amicitiæ jura cum extraneis ad familiaritatem etiam uſque, prono & aperto colunt animo, adeo, ut etiam illorum mores, quibus cum vivunt, feliciter imitentur. Teneram ſobolis ſuæ ætatem in addiſcendis, tam vernaculæ, quam Latinæ linguæ literis ut plurimum exercent, neque vero in Romano, quam Polonico agro, Romana lingua tam facili uſu communis eſt. Plebejæ condi-

Digitized by Google

conditionis homines, agricultur[illegible] opificiis addicti sunt, nobiles militiam, vel sacra curant. Longinquas peregrinationes ex animo suscipiunt, & facile omnes linguas peregrinas addiscunt, ingenia sua, magis in alienis inventis addiscendis, quam novis, sponte suâ inveniendis, occupant. Non defuerunt tamen Polo Polonico insignes Astrologi, & Mathematici, solo Geometræ, Foro & aulæ oratores, Poetæque insignes, qui patriam ingeniis suis claram reddiderunt. Rem familiarem diligentius curare non ita pridem Poloni occeperunt, quod ab extraneis quæstus causſa in Poloniam commigrantibus didicerunt, & tantùm hodie in illo profecerunt studio, ut quæ olim Senatoris filiæ centum marcarum dos fuerat, nunc simplicis alicujus nobilis, quinimo alicujus mercatoris sponsæ, centesima dotis portio sit. Equidem insolens hodie non est, ut centum millia florenorum, elocandis liberis suis parentes, adnumerent, nec solum illi, qui Nobiliore conditione præstant, exoticis pellibus, pannis, serico, purpura & auro vestiuntur, sed & viliotis conditionis ditiores Regni subditi. Equi etiam Polonorum auro, margaritis, argento, non minus quam mensæ pateris purè argenteis, onerantur. In quem usum magnas Magnates impendunt opes. Quod victum hujus gentis attinet, is in mensis ditiorum exquisitus, tenuioris fortunæ hominibus parcus ac parabilis est. Maxima proventuum pars à Nobilibus in aromata & vina impenditur. Antiquitus, panis ex siligine, potus ex hordeacea sufficiebat aqua; hodie, vini & mulsi copia etiam plebi non infrequens est, imprimus in civitatibus & locis Hungariæ proximis. Habitus Polonorum, licet tantæ mutationi atque aliarum gentium, non sit obnoxius, compertum tamen est, illum aliquoties ad minimum ter in decem annis mutatum esse. Ædes suas tapetibus pretiosissimis non Magnates solum, verum etiam mediocris conditionis Viri mirifice exornant, & Persicos amant apparatus. Iter facturi, fœminæ quidem carpentis, rhedis, curribus, Viri ut plurimum equis vehuntur, & in dedecore ponunt, pedestre iter conficere, id quod plebejum & citra decorum Nobilitatis esse existimant. In publicum prodeuntes, Dominos grex famulorum, splendide vestitorum consequitur, simili colore vestium, quo Dominus exornatus, id quod etiam in fœminis observare licet.

Cæterum, cum nihil mortalis habet conditio, quod humanus non premeret error; obſervarunt auctores, quod natam Polonorum ad libertatem, omneſque Virtutes, præſertim bellicam egregiam indolem, ut plurimum ſolûta libido inquinet, quam tamen plerumque in proſtratæ pudicitiæ mulieribus, nonnulli (magnus enim in Polonia virginitatis & matrimonii honor eſt) brevi errorum pœnitentes extinguunt. Ad furta & inertiam, quodam modo proclivis plebs dicitur Polonica, neque Sorditiem, paupertatis ut plurimum ſociam facile vitabit. Commeſſationibus & compotationibus, vitio Septentrionis, crebrius indulgent, & conviviorum multoties iteratam amant conſuetudinem, in qua vel Thracicas bibendi Leges imitari multi conſueverunt, ubi mero incaluerunt, facile in contentiones & ex illis mox in pugnas exardent, gratiam tamen & odium in aperto gerentes. Incuſantur à reliquis Nationibus nimis profuſæ liberalitatis, vel potius prodigalitatis, quodve non niſi ſplendido & pretioſo veſtium apparatu, & famulorum pone ſequentium prolixo grege contenti ſint. Joannes Barclajus, ipſis Barbaras quaſdam in Euphormione exprobrat Leges, quæ in commiſſis homicidiis antiquitus ſunt obſervatæ, ut ſolutâ in hanc rem conſtitutâ pecuniâ qui homicidium peregit, á pœna capitali liberaretur, præſertim ſi fuerit Nobilis. Contra hæc & alia quæ durius Barclajus quandoque de Polonis accepit, (cum cæteroquin plurima ex vero ſentiat) auctor Poloniæ defenſæ, non multis ab hinc annis prodiit, qui cum multa egregia, non minus quam vera de Polonia referat; videtur tamen in quibuſdam humani aliquid paſſus, ubi de non puniendo pœna capitali homicidio, ſed pœna tantum pecuniaria & carceris annui ſupplicio expiando, Legem in Polonia antiquitus uſu receptam & adhuc obtinentem, nec juri naturali nec divino contrariam eſſe ſtatuit. Quin Legem illam de homicidiis inter alias Politicas & judiciales, eaſque nec imperatas, nec prohibitas nobis ponit. Verba ipſius auctoris hæc ſunt p. 82. Poloniæ defenſæ conſignata: *Leges nempe Hebræis datas, alias morales fuiſſe, quæ præcepto Decalogi potiſſimum continentur & quibus omnes tenentur Chriſtiani. Alias ceremoniales, quibus non modo non tenentur, ſed etiam prohibentur uti: Alias denique politicas & judiciales, eaſque nec imperatas, neque prohibitas nobis. Inter iſtas poſtremas ponitur hæc de homicidiis in qua ut*

non

non discedendum temere concedam, ita nec audacter affirmo, per illam non esse vetitum supremæ civili potestati, mitiora sanciendi pro ingenio & natura populorum. Hæc ille. Verum cum tanti viri pace, Leges de homicidio nec imperatas, neque prohibitas, adeoque politicas & pure judiciales esse, nec antiquæ Orthodoxæ Christianæ Ecclesiæ, neque nobis ex illa pendentibus, neque juribus unquam persuadebit, vel ex sacris probabit.

RELIGIO.

POloni anno salutis 965. Religioni Christianæ nomen dederunt, quod sub Rege Myesco factum: cumque plurimi adhuc S. Baptismate non essent initiati, sed idololatriæ porro vacarent, publicatum est decretum, ut sub pœna capitali omnes idola demolirentur, quæ postmodum in profundum conjecta sunt, mox imperatum, ut S. Baptismum VII. mensis Maji, susciperent tam Urbes, quam oppida, quod factum est. Inde vero orta consuetudo, ut incolarum majoris Poloniæ liberi, dominica lætare, formam aliquam idoli lignei portent, quam aquæ ex recepto more immergunt. Nobiles tempore Miecislai hunc servabant morem, ut cum S. Evangelium legeretur, medios gladios suos stringerent, quos iterum condebant, quum verba, *Gloria tibi Domine*, canerentur. Hic vero mos postea usu exolevit. Ab illo igitur tempore constanter Christianam Religionem Polonia professa est. Tempore Uladislai Jagellonis, Confessio Hussitarum in Polonia innotuit, paulo post etiam Lutheri Augustana, & ad verbum Dei exacta confessio, in multorum animis in Polonia illuxit, cujus hodie adhuc liberum exercitium, à Romana dissentibus, permissum est. Maxima vero Reipublicæ Polonæ magnatum pars, Romanam sequitur Ecclesiam, alii, sed numero pauciores, Reformatæ sunt addicti Religioni, tam Principum genere Illustres, quam Nobiles. Lutherani, qui in Polonia agunt, ut plurimum ex Germania mercatores sunt, & se intra Urbes continent, in Prussia tamen Barones & plurimos Nobiles huic confessioni addictos reperies. Qui Græcam Ecclesiam agnoscunt pro sua, in Russia multi sunt, qui tamen a Moscovitis, eidem etiam addictis confessioni, multum discrepant. Illi in Polonia suum habent Episcopum Metropolitanum vel Kioviensem.

Præter Anabaptiſtas, qui in Pruſſia lares ſuos fixerunt. Sociniani etiam Poloniam invaſerunt, cepitque in Polonia illorum confeſſio anno 1552. cujus auctorem Socinum, illiuſque dogmatis progreſſum Cl. Boxhornius in Hiſtor. Univerſ. ad finem expoſuit.

Nec deeſt Judæis in Polonia commorandi libertas, qui magnis gaudent privilegiis, ut vix in toto orbe melius ſint atque hic. A tempore Regis Caſimiri II. cognomento magni, in Polonia agunt, & Poloniæ oppida Urbeſque incolunt. In Lithvania multi ſunt Tartari, qui Machometi: ſacra profitentur, multi etiam in hac ſunt opinione, reperiri in Lithvania & Samogitia rudera paganiſmi, quod creduntur ſerpentes adorare, quos domi Gwoites dictos fovent. Certo anni tempore ſacerdotem vocant, ſtratæque mappâ menſæ, cibus imponitur: nunc ſerpens per albam prorepens mappam, de cibis guſtat, quos aſſidentes felici cum omine fortunati anni dein comedunt. Leguntur ſuperiora & hæc apud Math. Michov. Rer. Pol. l. 2. Crom. Rer. Pol. Lud. Decium de Veter. Pol. l. 1. & alios.

REGIMEN POLITICUM REGNI POLONIÆ SECUNDUM STAROVOLSCI JUDICIUM. QUI NUPER ADMODUM CUM PRIVILEGIO REGIO PRODIIT.

HOc Regnum, ex tribus primis & ſimplicibus Rerumpublicarum formis videtur eſſe compoſitum; quod vel unius, vel paucorum imperio, vel multorum, omniumque quadam juris æqualitate continetur. Rex enim electione, non ſucceſſione creatus imperat, & abſolutus LL. executor eſt, quæ in ſolennibus Regni comitiis confieri ſolent. Eſt vero & Senatus, ex præcipua Nobilitate Polona lectus, cuſtos LL. paternarum. Secundum hunc eſt Nobilium Ordo, qui Nuncios unius cujuſque Provinciæ ſuffragiis electos, & veluti Tribunos aliquos populi denunciatos, ad Comitia mittunt Legatos, qui ſuperiorum potentiam & ſi cubi excedentem auctoritatem reſtringant. Et ita unanimi omnium conſenſu ac ſtudio, certis finibus ſummam rerum tenentium poteſtas, in ſacrum ac equeſtrem ordinem, & utriq; ſubjectos homines, atque bona, conſtituta, circumſcripta

Digitized by Google

pta est Cæterum Sacerdotes juri quod Regi illos competeret, exempti sunt, idque ab initio statim susceptæ Religionis Christianæ: De equitis autem vita & fama, non nisi in Comitiis Rex cum Senatu judicat, certis aliquot exceptis caussis Senatu vero, & Tribunis inconsultis, nullum decernitur bellum, neque fœdus percutitur, neque tributa ac vectigalia subditis imponuntur, nec novæ L L: scribuntur, aut nummus cuditur, nulla rata habetur de bonis Regni alienatio, nemo in Nobilium ordinem assumitur, aut ulla res gravior ad Rempub. pertinens constituitur. Rex vero ipse Episcopos & Abbates nominat, Palatinos, Mareschallos, Cancellarios, ærario præfectos Ducesque militiæ creat, reditus Regni dispensat, præfecturas distribuit, Comitia indicit, Magistratus omnes & judices eligit, denique universos Reipub. honores solus, pro ut illi placet, & libet, de Reipub. benemeritis distribuit.

Porro Senatores, qui Regi adjuncti, & in partem curarum consiliorumque, publicæ Rei causa vocati sunt, ex omnibus Provinciis, tam sacri quam Politici ordinis C L. numerantur. Uladislaus B. M. Rex, tres antiquo adjunxit numero, Episcopum Smolescensem, Palatinum, & Castellanum Czernichoviensem. Dicti Senatores quadruplicis ordinis sunt: Episcopi, Palatini, Castellani, & officiales majores, qui omnes jure jurando Reipub. obstricti, ad hoc collegium & consilum admittuntur. Hæ dignitates perpetuæ sunt, nec nisi cum vita deponuntur: nec quisquam his exui potest nisi per maximam, & mediam capitis diminutionem, nimirum libertatis, Civitatis, sive nobilitatis amissionem, aut si quis altiori gerendo Magistratui præficitur. Numerantur autem 2. Archiepiscopi; Gnesnensis, & Leopolienſis. Episcopi vero X V. Cracovienſis, Cujavienſis, Vilnenſis, Posnanienſis, Plocenſis, Varmienſis, Luceorienſis, Præmisslienſis, Samogitiæ, Culmenſis, Chelmenſis, Kiovienſis, Camenecenſis, Vendenſis, Smolenſcenſis. Hi omnes hoc, quo modo ordine enumerati sunt, eodem etiam suffragia sua dant. Palatini sunt 34. Cracovienſis, Posnanienſis, Vilnenſis, Sendomirienſis, Calissienſis, Trocenſis, Siradienſis, Lancicienſis, Bresteńſis, Kiovienſis, Inoulodislavienſis, Russiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Smolenſcenſis, Lublinenſis, Polocenſis,

censis, Belzensis, Novogrodensis, Plocensis, Vitebscensis, Massoviæ, Podlachiæ, Ravensis, Brescienſis, Culmensis, Mscislavienſis, Mariæburgensis, Braslavienſis, Pomeraniæ, Miscensis, Vendensis, Derpatensis, Parnavienſis, Czernichovienſ. & Capitan. Samogitiæ, qui solus ex omnibus omnium Provinciarum & districtuum Præfectis Senatum ingreditur. Castellani tam majores, quam minores numero sunt 87. Cracovienſis, qui omnes Palatinos antecedit, primumque locum post Episcopos inter Politicos Consiliarios capit Vilnensis, Trocensis, Posnanienſis, Sendomirienſ. Calissiensis, Voinicensis, Gnesnensis, Siradiensis, Lencicienſis, Samogitiæ, Brestensis, Kiovienſis, Inouladislavienſis, Leopolienſis, Volhyniæ, Camenecensis, Smolenscensis, Lublinensis, Polocensis, Belzensis, Novogrodensis, Plocensis, Cernensis, Podlachiæ, Ravensis, Prescienſis, Culmensis, Mscislavienſis, Elbingensis, Braslavienſis, Gedanensis, Minscensis, Czernichovienſis. Horum omnium præcipua in Regno Poloniæ dignitas & auctoritas est, ad quam de Repub. Virtutibus bene meriti, ex gratia Regia consueto more evehuntur, ex qua etiam alii minoribus gaudentes honoribus dependunt.

Atque hi dicuntur majores, quia cum reliquis Senatoribus, tam Ecclesiasticis, quam Politicis, etiam secretissimorum consiliorum participes sunt. Minores vero non item, ut sunt Sandecensis, Medirecensis, Visliciensis, Biecensis, Rogosnensis, Radomiensis, Zavichostensis, Lendensis, Sremensis, Zarnovienſis, Mälogostensis, Vielunensis, Præmisliensis, Halicienſis, Sanocensis, Chelmensis, Dobrinensis, Polanecensis, Præmetensis, Crivinensis, Czechovienſis, Naclensis, Rospirienſis, Biechovienſis, Bidgostiensis, Bræsinensis, Crusvicensis, Osuecimensis, Camenensis, Specimirienſis, Inoulodenſ. Covaliens. Santocens. Sochaczovienſ. Varsoviens. Gostinens. Visnens. Racioſens. Sieprcenſ. Visogrodens. Ripinenſ. Zacrocimens. Ciechanovien. Livens. Slonscens. Lubaczoviens. Covariens. terræ Siradiens. Vendens. Derpens. & Pernaviens. Covariens. terræ Lenciciens. Conariens. terræ Cujaviens. Hos dein officiales sequuntur. Regni X. majores. Marschallus Regni Polon. supremus, & Marschallus curiæ Regni: Marschallus magni Ducat. Lithuan. supremus. & Marschallus

curiæ

curiæ Magn. Ducat. Lithuan. Cancellarius Regni Polon. Vice Cancellarius & Præfectus Thesauro magni Ducat. Lithuan. Sunt vero & alii officiales extra ordinem Senatorium positi, trifariamque divisi: alii, qui totius Regni aut magni Ducatus Lithuaniæ officiales dicuntur, ut Generales exercituum. Referendarii, Pocillatores, Dapiferi, vexilliferi, & similes alii, nonnulli aulæ Regiæ officiales, ut Camerarius supremus. Præfecti & Vicepræfecti stabuli, culinæ, curruum, Venatores, Secretarii, & alii districtuum seu Provinciarum officiales, ut Urbium Præfecti, judices, Gladiferi, Quæstores, Tribuni, &c. terrestres dicti officiales. Hi vero omnes tales, solius creantur Regis arbitrio, & quidem è solis Nobilibus, qui postmodum ad Senatoriam evehuntur dignitatem, & quorum opera Rex in legationibus, finibus regundis, exactionibus publicis, & aliis utitur.

Habet autem Regnum Poloniæ potissimum tres Vasallos. Primus est Dux Prussiæ, alter Dux Curlandiæ, tertius Valachiæ. Qui omnes Regem, tanquam Regni Feudatarii, superiorem agnoscunt, & in signum recognitionis pensiones debitas stato tempore pendunt, pro membris tamen Regni non numerantur, veluti cæteri incolæ Regni Poloniæ, nec veniunt ad comitia aut suffragia in electione Regis, sed loco extraneorum habentur. Deficiente in illis prole masculâ, (Valachiâ exceptâ) Principatus coronæ denuo velut membra corpori inseruntur.

Quemadmodum etiam non ita pridem pars Pomeraniæ ita adjuncta est, cujus Duces Stetinens. homagium Regibus Poloniæ præstabant. Horum Vasallorum subditi in caussis gravioribus ad supremum judicem ac Dominum, Regem recurrunt, & ultimas appellationes suas expediunt: Excipiuntur tamen hic Moldaviæ sine Valachiæ populi, quod Principes ipsorum Turcam potius supremum Dominum agnoscant licet Majestatem Regis Poloniæ cæteroquin reverenter habeant, ipsique statis temporibus munera mittant. Olim tributa directè pendebant, à Rege investiti in illius jurabant verba; nunc à Turca, Principatus insignia, corporisque habent custodiam, quamvis fœdere inter Polonos & Turcas ante bellum Chotimense utrimq; in hoc consensum & sancitum sit, ne Provinciam illam cuiquam Turcarum

carum Imperator [illegible] præter Poloniæ Regis voluntatem committeret, utque is, qui eam acceptu[illegible]rus esset, Regi Poloniæ se fide obstringeret.

DIVITIÆ REGNI POLONIÆ.

POlonia, teste Michovio, usum monetæ diu ignoravit, in cujus tandem pervenit notitiam sub Venciſlao Rege anno 1297. coronato, postquam, grossi Bohemici cusi, & in Poloniam introducti sunt. Sigismundus Augustus primus fuit, qui rudi pondere autrum sub certa forma cudi jussit.

Quondam Reditus Regis Poloniæ, majores fuerunt quam nunc, Cromero & Neugebavero esse creduntur. Tenebantur rustici 12. grossos Bohemicos pro quolibet jugere Regi pendere. Incolæ oppidorum quotannis obstricti erant, dare in usum Regiæ aulæ pecora, frumentum, avenam, aliaque cum certa nummorum summa. Nec Nobiles ab his erant exemti, qui ad equos, aliaque animalia, canes, venatorumque sustentationem, præstandam tenebantur. Bona monasteriorum, tanta non gaudebant libertate, quin licitum erat Regi, in illis pro lubitu venari, piscari, contra privatis nec in propriis fundis sine indultu Regis idem feciſſe impune cessit. Cum Rex per Palatinatus reddendæ justitiæ ergo iter faceret, tunc quilibet Regem ejusque comitatum propriis accipere expensis, tamdiu, quamdiu ipsi ibi manere volupe fuit, obligatus erant. Maxima autem Regum Poloniæ tam in Ecclesiasticum, quam Nobilium ordinem clementia, & singularis gratia, his justis oneribus illos exemit, ut hodie, non nisi respectu prioris debitum minus solvant. Præter hæc, omnium Palatinatuum subditi, Regis familiam hodie sustentant, solventes illud, quicquid ipsis imponitur. Sola autem mineralia & salis fodinæ Regi maximos faciunt reditus; tum Tributa & vectigalia, mercatorum advenarum mercibus imposita. Tributorum aliud vetus, aliud novum est, vetus exiguum est, & ab iis tantum, qui in Regno mercatum exercent, exigitur. Novum majus est, & solvitur pro bobus, equis, frumento, lana, corio, cera, aliisque, quæ extra Regnum vehuntur. Ab his tamen Nobiles & Ecclesiastici exempti sunt, quod non emant eo fine, ut iterum vendant.

Æsti-

Æstimant quidam reditus Regni Poloniæ ad 600000. coronatorum Italicorum. Quod si aliqua emergat necessitas, nova in comitiis solennibus indici solent tributa, augentur cerevisiæ & aliarum rerum vectigalia, subsidium ab ordine Ecclesiastico petitur, privati ditiores mercatores, pro conductione dominiorum certam pendunt summam.

Judæis portoria, pro annua summa elocantur, & privilegia mercaturæ conceduntur.

Quantum ad ipsius Regni, ejusque incolarum divitias, exploratum est, quod Poloni, ex frumento, siligine, hordeo, melle, cineribus, lignis, leguminibus, lino, corio, bobus, pellibus, malis navium, cerevisia, equis, martibus, pellibus Zobellinis, panno, serico, tapetibus, unionibus, piscibus, feris, stanno, chalybe, tum aliis, quæ exportantur, quam invehuntur incredibilem colligere possint opum vim, Nullus autem in Polonia, ipsique innexa Prussia mercatu celebrior locus est, quam Gedanum, Urbs totius Prussiæ & Poloniæ Ocellus & Europæ granarium. Ubi ob mare alluens, ingens peregrinorum mercatorum reperitur confluxus, merciumque peregre advectarum incredibilis & pretiosa varietas. Ejus nundinas Dominicales Mense Augusto celebrandas, tot peregrinæ visunt Nationes, ut inter præcipuas Europæ nundinas ab auctoribus nnmerentur. Cracovia etiam à mercatorum ex Italia, Hungaria, Germaniaque ingenti confluxu, divitiarum Nobilis est Civitas, ut alias tam Wilnæ, quam Borussiæ mercatu celebres taceamus civitates.

Nobilibus Poloniæ, divitias frumentum & boves portant, qui cum pro more Sarmaticæ indolis ad Leges luxus & omnium deliciarum plerumque vivant, situ & custoditu graves non fovent thesauros, sed illorum largissimum proventum, in splendido vestium apparatu, dapibus, omni genere aromatum conditis, famulorum numero, vinoque Ungarico, festivis proluunt animis. Hinc sera in fundo parcimonia, in penuriâ pœnitentia nonnullos inconsultos eventuum æstimatores subit, qui, frequenti sane exemplo, posteris præter inanem rerum, algaque viliorem Nobilitatis jactantiam, ultraque vires animos, relinquunt nihil. Quod si rerum suarum curatius satagarent, nullum dubium est, vix ullam Nationem, illos divitiis superaturam. Sed quæ in

privatis

privatis Nobilibus ... ...mendari meretur parcimonia, in magnatum aulis, officiorum dignitate insignibus, locum vix reperiet sibi decentem. Multum enim illi magnificentiæ, & plus expromptæ debent liberalitati.

VIRES POLONIÆ.

PRæcipuæ Polonorum vires, in numeroso & expedito equitatu consistunt. Nobiles, omnibus cæteroquin exempti oneribus, ex Legibus Regni in castra cum Rege ire tenentur, quam expeditionem *Pospolite ruszenie* vocant, nimirum urgente necessitate. Tum per omnes Palatinatus patenta Regia mittuntur, Tertiò facta denunciatione, quilibet Nobilis suo se sistit Palatino, hinc ipso Duce ad certum deducitur locum, suis etiam expensis Nobilitas Regnum tueri tenetur, proprioque militat ære. Numerus omnium, qui ad arma conscripti sunt. Nobilium, cum suis equitibus 200000. facile explere potest. Peditatus Polonicus parvi semper habitus est, in cujus defectum extraneus Germanus miles conducitur.

Incolæ Urbium, certos in bellum armare solent pedites, illosque in castra Regia mittere, vel pro certo conducendo militum numero, imperatam pecuniam exsolvere. Quondam Cosaci antemurale Polonię dicebantur, illi nimirum qui ad Borysthenem accolunt, quod manu fortes, belloque strenui essent milites, & Turcico nomini implacabilius irascerentur. Verum illorum perfidia, quantis malis non ita pridem Polonium afflixit! qui, ut ad pristinum redeant obsequium, voto nunc certior spes est. De origine Cosacorum quædam notavit Pierre d'Avity in descript. Polon. quos cum Soranzo Ottomanno Nobiles Polonos, sed laxiorem vivendi & convivandi ob licentiam, ad egestatem redactos esse autumat.

Modus pugnandi Polonis peculiaris est, siquidem, eadem velocitate, quâ fugiunt, etiam sequuntur, more Scytharum antiquo, mox fugam sistunt, & vehementius, quam cautius opinione victoriæ inductos hostes claudunt, urgentve, & cœde volvunt.

Quod si quis Nobilium paterfamilias, convocatus in bellum ire, vel ejus loco filium adultum aut fratrem eo mittere detrecta-

Digitized by Google

detrectaverit, ejus bona secundum leges Regni Fisco adjudicantur, Viduis tamen, pupillis, qui quartum decimum annum nondum sunt aggressi, ægrotis, senibus, alium suo loco mittere consanguineum vel servum permissum est.

Qui ob negotia Reipub. absunt, vel munere aliquo funguntur togato, vel militari, & in præsidiariis agunt locis, tum alii, qui rebus Ecclesiasticis præsunt, ab hac exempti sunt proficiscendi necessitate. Si quis nobilium ab hostibus capitur, pro ipso à Rege lytron solvitur, & postliminio reverso, equi, quos pro Repub. perdidit restituuntur.

Fortalitia in Polonia, quæ præsidio essent Reipub. nulla sunt, neque vero per Leges Regni, à Nobilitate, tolerari possunt, quamvis sæpius de illis consilium fuerit agitatum.

PROVINCIARUM POLONIÆ IN ILLISQUE SITARUM URBIUM PRÆCIPUARUM DESCRIPTIO.

MAJOR POLONIA.

MAjor Polonia ita dicta est per Lechum primum, primum Regni Poloniæ caput, in qua Gnesnam, aulam Principum extruxit, donec in Cracoviam esset translata. Quinque habet Palatinatus Posnanienſem, Kaliſienſem Siradienſem, Lancicienſem, Ravenſem. Urbs ejus præcipua est.

POSNANIA.

MORES.

INcolas habet moribus non inelegantes, formâ venustâ, vestitu nitido & sumtuoso conspicuos.

RELIGIO.

POntificia hic obtinet præcipuum locum. Hanc colluvies Judæorum excipit, qui libertate ibi maxima gaudent, & mercaturâ florent.

REGIMEN.

SUum hæc Urbs habet Magistratum à majore tamen dependet ipsius Præfecti auctoritate.

DIVITIÆ.

EX mercatorum, ibi agentium, aliorumque illuc ex Germania, vicinaque Prussia confluentium, frequentia, tum vero Judæorum copia incredibili, Urbi magnæ satis accedunt opes, quas ter ibi in annum habitæ nundinæ, & navigabilis Vartha fluvius majore rerum proventu auget.

In Palatinatu Siradiensi. Urbs Petrikovia est, universæ Poloniæ tribunal in quo Nobilium controversæ causæ deciduntur à judicibus, hujus loci propriis, ut quod Spira in Germania, hoc Petricovia in Polonia sit.

MINOR POLONIA.

MInor Polonia in ortum solis spectans, confinem habet Moscoviam à latere Septentrionali, ab ortu Russiam, meridie Hungariam & Silesiam, complectitur Palatinatum Cracoviensem, Sendomirienſem, Lublinenſem. In Palatinatu Cracovienſi Urbs est

CRACOVIA.

ILla merito totius metropolis Nobilissima & celeberrima audit, quæ cum nitidissimis non Germaniæ solum, sed & Italiæ Urbibus conferri potest.

MORES CIVIUM.

QUod Athenæ in Græcia fuerunt, hoc merito Cracovia in Polonia hodie est. Equidem singulari morum elegantia, comitate, affabilitate, cultissimos alit mortales, qui ad Italorum morem magnifice vivunt, splendida inhabitant non ædificia, sed palatia, in cultissimo habitu corporis, & delicato mensarum apparatu multos facientes sumptus. Quem hoc solum producit sexum muliebrem, forma corporis amplissima pulcerrimaque est, illæ suavitate sua, non incolarum solum, sed & peregrinorum omnia humanitatis officia & amoris desideria in se haud immerito convertunt, adeo, ut mirum videri non debeat, si hic locorum quandoque plus justo liberior amor, sibi in præcordia hominum tantum Imperium indulgeat. Erat quondam Cracovia,

via, Regum Poloniæ Regia, Arc... endida insignis, in cujus locum postmodum Varsavia venit, quod velut in medio, omnium Regni Poloniæ provinciarum, ideoque publicis habendis Comitiis idoneor, omnibus ex æquo ad illam longo itinere esset.

RELIGIO.

ARdentissimos Religione Catholica Cracovia alit incolas, quibus illa, tantum sæpissime suadet malorum, ut insontes peregrinos, ob diversa sacra suspectos, certis anni temporibus sedibus suis proruant, injuriis & contumeliis afficiant, ad ultimum crudeli morte quandoq; tollant, mortuorum cadavera de ferali cista extrahant, pedibus per sordes platearum tracta, tandem suspendant, magis Religiosi, quam humani, quam pii. Judæis contra magna permissa hic est libertas, qui cum sacris peculiarem suam habent civitatem. Templa Urbis insigni opulentia ditia, & artificiosa structura admirabilia sunt, omnia Catholicorum destinata sacris. Academia ejus, frequentia studiosorum celebris est.

REGIMEN.

SUprema concessa potestas & jurisdictio Urbis, penes Gubernatorem, sive Starostam. Cracoviensem, qui peculiares suos habet ministros, est. Magistratus civilis ambulatorius est, & novis quotannis personis alius. Civitas tribus contiguis constat oppidis; Casimiriâ, Clepardiâ & Stradomicia, præter Judæorum & cerdonum vicum.

DIVITIÆ.

POlonicarum Urbium omnium mercatu & divitiis florentissima est Cracovia, quam fœcundissima soli bonitas, auro, argento, plumbo, cupro, ferro, marmore, alabastro, præsertim salis fodinæ stupendæ profunditatis, maxime ditant.

MASOVIA.

MORES.

MAsovi eosdem cum Polonis habent mores, nisi quod duriore linguâ laborent, ingenia eruditione culta,

hic valde rara sunt, communis nationis indoles in obstinatam præter ipsam rationem fertur pertinaciam.

RELIGIO.

OMnes in Masovia Nobiles, Catholicam sequuntur Religionem, nec unquam hic, alienæ Confessionis opinio progressum suum habuit.

VIRES.

MAsovicæ Nobilitatis ad 40. millia numerantur, ad Coronationem Sigismundi III. ad 15. millia Masoviorum convenerant.

MINOR RUSSIA.

MORES RUSSORUM.

RUssi natura certis morbis, ut capitis, & renum subjecti sunt: plicæ quoque morbus inter illos communis est, quo capilli, veluti glutine quodam invicem compinguntur, ut nullius pectinis usu in ordinem reduci queant; illis, qui manuum tractant operas, firmæ ad laborem ferendum vires sunt, cui etiam diebus festis & dominicis operam navant, quærentibus, cur non in die dominicâ ab opere cessent, respondent; quod tam hac die, quam in aliis comedere oporteat. Polonica lingua ipsis usu frequentior est, quam Russica. Vini Hungarici, & multi potum frequentem habent. Rustici in rus, sine sagittis ac arcum aptatis, non descendunt, magni Tartarorum osores sunt. Erga peregrinos humanitatis studia exercent, cui Armenii in Urbe Lwow præsertim sunt addicti.

RELIGIO.

QUatuor in hac Regione Religiones numerantur, ut puta Romana, Græca, Armeniana, Judaica. Lutheranæ & Calvinianæ Religionibus, infensissimè irascuntur. Plerique vero Nobilium Romanæ Religioni, qui in oppidis agunt, Græcæ sunt addicti.

Episcopi tamen Russorum, Regi Poloniæ subjecti, sedem Romanam & Papam Clementem 8. pro capite anno 1595. agnoverunt.

DIVI-

DIVITIÆ.

OPpidum dictum Iwowo: vini, quod malmasia vocatur, mercatu dives est. Armeniani has oras valde reddunt opulentas, qui in Alexandriam, Constantinopolim, Indiam usque, iter mercium ergo suscipiunt.

PODOLIA
MORES.

IN Podolia culturam morum & eruditionis nomen vix invenies, pecoribus enim potius, quam ingeniis alendis hæc Regio proprior est.

RELIGIO.

DUo sunt in Kamieniec Episcopi, alter Romanus, alter confessione Græcus. Duæ etiam ibi sunt Ecclesiæ, in templis levi fabrica extructis convenientes.

REGIMEN.

OMnis Podoliæ tractus, Regis Imperium comiter agnoscit.

VIRES.

QUi Bratzlaviam incolunt, tractandorum sclopetorum, hisque exacte feriendi metam, apprime norunt. Cum Tartaris sæpius confligunt.

LITHVANIA
MORES LITHVANORUM VETERES.

VEteres Lithvani, delicias peregrinorum ciborum, & potus quondam ignorarunt, sobrietati & abstinentiæ toti addicti, In armorum usu, equorum & famulorum multitudine suas quærebant delicias.

Ad bellum paratas semper habebant lanceas, clypeos, saccos coreaceos farinâ plenos. Adorabant ignem, serpentes, sylvasque pro sacris & deorum sedibus habebant. De mortuorum cadavera cum illorum equis, armis, falconibus, canibus

canibus venaticis alimentibus pretiosis comburebant. Circumstantibus parentum lac, mel, aquâ & cereviſiâ miſtum offerebant, choreasque ibi, ad tympani, & tubæ bellicæ ſonum ducebant. Johan. Meletius oculatus teſtis hæc ſe apud Lithvanos obſervaſſe, in quadam teſtatur epiſtola. In funeribus à ruſticis cadavera defunctorum veſtibus & calceis induebantur, & in ſella collocabantur erecta, cui aſſidentes illorum propinqui, poculis decertabant. Epota cereviſia, ejulatum funebrem ordiebantur hunc in modum: *Hale le, le le, y Procz-ty nene umarl? y za ti nie miel ſzto yeſty albe pity! y procz ty umarl? Ha le le, lele, yza ti nie miel-kraſz ye mlodzice? y procz ty umarl* h. e. Hei hei mihi, quare mortuus es? Hei hei mihi, numquid tibi defuit cibus vel potus? annon habuiſti formoſam conjugem, quare mortuus es?

Peractis querelis, munera cadaveri donant, mulieri quidem fila cum acu, Viro linteolum, idque ejus collo, implicatur. Cum funus exequuntur, multi currum adequitant, & eductis gladiis, auras verberantes clamant: *Ge, geythe, begzythe peckelle* h. e. aufugite vos dæmones in internum. Tum ad ſepulchrum cibum & potum collocant, uxor ſingulis diebus ſummo mane, & vergente in veſperam die tumulo aſſidet, ſuumque deplorat & revocat per XXX. dies maritum. Inde convivium paratur. Hoſpites muti velut accumbunt. Duæ mulieres ſine cultro cibos miniſtrant invitatis, & de omnibus ferculis aliquid menſæ ſubjiciunt, ſi quid forte ceciderit, non tollunt, hocque in gratiam animarum quas comedere credunt, faciunt. Peracto prandio, ſacrificulus de menſa ſurgit, ſcopis domum purgat, & talia fatur. *Jely Pily duciſſe: nu wen, nu wen*, h. e. ediſtis, ac bibiſtis animæ dilectæ, ite foras. Peractis his, convivium reſtaurant, & potu invicem decertant, Viris acriter fœminæ reſpondent, & oſcula poculis miſcent. Hæc modo dicta, ſupra citatus autor partim ſe vidiſſe, partim reliqua ex fide digniſſimorum Virorum ore hauſiſſe teſtatur.

MORES LITHVANORUM NOSTRI TEMPORIS.

LIthvanorum plebs valde rudis & ſimplex eſt, ut ad ferendum jugum, nata velut eſſe videatur. Nobiles ſubditos ſuos ut mancipia tractant. Gens

Gens Lithvana, inculta & [illegible] moribusque crudelis est: prædones & fures plurimos [illegible]et, qui eo scelerum delabuntur, ob nimias quibus indulgent, commessationes, quæ illos ad vitam pauperem & inertem traducunt. Hic si fides penes Michalov, in Litvania propter scelus latrocinii, plures in uno mense, quàm in Moscovia & Tartaria per centum annos suspendi solent. Herborstein: tesie. Virgines Kiovienses ultra septimum annum, pudorem virgineum prodigunt, cum quarum in hac ætate proposita formâ, etiam pudicitia exponitur. Raptoribus illarum tamen pœna capitis, & confiscationis bonorum irrogatur.

Servi qninque per hebdomadem dies, in operibus suorum dominorum impendunt, lunæ diem tantum suis liberam habent curis, die dominicâ etiam in servitia dominorum impensâ. Frumentum suum ad focum siccare consueverunt, quod postea in granariis excudunt. Qui liberioris sunt conditionis, à laboribus se utplurimum vindicant, & in popinas deflectunt, in illis dies noctesque potui indulgentes. Cerevisiâ, & vino adusto pro potu utuntur, cui mulsum, optimæ notæ, addunt. Hoc in magnatum aulis per plurimos annos asservatur. Author. libri Thesoro Politico l. 3. dicit, in Aula Illustrissimorum Principum Radzivilliorum mulsum ultra 100. annos integrum fuisse servatum. Kiovienses à primis incunabulis natationi, navigationi, piscationi & venationi se dant, quæ exercitia illorum corpora admodum reddunt expedita. Conviviis Lithvani sæpius interesse amant, in quibus à meridiano sole, ad medium noctis usque genio indulgere solent.

Potentiorum mensas peregrina vina & opiparus ferculorum apparatus onerat. A primo mane adustum vinum omnis sexus & ætatis homines bibunt.

Vestitus incolarum, non secus ac Moscovitarum longior est: mulieres valde splendidum habitum amant.

In matrimoniis contrahendis, quondam nullus habitus respectus est, apud Lithvanos. divitiarū vel stemmatis, sed ille, quem armorum gloria commendabat, quamvis is vilis conditionis esset; fœminam tamen ex Nobilissima familia ducere poterat. Hæc consuetudo multis magnos fecit ad virtutē stimulos. Hodie tamen paritas conditionis & stemmatis in matrimoniis servari solet. Fœminæ nuptum datæ, in dotem cer-

tam bonorum acci... ,artem, inde obſequentiores illas ſibi mariti experiuntur. Natura illarum ad quærenda cum aliis vicina conſortia valde prona eſt.

Quatuor linguarum dialectus in Lithvania eſſe, recepta eſt ſententia, Jaczuingiorum Lithvanorum, vel Samogitarum, Pruſſorum, & Livonorum. Oratio dominica in Lithvanica lingua ſic ſonat:

Mus tabes kus tu es eckſchkan de beſſis, Schweriez touuz vaart. Eack nums touves Walſtibi teuus praatz, buska eckſchkan. Dehbes ta warſan ſemmes. Muſſe dazuſche muſſe, Duthmums Schoodeen, pammate mums muſſe grakeka meſtammat muſſe parraducken. Meewedds mums Jonna badecke, le pett paſſarga muns un muſſe malo.

RELIGIO.

QUidam Litvanorum, Eccleſiæ Romanæ ſequuntur ſacra, numeroque aliis potiores ſunt, Epiſcopum Vilnenſem habentes, qui ab Archiepiſcopo Gneſnenſi dependet. Reliqui, Ruſſorum amplectuntur Religionem, ut ſin Nowigrod. Polotzko.

Proxime Vilnam Tartari etiam habitant, qui certam terram occupant, & mercaturam exercent. Hi Machometi Religione initiati ſunt.

Præter hos multi in Lithvania Judæi ſunt: multi hic reperiuntur magi, qui præſtigiis diabolicis lupinam mentiuntur formam, quod mali, etiam in Livonia non infrequens eſt. Nec inſolens eſt Lithvanis, de morbo alicujus, ex umbra corporis ad ignem collocati judicare.

Armenii ſua quoque Vilnæ templa habent, Dictorum autores ſunt Geſner. Mitridat. Chytr. Orat. de Stat. Eccl. Michov. Sarm. Europ Jo. Auban. de morib. Gent. &c.

REGIMEN.

LOngo olim tempore Lithvania per magnos Duces regebatur, donec tandem Regno Poloniæ per Jagellonem dictum Uladiſlaum an. 1386. uniretur. Hodie qui ipſi cum Imperio præſunt, ſuos Palatinos & Caſtellanos habet, qui cum Epiſcopis Senatores Regni ſunt.

Nobiles, in ſubjectos ſibi ſubditos, liberæ poteſtatis, & ſæpe violentiæ exercent imperium, adeo, ut qui miſera magis pre-

Digitized by Google

mantur ſervitute, alios alibi vix invenias. Equidem illi qui mancipia ſuis ſunt dominis, pecudum more cum uxoribus & liberis vendi ſolent. Illi, qui libertate gaudent, & vivendi mediis deſtituuntur, filios, filiaſque ſuas vel ſemet ipſos aliis vendunt, ut ſolum apud emptores cibum habere poſſint. Præter debita, quæ ruricolæ tam Regi, quam Dominis ſuis ſolvere tenentur, obſtricti quoque ſunt uxores ducturi, certam pecuniæ ſummam aulis pendere, ſi illis poſtea natus infans diem ſuum obeat. Judices rei judicatæ decimam partem capere ſolent.

Homicidia, præſertim à Nobilibus commiſſa, pœna tantum pecuniariâ expiari ſolent.

Duo Palatini vicini, juſtitiam ibi locorum adminiſtrant, præter id, quod ſua publica obeant negotia. Illud vero partes litigantes maiè habet, quod fixum judiciis, illi judices non habeant locum, ſed modo hic, modo alibi jus dicant.

Si cui ob facinus mortis pœna adjudicata eſt, dominus condemnati illum cogere poteſt, ut ſe ipſum ſuſpendat vid Michow Sar. Eur. l. 2. Herberſtein. Lithv. Michalov., fragm.

DIVITIÆ.

SUpra ſummam ordinariorum Tributorum, quam Rex ex his percipit oris, bona extraneorum mercatorum, qui hic moriuntur, illi, vel illius Rectori Provinciæ acquiruntur. Turcæ & Tartari ſua exercent negotia.

Eſt prope Kioviam exiguus mons, ſuper quem mercatores ſæpius iter facere neceſſum habent, quod ſi currus mercibus onuſti ibidem loci, rumpantur, vel pars mercium effluat, omne id quod ſolum attingit, Regi proprium cedit.

Privatorum divitię parantur ex cera, melle, frumento, pellibus, cineribus, quarum rerum ingens copia Gedanum, & ab hinc in Belgium devehitur..

Kioviæ inſignis mercium exterarum confluxus reperitur, per cujus confinia omnis generis lapides, aromata, ſericum, materiæ auro intertextæ, crocum, thura, ex Aſia, Perſia, India, Arabia, Syria, in Moſcoviam, Sueciam, Daniam, ordinario, & maxime commodo itinere, devehuntur. Cum nullum expeditius, quam illud à Caffa porto pontis Euxini, in Boryſthenem indeque Kioviam ſit. Quod ſi Boryſthenem

mercatores, ibique [illegible] tributa mercium cauſſa exolvenda ſfugere, hacque ratione iter in Lithvaniam vitare, & per deſerta loca proficiſci vellent, aliorum prædæ & latrociniis eſſent expoſiti, quod aliquot exemplis probatum. Cum ergo commodiorem viam, quam per Kioviam, habere nequeant, incredibile ejus mercatoribus lucrum inde adferunt. Ipſa Kiovia melle, frumento, carne, piſcibus, lapidibus, aromatibus, abundans eſt. Hæc notarunt Herbenſtein de Lithvan. Æneas Sylv. de Lithvan. Michalov. in fragm.

VIRES.

LIthvania facile 70. millium exercitum in caſtra poteſt producere: deterior autem equitatu eſſe videtur, ob equos nimium parvos. Soliti ſunt Lithvani, in caſtra cum magno pompæ apparatu ire, quod ſi in illis ſubſiſtant, veſtium elegantiorem ornatum domum remittunt.

Potentiores, qui propriis expenſis aliquam militarem manum conducere tenentur, data pecuniâ, à caſtris exempti ſunt, milites Lithvani limitanei, ab omnibus tributis exempti judicantur.

Boryſthenes Lithvanis ad impetum Tartarorum ſiſtendum apprime utilis eſt.

SAMOGITIA.

MORES.

SAmogitæ, quamvis plerumque maximi ſint corporis, illorum tamen quidam nimis exiguâ ſtaturâ habent liberos, qui pumiliones magnitudine vix ſuperent. Tantâ pollent corporis celeritate, ut ex equos curſu concitato, ſine lapſu, in pedes deſiliant, adeo firmæ ſunt valetudinis, ut ad centeſimum annum vivant. Animoſi, lætique, & ad bella animis valde propenſi: vitia impenſe oderunt: Latrocinia, furta, inceſtus, vix nota genti nomina.

Virgines adeo ſuæ caſtitatis tenaces ſunt, ut illius inſidiatores, vel cum ſtricto cultro inſequi nil vereantur: maritæ licet mulſi potu delectentur, puditiæ tamen ſuæ minimè ſunt prodigæ.

Ruſtici vomere ligneo terram laborare ſolent, quod in-

felix

felix in hunc uſum ferrum eſſe put. Nunquam terram colunt; inde illis penuria frumenti naſcitur.

Rem pecuariam inter præcipuas habent curas: mulieres lanam tractant.

Cibus ſibi, rapas ad ignem aſſas, præ pane eligunt, quibus lac, mel, butyrum & piſces addunt. Quæ per hyemem durare nequeunt pecora, illa in uſum domeſticum mactant, & cum feris ſylveſtribus, quibus abundant, comedunt.

Pro conſervatione pecoris ſui, Deum ſuum ignis orare ſolent.

Linguam eandem fere cum Lithvanis habent, alii Polonicè loquuntur, quo ſermone etiam ſacra peragi mos eſt. Filiæ ante trigeſimum, vel ad minimum 24. annum ibi viris non nubunt, nec ante confectas propria manu aliquas veſtes, quarum dona ſponſi comitibus deſponſatæ exhibeant. Tum enim cuilibet illorum, ſubuculum cum mappa offerunt. Parentes filiabus ſuis, ad zinguli, quo ſuccinctæ veſtes ſunt anteriorem & poſteriorem partem campanulas ſolent appendere, ut, ubicunque locorum ſint, ſcire queant, noctu ſine face ire nulli illarum licet.

Cum parentes filiabus ſuis maritos quærunt, tunc non tam ſolicite illorum divitias & pulchritudinem, quam vero mores explorant: conſuetudo eſt, ut duo agnati ſponſi, deſponſatam rapiant, quæ peracta nuptiarum feſtivitate in familiam mariti concedit.

RELIGIO.

QUi hic ſunt Epiſcopi, Catholicam Romanam fidem habent. Præter hos, rudera adhuc quædam paganiſmi ibi reperiuntur, apud illos, qui deorum loco colunt Auxthejas Villagiſtis, Zemopacies, Deam Auſcam radiorum ſolis, Bezleam veſperi Deam, Brekſtam Deam tenebrarum, Ligieze Deum, qui concordiam inter homines ſervat. Datan bonorum datorem, Kirnis, qui curam habet cereviſiæ. Kremata, porcorum Deum; Gondam filiæ adorant, Modeina & Ragaina ſilvarum dii ſunt. Tawals Deus divitiarum.

Multæ Veteres hic ſunt familiæ Nobiles, quæ proprios penates ſuos habere creduntur, horum nomina ſunt Kurwaiczin, Eraizain, Gardupithas, Derſintos, & plurima alia.

Cum

sustentabatur. Lechus reperta firmav..., novisque faciendis animum adjecit. Primum exstruxit Gnesnam, quondam Principis, nunc primi Antistitis Regiam, ubi Aquilæ nidus repertus, omen nascentis Imperii. Adepta nomen à nido civitas, avisque illa Regni mansit insigne. Eo regnavit tempore, quo eunte in præceps Româ, Vandali Galliam, Hispaniam, & Africam, Gothi Italiam inundaverunt, Quàm diu gubernarit, quibusque liberis spem succedendi reliquerit, ex defectu Historiæ, certi quicquam haberi nequit.

DE PALATINIS XII.

MOrtuo Lecho, cum nondum constantem formam Polona Respub. nacta esset, Regiaque soboles Regno decesset, XII. Primarii Viri delecti sunt, vernaculo nomine Wojevodæ, hodie Palatini, hoc est Duces belli dicti. Qui Magistratus, non absimilis decemviris Romanis fuit. Sed hi discordiis turbarunt Rempub.

CRACUS. A. CH. Ib. CC.

CUM Polonia intestinis laboraret bellis, uni denuo summa rei commissa fuit. Is fuit Cracus vir opulentus Vistulæque accola. Hic ægre persuasus Imperium accepit, hostes fœderibus vel vi mitigavit. Domi ambitionis discordiarumque semina sustulit. Judices litium per provincias constituit. Novam Urbem ad Vistulam à suo dictam nomine Cracoviam excitavit, quæ Regni caput, relicta Gnesnâ, facta. Sub hac ingens antrum, ubi horrendæ magnitudinis Draco habitasse dicitur, quem Cracus interfecit per escam, pice sulphureque infectam. Sepultus est Cracus in Lassotino monte ultra Vistulam.

LECHUS. II.

DUos reliquerat Cracus filios; quorum minor Lechus, Imperium vi rapuit, fratremque in sylvas venandi caussa eductum obtruncavit. Hunc quasi fato mortuum, acerbe luxit, magnificoque extulit funere, sed innotuit scelus, missusque in exilium est Parricida.

VEN-

VENDA A. C. Ib CCL.

FRatribus vita functis: sorori illorum Vendæ imperium delatum est, virgini ingentis animi, supraque sexum prudenti. Sed cum Venda Princeps potius, quam Principis uxor esse maluit, se, sponsam abientem Ritigerum, Principem Germaniæ spreverat. Hic quod precibus impetrare non potuit, manu conjugium capere decrevit. Hosti amatori, cum magnis copiis Poloniam invadenti, obviam processit Virgo, dumque in irritum omnes Legationes, & conatus abirent, vecors amore, & illusi conatus pudore Dux, sibi manus intulit. Venda triumphum de armis & amore agens, Cracoviam ingreditur, seque in Vistulam præcipitem dedit, & diis manibus devovit.

DE XII. PALATINIS ET PREMISLAO SIVE LESCO I.

EXtinctâ cum Venda, stirpeq; Regnatrice, Imperii moles ad palatinos revoluta est, sed brevi is Magistratus antequam corrumperetur, desiit. Successit enim Premislus. Is erat aurifaber, qui singulari stratagemate tum Pannones & Moravos, Poloniam infestantes per galeas decepit, Poloniscque cœdendos ministravit. Suspendit enim felle vel Lithargyro illitas galeas, castra hostium contra: quæ sole lucente, hostium nunciabant copias. Mox sublata ab auctore, fugæ suspicionem faciebant, à Polonis cœptæ. Hinc ad persequendum hostem Pannones accincti, & in interiora sylvæ penetrantes, circumventi à Polonis, internetioni dati. Hoc propter inventum, Premislus à Polonis, Rex creatur. Tranquille imperavit, nullos post se reliquit liberos.

LESCUS. II. AB AN. Ib CCLX. AD ANN. Ib CCCIV.

POst Fata Premisli, nullo relicto Regni herede, novæ de Principatu orta est contentio, in eamque tandem descenderunt sententiam Poloni, ut fortunæ electio committeretur, sub hac conditione; ut qui eques primus ad metam præfixam perveniset, Princeps foret. Sed cum quidam dolo agerer,

Digitized by Google

ageret, & campi arenas ubi currendum erat, noctu tribulis ferreis impediret, relicto sibi integro tramite, jamque effusis in cursum aliis, lapsantibusque, impostori victoria cum Principatu cessit. Sed comperto dolo, supplicium ipsi, loco coronæ datum est. Eandem viam vir quidam tenuis sortis pedes ingressus erat, & certantibus aliis, ad metam pervenit primus. Hunc velut Fato offensum, Poloni Principem renunciant, pauperem licet, nec unius equi Dominum. Hic habitum modestiamque in Regno retinuit, sobriusque fuit.

LESCUS III. AB ANN. CH. Io CCCIV. USQUE AN. Io. CCCX.

LEscus sicut glorioſe vixit, ita etiam in prælio contra Carol. M. Sclavis Hunnisque opem ferens, glorioſe vitâ deceſſit. Provincias quasdam patrio Regno adjecit. Cum Carol. M. muneribus missis, pacem fecit. Filios suscepit complures, quorum unus Popielus in spem Regni educatus, è legitima conjuge natus, reliqui impari ortu nati Marchiam, Pomeraniam, Cassubiam, iisque confines acceperunt Provincias, hac cum conditione, ut Popielo integra maneret hereditas. Fuit Lescus in suos, ac egenos liberalis.

POPIELUS MAJOR AB AN. Io CCCX. AD A. C. Io. CCCXV.

HIc nihil à Patre, præter Principatus accepit fortunam. Ignavus erat, cui Cracovia displicuit, ideoque campestria planaque habitare maluit. Et quo simul fratribus Pomeraniæ Dominis, propior esset, Cruschicia delecta est, Cujaviæ hodie oppidum. Fertur in familiari sermone se suosque, murium depastioni devoviſſe, quod in filio expertus.

POPIELUS JUNIOR. AB A. C. Io. CCCXV. AD AN. Io CCCXXX.

HUjus Adolescentia Patruorum Procerumque consiliis cohibita est, sed mox honestatis fræna excussit. Juvenis formâ deformis, turpibus deditus voluptatibus, ut Choſtek dicere

diceretur. Duxit è vi[illegible] Germania uxorem, ſuperbam & varam, quæ etiam tandem vim tenuit imperii, & filiis ſuis 2. mortuo marito Regnum firmavit. Diffidebat autem Polonis, imprimis Patruis, quos per ſcelus ſuſtulit: ſimulans enim, ita jubente uxore, morbum, advocat patruos, ipſiſque quaſi morti proximus, conjugem cum liberis commendat. Vergente in veſperum die, ſeceſſuris, à ſe manum, tanquam teſſeram affectus ultimam, & ſimul poculum veneno infectum & ab uxore paratum porrigit. Illi confeſtim in terram procidunt, & veneni vi moriuntur, quorum cadavera tanquam qui inſidias paraverant, mulier abjici juſſit. Sed ſi fides annalibus, ultio Dei ipſum ſuſtulit; nati enim ex defunctorum cadavere mures, & Regem, conjugem, liberoſque ejus depaſti ſunt, fruſtra turribus, aquis, ſatellitibuſque munitos.

PIASTUS,

AB ANN. Io CCCXXX. AD ANN. Io CCCLXI.

MIſere defuncto Popielo, magna de ſucceſſione orta ſunt diſſidia. Rejecti namque Regnum poſcentes Filii patruorum, qui ex Popielo erant nati. Interim omnia rapinis & latrociniis fœdabantur, accedentibus ad publica mala finitimorum machinationibus. Poſt longè agitatas contentiones, eligitur Princeps, quem nemo ſperaverat, Piaſtus, oppidanus Cruſviciæ, parvi agelli Dominus, integer tamen vitæ, & in egentes promptus. Is, fortâ in Comitiis annonæ caritate, omnem multitudinem frumento refeciſſe dicitur, nihil ideo imminutis dapibus. Hoc viſo miraculo, Poloni Principem Piaſtum ſalutant. Geſſit Principatum feliciſſime, quem Fato acceperat. Bella ſub illo nulla fuere. Diſſidia auctoritate ſua compoſuit. In poſteris ſuis diu Regnum tenuit. Cruſviciam dein interitu Popieli inquinatam mutavit. Gneſnamque ſedem tranſtulit. Ex uxore ſua Repicha filium unicum ſuſceperat: ſuperavit rariſſimum mortalibus annum viceſimum ſupra centeſimum, abſtinens gulæ & libidinum, quæ multis exitio fuere.

ZIE-

ZIEMOVITUS. I.
AB AN. Io. CCCXLI AD AN. Io. CCCXCII.

IS ex Repicha, uxore Piasti, natus, Patri grandævo in partem curarum assumtus erat, magnisque omnium studiis Princeps factus est. Erectæ Vir indolis, malorum patientissimus, rei militaris gnarus, munificus in largiendo, mitior in pœnis, quam severior. Militarem disciplinam fecit, creato militiæ magistro, ordinumque Ductoribus. Paulo post in Ungaros, Moravos, & Germanos movit, ad recuperandas provincias, ignaviâ Popieli, & interregni tumultu Polonis amissas. Nec sua tantum recuperavit, sed his alia adjecit. Post in Pomeraniæ Cassubiæque Duces priscum Polonorum ex Lesco 3. sanguinem movit. Sed hic fortuna suffiamen victoriis posuit, cum locorum præsidiis Duces tuti essent. Sequuta Ziemoviti mors anno regiminis XXXII. relicto filio impubere, & adhuc Regno regendo impare.

LESCUS IV.
AB AN. Io. CCCXCII. AD AN. Io. CCCCXIII.

MOrtuo Ziemovito, Poloni Principatum filio ejus deferunt, datis puero rectoribus, qui negotiis præessent Reipub. Hi cœptum à Patre Lesci contra Pomeranos bellum neglexerunt. Lesco adulto, occasio rei gerendæ effluxerat: huic mite erat ingenium, qui parta tueri maluit, quam novis acquirendis fatigari. Pacis artibus inclaruit. Immatura obiit ætate, relicto filio Ziemomisło. Magni tum motus Germaniam infestabant, translato à Gallis in Germanos Imperio.

ZIEMOMISLUS AB AN. Io. CCCCXIII.
AD AN. Io. CCCCLXIV.

SImilis Patri Lesco, filius Ziemomislus pacem amans successit. Hic silentio tranquillo vitam transegit. Filium seri partus, sed cœcum ex uxore susceperat. Postquam puer septimum attigisset annum, gentili ritu ipsi coma tondebatur. Instructo à Patre convivio, durantibusque epulis, ambigui inter tristitiam & gaudium Procerum fronte, repente

puer oculorum lucem [illegible]us. Hinc Mieciſlai nomen accepit; interrogati ſuper hac re Areoli, reſponderunt; lumen portendi Poloniæ. Quod Augurium ſecuta Chriſtiana Religione confirmatum eſt.

MIECZISLAUS I.
AB AN. Iↄ. CCCCLXIV. AD AN. Iↄ. CCCCXCIX.

IMmodicus libidinum 7. uxores habens, tamen ſine prole agebat. Sparſi tum per Regnum Chriſtiani, Principi promiſerant prolem, felicioreſque ſucceſſus, ſi ſacra mutaret. Sequutus promiſſum, repudiatiſque uxoribus, Boleſlai Bohem. Ducis filiam jam Chriſtianam, uxorem ducit, & antequam matrimonii fœdere jungerentur, ſponſus Sacro lavacro tinctus eſt. Poſt ſuſceptam veram Fidem, facem veræ Religionis ſubditis prætulit, creavitque duos Archiepiſcopos Gneſnenſem, & Cracoviens. Junctis hinc inde Epiſcopis & Sacerdotibus. Juvit piosPolonorum conatus Johannes XIII. Pontifex à quo miſſus Ægidius Cardinalis, conquiſitis ex Italia, Gallia, Germaniaque ſacerdotibus, omnia ad Eccleſiæ Romanæ ritus compoſuit. Interim filius ei naſcitur, cui Boleſlai nomen imponitur. Adultoque filiam Juditham, Ungarorum Princip. Geiſæ in matrimonium dat, cujus cura, primum per Ungariam Evangelii vox inſonuit. Bella vix aliqua geſſit. Congreſſus eſt infeliciter cum Ulodomiro Ruſſorum Duce, amiſſis Premiſliâ, Cerveno, aliſque oppidis. Miſerat poſt Mieciſlaus Romam Lambertum, Antiſtitem Cracovienſem, ad Benedictum 7. Pontifice pro impetrando Poloniæ Principibus Regio nomine; ſed noluit annuere Pontifex. Tum Poloni morem habebant ad prælectionem S. Evangelii gladios ſtringere. Regnavit annos 35. feliciterque præfuit Reipub. Sepultus eſt Poſnaniæ.

BOLESLAUS CHROBRY I. VERUS REX POLON. AB AN. Iↄ. CCCCXCIX. AD AN. CIↄ. XXV.

HIc ab Ottone 3. Germaniæ Imperatore coronam accepit, remiſſis in Poloniæ Regnũ prætenſionibus. Adjunxit &

& affinitatis vinculum desponsata ...o Miecislao adhuc impuberi Rixa, quæ nata ex Ehrenfrido, Rheni Palatino. Hic Rex dignos fortuna spiritus gessit. Primum Bohemos repressit, quibus iterum superatis, Moraviam sibi fecit tributariam. Mox in Russos movit, erepta patri recuperaturus. Miseratus etiam Stopolci, qui à Fratre Jaroslao ejectus erat, Polonorumque implorabat tutelam. Jaroslaum igitur fudit, Kioviamque Urbem occupatam Stopolco reddidit. Post hæc, Saxones Boleslaus aggreditur, graves Pomeraniæ Ducibus: sed hi fugam, quam arma maluerunt, hosti diripiendam reliquerunt terram, qui usque ad Salam progressus, posuit in flumine columnas, virtutis Polonicæ testes. Redux, Prutenos coërcuit. Adalberti interfectores, qui pacem petierũt tributarii Duodecim sibi è Proceribus Polon. consiliarios ascivit Boleslaus, pauperes in litem vocatos, suis opibus juvabat. Arces, præfecturasque obibat, Sacrorum curam magnam gerebat pace belloque juxta clarus, meruitque Chrobrii nomen h. e. acris, propter animi magnitudinem. Sepultus Posnaniæ pompa moderata, quod præcavit, cum regnasset anno 25. & 58. vixisset, ob cujus obitum tota Polonia per integrum annum luctu confederat, ita, ut nec convivia celebrarentur, nec musica audiretur, nec vestibus cultioribus uterentur Nobiles.

MIECISLAUS II. REX. AB AN. cIↃ. XXV. AD AN. cIↃ. XXXXIV.

AD hunc, mortuo Patre, Regnum devolutum est. Segnis Vir erat indole. Sub illo Bohemi tributa pendere denegarunt, Moraviamque sibi asseruerunt, Quam ille immisso milite vastavit, nulla ferio Urbe oppugnatâ. Felicius cum Pomeranis paulo post conflixit, Besæ virtute, quem Rex Generum assumserat, datâ ei in uxorem filiâ. Data in dotem Pomerania, cujus Dux in prælio occubuerat. Post Miecislaus ad solitas rediit voluptates, amentiaque correptus, non suo, sed uxoris utens, ingenio, in odium & contemptum omnium venit. Mortuus ex illo morbo est, Posnaniæque sepultus, rexit Polonos 9. annis fere, vixit 44. unicum filium Casimirum reliquit, sub cujus ortu terræ motus auditus est,

CASIMIRUS I. R. AB ANN. clɔ XXXIV. AD ANN. clɔ. XLI.

MOrtuo Mieciſlao, Caſimirus ejus filius ipſi ſucceſſit, ſub quo nato terræ motus multa portendit mala Poloniæ. Cum adoleſceret, Regia poteſtas penes mātrem Rixam erat, quæ inviſa Polonis, in Germanos propenſior, expilato Fiſco in Germaniam fugit. Caſimirus ad matrem, poſt ad Ungaros tendit, à qua animi excolendi ergo, Lutetias miſſus, ubi monochus factus. Laborabat tum Polonia cœdibus, rapiniſque. Maſſaus Regi à poculis, Provinciam Regno abſtraxit, pòſt ab illo Moſcoviam dictam Ruſſi Bohemique tum infeſtabant. Miſſa igitur ad Caſimirum ex Polonia Legatio, tum Cluniaci in Gallia monachum, ut rediret ad ſceptrum. Liberatus ergo voto à Pontifice Benedicto IX. eamque ob cauſſam impoſita Polonis eſt annua penſio, ſancti Petri nummus dicta; & tonſura capilli rotunda ad modum monachorum. Redux Caſimirus, Gneſnæ Rex ſalutatus eſt. Vulnera Reip. Poloniæ ſanavit, pacem publicam punitis latrociniis firmavit, diſſidiaque Procerum, publica amneſtiâ finita ſunt. Jariſlaus Dux Ruſſorum in fœdus, & affinitatem aſſumtus à Caſimiro, ducta illius ſorore Maria. Motus poſtea exercitus in Moſcos, victuſque Maſlaus aufugit, ſed victus potentior rediit, ſecuti namque illius partes ſunt Jaziges Pruſſiæ populus ferociſſimus. Tum victum Maſlaum Pruſſi in crucem agunt, inſultantes, mortuumque dicteriis petentes ad alta miſſum, ad alta perveniſſe. Hanc victoriam quies Poloniæ ſecuta eſt, Recepti ſunt in gratiam Pruteni. Suſcepit ex uxore filios Boleſlaum, Uladiſlaum, Mieſconem, Ottonem & filiam Syantochnam. Obiit, cum imperaſſet 18. annis Poſnaniæ terræ redditus, Cometes ante mortem ejus apparuit. In pupillos fuit clemens, doctus, Eccleſiaſticis favit, comis, lenis, benignus.

BOLESLAUS COGNOMENTO AUDAX AB AN. clɔ LIX. AD clɔ. LXXXII.

EX omnibus Caſimiri filiis Boleſlaus, maximus natu, Regni potitus. Juvenis namque adhuc magnam in ſe oſten-

dit

dit indolem cum undique [illegible] habiti Principes ad Boleſlai opem confugerent. Primum contra Bohemorum Principem Premiſlaum movit, cui contra Fratrem Jaromirum bellum erat, cum quo tranſegit. Poſt, contra Prutenos arma ſumpſit, quos ex inſidiis de paludibus fuga ſimulata excitos, cæde ſtravit. Poſt Belam, qui amitam Boleſlai uxorem habebat, contra Ungaros juvit, Princeps Bohemorum Uratiſlaus captus, cujus ſolio à Boleſlao Bela impoſitus. Poſt expeditionem redux, ſibi uxorem ducit Viſſeſlavam Ruſſorum Principis filiam. Ruſſi tum negotium Izaſleo fecerunt, quem Kiovienſes receperunt, 70. ſeditionis ducibus vita, vel oculis multatis. Hic Boleſlaus paulo quieti vacans, denuo in Premiſlenſes movit, venienti omnia patuêre, Premiſa occupata eſt. Poſt mortem Belæ, ejus filio cum æmulis Regni in Ungaria conflictantibus ſuppetias tulit, contra Salomonem præ aliis Regnum capientem. Pax interponentibus ſe Epiſcopis inter diſſidentes poſtea facta, hac conditione, ut Belæ filii ducum titulo tertiaque Regni parte contenti, ſummum nomen Solomoni relinquerent. Poſt in Ruſſos movit, quos in fugam vertit, Kioviamque aliquamdiu obſeſſam expugnavit, ubi per hyemem victor exercitus libidinibus elanguit, uxores ſuorum abſentiam virorum ægre ferentes, libidinem libidine domi penſabant. Hac fama ad viros delata, miſſionem petunt, quâ non impetrata, clam domum dilabuntur. Rex ſuis deſtitutus, ſequi coactus fugientes quos redux multavit, nonnullos vitâ, alios confiſcatione bonorum, Uberibus adulterarum abſtrahi ſobolem, catulosque admovere juſſerat. Sed nimium indulſit ultioni: poſt tributis inſolitis ſubditos gravavit. Mox ipſe adulter à Principe bono in pejorem degenerabat Tyrannum. Cenſores vitæ ſuæ oderat, quos inter fuit Staniſlaus Sozepanovius Epiſcopus Cracovienſ qui tandem à Rege poſt alias vexationes, (poſtquam Rex ab ipſo a communione ſacrorum prohiberetur) in templo interfectus eſt. Fulmine ob factum à Pontifice Gregorio VII percuſſus, exoſus ſuis cum filio in Ungariam profugit, ubi conſcientiæ vulneribus agitatus, ſibi manus dicitur correptus amentia, intuliſſe, Sepultus Oſſiæ in Monaſterio Carenthiæ, cum imperio annos fere 20. præfuiſſet.

ULADISLAUS HERMANNUS AB AN. cIↃ. LXXXII. AD AN. cIↃ. CIII.

EXacto Boleſlao Audace, Regnum Rege deſtitutum, à Ruſſorum incurſionibus vexabatur. Hoc Principis nomine Frater Audacis, Uladiſlaus ſuſcepit, Regis titulum aſpernabatur, ſpe, fratrem rediturum, Ad Pontificem poſt mittitur Legatio, à quo præter ſacrorum liberum uſum nihil impetratum. Revocatur poſtmodum filius fratris Mieſco à Uladiſlao, ſed brevi fato conceſſit. Sub Uladiſlao Pomeranorum, Prutenorumque incurſionibus laborabatur. Quatuor vicibus exercebant hoſtes Uladiſlaum, qui ultimum victi, clementiam Victoris implorabant. Eo tempore Henricus IV. Uratiſlao Bohemorum Principi Regiam conferens dignitatem, jus quoque quod nullum habebat, in Poloniam dederat. Ideo ejus filius Poloniæ fines invaſit. Quem Cracovienſis Palatinus Seciechus fortiſer repulit, graviſſiméque ultus eſt. Sed Seciechus ob impetratam felicitatem nimium elatus, potentiam ſuam in oppreſſione inferiorum oſtendit. Quod factum, ipſum Civium odio expoſuit. Proſcripti ab ipſo, adjuti ope Bohemorum, Regis arma in illum moverunt, adſumpto duce Uladiſlai notho, Uladiſlaus ſibi periculum imminere ratus, exercitum conjuratorum aggreditur, quibus ſe miſcuerant Pomerani, illos ſtrage inſigni afficit Sbigneo, qui caput erat; capto, veniam tamen ſupplici conceſſit. Sed recruduit vulnus belli civilis, ubi impetrata ultimum quiete, arma in Pomeranos & Ruſſos converſa ſunt. Tandem cum anno 20. rerum potitus fuiſſet, & quinquaginta novem vixiſſet, angore confectus obiit, in Plocenſi Baſilica cadaver defuncti humatum eſt.

BOLESLAUS III. CRIVOUSTUS AB A. cIↃ. cIII. AD ANN. cIↃ. CxxxIx.

PAtre mortuo, filius Boleſlaus ſucceſſit. Magna juvenis, virtutis dedit ſpecimina, majora vero Princeps exhibuit, æmulum habuit Sbigneum fratrem. Hoc motore Pomerani contra Boleſlaum inſurrexerunt, quos lentius compeſcuit, ex-

Digitized by Google

expugnatis præcipuis illorum oppidis. Mox negotium ipsi cum Bohemis fuit, quibus Pomerani se jungebant. Commissa dein ad Uratislaviam cum Bohemis est acies, magno utrimque hominum dispendio. Pax deinde cum Cæsare Henrico & affinitas contracta est, desponsata Uladislao filio, filiolâ Cæsaris. Paulo post resumendum bellum erat in Pomeranos. Sbigneus impetratâ à Fratre Boleslao venia, fratrem illico non tantum, verum etiam Proceres in odium sui pertraxit. Stimulabant occultè Principem, ut æmulum multis beneficiis emendandum amolirentur. Factum est, ut permittente Boleslao occideretur, sub specie jurgii privati. Hæc cœdes perpetuum Boleslao fuit in animo tormentum, Tum Scarbimirus Palatinus Cracovienſis, vir acer ingenio, militiaque spectatus, nimius factorum suorum jactator, & Principis Criminator, Senatu motus, excœcatusque, in carcere vitam finivit, utque ignominiæ post mortem aliquod esset monumentum, constitutum est, ut posthac Castellanus Cracovienſis Palatinum loco ac dignitate anteiret. His ita gestis, Pomerani denuo Boleslaum lacessunt, Duce Suentopelio. Sed debellati sunt, Religionem Christianam bis à se rejectam, tertium bona fide receperunt Novam arenam Russi Boleslao aperuerunt, ex occasione fugæ. Jaroslai Patrui Vlodi mirè insidias vitantis. Quem reducere ope Boleslai Russi laborabant, sed Jaroslaus pugnans equo excussus est, finem belli morte fecit. Post, Boleslaus Volodorem Prezenislienſium Ducem, armis Polonos infestantes compescuit. Ducem illorum Jaropeleum per insidias sui aulici, pacavit. Hic carcere detentus, tandemque liberatus fidem dedit Regi amicitiæ, sed maluit vindictam, quam fidem servare. Dolum igitur dolo pensare statuens, misit Ungarum, qui Boleslaum interficeret. Is rei familiaris factus, præfecturam Visliciensem impetrat, quâ diu retenta, advocavit Jaropeleum, illiq; hanc tradidit: pacta vero ab illo postulans præmia, lingua, oculisque privatus dicitur, sed Russi, qui Boleslaum fraudarunt, graviore dolo mox eundem circumvenerunt. Revocabant Jaroslaum Halicienſium Ducem, à suis Principatu dejectum, ad Polonosque profugum. Interim tacite militem cogunt, Boleslaus minoribus copiis utalem reducit. Huic occurrunt Hungarorum Turmæ ad Haliciam, specieque gratulandi

Polonorum se jungunt [illegible], idem faciunt Halicienses, [illegible] citiam simulantes, mox Polonos circum circa cinctos invasuri. Sensit fraudem Boleslaus, pugnaque Russos adortus, sed sinistrè pugnatum est. Unde Princeps impatiens ignominiæ, domi se luctu macerabat, qui ipsi morbum & ultimùm mortem peperit. Vixit 36. annis. Funere Ploscum solenni Pompa elatus. Fuit Princeps animi excelsi, contemptor periculorum, ad iram & misericordiam pariter pronus, justus, imprimis bellis longe maximus. Liberos reliquit ex Sbislava Uladislaum, ex Adelheida filia Henrici IV. Imperatoris Casimirum, Boleslaum, Mieczislaum, Henricum & denuo Casimirum. Priori extincto, summa rerum Uladislao cessit: in partitione reliquorum bonorum, Casimirum ultimùm genitum præterierat, causam rogatus respondit, currum à quatuor rotis trahi, Casimirum vero suam in medio currus sedem habiturum, ad ultimum summæ rei admovendum.

ULADISLAUS II.
AB AN. clɔ CXL. AD AN. clɔ CXLVI.

BOleslao successit filius natu major, Uladislaus, qui divisione facta à Patre, ægre contentus, irritavit illum, & uxorem ejus in perniciem fratrum. Convocatis Proceribus, demonstravit; difficile unum Principatum à pluribus regi, se fratribus dignos ex Fisco proprio reditus dare velle. Senatus Uladislai consilium improbavit, igitur Uladislaus Fratribus bellum intulit, Russis in auxilium vocatis. Henricum Sendomiria, & Boleslaum Plosco Masoviaque ejecit. Restabat Miecziilaus, cui se cæteri fratres commiserant. Uladislaus Posnaniam obsidione cinxit. Hunc à tergo Fratres impetunt, castrisque exuunt, & Principatu spoliant. Hic cum uxore mali consilii auctore ad Conradum 3. Imperatorem in Germaniam profugit.

BOLESLAUS IV. COGNOMENTO CRISPUS.
AB AN. clɔ CXLVI. AD ANN. clɔ CLXXIV.

EXauctorato Uladislao Principe, Boleslaus Concordi fratrum ac procerum suffragio Rex creatur. Is Principatum mode-

moderatè geſſit, Fratres ſibi benevolentiâ devinxit, Cæſaris propoſitum de Uladiſlao reſtituendo immutavit. Cæſari ab Aſiatica expeditione reverſo, bellum ſibi intentanti ob Uladiſlaum pulſum, quem Regno reſtituere laborabat, maturè occurrit. Solutum illud bellum ſtatim eſt. Poſt Fridericum Barbaroſſam idem molientem placat, attributâque Uladiſlao Sileſia, cum eo pacem init. Poſt Uladiſlaus reditum in Poloniam inſtaurans, in ipſo apparatu extinctus eſt, relictis filiis Boleſlao, Miecziſlao, & Conrado, qui Sileſiam ſui juris fecerunt; hac cum conditione, ut Majeſtatem Regis Poloniæ comiter obſeruarent. Anno 1164. Boleſlaus in Prutenos à fide Chriſtiana deficientes, triplici exercitu inſtructus, arma ſumſit, ad pacemque cum fide Chriſtiana recipiendam coëgit. Sed ſtatim ad ingenium redierunt, ſacerdotes ejecerunt, & ad Boleſlaum pro venia Legatos miſerunt, rogantes; ut à fide Chriſtiana liberarentur. Conſenſit Boleſlaus ad rogata, nihil de illorum erga ſe perfidia timens. Pruteni impune primam offenſam ferentes, confeſtim omnem exuunt erga Regem fidem. Horum motus perfidia Boleſlaus, exercitum contra illos expedivit. Sed transfugarum, vias Polonis monſtrantium deceptus fraude, multos in ſylveſtria loca, paludeſque adductos, Pruteni trucidarunt. Ibi pœnè omne Poloniæ robur attritum eſt. Indicta poſt Comitia Cracoviam, ubi homines factioſi potenteſque, conſpiratione facta, ad Caſimirum Sendomirienſem Principatum deferebant, Boleſlaum peroſi, illius imbellem animum accuſantes. Verum, ſuffocavit hoc conſilium modeſtia & integritas Caſimiri, oblatum detrectantis. Quies dein Poloniam habebat. Moritur tandem Boleſlaus Cracoviæque ſepulturæ honore afficitur A. 1173. poſtquam Poloniæ Principatum annis 27. tenuiſſet, vixiſſet 46. relicto unico Leſco filio, cui Tutor Caſimirus frater fuit, filio hæres ſubſtitutus.

MIECISLAUS III. COGNOMENTO SENEX AB AN. clɔ CLXXIV. AD ANN. clɔ CLXXVIII.

FRatre mortuo, Caſimirum Principem minoris Poloniæ poſcebant ſuffragia: ſed hæc Mieciſlaus majoris Poloniæ ſententiis evaluit. Hic quod gravis & prudens eſſet, ſenis nomen obtinuit. Principatum ejus impoſita Nobilibus tributa,

honorumque nundinationes inviſum fecerunt. Auxere odium miniſtri Præfectique, avaritia nimia laborantes. Studuit mutare Mieciſlai mores Gedeon Cracovienſis. Antiſtes, & inſtructa fabula viduæ, cujus gregem nutritum à filio canes laceſſerant, velut, in imagine ſibi Principem exhibebat, ſed nullis melior factus admonitionibus, inde idem Gedeon cum Stephano Cracovienſi Palatino ad abrogandum Mieciſlao, deferendumque fratri ejus Caſimiro Imperium cæteris præivit.

CASIMIRUS II. COGNOMENTO JUSTUS. AB AN. cIↃ CLXXVIII. AD AN. cIↃCXCV.

CAſimirum cum aliæ Virtutes, tum moderatio animi Polonis maxime commendavit, Cum Conarius Aulicus eum ipſo ad noctem alea luderet, & colaphum duceret Regi, non tantum non iratus, ſed pœnæ capitali, reum exemit. Adepto invitus Regno, primam curam habuit ſanandi Regni. Primum bellum in Halicienſes geſſit, ſororiſque ſuæ filium Mieciſlaum reſtituit ab illis expulſum. Mieciſlaus tum forte ope ſibi faventium Regnum appetere cœperat, occupata erat Cracovia, arce tamen à Fulcone Epiſcopo & Nicolao Palatino prohibebatur. Caſimirus captum filium fratris, ejuſque milites non tantum incolumes, ſed & muneribus donatos remiſit. Hæc pietas adeo movit Mieciſlaum, alioſque, ut nihil hoſtile impoſterum molirentur, Poſt in Pruſſos movit, ad cladem Boleſlai fratris ulciſcendam, quos devaſtationibus ita afflixerat, ut ſe Regi tributarii ſubmitterent. Hoc ultimum fuit bellum. Redux reſtaurandis rebus & Religioni intentus, dum S. Floriani à Pontifice impetratas reliquias memoriamque epulis feſtis celebraret, hauſto poculo repente concidit, non ſine ſuſpicione veneni à fæmina, quam deperibat, adornati. Fuit Princeps mulieroſior nonnihil, cætera optimus. Moderatus, clemens domi foriſque, pacis & belli artibus clarus. Regnavit annis fere XVII. Vixit LVI. Conditus Cracoviæ. Reliquit filios, Leſcum cognomine Album, & Conradum, Auctorem omnium Maloviæ Principum.

LESCUS

LESCUS VI. COGNOMENTO ALBUS AB AN. cIↃCXCV. AD AN. cIↃCCIII.

POst exceſſum Caſimiri, habitis multis concertationibus, ad Filium Leſcum tandem defertur Principatus. Sed impari Regimini, mater Helena adjungitur, cum Antiſtite, Palatinoque Cracovienſi. Interim Mieciſlaus patruus ambitione Regnum affectat, collectum per Sileſiam, & Poloniam majorem exercitum Cracoviæ admovet. Huic Palatinus, Ruſſis advocatis occurrit. Res ad prælium venit, pugnantibus fratribus & affinibus. Sed Mieciſlaus deſtitutus à ſuis, fruſtra fuit. Poſt aliquot annos fortunam iterum tentat, Cujaviamque, patrimonium Caſimiri liberorum, occupat, Succedente prima fraude, majora aggreditur, Helenam Leſci matrem per Legatos arrepit, demonſtrat jus ſuum, tutelam Leſci tanquam patruus petit, datis ſpecioſis promiſſis. Impar ejus technis mater Leſci, promiſſis credidit, conſentientibus in Mieciſlai reſtitutionem, poſt diſſenſionem Procerum Mieciſlaus Principatu potitur, ſed eum brevi iterum amittit, nihil minus quam promiſſorum tenax. Helena mater Leſci ut credula antea, ita jam ſevera exactrix illorum fuit. Eluſa aliquoties ad vim tandem provocavit, invenitque fautores, dejectos imprimis à Mieciſlao à poſſeſſionibus ſuis. Conjurat Palatinus Cracovienſis, Duce Palatino, occupatur Urbs abſente Mieciſlao, Helenaque cum Leſco filio recipitur. Sed qui jam Principatu exciderat Mieciſlaus, ecce iterum fraude decepta muliere regnat, cauſatus enim neſcio quas fidei remoras, ſanctè denuo pollicetur omnia. Sed auctorem turbarum Palatinum Cracovienſem amovet, nil quicquam meritorum fidem probantem Helenæ. Tertium factus Princeps Mieciſlaus, fruſtra promiſſorum admonetur. Viſlicienſe territorium illi aufert, ſed paulo poſt receptum Imperium finem vitæ fecit. Eandemque fidem expertus, quam aliis præſtiterat. Nullum Leſcus, quoad vixit, bellum geſſit, otio paceque impenſius delectatus. Adminiſtravit Regnum à morte Patris annos 33. fere, ſed in his Miecziſlaus 2. Uladiſlaus Laſconogus tres.

BOLE-

BOLESLAUS PUDICUS.
AB AN. cIↃ CCXXVI. AD AN. cIↃ CCLXXVIII.

Cum Lescus filium Boleslaum, adhuc vero tenerum, reliquisset, Barbatus & Conradus de tutela hæredis aliquot certabant annis, donec post multas difficultates ad Regnum eluctatus est. Princeps, Cunegundin Belæ Ungarorum Regis filiam, uxorem duxit, sed cum primis nuptiarum diebus intacta ab ipso relicta fuisset, in votum perpetuę virginitatis utrimque consenserunt, Unde Boleslai Pudici nomen accepit. Hoc Regnante, Tartari Poloniam invaserant, profligati vero ad Schidloviam oppidum. Denuo recruduit bellum cum Tartaris in Silesia, ubi cœsi sunt Duces Henricus Pius, Uratislavienſis post Henricum Patrem Dux Boleslaus Moravorum Ducis filius Pompo cruciferorum Magister, aliique bellatores. Cæterorum militum tanta occisa est multitudo, ut à Tartaris præcisæ cœsorum singulis singulæ aures, novem capacissimos saccos impleverint. Accepta hac clade, Boleslaus in Ungariam cum suis transfugit, nec diu post comparuit. Inde Boleslao Calvo, Filio Henrici Pii, Regnum confertur. Quod ægrè Conradus Masovius ferens, sceptrum Calvo datum sibi asseruit. Sed hujus Regimen invisum fuit, ut Poloni Pudicum revocarunt. Reversus, Imperium recipit, confligit cum Conrado duplici prælio, uno Victor, alter victus. Mortuus dein Conradus, quietaque facta Polonia est. Dissidentibus post inter se Silesiorum Ducibus, nova calamitas à Tartaris insonuit, qui ingenti vi Lublinensem terram vastabant. Redierunt vero ad sua Tartari, iterabantque incursiones in Poloniam, sed postremum Polonos lacessentes, pœne à Boleslao excisi sunt. Lithvani inter se tum discordabant. Russi devicti sunt, post major Polonia bellum cum Brandeburgicis Marchionib. exorsa est, minor intestinis bellis laborabat eodem tempore. Paulus Polucosius Cracovienſis Antistes, absente Boleslao, nova moliri cœperat, deferens cum conjuratis Principatum ad Uladislaum, Opolienſium Ducem. Quos Opoliam à Duce evocatos, Pudicus adoritur ex occulto, parvoque cinctus comitatu, rebelles compressit, ultusque est Uladislai malitiam. In Silesii vero tum maxime Duces cognati arma parricidalia sumserant inter

Digitized by Google

inter se auctore Boleslao Calvo. Mortuus est Boleslaus Cracoviæ sine prole, ibique sepultus, cum regnasset, vixissetque 52. post patrem annos, uxore relicta virgine quæ post mariti obitum omnes facultates in pauperum usus distribuit.

LESCUS NIGER.
AB AN. clɔ CCLXXIX. AD AN. clɔ CCLXXXIX.

BOleslao extincto, Lescus Niger ex fratre ipsius patruele ortus, Regno potitus, ex adoptione Boleslai. Tum Russi Tartaris juncti fœdè Poloniam vastabant. Hi fusi à Varsio, Castellano Cracovienſi, inde bellum in Henricum Uratislavienſem cognomento Probum. Causſa belli erat, fraus Henrici in patrueles ſuos, cognatos Lesci. Eo tempore feliciter contra Lithvanos pugnatum est, qui maximam partem cœsi sunt. Mox exarserunt civiles motus, pars enim rebellium spreto Lesco, se Conrado, Masoviæ duci, submiserat. Verum repressit subito Lesci fama motores in Moscoviam. Reliqui comitate ad obedientiam tracti sunt. Secunda vice Litvani in Poloniam irruentes, à Lesco repressi sunt. Novum post rebellionis contagium Paulus Cracovienſis Episcopus in subditos disseminavit, sola Urbs Cracovia immunis à scelere mansit. Accitur Conradus, venientique Cracovienſis & Sendomirienſis Proceres obviam procedunt. Obsessâ Cracoviâ, cives se in arcem recipiunt, Conradumque majores vires opponentem Lescus vicit. Debellatis, veniam culpæ dedit, soli Conrado implacabilius irascebatur. Tartari denuo Poloniam inundaverant, ubi tot hominum abducti erant, ut inter spolia Tartari 20. millia virginum innuptarum numerarent. Senserunt quoque Russi pœnam gentis, quam toties juvare non detrectabant. Ferunt enim, quod Tartari transeuntes, infectis veneno humanis cordibus, aquas polluerint, inde graviſſimi morbi & plicæ, quibus adhuc laboratur, pullularunt. Cæterum Lescus privatæ vindictæ intentus, Conradum bello aggreditur, missoque in Masoviam Palatino Siradienſi, devastat ejus Regionem. Quem recedentem Conradus incautum oppressit, necavitque. Lescus ipse paulo post mœrore animi confectus periit. Sepultus Cracoviæ in Templo S. Trinitat. apud Dominicanos, felicior in principio, quam fine Princeps.

DE

DE INTERREGNO ET PREMISLAO REGE. AB AN. cIↃ CCLXXXIX. AD AN. cIↃ CCXCVI.

DEceſſerat Leſcus abſque liberis. Inde Regni cupido multos inceſſerat, Siradienſis Palatinatus Uladiſlao Loctico Fratri Leſci ceſſit, à Cracovienſibus & Sendomirienſibus Boleſlaus Dux Plocenſis, Conradi Maſovii Frater, ut Princeps eſſet, vocabatur. Sed hic mox ab Henrico Uratiſlavienſi Duce dejectus, ipſe quoque ad tempus à Loctico, paulo poſt vero reſtitutus. Morte inſtante, harum Provinciarum hæredem ſcripſit Premiſlaum, Majoris Poloniæ Ducem, cui recens Pomerania teſtamento morientis Mieſciugi acceſſerat. Sed Henrici hæreditatem ambiguam faciebat Gryphina, Leſci nigri uxor, quæ jus donationis à marito factæ in Palatinatum allegabat, Cracovia ceſſit Bohemo. Sendomiria à Loctico armis vindicabatur. Inter tot diſſidia Premiſlaus, majoris Poloniæ & Pomeraniæ Dominus, Principis obtinuit dignitatem, cui mox Regia dignitas acceſſit. Omiſſa ea in Polonia fuerat ducentis & ultra annis, à temporibus Boleſlai Audacis, ob quem Pontifex Regnum diris devoverat. Poſtquam etiam Dominantes numeroſam relinquerent ſobolem, diviſum in tot Principes Regnum fuit, ut vix horum ullus Regium nomen ſuſtinere valeret. Premiſlaus diademate ſolus dignus judicabatur. Hoc ipſi Gneſnæ ſolenni ritu Jacobus Swinka Archiepiſcopus impoſuit. Rex factus Premiſlaus, Rege dignas habuit curas, ſed illas fatum nimium properum præcidit. Septimo enim Regni menſe; dum Bachanalia apud Rogoſnum, Marchiæ vicinum locum celebrat, ſecure agens ab emiſſariis Marchionum Brandeburgenſium, (ut creditum eſt) oppreſſus, periit. Corpus ejus Poſnaniam relatum. Reliquit unicam Filiam Rixam ex Rixa Regis Sueciæ filia, quæ poſt Venceſlao Bohemiæ Poloniæque Regi nupſit.

ULADISLAUS LOCTICUS AB AN. cIↃ CCXCVI. AD AN. cIↃ CCC.

POST necem Premiſlai, omnium electus ſuffragio Uladiſlaus Locticus, qui tamen ſolenni ritu non eſt inaugura-

tus,

tus, hæredisque, non Regis Poloniæ nomen assumsit. Prima ejus expeditio in Silesios fuit, favore in Bohemum Regni æmulum, ipsi infensos. Horum terram ingressus, magna lataque ruina vastavit. Redux ex Silesia, otio se permisit Uladislaus, nec milites ejus rapinis assueti, à suorum bonis manus cohibuerunt, connivente ad omnia Principe, qui distentus privatis libidinibus, Rempub. susque & æque habuit. Malè per tres annos Regnum administratum, ei abrogarunt Poloni. Hac calamitate Locticus felix fuit, quippe calamitatis causſam altius ad animum revocabat, virtutisque admonitus fuit.

DE VENCESLAO. REGE AB ANN clɔ CCC. AD ANN. clɔ CCCV.

A Moto Loctico, vocatur Venceslaus Bohemorum Rex in Poloniam, coronatus, uxorem ducit Rixam, Premisli Regis filiam. Hinc ad Locticum persequendum se accingit, clam in Regno latentem, mox Hungariam, inde Romam fugam parantem. Securus æmuli, ipse in Bohemiam, ordinatis, qui Regnum curarent, concessit. Absente Vinceslao. Sendomirienses, Cracovienseſque contra Russos consurrexerunt. Pugnantibus etiam sine Rege, non defuit fortuna. Fusis namque cum Russis Tartaris, Lublinum, per 50. annos ereptum recuperarunt. Dum hæc in Polonia geruntur Locticus in Ungaria occasionibus Regni recuperandi imminens, apudque Amedeum Palatinum agens, videns vero gravem fore Polonis Bohemorum Dominationem, Venceslaumque in Ungaros, filii ergò bellum parare in Ungaros, collecta Ungarorum manu in Poloniam venit, vicina occupat. Sequitur Venceslai mors, Locticoque imminenti, Cracovia & Sendomiria facile cesserunt. Regnum tamen Patrium asserere cupiens Venceslaus Junior, in meridiano somno occiditur. Albertus Imperator in suspicionem sceleris venit. Ab hoc tempore Bohemi exteris Regibus subjecti erant.

ULADISLAUS LOCTICUS AB ANN. clɔ CCCV. AD AN. clɔ CCCXXXIII.

Quem nonnulli Regem agnoscebant Locticum, ex Bohemia reducem soli Posnanienses illum repudiabant. Ad-

Adſciſcunt igitur ſibi Glogovienſem Ducem. Locticus adverſariorum agros corripit, ad Pomeranos tendit, à Gedanenſibus jusjurandum accipit.

Sed non diu pacatam tenuit Pomeraniam, auctore motuum Petro Cancellario Palatini Gedanenſis filio: ſed prodere tentantem Marchionibus Brandeburg Regionem, Uladiſlaus captivum Cracoviam ducit. Boguſſa Præfectus Arcis Gedanenſis opem contra Marchion: Brandeb. à Uladiſlao petiit, impetrat illam per Crucigeros faciendam. Crucigeri in arcem recepti ferocius ſe geſſerunt, tandemque ſibi totam vindicarunt. Ceſſit ipſis arcis Præfectus, cum conditione, ut illam Uladiſlao redderent poſtulanti. Ægre hoc negotium tulit Uladiſlaus: Tranſigit igitur cum Crucigeris, ut impenſis ipſis redditis, liberarent arcem. Crucigeri immenſam poſtulantes ſummam, conditionem eluſerunt. Interim Lithvani ditiones Uladiſlai irruunt. Cum Marchionibus fœdus ineunt, cum conditione, ut omnia retinerent, quæcunque ſuperiori bello occupaſſent in Pomerania, permitterent vero ſibi, Gedanum, Derſaviam ac Suezam bello acquirere. Potiti Urbe Gedano, reliquas fraude & ipſam ſubegerant Pomeraniam. Ne vero id injuſte feciſſe viderentur, emunt eandem certa pecuniæ ſumma, confirmarique illam ſibi ab Imperatore Henrico poſtularunt. Poſt indicuntur Comitia Cracoviæ, in quibus Uladiſlaus cum uxore Hedvige coronatur. Interim Sileſia civilibus Ducum bellis agitata, à Poloniſque deficiens, Johanni Bohemiæ Regi ſe ſubijcit. Bellum dein Uladiſlao cum Crucigeris, ob reſtitutionem Pomeraniæ fuit, quos ad internecionem cœdit. Bohemiæ Rex à Crucigeris vocatus in Boruſſiam, multa ubique occupat, Pomeraniam ab ipſo jure ſempiterno obtinuerunt. Secutæ induciæ inter Regem, & Crucigeros per annum. Præficitur poſtea in Comitiis Caſimirus ejus filius, majori Poloniæ 21. annos natus. Iniquo tulit animo Palatinus Poſnanienſis ſibi ademptam præfecturam, ſuſcitavitque Crucigerorum arma. Paruerunt conſiliis illius, ſed inferioribus ſpe conatibus. Illi tamen majorem Poloniam valde vaſtarunt. Bellum inde contra illos Rex movit, prædâque onuſtos, ad flumen magna victoria delevit, cum 20000. hominum perdidiſſent. Poſt in Sileſiam copias ducit, multaque cepit & incendit oppida. Poſt in morbum lapſus, obiit: Cracoviæ ſepultus.

Regna-

Regnavit 13. annis post coronationem, Princeps parvus, magnarum virtutum.

CASIMIRUS MAGNUS.
AB AN. clɔ CCCXXXVII. AD AN. clɔ CCCLXX.

SEcutus est Patrem Locticum Uladislaus, filius ejus: pacem cum Crucigeris init, quæ Polonis non placebat. Eligitur arbiter litis Pontifex, mituntur ab hoc Legati, qui Polonis Cujaviam, Dobrinum & Pomerelliam adjudicant. Crucigeris grandem multam irrogant. Sed hi, nihil omnia curantes, occupata retinent. Cæterum Casimirus, libidinibus deditus, Regia prole carebat. Elegit igitur successorem Carolum Ungariæ Regem. Hinc in Russiam movit, nunquam victam à Polonis, à Casimiro in Provinciã redactam. Sumserat tum arma Johannes Bohemiæ Rex contra Polonos, unicum solatium Senectutis ponens, quando muros Cracoviæ attigisset. Repulsus vero à Polonis, in Gallia interiit. Post hæc, Casimirus condendis domi Legibus, judiciis constitutis, arcibusque structis, utilem se Reipub. probavit. Hic introduxit in Poloniam jus Magdeburgicum, condidit quoque partem Urbis Cracoviæ Casimirianam, adhuc hodie dictam. Sed successor Casimiri, electus Carolus decedit, cujus in locum succedit ejus filius Ludovicus, à quo Poloni immunitatem tributorum paciscuntur. Eodem anno Casimirus Russiam perpacavit. Pulsis turbatoribus Lithvanis. Paulo post Masovia corpori Poloniæ juncta est. Hoc tempore Germani plurimi, Regis clementia exciti, in Poloniam migraverunt. Dictusque inde est Casimirus Pater plebejorum, quod vilioribus etiã peregrinis faveret. Post hæc, quod prælio cum Valachis inito infelicior factus est Casimirus. Cum Valachi incisis sylvis, & arboribus super Polonos ruentibus, magnam partem militum Polonorum obtruncarent, reliquos in fugam actos ceperunt. Hæc mala, pestilentia & annonæ caritas secuta sunt. Casimirus vero, dum omnibus venerationi esset, inter venandum, dum incautius cervum insectatur, equo excutitur, soloq; affligitur. Moriens multa Ecclesiis donavit, Princeps alias magnus, nisi libidinibus corruptus, Præfuit Regno ann. XXXVII. vixit LX.

Digitized by Google

LUDOVICUS UNGARUS.
AB AN. clɔ CCCLXX. AD AN. clɔ CCCLXXXII.

DEfecit tandem in Caſimiro illa Piaſti progenies, tot per ſecula Regnatrix. Regnum igitur ad Ludovicum Ungarum, deſtinatum ſucceſſorem devenit, ſorore Caſimiri genitum. Venit tandem diu dubius in Poloniam. Removit vero nothos Caſimiri. Paulo poſt redit in Ungariam, Matri Elizabethæ Poloniæ adminiſtratione relictâ. Prole carebat maſculâ, duas ſuſceperat filias, quarum una Sigiſmundo Cæſari nupſit, altera Polonis manſit. Soli Proceres majoris Poloniæ novum Regem aſpernantes; Uladiſlaum Ducem Cujavienſem ex Uladiſlai Loctici fratre oriundum, Principem ſibi conſtituunt. Is mente imbecillior, monachus factus. Inde in Poloniam reductus, cum omnia pro dominatu tentaſſet, à Sabino, aſſecla Henrici, vincitur. Miſſus ad Regem, donatur Abbatia, quâ ſpreta, Divionẽ priſcam ſedem petiit, & in itinere morte propera interiit. Mater Ludovici, pertæſa Polonicorum mortuum, in Ungariam contendit, mox ad relictam ſtationem rediit. Illâ reversâ, Lithvani Poloniam irruêrunt. Maturavit ea propter Lodovicus ex Ungaria reditum, inſtructuſque Ungarorum manu, junctâ copiis Polonicis, ad petendam pacem Lithvanos compulit. Poſt, Ruſſiam Ungariæ adjicere Ludovicus animum induxerat. Ungaros Præfectos imponit. Poſtea Budæ comitiis, cura Regni tribus Senatoribus imponitur; Zaviſſæ Cracovienſi Antiſtiti, Dobeſlao Caſtellano Cracov. Zaviſſæ fratri, Sendivojo Czubinio-Caliſſienſi Palatino. Ipſe Ludovicus languidus, ſucceſſorem Sigiſmundum Marchionem Brandeburgicũ generum ſuum, ſibi declarat, nec multo poſt extinguitur, Tirnaviæ. Imperii anno XII. Polon. Ungarici 41. ætatis LVI. Fuit ſupplicibus clemens, doctis propenſus, majorem curam plebis, quam Nobilitatis geſſit, mutato ſæpe habitu in publicum proceſſit, exploraturus, quid de ipſo ſentiret vulgus. Male audita deſe emendavit, moreſque correxit.

AB AN. clɔ CCCLXXXII. AD AN. clɔ CCCLXXXVI.

DEſtinatum Sigiſmundum Marchionem ſucceſſorem, Poloni repudiarunt, tum quod per faſtum epulas Polonorum

Digitized by Google

lonorum contemsisset, cum quod Demetrium majori Poloniæ invisum foveret. Convocatis comitiis deliberant, an ipsi Regnum deferendum. Concluditur, ut Ludovici filiæ haberetur ratio, illius maritus eatenus Rex salutaretur, si nulli alii Regno implicitus esset. Hac sententia excluſus Sigismundus, tacitè Ungarico inhians Regno. Vertit se deinde voluntas in Ziemovitum, Masoviæ Ducem, hac lege ut Hedvigim, alteram Ludovici filiam, in uxorem duceret. Sed aspernata genetũ est Hedvigis mater, Elizabetha; manumq; ingentem in Poloniam mittit, ad infringendos Ziemoviti conatus. Venit tandem Hedvigis in Poloniam, quam sponsam ambibant Vilielmus Austriacus, & Jagello Lithvanus, ultimùm se ad Christianam Religionem, & Principatum corpori Reipub. Polonæ obtulit. Hæ conditiones non displicuerunt Polonis, impetrato igitur matris consensu, filiaque devincta, tenacius Austriaco adhærenti, ipsi in uxorem datur, fremente licet Austriaco.

ULADISLAUS JAGELLO.
AB AN. clɔ CCCLXXXVI. AD AN. clɔ CCCXXXIV.

INgressus Poloniam Jagello, ejurat Gentilismum, nomen Uladislai assumit, celebratis cum Hedvige nuptiis coronatur Rex, & in Lithvaniam proficiscitur. Lithvanos ad veram fidem convertit. Hinc discedens, Fratrem præfecit. Discordia dein inter Regem Reginamque, fere ad divortium usque orta est, tanquam prisco proco Vilihelmo Austriaco faueret. Sed purgavit se Regina juramento, delatorque mendacium se dixisse de Regina confessus est. Quod pœnæ genus apud Polonos probrosissimum habetur. Crucigeri postmodum Lithvaniam invadunt, contra quos non erat consultum arma expedire. Regina interim moritur, multa pauperibus & Academiæ legans. Cum autem denuo Crucigeri Poloniam lacesserent, bellum contra illos decernitur. Cœduntur igitur LOOO. Crucigerorum, & Poloni magna potiuntur victoria. Post, Cæsar Sigismundus arma contra Polonos per Transylvaniæ Principem expedit. Conventum dein Crucigeris primum de induciis, postmodum de pace. Quæ tamen non diu duravit. Æmulum habuit Regni Vi-

toldum, qui per artes ad Regimen graſſabatur, ipſumque Regem facile decepturus, niſi bonorum curis, & proprio fato ſpe Regni excidiſſet. Cum Crucigeris dein 12. annorum inducia pacti ſunt Poloni. Compoſito Regno, mortalitatem Uladiſlaus finivit, cum regnaſſet XLVIII. annos, mitiſſimi Princeps ingenii, valdeque liberalis, & Religioni addictiſſimus, vixit annis LXXXI. Cracoviæque terræ redditus eſt.

ULADISLAUS JAGELLO
AB AN. cIↃCCCLXXXIV. ADAN. cIↃ CCCCXXXV.

POST obitum Uladiſlai, natu maximus filius patri cognominis, novem annos natus, Rex eligitur. Ortis in comitiis per æmulos controverſiis, Mareſchalcus Johannes Oleſnicius rem totam compoſuit, juſſis, qui à partibus Uladiſlai ſtarent, ad dextram decedere, reliquis ad ſiniſtram. Dextram elegêre plerique etiam ex turbidis. Ita demum Regia inſignia Uladiſlao delata ſunt, itaque factio ſociorum ſe Regi opponentium diſſoluta eſt. Juramentum propter ætatem dilatum eſt Spondentibus Sophiâ matre, & Procerum nonnullis. Nomen igitur penes Regem, poteſtas penes Satrapas erat qui Palatinatibus præerant. Regni negotia tractantes. Primum, ſub Uladiſlao lis compſita eſt, ordinem Equeſtrem inter, & Sacerdotes. Publicæ etiam conſultum ſecuritati, pacto cum Crucigeris perpetuo fœdere, hactenus Polonis infeſtiſſimis. Poſt, infeliciter cum Tartaris pugnatum eſt. Bohemi quoque diſſidiis ſuis Regem involverunt. Sed major mox metus à Turcis Poloniam invaſit. Equidem Amurathes Turcarum Imperator, ex occaſione Ungaricorum diſſidiorum, Belogradum premere obſidione cœperat. Fruſtraque habita Legatione Regis, tributum Ungaris imperat. Ita in Turcas bellum publicatum. Ad hoc ſe quoque Poloni accingunt. Primum Turca, perditis XXX. hominum millibus profligatur. Mittuntur ſtatim Legati à Pontifice, qui Regi de victoria grátularentur. Poſt inducias, miſſis à Turca Legatis, decem annorum pacti ſunt. Interea Amurathes omnem ſuam potentiam in Carmenos, populum Aſiaticum, vertit. Qua occaſione erecti Veneti, Imperatorque Conſtantinopolitanus miſſis nunciis ad reſumendum bellum Regem contra

Turcam

Turcam ſtimulant. Solverat Regem à datâ Amurathi fide Legatus Pontificis, Paruit Uladiſlaus perſuaſionibus, juvenili calens fervore. Contracto igitur undique exercitu, ad Varnam oppidum ventum eſt, ibi Amurathes, Aſiâ redux, Regem aggreditur. Pugnatur utrimque acerrimè, donec fugatis prioribus Turcarum copiis, ad Janizeros ventum eſſet, qui præſentia Imperatoris incitati, acriter rem peragunt, florem militiæ excindunt, ipſe Rex audentius, quam ſecurius in hoſtem irruens, ingentem morte ſuâ Poloniæ attulit cladem, pœnaſque violatæ dedit fidei. Accidit hæc clades An. 1444. Regni Uladiſlai in Polon. IX in Ungar. 5. dum vix 20. ætatis annum exceſſiſſet. Fuit Princeps Religioni addictus, magnique imprimis animi.

CASIMIRUS TERTIUS.

EXcepit Regnum Caſimirus, tum Lithvaniæ Dux, qui oblatum ſceptrum diu reſpuit; quod tandem recipit. Lithvanos cum Polonis unit. Matrimonium dein contrahit cum Elizabetha Alberti Imperatoris filia. Inde opem tulit Pruſſis contra Crucigeros, miſſis, qui juramentum ab iis acciperent. Sed gravius bellum cum ipſis erat habendum, in quo improſperè Rex pugnavit; vixque hoſtium evaſit manus. Cauſſa jacturæ etiam contemptus hoſtis fuit, quem Poloni aurigarum ſcuticis fugari poſſe jactaverant. Ad hanc delendam ignominiam, impoſitum eſt Petricoviæ tributum, tam Equeſtri, quam Eccleſiaſtico Ordinibus. Exhinc aliquot annos in Pruſſia pugnatum eſt, ambiguo tamen marte. Tandem ſuperveniente novo à Pontifice Legato, pax Thorunii inter Regem, & Crucigeros confirmata eſt, hac cum conditione, Rex Pomeraniam, Culmenſem, & Michalovienſem terram, Mariæburgum, Stumam, Elbingam, cum ſex pagis ad arcem Hollandiæ pertinentibus teneret, Reliqua Cruciferis relinquerentur, eorumque magiſter ſub fide & Clientela Regis, Principis & Senatoris Regni dignitate frueretur. Sub idem tempus cum ageretur de ſolvendis militi ſtipendiis, & minoris Polon. cives, ſine cæteris qui aberant ſciſcere quicquam nollent, conſtitutum eſt, ut è ſingulis Palatinatibus Legati ad Comitia mitterentur, qui civium ſuorum nomine de negotiis Reipub. cum Rege conſilia inirent.

rent. Quod dein ita in consuetudinem venit, ut nulla Comitia legitima haberentur, sine Nunciis terrestribus h. e. Legatis districtuum. Sed Legatus Pontificius, quondam conciliator pacis inter Regem & Crucigeros, stimulavit in Behemorum Regem Georgium Casimirum, quod Papæ infensus esset, tanquam Hussitæ sectæ obnoxius. Rogarunt dein infensi Georgio, ut Uladislaus, filius Casimiri, Rex Bohemorum destinaretur, quod recusabat Rex. Mortuo Georgio, alter ab Ungaris Casimiri filius, Casimirus ad Regnum vocatur Bohem. mittiturque illac à Parente, sed infausto eventu. Coactus enim à Mathia ad fugam est. Multa inde dissidia, bellaque. post in Pacem tandem his conditionibus conventum: Ut Mathias Regis Bohemiæ titulum usurparet. Bohemiæ administratio penes Uladislaum, Casimiri filium esset, Silesia, Lusatiaque penes Mathiam, dum viveret, permaneret. Hac pactione sopiti quoque sunt motus in Prussia, motore Mathia coorti. Ictum dein est fœdus cum Turcis, operâ Nicolai Firlei Castellani postea Cracovienſi. Tartari etiam magnâ strage oppressi sunt, à filio Regis Johannis, Alberto, quem postea Ungari mortuo Mathia Regem voluerunt. In Ungaria Uladislao cum Joh. Alberto fratre bellum grave erat. Causa fuit dissensio Procerum, in electione Regis dissidentium. Interim Casimirus Rex morbo correptus testamentum fecit, quo Uladislaum primogenitum filium exhæredavit, post diem suum obiit, cum Regnum gubernasset XLV. annos, explesset LXIV.

JOHANNES ALBERTUS, AB AN. cIↃ CCCCXCIII. AD AN. cIↃ IↃ II.

Casimirus cum desiit esse, 4. filios reliquit, dubiis Polonis; qui potior Regno esset. Evicit tandem Johan. Albertus, fratribus ei sponte cedentibus, Reginaque matre armatum mittente suffragium. Coronato Regi statim gratulatum veniunt Turcarum & Venetorum, Legati; unus bellum deprecans, alter incitaturus in Turcos Regem. Hic Legati totum annum suspensi hæserunt, post in triennium induciæ factæ sunt. Interim Tartari Poloniam incurrunt, deprædati Voliniam. Stragem non mediocrem ediderunt. Incedebat Regem gloriæ cupido, ideoque non necessario bello Poloniam impli-

implicuit, XXXL. millia armatorum in Valachiam (ſub obtentu belli contra Turcam) immittit, Hinc poſtquam ad obſeſſam Sociſaviam diu hæſiſſet, Stephano pacem petente, urgenteque annonæ caritate, conventum utrinque eſt. Rex per ſylvam iter dorsum faciens, ab imminentibus Valachis non levi afficitur militum jactura, poſt tamen Victoria uſus eſt. Domum redux, in malum otium & luxuriam diſcingebatur. Excitavit vero ipſum Moldaviâ ingens irruens in Poloniam malum Non ſolus enim veniebat Moldavus, ſed Turcis ac Tartaris adjutus; qui ingenti ſtrage Poloniam involverant, abductis in Aſiam ſupra C. millia hominibus. Turcæ præda non contenti, excurſiones in Ruſſiæ agros faciunt, quos Nemeſis inſigniter ulta eſt Immiſſum namque eſt intenſiſſimum gelu, quo XL. hominum millia obrigueruntq. Poſt hæc mala Pax Poloniæ illuxerat, poſt tot nimirum malorum turbines. Rediit enim Rex in gratiam cum fratribus, Uladiſlao Ungariæ Rege, & Alexandro Lithvaniæ Duce. Cum exteris etiam Principibus inimicitiæ compoſitæ ſunt, Stephano culpam deprecanti ignovit. Cum Bajazethe fœdus initum, nec cum Tartaris pacem Rex recuſavit. Poſt in Pruſſiam Rex contendit, Magiſtrum Crucigerorum Ducem Saxoniæ juramentum præſtare abnuentem ad officium redacturus. Cum Thorunium perveniſſet, ex repentino expiravit morbo, magni Princeps animi, niſi quod infelix. Corpus ejus Cracoviam delatum eſt, & in Baſilica honorificè ſepultum. Regnavit fere annos 9. cælebs, XLII. vixit.

ALEXANDER,
AB AN. cIↃ IↃI. AD AN. cIↃ IↃ VI.

POſt Johannem Albertum aliqua ordinum de ſucceſſore fuit diſſenſio. Tres reliquerat filios Caſimirus Uladiſlaus, Primus natu, jam Ungarorum Bohemorumq; Rex nonnullis placebat: alii præferebant Sigiſmundum Glogoilenſium & Opalienſium Ducem. Plurimi tamen Alexandro, Lithuaniæ Duci, magis favebant. Proclamatus igitur Rex Alexander, & paulo poſt Cracoviæ coronatus eſt. Conjugi Helenæ negatum eſt diadema, quod Græcæ Religioni addicta eſſet. Mox bellum à Moſcovitis ipſi illatum, Smolenſcum obſi-

Digitized by Google

dentibus, cui ſubvenit Rex pactis ad 6. annos cum Moſco induciis. Poſt Tartari ad Cracoviam uſque prædas egerunt, incuria Friderici Cardinalis, cui Regni cura à Rege abſente commiſſa erat. Stephanus dein Moldaviæ Palatinus Poloniam laceſſivit. Tandem denuo cum Tartaris erat confligendum, qui feliciter cœſi ſunt, occiſorum XX. millia numerata ſunt. Hæc nova ad Alexandrum, jam morbo confectum, delata, adeo ipſum gaudio affecerunt, ut ſublatis in cœlum manibus, cum uſu linguæ careret, gratias egiſſe Numini videretur, nec multo poſt expiravit, anno ætat. 45. Imperii vix V. anno. Princeps fuit firmus corpore, ſed ingenio hebetiore, ad profuſionem liberalis, & ideo taciturnus. Sepultus Vilnæ eſt juxta Caſimirum Fratrem.

SIGISMUNDUS I.
AB AN. clɔ Iɔ VI. AD AN. clɔ Iɔ XLVIII.

Ex Caſimiri Filiis duo adhuc ſupererant Uladiſlaus, ac Sigiſmundus. Quorum unus Ungariæ & Bohemiæ Princeps erat, alter Glogovienſium, nuperque Lithuaniæ Dux creatus, ſpes Polonorum in ſe erexerat. Declaratus Rex eſt Sigiſmumdus. Primam curam adhibuit, in ærario Regni reſtaurando, unde in tributi penſionem conſenſum, ſcriptuſque miles, qui excubias in finibus Regni pro incolumitate Reipub. ageret. Primum bellum contra Tartaros geſtum eſt. Poſt Valachi, Ruſſiam adorti, quos Poloni uſque ad Tyram flumen proſecuti, ubi plurimi cœſi ſunt. Poſt hæc, plurimæ exterorum Principum Legationes Sigiſmumdum coluerunt. Adfuit & Pontificis Legatus incitans ad jungenda cum Ungaris contra Turcos arma. Secuta mox de Tartaris Victoria. Hanc excepit bellum Moſcoviticum. Sed reſtituit Glinſcius ereptum Smolenſcum Regi, cujus in gratiam rediit. Interiêre poſt XXX. millia Moſchorum. Pax igitur petênti hoſti in quinquennium conceſſa. Incitaverat Moſchos Maximilianus Cæſar, ad hunc ſibi conciliandum adjecerat Sigiſmundus animum, Legatoſne, ad ipſum mitteret, an ipſe Cæſarem adiret ambiguus. Ultimum elegit. Ingreſſus igitur primum Poſonium Ungariæ Urbem, fratrem Uladiſlaum viſitat, cum quo, præmiſſis Legatis ad Viennam Maximilianum inviſurus abit. Ibi per XIV. dies humaniſſime à

Maxi-

Digitized by Google

Maximilio exceptus est, cum Fratre. Sigismundus, æternumque invicem initum est Fœdus, quod ut esset arctius, Neptim suam Mariam Ludovico, Ungariæ hæredi Cæsar locat. Ipse vicissim nepoti suo Annam, Ludovici Sororem destinat: ita propensissima volũtate se excipientes discesserunt. Reducem & Regem mors Reginę Barbaræ dolore affecit, ducta dein Bona Zfortia Johannis Galeatii Ducis Mediolanensis filia. Tum Tartari magna strage Regios fuderant Sequutũ est bellum Prussicum, atrox sed exitu non infelix. Ad hoc Marchio Brandeburg. Albertus, sorore Sigismundi genitus, Cruciferorum præfectus, denegans juramentum Regi, occasionem dedit. Grassabantur mutuis cœdibus ac occupationibus locorum hostes, suspensa dein in quadriennium sunt arma. Post comitia Thorungii sunt habita, ubi privilegia illorum Rex confirmavit, ne munia dignitatesque nisi indigenis darentur. Sequuta est in Polonia pax, nisi quod ipsam Tartaricæ incursiones inquietarent. Vergentibus ad finem cum Cruciferis induciis. Plebs Dantiscana Lutheri dogmatis assensu seditionem movit. Ausa est obloctari Magistratui, occupata sunt templa per vim, innovati ritus Ecclesiastici. Mox scriptis literis orant Regem, confirmaret ipsis sacra, cæterum in obsequio futuris Rex non refragatus est. Precibus, ex metu, ne denegatis petitis, ad Crucigeros confugerent, brevi induciis elapsis arma resumpturos. Verum inducias pax excepit æterna. Rex post Urbem ingressus, pœnam de auctoribus seditionum sumsit. Eo tempore commissum est bellum cum Solimanno, Ungarorum, cui Ludovicus Rex immixtus florem Ungaricæ Nobilitatis perdidit. Pervenitque Nobilissima Ungariæ pars ad Turcam. In Polonia interim Rex Filium Sigismundum Augustum primum Lithuaniæ Principatui, mox Regno inaugurat. Post Tarnovii victoria de Moldavo Polonos exhilarvit. Resumsit dein vires Moldavus, cui totas Regni vires opponere Rex necessum habuit. Nobilitas vero, ad bellum excita, pene in seditionem adversus Regem efferbuit. Orta tempestas turbidos viribusque fidentes in diversa egit compositusque est tumultus, relictis, qui arcerent hostem. Mutatus dein est in Moldavia Dominatus. Surrogatus est, & à Solimanno Stephanus frater, profugo priore. Indictum tunc erat à Carolo Imperatore Concilium Tridentinum. Ad hoc

invitatus eſt Sigiſmundus, Legatum ad concilium mittere recepit. Paulò poſt fatalis terminus Sigiſmundo imminebat, qui glorioſiſſimus fuit Princeps, inter tres Heroes, quos illud ſeculum produxerat, à Paulo Jovio poſitus. Fuerunt autem illi, Carolus V. Cæſar. Franciſcus I. Gal. Rex, & hic Sigiſmundus. Vixit annos LXXXII. quorum dimidium in Regendo exacte conſumſit. Præter Sigiſmundum Auguſtum 6. filias reliquit. Princeps ſingulari pietate & Juſtitia, prudentiaque. Dicitur adeo corpore firmus, ut florente ætate ferreas equorum ſoleas manibus diſtringeret, funes cannabinos craſſiores rumperet, faſciculos chartarum luſoriarum diſcerperet, & quæ plura de illo narrantur.

SIGISMUNDUS II. AUGUSTUS.
AB A N. cIↃ IↃ XLVIII. AD AN. cIↃ IↃ LXXVI.

HIc à Patre quidem vivo Rex nominatus, à Regno tamen, volentibus ita Polonis, abſtinuit nonnihil. Offendit ipſos ſolutior illius vita poſt mortem Elizabethæ Auſtriacæ & propter ductam in matrimonium Radzivilliam viduam Palatini Trocenſis. Habita igitur ſunt comitia, ubi varia de Rege confirmando diſſidia. Rex literas ad Senatores interim ſcribit, & de nonnullorum conqueritur contra ſe injuriâ. Interea Cracoviæ Studioſi graviſſimas moverunt turbas, poſtquam ſibi juſtitiam non recte adminiſtrari queſti eſſent, relicturoſque Academiam minarentur. Quod dum ſuſque & æque haberetur, fecêre, quod dixerant, agmineque egreſſi, ſe ire in univerſam terram ingeminabant, Dilapſi dein quilibet in patriam ſuam, omnine quodam, Lutheri doctrinam poſtmodum per Poloniam ſparſerunt. Suſpectatum erat Epiſcoporum potentia Ordini Equeſtri. Eo tempore Orichovius Canonicus Premiſſenſis propter oppugnatum cælibatum, motus munere & ditione fuit. Is dein affinibus potens, matrimonii Sacerdotum fuit acerrimus defenſor. Ipſeq; uxorem duxit Chelmſciam. Inde graviſſima odia. Rex Comitia Petricovæ indixit, ubi decreto Regio pertinaciter reclamatum eſt, ut nemo Epiſcoporum poteſtatem ſuam exercere auderet. Inſurgebant etiam tanquam in hæreſios damnatos Oleſnicios, Stadnicios, Oſtrorogios, Laſſocios. Poſtea Rex Gedanum ingreſſus, diſſidentes in Religione comitate

Digitized by Google

tate mitigavit. Poſt Regiomontum petiit, ubi magiſtri tormentarii culpa, penè periiſſet, dum tormenta pro ſignificanda lætitia explodunturi. Globus namque Viſnioveciicaput, pone ſequentis abſtulit. Prædixerat Toxius Mathematicus eo die periturum Regem: culpam frementes Poloni in Albertum Brandeburgicum conferebant, hic in magiſtrum tormentorum, qui, vehementius ira ab Alberto petitus, ereptus eſt a Rege periculo. Mortua Radzivillia, Rex novum contrahit matrimonium, cum Catharina, olim Franciſco Mantuæ Duci nupta. Ea tempeſtate Moſchi graviter Livoniam infeſtabant. Impares Livoni hoſti, ad externa proſpiciunt auxilia. Revalienſes Erico Suecorum Regi ſe dedunt, Archiepiſcopus Rigenſis, cum Magiſtro Livoniæ & ſubjecta Nobilitate, Auguſti Regis auxilium implorant. Recepti à Rege hac cum conditione, ut ſe ſuaque omnia Poloniæ & Lithvaniæ ſubjicerent. Albertus, Ruſſiæ Dux mortuo patre, obſequium fidemque Regi ac Regno juravit. Huic Rex privilegia vetera ſtabilivit, additâ Auguſtanæ confeſſionis immunitate, remiſſiſque appellationibus ad Tribunal Regium. Diſcordes erant Gedanenſes cum Magiſtratu accuſato Peculatus. Hi movere Regem, ut arbitros mitteret. Illos metuens Magiſtratus, ſub certis admittit conditionibus. Hoc Rex indigne ferens, nova imponit ipſis onera, portorii partem, quo ſola Civitas gaudebat, ſibi vindicans, & ut cauſſæ, quæ limites Pruſſiæ non egrederentur, in Polonia deciderentur. Graſſabantur eo tempore immaniter Moſchi, ubi Baſylides infandam exercuit tyrannidem. Poloniam peſtis populabatur. Rex Varſaviæ Comitia in dicta habere non potuit, & ab infecta Urbe ad Kniſchinum venit, quem ex lento morbo fatum ſuſtulit. Principem moderatum, literarum, juſtitiæ, imprimis ſecretiorum amantiſſimum, nec bellis obſcurum, magis tamen auctoritate, quam manu res peragentem. In hoc Jagellonica linea defecit, poſtquam 200. fere annis in Polonia regnaſſet.

HENRICUS VALESIUS.

SIgiſmundo Auguſto ſucceſſit Henricus III. Andium Dux Henrici II. Galliæ Regis filius. Confectis igitur inſtrumentis electionis, miſſi ſunt in Galliam XIII. Legati, qui Regem

Regem terris Polonicis illum procurarent. Dum Regnum Poloniæ per quadrimeſtre adminiſtrat, moritur Galliæ Rex, frater ipſius. Hoc ad Proceres defert Henricus, oſtendens, ſuâ in Gallia opus eſſe præſentiâ: nihil tamen ſine Ordinum conſenſu acturus. Hac de re indicuntur Comitia. Henricus interim clam ad Cæſarem mittit Maximilianum, qui fidem publicam ab eo peteret. Qua non expectata, nocte intempeſta habitu Nobilis peregrini, citatis equis Pleſſam, Sileſiæ oppidum, venit, inde Viennam, pòſt Venetias ac per Sabaudiam in Galliam remeat. Poloni reditum per literas rogantes, dum nihil impetrant, ſtatuunt certum diem, in quo, ſi ſe non ſtiterit, ad alterius Regis electionem properari debere. Deſperato Regis in Poloniam reditu, publice in comitiis exauctoratur. Occiſus eſt Rex Pariſiis duodecennio poſtmodum à Monacho Jacobo Clemente An. 1586.

STEPHANUS BATHOREUS.
AN. cIↃ IↃ LXXV.

ELectus dein eſt in Comitiis Varſaviæ à Senatus Regni potiſſima parte, Cæſar Maximilianus Poloniæ Rex & proclamatus ab Archiepiſcopo Gneſnenſi, cui proclamationi poſt reclamatum eſt, tanquam non jure factæ. Adverſa Procerum pars frequenti aſſenſu Nobilitatis Annam defuncti Regis ſororem, Virginem, Reginam declarat, eique Stephanum Batorem Tranſylvaniæ Palatinum maritum decernit. Dum Cæſar moras nectit, Stephanus maturat adventum, ductaque Anna Infante An. 1576. Cracoviæ cum eâ Rex Poloniæ inauguratus eſt. Prima ejus cura fuit, ſedare turbas Regni. Decernuntur Legati pro pace ad Moſchos. Gedanum à partibus Maximiliani ſtans, moram in juramento præſtando fecerat; Damnatur igitur criminis perduellionis, & bellum contra illam decernitur, & ſuſcipitur. Interceſſerunt pro illa Principes, Electores, Haſſiæquæ Landgrafius, illudque bellum intra annum ſopitum eſt. Occupato ad Gedanum Rege, Moſchus irruptionem facit in Livoniam. Decernitur contra illum bellum. Poſtea pax ſtabilitur, hac conditione; ut Livoniam, Bolociam, agrum Veliſienſem Moſchus Regi cederet.

Rex dein omnes Commiſſariorum Actiones conſtitutioneſque

neſque in præjudicium Civitatis vergentes, ipſamque decreti formulam contra Gedanum irritam pronunciat. Convocatis Comitiis, Nobilitas capita proponit de licentia Regis reſtringenda, corroborandiſque Nobilitatis privilegiis. Rex contra alia ad Regni ſalutem ſpectantia proponit. Hi, ſe illudi exiſtimantes, interpoſita proteſtatione diſceſſerunt. Eodem tempore, magni in Livonia motus, occaſione Calendarii novi, exorti ſunt, & in apertam ſeditionem conceſſerunt. Rex Rigenſes. Grodnam evocatos, nec comparere volentes, proſcribit. Poſt à Venationibus Grodnam reverſus, ex magnis frigoribus repentinos ſenſit horrores, & epilepticis paroxiſmis dejectus, vitâ Regnoque, idibus Decemb. functus eſt, ann. Ætat. LIV. X. Regni 7. menſ. Princeps, Virtute, ſapientiaque ac magnitudine animi inſignis. Juſtitiæ amans, libidinibus, ſceleribuſque infenſiſſimus.

SIGISMUNDUS III.

DEfuncto Stephano Rege, Proceres, altero anno Varſaviæ novi Regis eligendi cauſſa, menſe Junio convenerunt. Acceſſerunt ad Electionem Exterorum Legati, à Pontifice Romano, Imperatore Rudolpho, Hiſpaniæ, Sueciæque Regibus, tum à Turcarum, Tartarorum, Moſchovitar. Principibus Legati. In deliberatione diu multumque actum eſt per partes, alii Sigiſmundum Sueciæ Principem Joh. III. Sueciæ Rege, & Catharina Jagellonia Sigiſmundi I. Poloniæ Regis filia natum, alii Maximilianum, Auſtriæ Archiducem, Maximiliani Cæſaris filium, Regem poſcebant. Tandem vero Sigiſmundus Sueciæ Princeps, ritu ſolenni à Staniſlao Karnkovio Archiepiſco Gneſnenſi Cracoviæ 16. calend. Jan. Diademate inſignitus, Regni potitur anno ætatis 21. menſ 2. Hinc utriuſque Regni optata ſperabatur conjunctio. Sed acrius bellum, Regno Sueciæ excluſus, cum Carolo patruo geſſit, & aliquoties cum ipſo fortiter utinam tam feliciter conflixit. Perditis in Sueciâ, ſtabilitis in Polonia rebus motus Coſaccorum reprimit. Smolenſcum capit, & mox contra Turcam expeditionem ſumit. Poſtquam omnia bellorum Moſcovitici, Turcici, Suecici, Coſacici, mala, internoſque Rokoſſianos motus domi compoſuiſſet, Regiamque ſobolem multam præſidium Regno, reliquiſſet, tandem Prin-

Princeps magnanimus obiit anno 1632. ultima mens. April. anno ætatis 66. Regni 45.

ULADISLAUS. IV.
EX ILLUSTRISS. PIASESCII CHRONIC.

Qui post Fata Sigismundi III. sceptris Polonicis admotus est, fuit Uladislaus, Princeps ingentis animi, felicissimus. Natus est ex Anna Austriaca Anno 1595 9. Junii Cracoviæ, tum in præcedente nativitatem Regis nocte, arce Cracoviæ conflagrante, Quindecim annos natum Principem, omnes Moscoviæ Ordines Uladislaum petierunt qui sibi cum Imperio præesset, hac cum conditione, ut Religionem Græci ritus profiteretur, ejusque baptismo initiari deberet. Urgentibus dein ordinibus, Princeps à Rege Patre in Moscoviam missus, sed minus prospero eo tempore successu, quod occasio prima potiundæ Moscoviæ inter deliberandum effluxisset, & Mosci desideratum ante Uladislaum Principem, postea accipere nollent. Dum ergo ab Uladislao armis felicitur oppugnantur, occupatis Ducatu Severiensi, Czernichoviensi & Nowogrodiensi, imminente à Tartaris Reipub. graviore periculo, induciæ pactæ sunt, quibus conclusis, Uladislaus Princeps in Poloniam redierat, mense Martio A. C. 1619. Postea contra Turcam in Chocimum ivit, mira in bello constantiâ prædicis Princeps, morbo in castris ingravescenti, ipse etiam expositus. Redux ab illa expeditione Uladislaus, iter in extera Regna suscepit, incognito. Viennæ Imperatorem convenit, post in Belgium ivit, & à præmonitâ ab Imperatore Gubernatrice quæsitissimo honore ibi acceptus est, Bredanæ obsidionis exercitu viso. Post Romam concessit, auspiciis anni Jubilæi adfuit, & à Pontifice exceptus magnificè: visis præcipuis in Italia, alibique locorum, in Poloniam rediit. Ipsi dein decedens vita pater coronam Sueciæ imposuit. An C. 1632. Uladislaus omnium Regni Poloniæ ordinum consensu, Rex Poloniæ creatus, & paulo post Cracoviæ coronatus est.

Prima ejus expeditio illa fuit, quâ Smolensicum ab obsidione liberavit, dein Moscorum castra ad deditionem coëgit, pacemque cum Moscis fecit, quam etiam Turcis, sed ægre concesserat. Cum Suecis in Prussia pacem fecit, dein de contrahendo matrimonio consilia agitavit, ductâ in

uxo-

uxorem Austriaca Cicilia Renata, qua vitâ functa, & susceptо ex illa Principe, alteram, Mariam Ludovicam, Principem Nivernensem in Regalem accivit thorum. Orta tum ad Borysthenis oram Cosacici belli tempestas, totam Poloniam gravissimo pervaserat metu, cum Uladislaus, Heros, ex maligna febri fatis concessisset. An. 1638. ætatis suæ 52.

PRÆTENSIO REGIS POLONIÆ.

PRætendit Serenissimus Rex Poloniæ in Livoniam & Sueciam, illam ut ad Rempublicam Poloniæ spectantem, hanc sibi jure hæreditario competentem, à qua nullo jure exauctoratus Sigismundus III. fuit. Contrarium probare Sueci semper, sed frustra laborarunt; adducentes jure ipsum fuisse exauctoratum. 1. Quod Sigismundus Joannis Regis Sueciæ filius, quasdam in Finlandia exactiones, & rigorosas quorundam turbationes approbaverit. 2. Quod Carolum contra Leges Regni, patrisque testamentum, à concredita sibi, absente Sigismundo, Regni curâ & gubernatione abrogaverit. 3. quod secum peregrinum militem in Sueciam adduxerit. 4. quod non solum contra testamentum patris, Augustanâ confessione relictâ, Catholicam amplexus Religionem, verum & eques aurei velleris ab Hispano factus fuerit. In his omnibus contra Leges fundamentales peccasse ipsum Sueci incusant. At præter verum: Equidem approbatio commissi in Finonia contra hæreticos facinoris, nunquam probari potest. Quod Religionem spectat, certum est, Regem Catholicæ Religioni fuisse addictum, sed quod juramentum contra persequendos hæreticos fecerit, probari nequit. Quin ipsius coronationis tempore, jam Romanæ Ecclesiæ fuit addictus, & scientibus Suecis, ipsi paterni Regni hæreditas, cum subditorum homagio delata fuit, adeo, ut nullo fundamento, illa de mutata Religione prætensio nitatur. Illud enim quod semel placuit, amplius displicere non potest. Quod abdicationem Caroli spectat, illam primum factam, Regni Senatores rati habuerunt, neque unquam ratione abdicati Caroli apud Sigismundum conquesti sunt. Sed hanc fusioribus ab aliis deductam controversiam nunc missam facimus, quæ ut spes est redintegrata amicitia componet.

RATIO

RATIO STATUS REGNI POLONIÆ.

MAxima & præcipua Reipub. Polonæ Status publica cura, pro innata Genti tum conſervanda, quam ad poſteros demittenda ſuâ libertate ſemper fuit exiſtimata. Hanc & paterna Regum auctoritas, & filiale ſubditorum obſequium abſolvunt. Duos velut extremos polos Poloniæ Regnum habet, alterum Boryſthenes, alterum Balticum mare metitur. Ab utroque cum clementia vel ſeveritate habito, & magna rerum incrementa, & omni reſtitutione majora damna in Rempub. promanare poſſunt. Quanto tonitru, Boryſthenes hactenus Poloniam, perterruerit, adhuc ſæviens belli Coſacici tempeſtas, magno fuit miſeris documento. Nullum firmius eſt contra Turcam præſidium, milite Coſaco, in fide perſtante, contra nemo hoc pejor patriæ hoſtis, cum non tantum ſua vi nitatur, ſed & vicinorum Tartarorum, qui in omnes rapinas excubant, & in ſocietatem ſceleris adſcita potentiâ ſe nocentiſſimos probant.

Ad oram maris Balthici crebri ſpirant aquilones, ad quorum rigidam vim declinandam, nullæ ſatis eſſe poſſunt excubiæ. Certiſſima vero præſidii vis ſita eſſe videtur in populi Prutenici fide, gratiâ & benevolentia Regis & conſervatione privilegiorum antiquorum beatâ.

JUDICIUM POLITICUM.

QUi ad exactam libram judicii Politici formam Reipub. Polonæ ponderarunt, non pauci Statuum accurati cenſores, hoc de illa exiſtimant, quod potius ſingulari providentia divina, nec tam humanis conſiliis & prudentia, hæc tot difficultatibus innexa, & tamen peculiari Polono ũ genio correſpondens, Reginiinis forma, in Polonia conſervetur. De qua, nec ſapientiſſimis mortalium expeditum ſatis eſſe poteſt judicium. Quod his notavit Bocalinus: *Non ſolo il cenſore, ma il ſacro collegio tutto de Virtuoſi perecelente, ammiſero la giuſtificatione della monarchia Polacca.* Cauſſa autem tot ſemper in illa emergentium difficultatum, Auctor libri Le treſor Politique l. 1. p. 373. tetigiſſe videtur, cum ita inquit; *Les cœurs des Polonois ſont ſi muables, à cauſe qu'ils ſe laiſ-*

ſent emporter à leurs intereſt, & paſſions particulieres, qu'on ne peut qu'avec de la difficulté faire jugement de leurs actions futures Hanc mutabilis in Polonis ingenii cauſſam, his Bocalinus verbis videtur expreſſiſſe: *Perche la Polonia eſſendo natione che non ſa vivere in una aſſoluta libertà, ha talmente in horrore tutta la ſervitù.*

De Polonorum moribus ita ſentit Lipſius. *Sarmatia vel ſupra Heſperia eſt exculta.* Bodinus l. 5. de Rep. c. 1. ad finem Polonos etiam Germanis ipſis in linguæ & morum elegantia præfert, cum ita dicit. *Orientalium item prolatio mollior eſt; ut Poloni, quam Germani mollius loquuntur, ſunt etiam urbaniores & cultu elegantiores*, Auguſt. Thun. lib. LVI. Hiſtoriæ hoc de Polonis fert judicium: Regio (Polonia) ferax, oppidi ac Vicis & Caſtellis frequens, fluviis crebris irrigua, & adhæc Generoſa Nobilitate abundans; quæ armorum curam ferè cum literis conjungit. Itaque & Regionum viſendarum gratiâ, Nobiles & primores Adoleſcentes crebro lares paternos deſerunt, & magnam ſecum doctrinæ copiam & optimarum rerum uſum non mediocrem, ex peregrinationibus collectum, domum referunt.

DESCRIPTIO BORUSSIÆ.

MORES BORUSSORUM VETERES

PRiuſquam Pruſſi ad Chriſtianæ Fidei agnitionem eſſent converſi, multos laude dignos obſervabant ritus. Equidem omnem ſuam opem illis præſtabant, qui in aliqua conſtituti eſſent neceſſitate. Illis ſuppetias ferebant, qui à piratis in mari urgebantur, vel ab ejus tempeſtate in periculum vitæ veniſſent. Aurum & argentum nihili faciebant.

Crudam ferarum carnem pro cibo habebant, potum lac præſtabat ſitientibus, ſanguine equorum permiſtum. Ubi cum Alanis Pruſſi amicitiam iniviſſent, ipſiſque apud ſe habitandi permiſiſſent poteſtatem, Alani Boruſſis uxorum ſuarum copiam faciebant, ut pro libitu cum illis eſſent. Eo tempore Matrimonii jura huic genti erant ignota, ſed promiſcuo mulierum amore abutebantur, quicunque libidinem explere vellent. Hac ratione, incredibili mortalium excreverant multitudine, quâ facilè vicinos ſibi ſubegerunt.

Cum tandem Biotterus illorum primus Rex illam vagam

gentis libidinem intra cancellos vellet continere, ne imposterum tot natorum parentes in incerto essent, constituit; ut quicunque virginem rapuisset, illam postea servare, & alere teneretur. Antiquæ hic apud illos consuetudinis mos fuit, ut tam in funeribus, quam die natali, sollennia celebrarent convivia, in quibus, lætos ducebant cantus.

Ferri usum ignorabant, pro quo bacillis utebantur in principio: nullis nec Legibus; nec Magistratibus erant subjecti, sed cuilibet propria voluntas & potentia pro Lege placebat.

Primas Leges populo primus Rex Biotterus rogavit, quibus cautum erat, ne quis majore liberorum & servorum numero, quam requirebat necessitas domestica, uteretur. Ne quis paterfamilias, labori inidoneos & membris corporis captos liberos aleret; & quod licitum esset filiis, patrem nimia ætate gravescentem & confectum, vel ex morbo gravi decumbentem laqueo interimere.

Ut ad firmam amicitiam hunc truculentum populum perduceret, crebriora indixit solennia festa quorum gratâ consuetudine, mutua animorum conspiratio inter illos promoveretur.

Mortuos toto corpore armatos, terræ mandabant, conjectâ in sepulchrum, omni pretiosa illorum supellectile. Cum solennia peragerent convivia, vel etiam extra hæc, cibum ex melle vel farina confectum demortuis exhibebant.

Hæc Helmoldus in Chron. Sclavor. l. 1. & Erasmus Stella de Borus. l. 1: Johan. Meletius testantur.

MORES HUJUS TEMPORIS.

BOrussis civilia, & ad omnes artes & Scientias docilia sunt ingenia. Peregrinos valde amant: quibus omnia amicitiæ jura cum benevolentiâ probant. Insignes hæc ora produxit Mathematicos, inventionibus novis per totum Orbem clarissimos, & operibus suis immortales. Cæterum Borussi læti & affabilis sunt animi, aperti pectoris, in amicitia fidi & constantes. Novorum tamen cupidi, idque ob studium libertatis. Pro qua vel gravissima non detrectabunt pericula. In victu & amictu sumptuosi, boni tamen in reliquis œconomi.

RELI-

Digitized by Google

RELIGIO.

VEteres Pruſſi paganæ idololatriæ ſtudioſi erant, & certos Deos colebant, tum vero etiam annoſas & patulas quercus. A tempore Crucigerorum, qui illam terram; ut & Lithvaniam per arma, ad Chriſtianam Religionem compulerunt, Chriſtianæ Religioni Pruſſi nomen dederunt. Illa vero hodie in varias opiniones diſſidentium diviſa eſt, & Romano Catholicos, Auguſtanos, & Reformatos habet. Inter diſſidentium Religiones, primum locum obtinet Lutheranorum Confeſſio, quæ cum Pontificia, publicam ſacra exercendi tantũ habet libertatem: Reformatis aliis, per conniventiam illa permittitur. Quondam omnes in Ducali Boruſſia Duces, Lutherani erant, uſque ad Albertum primum, qui Religionem Catholicam ejuravit. In ipſa hodie Elector Brandeburgicus, ut Regis Poloniæ ratione Ducatus, Vaſallus, Reformatæ eſt Religionis, quam tamen ſubditis imperare, poteſtatem non habet.

Anabaptiſtæ in plurimis quidem locis agunt, ſed ſine libero Religionis publico exercitio. Frequentiſſimi reperiuntur in Civitatum ſuburbiis & ditione illa, quæ Werder vocatur. In Regali Pruſſia duo ſunt Epiſcopi, Varmienſis, qui Brunſbergæ agit, & Culmenſis

In Ducali quoque Pruſſia duo erant Epiſcopi, Sambienſis & Pomeſanienſis.

REGIMEN POLITICUM.

OLim Pruſſi ſub Imperio erant Germanico, à quo ſe poſtea vindicarunt, (occaſionem defectionis vid. apud Schonborn. Polit. l. 5.) Poſtea ab ordine Teutonico directi ſunt, qui totam Boruſſiam ab Ethniciſmo vindicarunt, & ad Religionem Chriſtianam adduxerunt. Ultimum, ejurato tunc Crucigerorum in tyrannidem mutato Imperio, ſe in fidem Regis Poloniæ & tutelam permiſerunt, ſalvis tamen omnibus privilegiis, & immunitatibus libertatis. In Regali Poruſſia Senatus vel conſilium eſt, conſtans ex Varmienſi Epiſcopo, qui ipſi præſidet, & altero Culmenſi. Præter Epiſcopos Palatini ſunt Culmenſis, Mariæburgenſis, & Pomeraniæ. Hos ſequuntur Caſtellani, Ge-

danenſis, Elbingenſis, Culmenſis, tum Subcamerarii, ſive à Cubiculis Thorunii, Elbingæ & Gedani. Hi Conſiliarii Pruſſiæ vocantur. Ultimum Capitanei ſunt, curam fortalitiorum & redituum Regionum habentes. Ad Conſilium Pruſſiæ etiam Civitates ſpectant, Thorunium, Elbinga & Dantiſcum, quæ ſuos ad conventus territoriales delegare ſolent delegatos. Hi in menſe Majo Mariæburgi & Feſto S. Michaëlis, Grudenti convocari ſolent, aliiſque temporibus pro negotiorum neceſſitate. Conventus illi vocantur *die Landtäge* vel *Saimiken*, ad quos Nuncius Terreſtris Regio nomine mitti ſolet. Epiſcopi, illorumque collegæ, ſuos in oppidis habent Gubernatores, Burggrafios, judices, Advocatos, Magiſtratus, in cauſſis Eccleſiaſticis ſuos officiales, qui magna pollent auctoritate.

Principales in Boruſſia Urbes ſunt Gedanum, Thorunium, Elbinga, quæ magnis gaudent ſibi à Regibus Poloniæ conceſſis, & in coronatione cujuſlibet novi Regis juramento confirmatis privilegiis. Ratione ordinis, Thorunium præcedit. Illæ ſuos habent Magiſtratus peculiares, libero votorum ſuffragio electos. Burggrafii civitatum à Rege ex nominatis Præconſulibus & Conſulibus ad annuum imperium eliguntur. Exacto anno, novus in locum prioris eligitur, quod tamen Thorunii accuratè non obſervatur. Præconſules & Conſules perpetuá ad vitam fruuntur dignitate.

Conſtat autem Regimen ex tribus ordinibus, primus eſt Senatorius, 2. Scabinorum, 3 (ut Gedani) Centum virorum. De his peculiaris erit dicendi locus.

Magiſtratus Territoriales, qui ſunt perpetui, Rex in Pruſſia creare ſolet, exceptis Gubernatoribus, qui ad libitum Regis mutari poſſunt. Palatinus ſolos conſtituit Scabinos. Judicia Nobilium, quotannis plerumque bis coram judicibus terreſtribus, & Scabinis in præſentia Palatinorum, certis in locis peragi ſolent. Ab his ad conſilium Pruſſiæ & inde ad Regem appellatio fieri ſolet. Pruſſia Ducalis per ſuum regitur Ducem, qui homagium ejus nomine Regi præſtat Poloniæ. Anno 1569. Dux Albertus Fridericus præſtito Regi Sigiſmundo Auguſto, homagio, promiſſum à Rege pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus accepit, quod in Religione Auguſtana, illius ſubditi liberi eſſe debeant, interdicta omnibus Nobilibus Pruſſiæ, à Duce ad Regem appellatione, niſi in caſu violentiæ & denegatæ juſtitiæ.

Quod

Digitized by Google

Quod si inter Regem Poloniæ, & Ducem quædam oriantur controversiæ, illæ Mariæburgi, vel Elbingæ per Regis Consiliarios componi solent, qui juramentum novum præstant, quod secundum justitiam judicare velint.

Habet porro Dux in Prussia suos Consiliarios, qui sua peculiaria observant officia, & jura reddunt subditis. Illi vocantur *die Regiments Katte*, sive Regiminis Consiliarii, quorum IV. sunt *der Land Hoffmeister*, ditionis curator, *der Ober-Burggraff*, supremus Burggrafius, *der Cantzler* Cancellarius, *der Ober-Marschalck* supremus Mareschallus. Est & aliud judicium, dictum judicium aulæ *das Hoffgericht*, in quo 6. sunt Nobiles & 3. Doctores juris. Quantum ad judices Provinciarum, Rex ex tribus, quos quælibet Provinciarum nominavit, unum eligit. Illi vero secundum jura Culmensia, & Statuta Provinciæ judicare solent.

DIVITIÆ.

REditus Regis Poloniæ, quos Prussia suppeditat, ex tributis Urbium, territoriorum, fundorum, insularum, & administrationibus, ut plurimum venditis colliguntur. Dux ex succino, quod mare Balthicum evolvit, 10000. florenorum Rhenanorum percipit.

Mercaturæ felicitas, magnarum in Borussia divitiarum ferax est, quas velut patenti excipit sinu Dantiscum, Elbinga, Regiomontum, Brunsberga, Memela, quarum Princeps Gedanum est, omni rerum copiâ ditissima.

VIRES.

SI aliqua ingruat hostilis vis in Prussiam, illico Nobiles & reliqui populi arma corripiunt, & equitatum instruunt, Urbes tam peditum magnas, quam equitum copias suppeditant, & ruricolæ pedites præstant.

Nec desunt Prussiæ naturâ & arte munitissima loca, quæ majorum virium impetum facile sustineant.

Gedanum non Prussiæ, tantum, sed & totius Poloniæ firmissimus murus & promontorium est, quæ sola ante aliquot annos arma Suecica intra terminos cohibere potuit, & tanti Regis exercitium & conatus stitit, nunc omni bellico apparatu instructissima. Mariæburgi præsidiarius miles excubat.

In Elbinga non leve ſecuritatis præſidium eſt, cujus etiam capax eſt Pillavia, portus & ſtatio fida peregrinis navibus.

DESCRIPTIO REIPUB. GEDANENSIS, MORES.

QUi Viſtulam accolunt Gedanenſes, decentior, quam ſublimior habitus, formaque venuſta commendat. Excitatæ indolis & aperti pectoris ſunt; Ingenia ad omnes artes & ſcientias feliciſſima habent, quæ præſertim ſtudiis mathematicis, inſigniter eluxerunt. Hac autem præcipuâ feruntur laude, quod publicæ honeſtatis, humanitatis & affabilitatis, accuratiſſimi cultores ſint, & ſuum Magiſtratum cum reverentia, & debito honore amoreq; habeant, morumque elegantiæ, tam erga ſuos, quam vero peregrinos impenſe ſint ſtudioſi. Ut ornate facundéque loquantur, cupide elaborant, hæc ſolicitudo, ſi ullius, certe provectioris ætate juventutis, curas & animos maxime verſat; quin more gentis, ex benè vel ſecus habito ſermone, quid in homine virtutis ſit reliquum, judicium faciunt. Amicitiæ jura arctiſſime & intime colunt, quæ ut conſtanter ſervent, crebro ſe invicem ad convivia invitant, & humaniter accipiunt: ſi quid irarum & offenſæ inter illos conceptum, illico utrinque quæruntur arbitri, qui diſſidentium componat animos, immortales iræ hic rariſſime inter Cives reperiuntur, quamvis ſæpius litibus fori diſtineantur. Alienas calamitates & miſerias prompta ope emendare ſtudent, nec fortuita erubeſcunt, ſed in uſum pauperum, publicis ſumptibus ædes habentur. Quæ alibi leviore, vel nulla puniuntur pœna, adulteria, hic capitali expiantur ſupplicio. Exterarum Nationum amantiſſimi ſunt, quibus apud illos ad omnia officia, & fortunam felix patet aditus, adeo, ut vix ullibi externæ virtuti major honor quam hic habeatur, vixque ſimilem huic in tota Germania locum reperies, in quo, tot peregrini in omnibus publicis officiis, commode accepteque vivant. In vivendi ratione ſibi liberaliter indulgent, privatim ad parcimoniam victus, brevem quidem, ſed cibis exquiſitis gratam menſam amant, ad convivia, & nuptiarum ſolennia ſumptibus & ferculis delicatis effuſiores. Cultus & habitus parcimonia illis contra in tantum non obſervatur, quin

etiam

etiam ultra genus & fortunam plerique nimis ſplendido veſtitu, etiam in præjudicium Legis ſumptuariæ peccent. Potior ſexus virilis honoratior nigro veſtitu cultus eſt fœminas, præſertim Virgines verſicolores ſericæ veſtes gratiores reddunt. Forma veſtium aliquid paterni, nec non parum gallici moris redolet, pro diffuſo in humeros crine, Virgines tutulos; nuptæ vittas auro & argento ſqualentes gerunt cum palliolo ſericeæ materiæ, quondam pellibus zobelinis ornato, & ad cubitum brachii promiſſo, in diſtinctas velut partes confluente.

Linguam omnes ſonant Germanicam; qui dignioris ſunt conditionis, purè & nitidè loquuntur, plebs rudius, & diverſa velut dialectu, quam ibi noto titulo *Käſlauſch* appellant. Polonicæ linguæ uſus non magis hic utilis, quam frequens admodum eſt. Igitur parentes filios ſuos peradoleſcentulos ad capiendam hanc linguam in Poloniam ablegant, cujus utilitatem maxime illi experiuntur, qui mercaturam cum Polonis, eo quotannis ingenti numero confluentibus, exercent. In educanda juventute, nonnihil peregrinis videntur peccare; quod multi laxiores in diſciplina familiæ nimis indulgendo, affectus ſuos ament, Dicendum nunc aliquid de publicis Gedani ſolennitatibus, & primum ad nuptias ibimus.

Illæ cum pompa ſplendide peragi ſolent: Conſtituto illis die, ſponſus & ſponſa peculiares domus, & in hoc feſtum exornatas, (de quibus ad Templum prodeant (habent. primus exit ſponſus, cum multis amicorum nuptialium paribus, & ordinem inter duos *Præconſules*, vel conſules medius, pro dignitate perſonæ ducit. Sponſum ex ſua domo ſponſa mox ſequitur, quam eximius Virginum grex præcedit, matronarum conſequitur. Digniores, proximiores ſponſam præeunt, cujus latera, duæ proximæ agnationis, claudunt. Templum ingreſſi, variorum inſtrumentorum ſuaviſſimâ excipiuntur muſicâ, mox fœdus matrimonii coram Miniſtro Eccleſiæ contrahitur. Ad altare templi communis ſortis, ſi ex Senatoria familia, in Sacello Magiſtratus. His peractis, ſponſus cum ſuo comitatu in domũ nuptialem præit, ſequitur ſponſa, quam hic ad limites ædium humaniter excipit. mox ab hoſpitibus nuptialibus pro conſueto more dona feruntur, qui prolixa gratulatione ad ſponſum &

ſponſam defunguntur. Mox, ut accumbant menſis, rogantur.

Sublatis dapibus, ad choreas ſollenni itur ordine. Duo agnatione proximi juvenes ſaltu ſeorſim præcedunt choraulas, ſequitur ſponſus cum ſponſa, hos patres & proximi agnati, & quos ſeverior commendat ætas. Poſtea juvenes & virgines ſaltandi tangit ordo, tum vero honoratiores convivas. In his igitur ad mediam uſque noctem continuo ſeduli, ad ultimum ſponſam in ſponſi deducunt ædes, præeunte muſicorum ſuaviter modulantium choro: ibi iterum inſtructis dapibus menſis accumbitur, ſaltatur, diſceditur. In hac ſolenni feſtivitate, nemini, niſi cum magno dedecore & exiſtimationis jacturâ, intra pocula licentius peccare fas eſt. In funeribus hic obtinet mos: ex ædibus defuncti ingens linteum ſuſpenditur velum, cui, ſi virgo eſt, ſertum affigitur. Cum funus effertur, Scholarum diſcipuli aliquot ſacros hymnos in mortis memoriam cantant, funuſque præcedunt, quod proximi agnati pullati nigra veſte ſequuntur, vultu & habitu ad mœrorem compoſito. Dein cujuſlibet exequiatoris legitur nomen. Sequitur mox matronarum lugentium numerus, quarum primæ, & prima agnatione mortuo junctæ, tum Verò Virgines à mulieribus in hunc uſum accitis ducuntur; & lamentabilem mœſtiſſimumque vultum, linteolis involvunt, ne lachrymis rubentes vulgent oculos. Si perſona Magiſtratus vita deceſſit, lugubris auditur per dies aliquot campanarum pulſus. Muſica in templis, & conciones peraguntur funebres, in quibus vita & virtutes defuncti recenſentur.

Ante finitum luctus tempus, ad ſecundas nuptias tranſire velle, indecorum habetur.

Ad ſervandam inter cives mutuam concordiam, certa anni tempora publicis deſtinantur conventibus, inter alia Feſtum eſt S. Martini celebre, in quo in publica mercatorum porticu ſolenne habetur convivium, ad quod invitatur omnium ordinum Magiſtratus, & ſi qui adſunt peregrini Domini. Illud privatorum, qui in hoc collegio ſunt, ſumptibus peragitur, ut quotannis alius ex fratribus collegii invicem ſuccedat. Hic mos nullis Legibus abrogari poteſt, ob ſeveras à veteribus in ejus abrogatores comminationes. Recenſiti Gedanenſium mores etiam in aliis civitatibus Boruſſiæ, ut Thorunii & Elbingæ maximam partem obtinent.

RELI-

RELIGIO.

POtiſſima & præcipua Civium & incolarum pars Auguſtanam Lutheri ſequitur confeſſionem. Nec ulla alia Religio hic per vetera Regum Poloniæ decreta, & huic Urbi conceſſa privilegia libertatem habet, quam hæc cum Catholica. Hic loci dicti Reformati, ſua tamen hic habent per conniventiam publica cum templis exercitia, Suprema verò Eccleſiarum cura, ad Magiſtratum ſpectat. In ſuburbiis multi reperiuntur Anabaptiſtæ, qui ſine publico ſacrorum uſu tolerantur. Judæis non niſi in nundinis S. Dominici annuis, aliqua hic commorandi conceditur facultas.

REGIMEN POLITICUM.

REgimen Gedani Politicum triplex abſolvit ordo. Senatorius, Scabinorum, & Centumvirorum. Senatorii ſive Conſularis ordinis XVIII. ſunt perſonæ, & unus Syndicus. Ex his 4. ſunt Præconſules, dicti *Burgermeiſter*, primariæ dignitatis. Ex his, & aliis Senatorii ordinis primariis junctim 8. Perſonis delectis, à Senatu Regi per literas tranſmiſſis, eligitur quotannis novus Burggrafius, qui in ſupremo honore poſitus, Regis nomine Urbi præeſt.

Qui hac Regali Gratia, & Illuſtri dignitate hoc anno iterum fruitur, eſt Dn. Adrianus de Linda, Præconſulum primarius, Vir gloriâ majorum, & meritis inſignis.

Ex Præconſulari ſubſellio, ſingulis annis novus creatur Præſes, caput ſummum Senatus, & ipſi adjunctus Vice-Præſes. Primarii 4. Præconſules, 4. ditionibus veluti provinciis cum Imperio & juriſdictione præſunt. Sunt Verò illæ *Werdera*, *Neringa*, *Hechta*, & *Helenſis* ditio. In Conſulum ordine XIV. reperiuntur Magiſtratus Perſonæ, quibus certa commiſſa ſunt officia, huic ordini propria. Vocantur illi *die Kammer Herren*, ſive ærario Præfecti *die Wett-Herren*, cenſores, judex, *die Baw-Herren*, ædiles, *die Hülffgelder Herren*, *die Acciſe-Herren*, qui in exigendo cereviſiæ tributo præſunt *die Pfalkammer-Herren*, &c. In Scabinorum ordine XII. ſemper numerantur. In hunc eliguntur juris & literarum periti, tum vero ex ordine Secretariorum bene

meriti & prudentiores Cives. In graviſſimis negotiis, triplex convocari ſolet, ordo Senatorius Scabinorum & centum Virorum, cui ultimo adjunguntur *die* 4. *Haupt Zunfften*, ſive 4. Viri ex mechanicis. In creatione Magiſtratus hic ſervatur ordo; Ex prudentioribus eliguntur Scabini, ex Scabinis Conſules, ex Conſulibus Præconſules. Diviſa autem eſt Civitas in duas partes præcipuas. Prima vocatur Vetus Urbs, quæ cum curia peculiarem ſuum habet Magiſtratum, Conſules & Scabinos, exceptis Præconſulibus. Ille vero Magiſtratus, à veræ Urbis Senatu primario eligitur, & dependet, nec niſi in quibuſdam juriſdictionem exercet.

In Primaria Civitatis parte, quod hic non omittendum, multæ antiquiſſimæ & Nobiles, illiuſque loci Magiſtratu per longam ſucceſſionem fungentes reperiuntur familiæ, quarum origo indubitata in antiquis Pruſſicis & Polonicis annalibus reperitur, quibus etiam tempor. S. Auguſti Reg. Polon. jura Nobilitatis partim collata, partim confirmata ſunt.

Ultimum, qui jam Conſules Gedani vocantur, quondam dicti ſunt Senatores, ut Conſulum antiquitatis nomen illis 4. primariis tantum tribueretur. Placuit tamen ad procerum Poloniæ deſiderata, quod illi Senatores vocentur, illa permutare nomina, ut Senatores, Conſules, conſules Præconſules vocarentur.

REDITUS, VIRES ET DIVITIÆ.

PUblici Civitatis reditus ex portoriis, vectigalibus, ſubjectis ditionibus, molendinis, pecunia pro jure Civitatis collata, magni ſane colliguntur.

Privatorum opes mercatura rerum variarum, tum vero frumenti, ad inſignem ſummam provehit. Hunc vicinum Balthicum mare, & huic conjuncta Viſtula valde promovent, ad quam ſi crebrius exercitium mechanicarum artium (quod hic peregrinis, qui non fruuntur jure Civitatis intercluſum eſt) accederet, maximis incrementis exemplo aliarum Civitatum, Gedanum augeri poſſet.

Vires ejus tam in fortiſſimis propugnaculis, & munitiſſimo Mundæ portu, quam in omnigeno & copioſiſſimo armorum apparatu, & armamentariis, præcipue vero in provida

vida Patrum vigilantia ſitæ ſunt. Adeo, ut quantum in hujus occupatione nova imperia molientibus, & ſua augere nitentibus præſidii ſitum ſit, Campanella optime intellexit, Regi Hiſpaniæ ſuadens, inter alios paucos portus Gedanenſem curaret occupare. Verum talium ſpeculatorum huic Reipub. nocitura conſilia ſupremum avertat Numen.

DESCRIPTIO REGNI SUECIÆ.
MORES VETERES SUECORUM.

GOthi, qui ex hac Orbis plaga orginem ſuam traxiſſe creduntur, adeo fuerunt potentes, ut diu Italiam imperio rexerint. Diu etiam Hiſpaniæ præfuerunt, & Galliæ partem tenuerunt, præſertim Languedociam & Gaſconiam, Cruenti quidem fuerunt, ſed non adeo Barbari atque vulgo creditur; illorum fœminæ, adeo bellicoſæ fuerunt, ut ab illis Amazones credantur eſſe ortæ. Divitias contemptui habebant. A prima infantia fœminæ armorum tractabant exercitia, pro defendendâ nimirum propriâ pudicitiâ. Veterum Gothorum ſolennis mos erat, in fine Decembris cum omnia gelu rigerent, vel ociſſimos curſu equos congregare, ut is qui reliquis currendo eſſet ſuperior, diis immolaretur, vel Regiis ſervitiis adjudicaretur.

Cum inſigni aliquo prælio conflixiſſent, ingentis magnitudinis lapides erigebant, qui pyramidum ad inſtar eſſe videbantur, & 10. 15. 20. 30. pedum altitudinem æquabant. Magnas etiam ſtatuas lapideas collocabant, cum Gothica inſcriptione, quâ bello fortiſſimos commendabant. Reperti adhuc ibi ſunt lapides, quibus inciſa eſt forma urſorum, draconum, ſerpentum, ab illis devictorum.

Aſtronomiæ erant peritiſſimi, cujus beneficio futura prædicebant, cum libris carerent, baculo utebantnr, cui characteres Gothici erant impreſſi, hocque virtute ſolis, lunæ, aliorumque aſtrorum cognoſcere poterant. Utebantur etiam alio baculo, qui humanam æquabat longitudinem, à cujus utroque latere numerus annorum menſiumque erat deſcriptus, & quemlibet menſem 7. Gothicæ literæ exprimebant. Hunc autem nnmerum, ad Chriſtianam converſi Religionem auro notant, qui ipſis diem dominicalem ſignificat. Magiſtros peculiares, qui illorum pueros in literis informarent

rent tam ad ſcientias, quam vero ad Regimen politicum idoneis. Illis vocabantur Zenta, Dicenet, Zamolxis. Intra ſuos Zarobes & Terees, Reges ſuos & ſacerdotes creabant.

Ad morem Ægyptiorum etiam animalium figuris in ſcriptione & numeris utebantur, lignoque actionum ſuarum cogitata imprimebant. Erat hæc apud illos recepta opinio, ut crederent, neminem poſſe animo & viribus fortem dici, niſi duellis probatum, quæ ſi quis recuſabat, jam pro victo habebatur: quin ipſos Reges criminabantur, ſi hoc recuſaſſent certamen. Peractis duellis, ad convivia dilabebantur, qui vero victor in hoc periculoſo evaſerat certamine locum inter alios ſtrenuos pugnatores pro præmio habebat.

Notitia muſicæ variorumque inſtrumentorum ipſis erat perſpecta, Principum ſuorum cadavera ex arboribus ramoſis, præſertim quercubus, ſuſpendebant, quas Diis ſacras colebant, vel etiam illa in locis montoſis humabant. In locum nummorum monetâ coreaceâ utebantur. Viribus tàm maritimis, quàm pedeſtribus, claſſibusque, inſtructi erant. Iam à priſco tempore Principibus obſequentes erant, Gothique ex numero Sacerdotum Reges eligebant, ipſos poſt mortem inſtar Deorum colentes.

Cum quid ſontici negotii Regibus eſſet, per nomina Deorum jurabant, nec permiſſum erat legitimis illorum filiis ad menſam accumbere cum patribus, priuſquam ad arma idonei judicati eſſent.

Veteres Gothorum, tres præcipuos colebant Deos. Potentiſſimum habebant dictum Thor, tum Odhen, & Friggen, quæ Dea erat pulchritudinis. Præter hos etiam Nęthotim, magum quendam, adorabant, auctorem cerimoniarum, quibus in ſacris Deorum utebantur.

Cæterum Gothis novenarius in ſacrificiis numerus notus erat. Certis menſibus, per novem continuos dies, diis ſuis novem ſpecies animalium faciebant.

Ille homo, qui ſacrificiis erat deſtinatus, in puteum immerſus, necabatur.

Cum ad illorum opinionem votis Dii non reſpondiſſent, arma contra illos parabant, quaſi illos cogere ad præſtanda deſiderata vellent.

Animæ immortalitatem credebant, & quod in certum amœ-

amœnum concederet locum, nec insolitum erat, in bellum exituris, Diis equos in anteceſſum immolare, præfigendo gladiorum mucronibus illorum capita, ubi hoſtes viciſſent, illos Diis ſacrificabant, quibus ſimul ludos parabant.

MORES HUJUS TEMPORIS.

Sueci natura robuſti: illi vero, qui Septentrioni proximi habitant, maximam partem ſtatura parvi ſunt. Fœminas naturali pulchritudine & ſine fuco inſignes habent, quas ingens commendat fertilitas.

Peregrinis valde ſunt humani, quibus jura hoſpitalitatis omni ſtudio præſtare ſolent. Peditatu æque ac equitatu maxime ſunt validi, non ſecus ac in mari: ad mechanicas & alias liberales artes docilia habent ingenia, linguiſque capiendis maxime idonea. Ita præter Suecicam linguam, etiam Germanica, Gallica, Finnonica, ipſis in vulgari uſu eſt.

Vulgi mores ut plurimum ſimplices ſunt, nec ulla rerum cupidine, ignari mundanæ voluptatis accenduntur. Verum, mutati jam in his videntur eſſe, poſt bellũ Germanicum, quod ignaras antea cultius vivendi illorum mentes, feliciore rerum ſucceſſu etiam ad ignota vitia concitavit. Cæterum frigora, tempeſtates, ſitim, famem, omniaque alia naturæ mala æquo ferunt animo.

Fæminarum hæc ibi præcipua laus eſt, quod ſapientes, modeſtæ, ab ebrietate abſtinentes ſint, quin & illæ quæ quæſtum corpore faciunt, optime vultum caſtitatis ferre dicuntur. Illarum negotia ſunt lanam & colum tractare, æſtate, ad cœli lucem, quæ ipſis pernox eſſe ſolet, hyeme ad axungiam, ex vitulis marinis aliiſque monſtris extractam.

Tendere arcum, præpoſito præmio patres, filios erudire ſolent, tum vero aliis certaminibus illorum imbuere animos. Vulgaria vero illorum excercitia in venationibus & piſcationibus ſita ſunt.

Frumenti magnam partem coquendæ cereviſiæ inſumunt, qua contenti, tenuioris conditionis mortales. Dignioribus vina in uſu ſunt frequenti. In annonæ caritate, multi panes, ex farina corticis pini, vel Sinapis comedunt, aut etiam piſcibus ad ſolem duratis uti ſolent.

Carne etiam abundant, cujus magnam partem ſole condire

dire mos eſt, reliquus victus eſt, piſces recenter durati, fumati, butyrum, caſeus, cujus ſpecioſam ingentiſque magnitudinis figuram habent.

Quidam illorum boreæ viciniores, nullum ferme panis uſum norunt, ſed ejus loco piſcibus & feris utuntur. Mulſi potum, ſuccum ex pomis, aliiſque expreſſum fructibus in deliciis habent.

Quod habitum ſpectat, ille ex lana, panno & ſerico illis paratur. Is quondam ſimplex & rudis erat, ſed hodie ob res in Germania & alibi bene geſtas, maxime cultus & ſumptuoſus, multumque notans luxum reperitur. Qui ad aulam ſunt, Gallico more, reliqui cives Germanico veſtiuntur. In ſeptentrionalibus loci, parentes liberos ſuos bellibus ferarum involvunt, præſertim urſorum, quin omnes plerumque pellibus incedunt induti.

Horologiorum uſum rariſſimum habent, pro quo in rupibus temporis vices obſervare ſolent.

Hyberno tempore ex voce animalium horas dijudicant. Multarum linguarum communis illis eſt notitia, ut Finnonicæ, Livonicæ, Germanicæ, ipſius quoque Gothicæ, in qua Oratio Dominica ita ſonat:

Atta unſar thu in Himmina, Wthnal namo thein, vimai thiudi naſſus theins. Vurthe wilgā theins, ſue in himmina, gah ana arte. Li laef un ſarana Sententnam gik uns himmadaga. Gah aflet uns thatei ſculanſſigaima ſua ſue gan weiſz afletam thaims kuiam unſarem, gah in brigges uns in fraeſtub. Ak' lauſzluns af tamma ublin. Habent adhuc veteres characteres numero 35.

Multique reperiuntur ſubtili ingenio præditi mortales, qui quanquam Gothicæ & Latinæ linguæ ignari ſint, ſibi tamen certas effingant literarum figuras, quibus in corticibus, pellibus, papyro &c. utantur.

Baculi aſtronomici notitiam parentes liberis ſuis à prima ſtatim juventa inculcare ſolent, per hujus uſum futurum prædicunt tempus. Divinationibus adhæc valde incumbunt, in quibus unus, nigro veſtitus habitu, ſtrictum gladium manu gerens ſaltat, Rex que dicitur, reliqui choraulæ illum ſequuntur. Multi, qui in Finnonia & Laplandia ſunt, veneficiis & incantationibus ſtudere creduntur. Laplandis non inſolens eſt, ut ventos & turbines excitent, quando mare navigant.

Inter

Inter Gothos Suecoſque, ſequioris conditionis homines, multis cerimoniiis in contrahendis utuntur matrimoniis.

Equidem ubi pater ſponſæ, proci virtutes exploratas habet, his verbis ipſam illi tradit: Ego tibi trado meam filiam, ut tibi honorem faciam, & ut ſit tua uxor, quæ medium lectum tuam habeat, claves portarum & tertiam partem omnis pecuniæ, mobilium & immobilium, ut alias taceamus ſolennitates nuptiales, quæ quondam plurimæ fuerunt quæ cum ſumptuoſis nuptiarum conviviis hodie in Urbibus Lege abrogatæ ſunt, quod multi, præſertim Nobiles quondam in illa tantos profuderunt nummos, ut ad paupertatem brevi redigerentur. Igitur hodie in nuptiis digniorum in nullæ apponuntur epulæ, ſed bellaria tantum & vinum moderatius potum, reliquum tempus choreis & ſaltationibus tranſigitur.

Jura hoſpitalitatis hodie in Suecia adhuc uſu frequentia ſunt, præſertim tempore Nativitatis D. N. I. C. in quo menſas ad aliquot dies continuo ſtratas & dapibus plenas reperies omneſque qui ædes intrant, ut comedant & bibant, invitantur, nec unquam commodius, minoreque ſumptu per Sueciam iter inſtitnitur, quam illo tempore, ubi apud omnes ruſticos jam paratæ inveniuntur menſæ, ad quas gratis accumbere licet, quin vitio recuſantium voces accipiunt. In illo Feſto (quod 4. diebus ſacrum colunt) variis ludis & oblectamentis animi gaudia teſtantur, quæ viſa enarrare nimis foret prolixum.

Hoc etiam in more Suecis eſt, ut in balneis crebrius lavent, & frigidam ſæpius tentent, cui etiam, tenellæ ætatis infantes calidâ extractos immergunt. Igitur hos verſus Virgilii l. IX. Æneidos, circa finem Magnus Sueciæ Cancellarius Oxinſtirna de ſuis Suecis non immerito ſæpius allegaſſe magnis Viris dicitur, quibus Suecica indoles pulchre exprimitur:

Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis.
Venatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant:
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum, parvoque aſſueta juventus,
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello,
Omne ævum ferro teritur, verſaque juvencum

Terga

Terga fatigamus haſtâ, nec tarda ſenectus,
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galeâ premimus, ſemperque recenteis
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Inter reliqua Vitia, quibus Sueci obnoxii ſunt, invidia, ſuperbia & diffidentia apud ipſos locum habere dicitur, quæ etiam ex ſecundo hactenus rerum ſucceſſu profluxiſſe videntur.

RELIGIO

Rex Guſtavus primum in Sueciam ingreſſum Auguſtanæ confeſſioni an. 1527. aperuit; occupans eodem tempore bona Eccleſiaſtica, nil niſi ſuſtentatione Eccleſiaſticis relicta. Quanquam vero tum mutata ſit Religio, nihil tamen ab externis ceremoniis emendatum eſt. Remanſerunt enim Archiepiſcopi, Epiſcopi, Concionatores, & quædam miſſæ ſpecies.

Ericus ſive Henricus Patri ſuccedens Guſtavo, in eodem ſtatu res Religionis reliquit, in quo illas defuncto patre invenerat. Rex Joannes ejus frater, qui ipſi ſucceſſit, Catholicus creditur, ſed corde magis, quam profeſſione, ſervans Eccleſiæ jejunia, & quadrageſimæ tempus. Uxor ejus Regina Catharina, exercitium Religionis Catholicæ publice profitebatur, cujus tamen conatus irritos fecerunt illi, qui bona Eccleſiaſtica tenebant, & miniſtri, qui uxores duxerant.

Sigiſmundus III. Rex Sueciæ coronatus, poſt deceſſum patris, priſtinam Religionem inſtaurare cupiens, paternam coronam, multis ſeditionibus gravem, cum tutiore Polonica permutavit.

Hodie in Suecia nulla alia toleratur Religio, quam Auguſtanæ confeſſioni conſona, nec permiſſum eſt ſtudioſæ juventuti, in Catholicis Academiis vivere, ſub pœna capitali, in tranſgreſſores hujus legis ſancitâ. Cæterum ipſe Gothiæ populus in plurimis locis Religioni Catholicæ adhuc favet, multi etiam ex Septentrionalibus populis hodie ſolem & lunam, pannumque rubrum, adorare dicuntur. Ultimum, non pauci ſunt Chriſtiani, qui bis tantum in anno aut ſemel in Eccleſia comparent, locorum diſtantia ab exercitio ſacrorum prohibiti.

REGI-

REGIMEN POLITICUM.

REges Sueciæ, ab omni tempore teſte Olao M. à Senatoribus Regni, delegatis Provinciarum, & præcipuis Urbibus electi ſunt. Poſtea hoc Regnum hæreditarium factum eſt, tempore Regis Guſtavi. Omnes Reges antequam coronentur, ut antea, ſic hodie jurare tenentur, ſe Chriſtianam Religionem & Auguſtanam Confeſſionem tueri velle, nolle ullas Leges novas præter conſenſum Ordinum introducere, ſed Nobilium jura inviolata tueri. Si Rex plures quam unum relinquat filium, ipſi teſtamento Ducatus reliquuntur. Filiæ Regis 100000. Imperialium pro dote numerantur, qui à ſtatibus penduntur.

Sex in Suecia numerantur Status: Principum hæreditariorum, Nobilium, Clericorum, Ruſticorum, miſitum, civium ſive mercatorum. Hos inter tres ſunt præcipui, qui maxima in Regno pollent auctoritate, Ordo Clericorum, Nobilium, & Ruſticorum. Hi tres ordines ad comitia rebus majoris momenti occurrentibus, convocari ſoient, & de propoſitis à Regibus negotiis conſultare. Præcipui dignitate & officiis ſunt V. 1. *Drotſet*, ſive Vice Rex, *Marck*, ſive Mareſchallus, magnus Cancellarius, Regni Ammiralis ſive ſupremus maris Præfectus, *Schatz-meiſter*, aut ærario Præfectus. Ad hæc 5. ſumma in Regno officia 5. præcipua annumerantur collegia, ut conſilium Regni aulicum, Conſilium belli, Cancellariæ, Ammiralitatis, & Cameræ.

Quondam Rex XII. ordinarios habebat Conſiliarios, & præter hos multos alios à diverſis officiis. Hodie Senatorum Regni numerus auctior eſt. Totum Regnum diviſum eſt in Provincias, Ducatus & Comitatus, quælibetve provincia iterum ſuum territorium & juriſdictionem habet. In qualibet autem provincia certus eſt Gubernator, dictus *Lands-Herren*, in præfectura ſuperior, dictus *Lanſinan* ſive *Leenſmann*, præter Vice-Comitem vel judices, qui ſicut Italis poteſta eſt.

Præter Vice-Comites, alii adhæc ſunt Regni miniſtri qui velut Galliæ Seneſchalli aut Præfecti, dicuntur Lamans, velut ſupremi judices. Hi tributum à populis exigunt, aliaque Regno præſtant ſervitia.

Quantum ad miniſtros, qui reditibus Regis præſunt, eſt imprimis Commiſſarius, qui mandatis ſigillum annectit, ita ut nulla ſolvantur tributa ſine hac ſignatione. Huic generali commiſſario ſubeſt Theſauro Præfectus. Cum hoc Theſauro Præfecto X. miniſtri ſunt Rationum, qui omnium redituum calculum ſervant, & rationes adminiſtrati officii Generali Commiſſario præſtant, præſentibus aliquot Regis conſiliariis. Sunt autem Theſauro Præfecto diverſi exactores, qui imperata exigunt tributa, & in Regis theſaurum deferunt.

Quantum ad Urbem Stockholmiam, illi ſunt 4. conſules, qui per totam vitam in functione permanent, & in Politicis judicant. Duo ex illis quotannis alios ſucceſſivè præcedunt, omnes vero 4. ſimul deliberaturi conveniunt.

Leges, quibus Sueci utuntur, valde ſunt antiquæ, lataque à tempore S. Henrici*, Regis Sueciæ, & uſque in hoc durarunt tempus, exceptis Legibus Eccleſiaſticis.

Nullam unquam mentionem uſurarum Leges Suecicæ faciunt, niſi caſu ubi debitor à multis creditoribus fuerit vexatus, & ſi extra hoc quis ab alio uſuras accepiſſet, etiam creditum amiſerat, & uſurarius pœnam ſubibat. Hodie tamen Holmiæ mos uſurarum obtinuit.

Adulteria, præſertim duplicia, ſine ulla mitigatione pœnæ hic morte puniuntur.

Judici ſecunda vice rogato, & tamen ſententiam deciſivam differenti, pœna imponitur, qua ratione proceſſus diu non durant. Nullus hic advocatorum & procuratorum uſus, cum quilibet coram judice cauſæ ſuæ patronus ſit.

Quod ſi vero pars litigans vidua vel minorennis ſit, proximi agnati proceſſum curare tenentur. In defectu horum, Magiſtratus ipſe illis Tutores conſtituit, & negotium intra breve tempus finitur.

Mater liberorum ſuorum Tutrix & Curatrix poſt mortem mariti manet, quamdiu vidua ſit, ſi ad ſecunda tranſit vota, præcipuas veſtes, & tertiam mobilium accipit, reliquæ 2. tertiæ liberis permanent. Bona uxoris ſine illius conſenſu nemini licet vendere. Poſt obitum mariti decem menſes viduæ adjudicantur, quæ ſi poſthumum intra illos pareat, hæreditatem cum infante adit, verum ſi infans poſt X. menſem natus ſit, pro hærede non habetur.

Fœmina adultera, criminis per 6. teſtes convicta, dotem perdit

perdit, omneque acquiſitum marito cedit, qui illam ad mortem dandi poteſtatem habet.

Judicium quorundam criminum ſoli Regi integrum eſt, ut læſæ Majeſtatis, proditionis, &c. Proditores rotâ feriri, vel ſingulari Regis gratiâ capite plecti ſolent, ſi Nobiles ſint, niſi vero delicti gravitas ſuſpendii ignominiam exigat, tum argentea catena vel fune ſericeo ex arbore viridi, ſceleratos tales ſuſpendere mos eſt. Vid. plura Pierre d'Avity p. 654. in deſcript. Regn. Suec.

De ultimo genere hominum, ruſticorum nimirum, hæc notari debent, quod nullibi in Europa majorem, quam hic habeant libertatem & poteſtatem, cum in comitiis oratores ſuos habeant & ſuffragia ferant: Duplicis autem ſortis ſunt, alii dicuntur *die Skatbönder*, qui ſua poſſident hæreditaria bona, ab illiſque quotannis certum pendunt tributum. Hi præter alios his gaudent immunitatibus, ut ſi ingruente bello, ſibi idonea poſſint parare cum equo arma, quamdiu ſtipendia mereant, liberi ab omnibus ſint oneribus. His adnumerantur illi, qui in fodinis cupri laborant. Altera ſpecies ruſticorum, in Regalibus, Clericorum & Nobilium bonis habitat, ſuaque ſolvit tributa, & tales præ reliquis ruſticis aucupia & venationes exercere poſſunt. Vid Zeiler. in *Beſchreibung des Konigreichs Schweden*, p. 62. ſeq.

DIVITIÆ.

REditus Regni percipiuntur ex bonis Eccleſiaſticis: ex fodinis decimis frugum, tributis & vectigalibus. Quantum ad bona Eccleſiaſtica, priuſquam Religionem Sueci mutaſſent, Archiepiſcopus Upſaliæ, ſex Epiſcopi, plurimaque monaſteria, latiſſimos poſſidebant fundos, ex quibus magnos accipiebant reditus. Verum, hodie Reges omnia illa bona ſuæ fecerunt poteſtatis, qui Epiſcopis minores reditus conſtituerunt.

Omnium mineralium decimæ Regi debentur, & ſi ſubditi venas fodinarum non tenerent in occulto, multò plures ex illis redirent proventus.

Per totum inſuper Regnum telonium & decimæ, frumenti, butyri, caſei, piſcium, boum, rerumque aliarum Regi penduntur.

Cum Rex aliquod bellum pro defensione Regni suscipit, omnibus id notum facit provinciis, quę victus necessaria suppeditant. Nobiles tamen, illisque subjecti, ordinaria ad bellum tributa præstare non tenentur, sed cum contributiones Generales, consensu Nobilium indicuntur, illorum subditi mediam partem solvere debent.

Porro populus obstrictus est ad dotem Regis filiæ, quando in matrimonium datur, pecuniam conferre.

Reditus ex pellibus, quos solum Rex à Lapponibus exigit, magni sunt

Ex solo ære quod ex duabus vel tribus eruitur fodinis, decimæ Regis quondam ad 500. *Squipons* & ultra accesserunt, valor autem *Squipons* 30. millium talerorum est.

Præter vectigalia maritima, quæ hodie pro certa pecuniæ summa mercatoribus elocantur, etiam insignes proventus ex ditionibus Livonicis, & Pomeraniæ accedunt.

Divitiæ privatorum, in copia pellium & ferarum, coriis, exuviisque sitæ sunt, tum verò in butyri, ferri, cupri, ceræ, sevi aliarumque rerum abundantia.

VIRES.

QUælibet Provincia suum habet peditatum & equitatum numero & robore potentem.

In Regno Sueciæ & Gothiæ numerantur circiter 33. vexilla pedestris militiæ: quolibet 700. homines continet. Illæ copiæ in omnem occasionem paratæ sunt. In Finlandia duæ sunt militum cohortes, una militum simplicis conditionis, altera Nobilium.

In Smalandia & Ostrogothia ut & Westrogothia quædam cohortes Nobilium equitum reperiuntur, & Westergothia, Nobilibus plus, quam ullæ aliæ abundant, neminique ibi præfectura militaris concreditur, nisi genere Nobili.

Smallandia sola quandoque 30000. armatorum exhibere potuit. Livonia hodie præsidiario Suecico milite, instructissima est. Præter Vires terrestres, quæ tam in abundantia militum, quam accuratissima militiæ disciplina artibusque militaribus (quibus Suecica gens notior est) sitæ sunt, etiam maritima Suecis potentia magna est. Quin Rex Sueciæ in, pace vivens, ut plurimum 50. navium bellicarum & ultra in promptu

promptu habet, ſub directione Ammiralis ſive maris Architalaſſi. Illi in omnem caſum paratæ claſſi, certus ſemper conſtitutus eſt navalis militis, & nautarum numerus, qui ſtipendia quotannis & alimenta ideo accipiunt, ut ad omnem nutum parati inveniantur.

Præcipuæ navali claſſi certa Holmiæ ſecretaque eſt ſtatio, quam nemini peregrino ſine periculo pœnæ carceris adire licet. Alia in Finlandia, contra Moſcos excubat, quædam etiam in Pomerania, & aliis Suecicis ditionibus reperiuntur, ad bellum munitiſſimæ.

Fortalitia quondam in Suecia ſatis multa fuerunt, quæ à tempore belli cum Sigiſmundo Rege Poloniæ & Sueciæ habiti diruta ſunt. Verum parum illis indiget Suecia, cum undique ingentis magnitudinis rupibus clauſa ſit, & deſperatum hoſtibus præbeat aditum.

Adhæc portuum commoditas, in omnibus Sueciæ ditionibus, non niſi ad magnos conatus audentibus viam aperit, cum maxima maris Balthici pars illis velut claudatur.

SERIES REGUM SUECIÆ.

MAGOG, filius Japheti minimuſque filius Noachi primus Scytharum parens fuit, primuſque ſecundum hiſtoriam Regni in Finlandia Imperium habuit. Huic 5. fuerunt filii, quorum maximus Suenno pater & Princeps Suenorum vel Suedorum fuit; ſecundus dictus Gethar alias Gog Getis nomen dedit, quos Imperio rexit, reliqui tres vocati ſunt Thor, Garman, & Ubbo.

UBBO, in Sueones vel Suecos imperium exercuit, mortuo Fratre ſuo Suennone poſt 246. circiter annos ultra Diluvium. Hic Upſaliam exſtruxit, & illi, qui ſequuntur poſt illum regnaſſe dicuntur.

SIGGO, Suecis cum Imperio præfuit 65. annos, obiit 412. poſt Diluvium anno.

BERICO, poſtea Rex Sueonum & Gothorum fuit circa annum 826. poſt Diluvium.

HUMULPHUS, ejus filius natu maximus ipſi ſucceſſit, quem excepit Humel ejus maximus natu filius, quo tempore Dani, ipſi ſubjecti rebellarunt. Poſtea à Saxonibus vexati, coacti ſunt duos illius petere filios Dan, & Angul, pro

defenſione ſui, & Imperii adminiſtratione. Devictis ergo Saxonibus, Humel, Gothis & Suecis., aliisque imperavit.

GOTHILAS, ejus filius, ipſi ſucceſſit, quem ſucceſſione excepit.

SIGTHUN, vel Sigtrug, pater pulchræ Gra, de qua adhuc cantiones incolis reſtant.

SCARIN, Rex Gothorum, à Gram in pugna occiſus eſt.

SIBDAGER, Rex Norwegiæ, Gothorum & Suecorum Rex electus, Regem Gram Danorum ſuperavit: ipſumque vitâ exuit.

ASMUNDUS, filius Sibdager, illiuſque ſucceſſor in prælio obierunt.

HOFFO, filius Aſmundi, ejecit Hading Regione.

HUNDING, frater Vffonis, pacem cum Hading fecit, poſtea falſò informatus, quod Hading per Guthorm, ſuum generum, occiſus eſſet, ut igitur monſtraret, quod in hoc facto eſſet innocens, mortem ſibi in vaſe, pleno mellis, elegit.

REGNERUS, Thorildis, materteræ ſuæ, inſidias poſtquam evaſiſſet, Regni potitus eſt.

HOTHEBROT filius Regneri & ſucceſſor, ſuperavit Regem Daniæ, ipſumque vita privavit, occubuit cum exercitu in mari.

ATTILA I. ejus filius ipſi ſucceſſit, hunc excepit,

HOTTILA, ejus frater, qui in prælio contra Danos obiit.

RORICUS, ſive RODERICUS, filius Hoteri, cognomento Slingabond, I.

ATTILA II. filius Roderici à 2. Danis occiſus eſt.

BOTUILDUS, filius Attilæ, ipſi ſucceſſit.

CAROLUS II. minor filius Botuildi.

GRIMERUS magnus Tyrannus, templorum expilator, per inimicos ſuos interemptus eſt, cum ferrea catena.

TORDO, ejus filius, ei ſucceſſit, qui Saxones ſuperavit.

GOTHARUS ejus nepos.

ADULPHUS filius Gothari, qui Regnum Daniæ fecit tributarium.

ALGOT, Adulphi minor filius.

ERICUS filius Algothi.

LINDORM, vel Lidor, filius Erici, vel Henrici.

ALARICUS, vel Arich minor filius Lindori per Gothos & Suecos electus est, Regem Norwegiæ acquisitæ fecit Gauthonem.

GESTILLUS senex Rex Gothorum & Suecorum successorem sibi designavit Ericum cognomento Eloquentem nomine 3. qui tempore Domini Salvatoris Nostri regnavit.

GETRICUS vel Gotricus filius Erici, natu maximus Rex Gothorum creatus, fraterque ejus Haldan Suecorum.

SIVARDUS I. post mortem patris Haldari occisi à Regni magnatibus, cum magno labore Rex Suecorum electus est.

CAROLUS III. Nordiani minor filius occisus est ab Olao Rege Daniæ, qui uxorem duxerat Wildam, filiam Regis Sivardi.

ERICUS 4 filius Sivardi, in Regno Sueciæ successit.

HALDANUS 2. filius ex Carolo, post sumptam ob homicidium patratum patris sui vindictam ab inimicis Rex Sueciæ electus est.

UNGUINUS Rex Gothorum post mortem Haldani agnati sui Rex Suecorum factus, mox etiam Daniæ Rex ob virtutes suas creatus est.

RAGNALDUS jam confectum ætate Unguinum è medio sustulit, ipse postea in prælio cœsus est.

AMUNDUS filius Ragnaldi Rex Sueciæ electus est, illico post mortem patris sui. Filii ejus fuerunt Hacho, Helvin, Hagbart, & Amund, bellatores omnes strenui.

HACHO filius Amundi ejus fuit successor,

INGO electus Rex Sueciæ post Hachon, qui postea etiam Gothis imperavit,

NEARCHUS filius ejus natu maximus ipsi in Regno successit, breveque regnavit tempus.

FROTHON ejus frater ipsi successit.

URBRA post obitum Regis, Frothon ipsi successit.

OSTEN ejus filius manu strenuus, Norwegiam subjugavit. Suecia postea à Gothis divisa fuit, Gothique pro Rege sibi eligebant Fliolmum vel Siolmum, donec Sueci sibi Attilam elegissent.

SUERCHERUS filius Fliolmi, fuit Gothorum Rex post patris sui decessum, hunc in Regno excepit Valandrus, ejus filius, cum ejus natu minor filius Cereri immolatus esset.

DIGNERUS, ab altera parte ſucceſſor fuit Attilæ in Regno Sueciæ, poſtea Dagerus ejus filius, qui Ruſſos & Danos imperio ſubegit.

INGEMARUS, poſtea Rex Gothorum & Suecorum electus eſt, & per uxorem ſuam laqueo vitam perdidit.

INGELLUS, eius filius ipſius ſucceſſor, uxorem quoque ex Dania habuit, impudicitiæ vitio obnoxiam.

GERMUNDUS, filius Ingeli, per Danos laqueo interfectus, poſtquam illos ſubjugaſſet.

HAQUINUS Ringo, filius Germundi, poſtea Rex Gothorum & Sueciæ creatus eſt, qui potentem Regem Daniæ Haraldum ſuperavit.

EGILLUS filius Ringo' cognomento Vendilkraaca patri ſucceſſit, & à tauro furente occiſus eſt.

GOTHARUS filius Egilli, ipſi ſucceſſit, occiſus eſt per fratrem ſuum Faſto.

FASTO, ipſius fuit ſucceſſor.

GUDMUNDUS, ejus filius, patrem in Regimine ſecutus eſt.

ADEL, filius Gothari, Gothiæ & Sueciæ poſtea Rex electus eſt.

OSTANUS, filius Adel, ſed tyrannus ipſi ſucceſſit.

INGEMARUS, optimus filius peſſimi parentis, Ruſſiam & Daniam ſubegit.

BIORNO, poſt illum Rex Gothiæ & Sueciæ fuit.

RAVALDUS, filius Bierno Rex Gothiæ, Daniæ & Sueciæ fuit anno ſalutis 464.

SNARTMAN, ejus fuit ſucceſſor in tribus Regnis: obiit circa A. C. 509 cum in Imperio 28. annos fuiſſet.

TORDO II. Patri ſuo *Swarmann* ſucceſſit.

RUDOLPHUS ipſi ſucceſſit, quem ſecutus eſt

HATHIN, qui Herulis filium ejuſdem dedit nominis.

ATTILA IV. in Regno huic ſucceſſit.

TORDO Tertius, non diu imperium habuit.

ALGOT II. qui Ruſſos tributarios fecit.

GOSTAG, crudelis valde tyrannus, qui circa tempora Machometi vixit, captuſque eſt per validum Arthum, qui ipſum laqueo juſſit perire.

ARTHUS filius Algoti 2. regnavit circa A. C. 630. obiit ſine liberis cum contra Moſcos feliciter bella geſſiſſet

HAR ON

HAKON vel Haquin Tertius, filius Goſtag, patre melior filius.

CAROLUS Quartus, filius Haquini.

CAROLUS V. filius Caroli.

BIERGERUS, poſt illum Rex fuit.

ERICUS V. ejus filius Patri ſucceſſit.

TORILLUS vel Totillus, à ſuis in prælio derelictus eſt, contra Haraldum Regem Daniæ pugnans, quo tempore Regnum ſimul cum vita perdidit.

BIORNUS, Rex Gothorum & Suecorum circa A. C. 764. electus eſt diuque imperio præfuit, quod reliquit.

ALARICO ſuo filio, æque pacato ac ille fuit.

BIORNO vel BERO Rex Gothorum & Suecorum creatus A. C 800. cum Carolo magno fœdus fecit Doctoreſque ab ipſo rogavit, qui ſuos ſubditos in fide Chriſtiana informarent.

BRATEMUNDUS FRO, ſucceſſit ipſi, mox tamen per fratrem ſuum Sivardum occiſus eſt.

SIVARTUS Fro Norwegios domuit, & per fœminas Norwegianas in prælio occiſus eſt.

NEROT, ſucceſſor duorum ſuorum fratrum, filiam ſuam Thora Regnero Regi Daniæ dedit uxorem.

CAROLUS VI. ſucceſſor cum Regnero bellum habuit qui ipſum ſuperavit.

BIORNUS, non electus, ſe ipſum conſtituit Regem, poſtea coactus eſt, ut in Norwegiam concederet.

INGEVAL filius Herot, cum magno conſenſu electus eſt.

OLAUS, cognomento Tretelia, filius Ingevali, Danos ejecit Regnis ſuis, valdeque ſenex obiit.

INGO ejus filius Ruſſos domuit, ſucceſſor ipſi fuit

ERICUS ſive Henricus VI. ejus filius, pater.

ERICI Segerſeli, qui Livonos, Eſtones & Pruſſos devicit, à quibus interfectus eſt, cum illos ad Religionem Chriſtianam adducere vellet.

ERICUS AORSEL vel STENCHILLUS, Chriſtianus factus, multos paulatim ſubditorum ſuorum convertit, à quibus occiſus.

OLAUS cognomento SCHOTKONUNG, frater vel filius Erici Religionem Chriſtianam per totum Regnum ſuum imperavit. Rex non ſolum Gothiæ & Sueciæ, ſed etiam Norwegiæ fuit, obiit circiter an. 1018.

Digitized by Google

AMUNDUS, filius Olai, ipsi per electionem successit.

AMUNDUS, ejus nothus, ipsi successit contra Leges Regni.

HAQUINUS Rode, ex Nobili Westerogothorum familia ortus.

STENCHILLUS, minor filius Olai Schatkonung.

INCO, melior Regum Sueciæ.

HALSTAN ejus Frater ipsi successit.

PHILIPPUS Halstani electus circiter an. 1080.

INGO filius Philippi ipsi successit, ex veneno periit.

RAGNALDUS, cognomento Knaphosde, postea electus, mox propter crudelitatem occisus an. 1139.

MAGNUS filius Nicolai Regis Daniæ, electus quondam Rex Sueciæ, Rex etiam Gothorum fuit, sed tyrannice imperavit, ita ut per fratrem S. Canuti Ericum occisus sit.

SUERCHERUS vel Suerco, primum à Gothis per Ostrogothos electus est, vivente Magno, postea à Suecis, occisus à servo, cum ad Missam iret.

CAROLUS VII. ejus filius successor in Regno Gothorum fuit, obiit an. 1168. sed electus est à Suecis.

S. ERICUS filius Iaduardi, qui in Finlandia propter Religionem Christianam obiit an. 1151.

CANUTUS filius S. Henrici ipsi successit, obiit an. 1192.

SWERCHERUS vel Suercho, filius Caroli 7. post obitum Canuti in Regem electus est Suecorum & Gothorum, magnam stragem inter Danos & Bohemos an. 1208. fecit, & obiit an. 1210.

ERICUS filius Canuti, electus Rex duorum Regnorum, decessit vitâ an. 1218.

JOANNES filius ultimi Suercheri, vel Suercho, per 4. solum regnavit annos, extinctus an. 1222.

ERICUS cognomento claudus, filius ultimi Regis, Erici Principis optimi, depositus est an. 1229, sed postea Ericus hostes suos subegit, obiitque an. 1250. cum regnasset 28. annos.

VALDEMARUS filius Ducis Brigeri electus Rex adhuc juvenis an 1251. interim Regnum rectum est per illius patris prudentiam, cui Bergero nomen, qui obiit an. 1266. Sed Valdemarus ob inimicitias cum Fratribus exercitas solius tantum Gothiæ Rex remansit.

MAGNUS

MAGNUS cognomento Ladalaos Rex horum Regnorum an. 1277, creatus est, postquam frater ejus Valdemarum per Status esset depositus. Magnus autem Valdemarus in Nicopensi arce servare jussit, qui obiit an. 1290.

BIRGERUS ubi successisset, Turgilus prudenter Rei præfuit, ut sub ejus consiliis tota felix esset Regio, sed Birgerus valde postea vexatus fuit à Ducibus Erico & Valdemaro, quem occidere jussit: Magnus etiam filius ejus captus & occisus est.

MAGNUS, cognomento Smerch filius Ducis Erici, occisi electus est Rex Gothorum, & Suecorum an. C. 1319. postea à statibus depositus, qui an. 1363. eligebant Suecorum & Gothorum Regem,

ALBERTUM, Ducem Megapolitanum, sed Albertus tranquillus Princeps, Magno, multa indulsit Status gaudia, ipsum omnibus ditionibus exuere nolens. Postea Magnus ipsi bellum inferens, victus est ope Regis Haqui Norwegiæ. Dein, cum Albertus tyrannicè imperaret, in bello cum filio Erico captus est, & in manus Margaritæ, Reginæ Daniæ & Norwegiæ pervenit an. 1388.

MARGARITHA Regina Norwegiæ & Daniæ, tandem Regina Gothiæ & Sueciæ electa est; an. 1395. cum conditione, ne Regimen ad peregrinum transferret, nec vel præter consensum Statuum quicquam Regno imponeret. Sed promissis non stetit, officia in Anglos & Danos contulit, ortis ergo querelis auctor fuit statibus, ut eligeretur Rex.

ERICUS, Dux Pomeraniæ, coronatus est, Rex Sueciæ & Gothiæ an. 1396. Margaritha obiit an. 1412. sed Ericus pessimè Nobiles tractavit, Clericos persecutus est, mox Engilbertus Nobilis Dalacarliensis producto in castra 100000. exercitu Princeps & Gubernator Regni electus est, intra 3. menses Regna à tyrannide Erici liberavit, mox proditione interfectus est. Post mortem Engilberti, duorum Regnorum Rex electus est, Carolus Canutus, quo tempore etiam Norwegiæ Regnum Ericus perdidit, dies vitæ reliquos in Gotlandia clausit.

CHRISTOPHORUS, Erici Nepos & Bavariæ Dux, Regni potitus est circa an 1442. clementer in principio Regnum gessit, mutatus postea, obiit an. 1448. die 3. Regum.

CAROLUS CANUTUS, ex familia veterum Gothiæ Regum

Succe-

Suecorum & Gothorum Rex illico electus fuit, Ericum in insula Gotlandiæ obsedit, qui tamen in Pomerianiam evasit. Carolus pauci temporis spatio Norwegiam occupavit, Danos in mari superans, mox propter tyrannidem populo exosus, Holmiæque obsessus, Gedanum aufugit, à Rege Poloniæ omni humanitate exceptus

Interim Christiernus Daniæ & Norwegiæ Rex Archiepiscopum Upsalienſem suarum fecit partium, contra Carolum Sueciæ defensionem promittens, qui in Polonia validum conduxerat exercitum. Hunc Archiepiscopus Upsaliæ recepit & coronavit.

Sed ille promissorum fidem non servavit, Archiepiscopum in carcerem misit, thesauros Caroli Regis in Daniam transtulit, revocatus, & Regno restitutus Carolus, obiit anno 1470.

Steno Sture, nepos Caroli Gothorum & Suecorum Rex electus, cum magna gloria 30. annos, imperio præfuit. Christiernum & Joannem Reges Daniæ ejecit, occubuit anno 1503.

Svanto, Princeps Ostrogothorum, Gothorum & Suecorum postea electus Princeps, contra Danos bellum movit, obiit principio anni 2512.

Steno Sture ejus filius electus, ejecit Danos, & Christiernum, ut cederet, coëgit, qui an. 1619. rediit. à quo Steno sclopeto læsus, postea obiit.

Christiernus Rex Daniæ, à Suecis & Gothis vocatus, coronatus est anno 1520. mox Principes Regni trucidare jussit, postquam illos ad convivium invitasset, eodem autem mense quo coronatus, etiam in Daniam redire coactus est.

Gustavus minor filius Steno Stur Regimen Gothiæ & Sueciæ nactus est, post abominandum Christierni factum, Augustanam confessionem postea suscepit, ex primoque matrimonio Principis Lineburgicæ, filium Ericum suscepit, obiit anno 1560.

Ericus ejus filius maximus, patri successit, fratrem Joannem Ducem Finladiæ cepit, sed Joannes liberior ipsum Holmiæ in aree obsedit, statu exuit, & in carcere vitâ privavit.

Joannes Frater Erici coronatus est Holmiæ an. 1569.

illi

illi ex sorore Sigismundi Augusti Reg. Pol. Sigismundus III. Rex Poloniæ & Sueciæ natus est, decessit an. 1592. mense Novemb.

SIGISMUNDUS III. cum esset Rex Poloniæ an. 1587. vivente patre, post obitum ejus in Sueciam rediit, coronatus est in Regem Polon. an. 1594. decessit.

CAROLUS, Dux Sudermanniæ agnatus Sigismundi Regnum occupavit an. 1608. dictusque est Rex Suecorum, Gothorum, Vandalorum, &c. Ex prima sua uxore Anna Maria Filia Friderici III. Comitis Palatini Rheni, filiam suscepit Margaritham, mox mortuam, ex secunda Christina, filia Adolfi Ducis Holsatiæ, Gustavum Adolphum, qui natus ann. 1594. & Carolum Philippum natum ann. 1611. qui obiit 12. Octob. An. 1611.

GUSTAVUS ADOLPHUS in Regno successor, pacem cum Daniæ Rege fecit, diu cum Moscis bellavit, dein in Prussiam, mox in Germaniam arma felicia transtulit, Heros seculi incomparabilis, An. 1520. Mariam Eleonorum ex domo Brandeburgica in matrimonium sibi sumsit, ex qua suscepit Christinam, rerum potitam.

CHRISTINA, pace in Germania stabilita, solenni ritu in patrium auctum Regnum successit. Princeps literarum gloriâ & literatorum amore, in Regno clarissima, quæ cum aliquot annos imperio præfuisset, sceptrum & coronam deposuit, Agnatoque suo sub certis conditionibus permisit. Ipsa ad exteros peregrinationem suscipiens, ubi dare quam habere Regnum, potius didicisset.

RATIO STATUS.

CUM provinciis diffusa, populoque animoso frequentissima sit Suecia, quæ vix unquam æquo animo pacem ferre possit, ipsa vero Regio cultu situque aspera, tantæ multitudini alendæ non sufficiat, cum hodie coloniis, plures Regiones non pateant, ex ratione Status Regni Sueciæ esse videtur, ut aliquo bello externo, feroces populi spiritus exerceat, fœdera cum potentissimis & maxime bellicosis Principibus ineat, ut foris majorem famam servet, domi ex alieno ditior vivat commodaque habeat tempora.

Cum vero vicinas Regiones habeat, quæ quidem alieno

Imperio

Imperio ſubjectæ, non tamen ſatis ſua vi nixæ ſint, illas Regno ut adjungat, & data occaſione vi armorum accipiat pro inſigni Sueciæ incremento habebitur. His deſtinationibus, mari Balthico Urbes adjacentes in poteſtatem redactæ, non leve daturæ pondus, quin ſi fieri poſſit, occupáti jam per partes, tandem totius maris Balthici univerſum dominium.

FINLANDIA.

MORES.

FInlandi, pleni ſunt (Olao M. teſte) civilitatis & peregrinis humani, modeſti, & ad iracundiam tardi, vindictæ tamen nimium avidi, ubi irritati ſunt. Forma præditi ſunt eleganti, procerâ, facie pulchrà, indole ſimplici. Inter bibendum, vaſis cornutis, quæ Noſa vocant, quæ extus multas habent pictas figuras.

Fœminæ illorum, venatum cum viris exeunt, nec aliud pueris præſidium eſt, contra ferarum & tempeſtatum injuriam quam inter vipreta: in quibus etiam ſeniores latitant; exiſtimantes, quod multo felicius ita vivant, quam ſi extruendis domibus ſe fatigarent. Quantum differat lingua Finnonica à Suecica, ex ſubjuncta oratione Dominica aliquo modo colligi poteſt.

Bader vor ſuuert ai himuum hilligzt bit: namb ti Tomit titt rite, verdo tu wile ſuoms ai himmo, ſo ai pudu Burd Vort dalgt geb tu oſz s dag. Og berge boſz ſtullden vorn, ſueſem viber gebum ſtulldum vorn, Ant leid oſze ti breiſt ni heldur, brelſa tu oſz ber illu Taiz fie.

RELIGIO.

COnverſi ſunt Finlandi ad fidem Chriſtianam circa annum 1155. Templa habent inſigniter extructa, ſed à tempore Olai Auguſtana Religio apud ipſos invaluit, quæ hodie adhuc ibi conſervatur.

REGIMEN.

REx Sueciæ ſuos hic habet per provincias Gubernatores, qui ſubditos arcte & ſevere tenentur regere, & ab ipſis tributa exigere, ut obſequii memores ſint.

DIVI-

Digitized by Google

DIVITIÆ.

OMnium Sueciæ ſubjectarum Regionum, Finlandia bonitate ſoli fertiliſſima eſt. Abundat equidem frumento, omnibuſque ad victum neceſſariis rebus, tum vero, pecore & paſcuo agro, ubi pingues nutriuntur boves.

LIVONIA.

MORES.

HUjus ditionis incolæ moribus ſimiles ſunt vicinis Lithvanis & Samogitis, Nomen habent, quod valde ſint crudeles, ut ſi iter faciens apud ruſticum pernoctet, periculum vitæ ſæpius patiatur. Otio ejus incolæ valde ſunt addicti, imprimis ſexus muliebris, exiſtimantes, quod indecora res, viliſque ſit, laborare. Hoc otium gentis cum vitio ingluviei & ebrietatis conjunctum eſt, magna adhæc laborant ſuperbiâ, malitiâ & fraude. Rigenſes morum elegantia, hoſpitalitatis jura, ſplendidus veſtium, & ciborum apparatus, præ reliquis commendat.

Ruricolæ atro & vili pane victitant, habituque, Bohemico proximo utuntur. Fæminæ illorum colum ducunt, omniumque miſerrimè tractantur. Linguarum hic varia eſt dialectus. Equidem frequens illis eſt lingua Curlandica, Æſtonica, Livonica. Revalia & Dorpatum eodem utuntur ſermone. Incolæ vero Urbium, Arcium, & Caſtellorum Germanicè ut plurimum loquuntur, in quibuſdam etiam partibus Ruſſica lingua non infrequens eſt. Livonicè oratio dominica ita ſonat.

Thahes mus, kastues eckſchan de teſſis, Schweititz tow wartz, enack mums tows walſtibe, tows praatzs buska, ekſch kan debbes, ta wurſan ſummes: Muße deniſche mayſe duch mums ſchodeen. Pammate mums muſſe grake, kamers pamnatt muße paraducken ne wedde louna badeckle: pett paſſarza mums nuwſſe loune.

Cum ſponſa in matrimonium elocatur, ipſi corona rotunda argentea altius caput exornat, omneſque fœminæ & virgines illam præcedunt, coopertæ rubris & invicem complicatis palleolis à capite ad talos propendentibus.

Veris Livonis hic vetus remanſit mos, ut ad demortuorum ſepulchra

sepulchra cibos ferant, dicentes: Exito miser ex hoc mundo in meliorem, ubi tibi Germani amplius non imperabunt, sed obsequentes erunt, omnia habes quorum in itinere indiges.

RELIGIO.

LIvoni Pontificiæ Religioni addicti fuerunt, propemodum ad annum 1527. usque. Ab illo tempore omnes fere Lutheranam Relligionem professi sunt. Hodie postquam sub Imperium Suecorum venerunt, nulla ibi alia Religio quam Augustana publice docetur. Qui Græcam profitentur Religionem pauci clam vivunt. Quin apud multos reliquiæ Religionis Catholicæ remanserunt. Qui ruri degunt, adhuc Religionem Catholicam tacite fovent.

REGIMEN.

SUbjecta quondam hæc Regio fuit, Magno Magistro Ordinis Livonici, qui (teste Ioan. Leuncl. de Moscor. bellis) conjunctus fuit cum illo, qui Prussiæ præfuit, vel Equitibus Teutonici Ordinis sive Crucigeris sub Conrado illorum supremo Magistro. An. 1234. per ordinationem Gregorii Papæ IX. ab hoc tempore Magistri Ordinis Livonici pro supremo Magistro, Magistrum Prussiæ agnoverunt, ipsique certum solverunt tributum. Sed magnus Magister Walterus de Pletenbeg, ab imperio Magistrorum Prussiæ, Magistros Ordinis Livonici liberavit, certa pecuniæ summa ultimo Magistro ordinis Teutonici Marchioni Brandenburgensi persoluta anno 1513. Cumque is Princeps Imperii evasisset (Vid. Thuan. l. 21.) absolute Livonis imperavit, usque ad annum 1535. Verum ad ultimum à Sigismundo 1. Rege Poloniæ coactus est ut 2. conditionibus subscriberet. Ultimum Sigismundus Augustus extinxit ordinem Livonicum post decessum magni magistri Guillielmi de Furstenberg, omnia loca occupans & Ducem Curlandiæ creans, qui ipsi præstitit homagium an. 1427. Manserunt igitur Duces Curlandiæ in fide Regum Poloniæ. Ultimum Rex Sueciæ Livoniam jure an injuriâ (quis in Victore requirit) sibi armis, certis initis conditionibus subegit, in qua hodie suum habet Gubernatorem, aliosque Regni ministros.

DIVI-

Digitized by Google

MErcatura his in oris florentiſſima eſt, ob incredibilem ſoli fertilitatem, quæ in felici proventu producit frumentum, ceram, linum, cannabim, variaque pellium genera.

VIRES.

IDem Armorum uſus Livonos, ut Germanos hodie maxime commendat. His in bellum excitatus eſt animus, manuſque prompta. Equi illorum celeritate Polonicis nil concedunt, peditatu tamen deterior eſt Livonia, quod plures reperiantur in illa mercatores & mechanici. Hac tempeſtate, Suecici militis numeroſa præſidia, ubique collocata, ſecuram incurſionum faciunt Regionem, quibus accedunt loca arte Architecturæ militaris, munitiſſima, & magna incolarum frequentia. Ne in data fide Rigenſes nutarent, arte quadam Rex Sueciæ in prudentiores perſonos Magiſtratus & Cives collata beneficia, ſibi illorum conciliavit animos. Hic gratus honoris liquor multorum pro patriæ libertate & privilegiis conceſſis fervida ſtudia, facile extinxit.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER NONUS,

EXHIBENS

PRÆCIPUARUM ALIQUOT

HANSEATICARUM

CIVITATUM BREVEM

DESCRIPTIONEM.

Digitized by Google

DE ORIGINE HANSEATICI FOEDERIS.

QUum Lubecenſis Civitas per mercaturæ exercitium, in Norwegia & aliis maris Balthici locis, adeoque uſque in Moſcoviam, auctior & potentior evaſiſſet, magnam ſibi hac ratione invidiam Ducis Saxon. Leonis, aliorumque vicinorum attraxerat. Nata exinde eſt occaſio, ut Civitates maritimæ mutuo aliquo inter ſe fœdere arctius jungerentur, quo eo liberiore commerciorum exercitio frui poſſent. Quod, cum pro libertate, mercaturam ubivis locorum exercendi introductum eſſet, factum eſt, ut multæ aliæ maritimæ Civitates, huic ſua ſubſcriberent nomina. Manſit vero Lubeca totius Hanſeatici corporis caput, unanimi reliquarum Civitatum conſenſu, de cujus Statu nonnulla ſubjiciemus.

DESCRIPTIO CIVITATIS LUBECENSIS. MORES LUBECENSIUM.

VIX ulla in Germania dicetur civitas, quæ moribus & habitu Veteres Germanos magis referat, quam hæc. Habet equidem incolas ſimplicis & Germani candoris, qui ſenſa animi libere eloquuntur, odia & amorem in aperto gerunt, vindictæ in alta mente repoſitæ, aliarumque ſub ſpecie amicitiæ fraudum, ignari ſunt, ideo, quod per naturam indolis illud facere non poſſint, quam quod nolint. In ſermonibus liberi & aperti, adeoque perſpicui ſunt, nec obſcuros verborum ſenſus amant: in ſpurca convitia tamen faciles. Erga peregrinos & amicos multâ utuntur humanitate, quos pro conſuetudine Regionis, epulis libenter accipiunt. Illæ vero utplurimum non admodum ſunt delicatæ, ſed pro conditione & more Regionis duriores. Cives in mutua inter ſe concordia tranquille vivunt, & offutias tranſmarinorum vix norunt. Plebs tamen vitio ebrietatis multum eſt dedita. quæ in popinis per aliquot continuos dies hærere ſolet.

RELIGIO.

MAxima Lubecæ Augustanæ Confessionis est dignitas: secundum quam omnia publica sacra administrantur. nec ulli, alienæ Religionis hic conceditur exercitium. Celebre hujus loci est Ministerium, in quo Superintendens, supremus est, cum V. pastoribus. Semper vero in consistorio Ecclesiastico, dum de rebus gravioribus consultatur, Syndicus & 2 Senatores, cum Secretario sunt, nec quicquam fas est concludere Consistorio, præter expressum Magistratus consensum. Sacer ordo, magno hic pollet in publicis solennitatibus honore. Equidem totus Clericorum ordo, Senatores antecedit, superintendens, qui semper Theologiæ doctor est, suum post Consules habet locum.

REGIMEN.

LUbeca Imperialis Civitas Aristocratico Imperio recta, 4 in Regimine habet Consules 3. Syndicos Doctores ex his unus rerum Hanseaticarum est & 14. Senatores, qui de jure 24. esse deberent.

Senatorum varia est ratione officiorum dignitas. Habent enim hic *die Kemmer-Herren*, qui nunquam possunt eligi in consules, (quod tamen nuper vel unico casu factum) *die Richter* Judices, *die Wein und Apotecker Herren*, *die Punt-Herren*, *die Wett-Herren*, censores, *die Kriegs-Herren* rei militaris *die Stall Herren*, &c.

In Magistratu pater & filius ut & 2. frattes simul esse nequeunt Senatores. Quilibet etiam in permutatione officiorum juramento testari tenetur, se in sua functione nullum accepisse donativum.

VIRES ET POTENTIA.

QUoniam Lubeca peregrinos in Civitatem admittere non vult, aut ullum à sua Religione dissidentibus exercitium permittere, ideo vacua velut extraneis mercatoribus, magni incrementi occasionem perdidit. Nec non nisi mediocres tantum vires habere potest. Satis quidem per se munita, sed quæ majori ingruenti vi, sola relicta cederet. Portu etiam *Travinde* gaudet, sed hic à Civitate longius remotior, facile

facile ſeparari poteſt, cum nec magno gaudeat præſidio bellico.

COLONIÆ AGRIPINÆ DESCRIPTIO.

MORES.

COlonienſes civilitas morum commendat, & civilis concordiæ ſtudium. Igitur certæ tribus hanc peculiarem & egregiam habent conſuetudinem, ut in ſuis curiis aut ædificiis, uni cuiq; collegio deſtinatus, ſingula hebdomade, diebus ſolis conveniant, conſervandæ amicitiæ, & conjunctionis animorum ſolidandæ cauſſâ. In hoc conventu, uni ex collegio fratri, ſemper ex ordine incumbit, ut vel pernam, vel ſimile edulium cum hauſtu vini apponat. Ita verò hic modus conſtitutus eſt, & ſub certa fide ſervatur, ut vix quinto vel ſexto anno talis adornandi convivii ordo ad eundem recurrat.

RELIGIO.

IN tota Colonienſi ditione, Catholicæ Religionis publicum obtinet exercitium.

REGIMEN.

HÆc Urbs ſuos habet præconſules, Prætores, Cenſores, Tribunos Vigilum, Quæſtores, Ædiles, Præfectos annonæ & alios.

Præter hos, alii ſunt duo Magiſtratus in Urbe, quorum unus in collegio Sacerdotali eſt, quod Præſidem ſummum Principem habet S. Imp. Elect. Archiep. alter ipſius Academiæ Rector. cum 4. Decanis facultatum. Civium univerſa multitudo in 22. tribus dividitur, quæ Colonienſibus *Gaffelen*, aliis *Zunfften* vocantur.

Status hujus Urbis popularis eſt, in quo Magiſtratus eligitur conſtans ex 40, Perſonis. Illi, qui in ſupra dictis tribubus non ſunt, dicuntur adjurati ſive *Beygeſchworne*. Conventus ſingulis annis die Joannis Baptiſtæ inſtituitur, in quo per ſuffragia duo vel tres creantur, qui Magiſtratui in Repub. ſubminiſtrantur, nullo habito diſcrimine, Majora vota ſemper Magiſtratum eligunt, donec completus ſit 36. Se-

natorum numerus, ex tribubus. Illi vero 36. alios tredecim ex numero tribuum denuò eligunt, donec numerus totius Magiſtratus 49. abſolvatur. Igitur de Tribubus creati 36. in curiam ducuntur, qui depoſito fidelitatis juramento, ſtatim in ſupplementum Senatus ad vota & novam Electionem 13. perſonarum properant, qui ex collegiis artificum evocantur & illos vocant *Gebrechs Herren*. Poſtea iſti 49. ex ſuo numero 2. ſibi creant conſules, qui in Secretioribus conſiliis multum valent

Licet ſingulis annis nova fiat electio, non facile tamen rejiciuntur illi, qui in præcedentibus fuerint annis, ſed aliud remiſſius ſubeunt officium, & 4. demum anno iterum ad Gubernationis ſtatum revocantur. Itaq; fere ſemper unumquodque corpus ex 22. Tribubus 13. continet Senatores.

In cauſſis juſtitiæ, & juriſdictione exercenda, hæc ſervatur ratio. Eſt ibidem judicium Electorale ex X. perſonis conſtitutum, cui præſidet Comes, dictus Grafen, cum 9. Scabinis, qui, Colonienſis Urbis non ſolum incolæ ſunt, ſed neceſſum eſt, ut & immobilia poſſideant bona. Ab hoc judicio plane excluſus eſt Senatus tempore interregni.

DIVITIÆ.

HIC vini Rhenani incredibilis abundantia, quæ in inferioris Germaniæ loca Rheno devehitur, aliarumque mercium copia, & mercatorum peregrinorum frequentia, magna præſtat Civitati incrementa.

CIVITAS HAMBURGENSIS.

EX MSS. *DER STATT-HAMBURG GERIGHTS-ORDNUNG.*

MORES INCOLARUM,

INcolæ civitatis Hamburgenſis magnam habent morum ſimilitudinem cum illis, qui per Saxoniam inferiorem habitant. Equidem eodem fere habitu, & vivendi ratione utuntur, & ab indole, quæ Germanam ſapit integritatem commendantur. Ingenia ad mercaturam & mechanicas omnes artes apprime propenſa habent, adhæc, ingenii & eruditionis gloria multi excellentes hic nati ſunt Viri, poëtæque inſignes.

Ipſius

Ipsius plebis genius plurimum in vetitam declinat licentiam, præsertim ubi justitiæ & æquitatis tituli obtentui sumuntur. In publicis conventibus, paucis utuntur cerimoniis, tam in verbis, quam vero actionibus, nec ullos ad artem compositos norunt gestus. In funeribus, nullæ publicæ audiuntur Conciones, quod in aliis Germaniæ obtinet locis, neque fœminæ funus consequi solent, quanquam proxima agnatione defuncto junctæ.

Hic tamen antiquus ibi servatur mos, ut omnes personæ Magistratus, & Doctores ad solennia funeralia vel nuptialia invitati, & sui copiam facientes, certam accipiant, pro præstito honore, pecuniam, quod pro recepta ejus loci consuetudine minime præter decorum est.

STATUS RELIGIONIS.

TAlis hic loci recepta est Religio, quæ Augustanæ Lutheri confessioni, parvo & magno ejusdem Cathechismo, formulæ concordiæ, cum ejus adhærente Apologia congruit. Quodsi aliquæ oriantur in Religione dissensiones, illæ ad normam dictorum librorum componi debent.

Cæterum Ordo Ecclesiasticus magna hic pollet auctoritate, quam tamen Lubecensis majorem habet. Judæi publicam etiam hic habent Synagogam, Reformatis in Urbe publicum confessionis exercitium non conceditur, quod tamen extra Urbem Altnavi liberum habent.

REGIMEN.

IN Republica Hamburgensi qui Regimini præsunt publico, 4. sunt Consules, & 24. Senatores.

Præter Senatum, collegium illorum est, qui dicuntur *Die Gerichts-Verwanten*, sive judiciorum patroni, cum uno Præposito, qui *Vogt* dicitur. In dicto collegio causæ civiles & criminales dijudicantur, quibus dies Lunæ & Mercurii constituti sunt.

Duo præterea ibi sunt judicia, judicium inferius *das Untergericht*, in quo præsens est *der Vogt*, illis qui vocantur *die Gerichts-Verwanten*. Hic notat Arrestationes, res judicatas, & omnia exequitur sibi à judice imposita, adjutus Scribâ, dicto *der Gerichts-Schreiber*. In inferiori judicio 8. adhæc sunt per-

Digitized by Google

ſonæ ſive procuratores, qui in cauſis criminalibus, æque ac civilibus, ubi ſumma 100. marcas Lubecenſes non excedit, judicant.

Judicium ſuperius ſive Senatus, *das Ober-gericht*, in omnibus cauſis non criminalibus, & quæ ſecundum primam inſtantiam ad inferius judicium non ſpectant, judicat.

Ultimæ appellationes ad cameram Imperialem devolvuntur intra X. dies judicii lati, quando rei ſumma 600 aureos excedit: contra has leges peccantes 60 marcas puri auri ſolvere tenentur, & ſemel publicatum decretum executioni mandatur.

Illi, qui in Principum agunt officiis, ipſiſque juramento obſtricti ſunt, in Senatum eligi nequeunt, quamdiu illo teneantur juramento. Pater cum filio, tum duo fratres, ſimul Senatores eſſe nequeunt. Cum ad auditas querelas Senatus vult reſpondere, & judicium aliquod ferre, omnes Senatores, qui utrique parti proximitate ſanguinis juncti ſunt, uſque ad 3. gradum incluſive, conſilio exeſſe, vel diſcedere tenentur. Tum reliqui ſine reſpectu perſonarum de propoſita cauſa indicant.

Ultimum, nemo juris Doctorum in Senatum eligitur, omnes enim illi, qui ad hanc adſpirant dignitatem Licentiati juris eſſe debent.

DIVITIÆ. VIRES.

CIvitas Hamburgenſis ſitu & opere vallorum munitiſſima Urbs eſt, & incolarum frequentiâ maxime abundat. Nulla etiam eſt inferioris Germaniæ Civitas, quæ illam divitiis æquaret, adeo, ut non immerito æmula Urbis Amſtelodamenſis dicatur, quod mercatu floreatiſſima ſit.

LIBER

LIBER DECIMUS,

EXHIBENS

MOSCORUM

ET

TARTARORUM,

ALIARUMQUE BARBARARUM EUROPÆ, ETC. NATIONUM JUXTA ORDINEM INSTITUTI DESCRIPTIONEM.

DE

Digitized by Google

DE MOSCOVIA

MORES GENTIS.

Moſci mediocris ſtaturæ ſunt, corpora habent robore ſubacta, oculi illis ſunt cœrulei, coxæ breves, venter prominens, barbas alunt prolixas, quam Principes nunquam radunt. Præter bellica exercitia nulla habent alia, In illis omnia incommoda, ſitim, famem, patienter ferunt, pane & aqua contenti. Moribus præditi ſunt cruentis, & iracundis, maximeque ſunt barbari, non ſolum erga hoſtes ſuos, verum etiam omnes extraneos. Legatus quondam Daniæ Regis ad illos miſſus, tale de illis perhibet teſtimonium; quod ſint perfidi, impensè mali, crudeles, callidi, impudentes, violenti, omnibuſque addicti vitiis, intolerabilis ſuperbiæ & opinionum ſectatores. Negotia ſua majoris momenti ut plurimum noctu tractant, & uxorei admodum ſunt. Potus illorum eſt mulſum, vinum græcum, variique generis aduſta vina. Magnus Dux ubi accumbit, multos circumſtantes habet amicos, miniſtros belli. Menſæ plerumque tria vaſa impoſita ſunt, aceto, ſale, & pipere repleta. Princeps erga illos ſingularem ſuam comprobat benevolentiam, quibus de menſa ſua panem & ſalem mittit.

Præter venationem, magno Duci etiam hoc eſt oblectamentum, ferocem urſum in ſpatioſa domo alere jubet, quem aliquis vilioris homo conditionis, furca munitus provocat, non ſine certo vitæ diſcrimine.

Principum Moſcoviæ habitus pretioſus eſt. Portant enim longas tunicas, quarum fimbriæ gemmis aliiſque pretioſis lapidibus ſunt intertextæ. CCC. Nobiles panno aureo, ſemper habet ornatos.

Reliquis Moſcis promiſſus ad talos habitus, nec ſuccinctus more Græcorum eſt. Fœminarum idem fere eſt habitus, ad terram protenſus, quem ditiores auro & argento onerant.

Filiæ jam plenis annis nubiles, pileos nocturnos pellibus vulpinis exornatos & formâ longiores portant, capilloſque in circulos contortos largiores gerunt, ſenioribus capita raduntor

duntur. Viri uſque ad aures præciſos gerunt crines, illorum Sacerdotes nigro veſtitu induti incedunt, dignioreſque ex collo tabulam pendentem gerunt, cui inſcripta ſunt præcepta DEI.

Filiæ pauperum & ruſticorum circa colla capita ſerpentum habent loco coraly. Plebs tunicas ferarum pelliceas portat, ut & calceos, ex arborum corticibus factos, omneſque ruſtici ſutoream artem exercent.

In omnibus ædibus, ſanctorum habent imagines, & quam primum quis ædes ingreditur, confeſtim aperit caput, & conſpectâ imagine, tribus vicibus ſignum crucis facit, & aliis, hic tacendis ceremoniis defungitur.

Externi cultus accuratam habent curam, honorumque valde ſunt obſervantes. Nefas putant, ſi aliquis vilioris conditionis eques, adveniat in ædes ſe dignioris. Illi, qui aliquâ pollent dignitate, rarius in publicum prodeunt, ut dignitas perſonæ ſervetur. Si cui honorem habere volunt, ejus caput oſculo impertiunt, & ipſum ſalutantes, genua flectunt

In cimbarum inopiâ, ligatis invicem arborum ramis flumina traijciunt.

Omnes ſuas rationes per Sorogk, vel Dewenoſt expediunt hoc eſt per numerum 40. & 90.

Charactere literarum ad imitationem Græcorum utuntur, cum quibus multas literas videntur habere communes.

In templis linguâ utuntur Sclavonicâ. Eadem quoque in communi obtinet converſatione, corrupta tamen, & multis linguis permixta, ut ab ipſis Moſcovitis difficilime percipiatur. Nulla habent collegia vel Academias, verum ſolum Scholas, ubi illorum liberi legere & ſcribere diſcunt. Evangelia, Acta Apoſtolorum, Chronica & aliquot melodias doctorum, præſertim S. Joannis, Chryſoſtomi, recitant. Si quis ad altiora adſpirat, ſtatim in ſuſpicionem mali incurrit, quod Dux neminem ſe ſapientiorem pati velit. Hinc illud procedit quod nemo à Secretis vel Cancellarius, unquam ad literas Principum peregrinorum aut illorum Legatorum deſiderata reſpondeant, verum ea tantum ſcribunt & reſpondent, quæ ſibi à Duce imperata ſunt. Nihil imprimitur, niſi ſit in uſum Principis, nec alia reperitur typographia, quam illa in Sloboda Alexandriæ.

Nulli in tota Moſcovia Medici ſunt, præter illos, qui à ſervi-

ſervitiis ſunt magni Ducis, nullus etiam reperitur pharmacopola aut aliquando rariſſimus. Illi ſolum Moſcovitis Medici ſunt, qui herbarum habent notitiam, annum à I. Septembr. ordiuntur, mundum per 8000. annos duraturum credunt.

Horarum tempora ad Italorum morem metiuntur. Prima illis hora eſt ab exortu ſolis, reliquas horologium ſonat uſque dum ſol occumbat: & unam ab hinc poſtea horam, primam poſt occaſum ſolis numerant, hacque ratione reliquarum pertexunt calculum.

Pater filiam in matrimonium elocaturus, juvenem quærit moribus ſibi placentem, cui filiam cum certa pecuniæ ſumma offert. Ante nuptiarum diem, ſponſam ſponſo videre nefas eſt, ſed ſolum ejus parentibus, qui inquirant, utrum illa cœca, ſurda, muta vel alio affecta ſit morbo. Mater ſponſæ idem facit. Die nuptiarum, primum ſacerdotis voce matrimonii fœdere conjunguntur, ubi ſponſo interrogato utrum minis terrere & verberare ſuam conjugem velit, illoque non; reſpondente, ad virginem abit ſacerdos, illamve interrogat, utrum illi nubere velit, illius domum regere, fidelis eſſe, uſque ad ultimam ſenectam; ubi annuit ſponſa, abſinthium illorum imponit capitibus, illiſque benedictionem apprecatur.

Mox illis pateram propinat ex ligno, inauratam, hanc illi mox evacuant. Illam epotam, ſponſus ad terram projicit, pedibus proruit, vovens, ut omnes, qui ſibi nocere velint, ſimili modo proſternantur. His peractis; deſponſatis, à præſentibus dona offeruntur, quæ ſponſus ſedulo notat, & ſi quæ diſplicuerint, donantibus illa remittit. Quilibet una fœmina contentus vivit, quamdiu illa ipſi placuerit, quod ſi diſpliceat, illico ipſi, vel ex minima culpa admiſſâ, libellum repudii mittit.

Ob ſterilitatem fœminam repudiare, & tali poſt 6. hebdomades aliam iterum ducere licet.

Multi Nobiles rerum egeni reperiuntur, qui pro pretio & quæſtu, ditioribus fœminarum ſuarum caſtitatem prodigunt. Conditio mulierum hic miſera eſt quod velut perpetuo carcere ædium ſuarum claudantur, illaſve parvi faciant, quæ à peregrinis viſæ ſunt.

Ubi quis vitâ deceſſit, primum lavatur, poſtea ſubuculâ albo

albo induitur. Quatuor Virgines demortuum præcedunt, lugubri ejulatu triſtes. Poſt Virgines, Sacerdotes eunt, ab utroque latere thura accendentes, hos conſequuntur parentes, cum aliis agnatis proximis, qui confuſo incedunt ordine, lamentabiles voces & lachrymas ſpargentes. Cum ad locum ſepulchri ventum eſt, urna ad octo dies ad ſepulchrum deponitur; his elapſis, iterum eo redeunt, cumque aliquot hymnos cecinerunt, preceſque peregerunt, exequiatores, mortuo oſcula dant, dein Sacerdos in manum demortui ſchedulam porrigit, cujus ſenſus hic eſt, teſtatur, quod ſancte vixerit, & quod ſacerdos ipſi omnium peccatorum remiſſionem contulerit. Hoc ideo fit, ut demortuus ad illorum opinionem S. Petro illam exhibeat, quo citius in Paradiſum admittatur. His peractis, clauditur urna ſepulchralis & quilibet amicorum aliquid in illam terræ conjicit. Redeuntes amici, cœnam in honorem defuncti parant, & per 6. hebdomades, lugubrem veſtitum gerunt, in quarum exitu viduo iterum uxorem ducere permiſſum eſt.

Diem mortis, parentum & cognatorum, Moſci accurate notare ſolent, ut in eodem die ſingulis annis conveniant, & in memoriam defuncti convivia celebrent. Cadavera mortuorum illis extra templa humantur.

RELIGIO.

JActant Moſcovitæ in ſuis annalibus quod S. Andreas Apoſtolus ipſis primum annunciaverit Evangelium, ipſoſque in fide Chriſtiana inſtruxerit. Pro comperto tamen eſt, quod primus Chriſtianus Dux Wolodimerus fuerit, qui baptiſmum ſuſcepit, ubi matrimonio ſibi junxiſſet Annam Sororem Imperatoris Baſilii & Conſtantini an. 469. poſtea ejus ſubditi an. 960. idem facere coacti ſunt, cum antea Idola colerent, & unum præprimis dictum Perum, qui caput argenteum habuit, & reliqua idola Uzlao, Corſa, Danſuva, Striba, Simaergla, & Macoſch. Alii Moſcovitarum veram converſionem ad an. 989. referunt, dicentes, quod Leo primus Patriarcha Ruſſorum, ipſis ex Græcia Religionem attulerit, cum ſibi primùm ſedem in Kiovia, poſtea in Volodomiria, ultimúm in Moſcovia conſtituiſſet, ubi adhuc reſidet & ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus,

batibus, totoque Moſcoviæ clero eligitur, ſi tamen magno Duci placuerit. Olim quidem Patriarcha Conſtantinopolitanus illum confirmare ſolebat, quæ tamen confirmatio hodie amplius non requiritur, à tempore Ducis Baſilii Patre Joannis. Magnus Dux Moſcoviæ, quotannis Patriarchæ mittit 500 circiter coronatos nomine Eleemoſynarum. Qui Ruſſiæ præeſt, reditus percipit ad 9000. Rubbes ſive circiter 18000. imperialium. Tres habet ſibi parentes Archiepiſcopos, ubi illorum præcipuus in Novogrod eſt., reliqui duo in Suſdal & Roſtow. Epiſcopi, qui Patriarchæ ſubſunt, magnis gaudent reditibus, & ſibi ſubjectis ſubditis, qui tamen tenentur, Magno Duci certum militum præſtare numerum, ubi aliquod bellum geri debeat.

Epiſcopi nunquam matrimonium contrahunt, nec unquam carne veſcuntur, ſicut & Patriarchæ. Annulos in digitis nunquam gerunt, illorum habitus Monachorum habitui correſpondet.

Ingens ibi reperitur Monachorum numerus, qui neſciunt, cui ſint ordini addicti. In tota Ruſſia duo tantum ſunt abbates, ſed magna Priorum multitudo. Adhæc conventus Religioſorum ibi reperitur, qui nigro veſtitu incedunt induti.

Illorum concionatores, dicti poppes antequam prædicent, matrimonium contrahunt, ubi deceſſit vitâ uxor, ſi ad Vota ſecunda tranſeant, pro Concionatoribus amplius non habentur. Ordinarios annuos reditus non accipiunt, ſed ex officio ſuo vivunt.

Omnes vero Moſcovitæ Religionem Græcam ſequuntur, à quibus tamen in multis diſcrepant. Miſſam in lingua Moſcovitica celebrant, triplo vero longior Romanâ eſt. Sacramentum Cœnæ in Feſto Paſchæ ſub utraque celebrari ſolet, quin ipſis ſeptennis infantibus illud exhibent, etiam ex vitâ exituris, ſine facibus, ipſis unctionem conferentes.

Mortuos, facibus accenſis, Sacerdotes comitari ſolent, quibus nulla crux præfertur: cum vero humantur, ita adſtantes præeunte Sacerdote dicunt; Domine memento hujus animæ, aliaque ex Græca liturgia deſumta.

Beatam Virginem, Michaëlem Archangelum, S. Andream, Joannem, alioſque maximo venerantur cultu, præcipue vero S. Nicolaum, quem miraculorum factorem vocant.

A tempore Festi Natalitiorum usque ad Festum 3. Regum, octiduum post Pascha carnibus vescuntur, meliusque quam alio tempore vivunt. Vigilias, ut Pontificii, non habent.

Patriarcha duabus vicibus in anno Moscoviæ fluvium consecrat, tempore III. Regum, & Assumptionis Mariæ, reliqua flumina alii consecrant Sacerdotes.

Tunc multi in fluvio Mosqua lavant, pecora & imagines abluunt. Septem hebdomades jejuniis impendunt, in quibus ab esu carnium, ovorum, butyri casei, abstinent. Eadem repetunt jejunia à X. Novembr. usque ad Festum natalitiorum & aliis anni temporibus.

Cum S. administrant Baptismum 4. accedunt candela, ad 4. latera S. Lavacri, mox illas extinguunt, & infantem more reliquorum Christianorum Baptizant, addunt & huic ritui alias Pontificiorum cæremonias, nimirum Oleum, & salem. Qui publicas habeant conciones, nulli sunt, verum illorum Sacerdotes solum vitas Patrum prælegunt, vel etiam aliquam homiliæ partem. Preces suas stando peragunt, terramque fronte allidunt, gradus consanguinitatis in nuptiis apprime observant, quin in 4. gradu matrimonium non contrahunt. Quas autem de sacris articulis Christianæ Religionis habeant opiniones, Possevin. in sua Moscovia explicavit.

Præter Moscovitas, multi reperiuntur Germani, qui Augustanæ Confessioni sunt addicti, præsertim in Urbe Moscovia, qui in Cresnacella, villâ Urbi proximâ, suæ Confessionis templum habent, Catholicis vero liberum Religionis exercitium severe est interdictum. Judæi ibi non tolerantur.

Persæ, Turcæ, Tartari in sua Religione tam libere vivunt, quam alii populi idololatræ.

Reperiuntur etiam inter Moscovitas, qui dæmonum cultum servant, à quibus se valetudinem recuperare posse credunt, hos Coltzki in lingua sua, Germani Kobolde vocant, qui ipsis sub humana forma apparere solent. Hæc fusius leguntur apud Possevin. in sua Moscov. Fabr. de Relig. Mosc. Petræum in Mosc. Sig. Baro ab Herberst. & alios.

REGI-

Digitized by Google

REGIMEN.

TOta Moſcovia per unum Principem regitur, qui magnus Dux vocatur, vel Moſcis Knez inter alios titulos etiam Zaar vel Cæſar dicitur.

Filius Magni Ducis ipſi in Regno ſuccedit, quod ſi vero Magnus Dux ſine liberis decedat, proximi agnatione, Regimini præponuntur. In defectu conſanguineorum, magnates Imperio digniorem eligunt.

Magnus Dux, abſolutam habet auctoritatem & poteſtatem, tam in temporalibus, quam verò Eccleſiaſticis, in ſuaq; voluntate omnium vitam & bona ſita habet. Omnes hoc pro perſuaſo habent, quod ille nihil agat, niſi ad DEI voluntatem, ipſique Archiepiſcopi hanc opinionem ſubditis perſuadent. Quod ſi clementem vel iratum ſentiant Deum, talem etiam ſuum Principem ſe experiri, & illos qui obſequentes ſuo ſint Principi, uſque ad ultimum vitæ momentum, ſine omni dubio ſalvari. Quæ perſuaſio plurimum valet, in animis hominum, ut ad omne Imperium parati ſint.

Omnium territoriorum abſolutus eſt Dominus, ipſorum poſſeſſiones pro libitu ſubditis auferens, & aliis donans. Ejus ſubditi propriis impenſis in caſtra ire tenentur, adeo, ut nemo ſe Dominum alicujus rei dicere poſſit, cum tamdiu ſolum ſit poſſeſſor, quamdiu Magno Duci libuerit.

Principes ſanguinis, aliique Duces, ſe mancipia magni Ducis vocant, ita Mehemet, Conſiliarius Selimi Imperatoris Turcici, cum intellexiſſet Regem Poloniæ Moſco bellum illaturum, dixit, hoc ſibi valde mirum videri, cum Turca & magnus Dux Moſcoviæ ſoli eſſent in orbe abſoluti Domini ſuorum ſubditorum, & ideo maxime potentes.

Magni Ducis conſilium, maximam partem conſtat ex Ducibus illis Knez, qui ex antiqua Principum Moſcoviæ origine prognati ſunt. Patriarcha in hoc conſilium ordinarie non intrat, ejus tamen magnus Dux explorat ſuffragium.

Modo dicti Conſiliarii vel Senatores numero XII. proceſſus judicant, magnoque Duci illos remittunt, qui aliquam habent difficultatem. Hi pro lubitu Magni Ducis mutantur, & deponontur. Magnus ipſi eſt Cancellarius, qui inter illos poteſtatem habet, officia Nobilibus di-

ſtribuendi, quæ ad defenſionem fortalitiorum ſpectant.

Præter hos, etiam Urbium & fortaliorum Gubernatores ſunt, qui nata aliqua in Regimine difficultate, ſuos certos habent Senatores, quibus cum negotium conferant. Cæterum, magnus Dux illorum fœminas, liberos, proximos agnatos apud ſe retinet, quibus locorum commiſit adminiſtrationem, quod ſi quis officio ſuo defuerit, in illos obſides crudeliter animadvertit.

Uno eodemque tempore, plura non confert uni officia, ſed locorum *Rectores* per unum vel duos annos in Regimine conſtituit, ipſis baculum, ſignum Imperii in manus dans.

Supremus illius judex dicitur Ocolnick, qui *Principi* ſemper proximus eſt, & magni Conſiliarii nomine vocatur.

Eſt etiam alius Nedelſnick, cujus officium eſt, alios in judicium vocare, & in carcerem mittere, hique in Nobilium ſunt ordine.

Omnia judicia, in præſentia alicujus Conſiliarii peragi debent, tum unius Secretarii, à quorum ſententia appellatio non conceditur.

Judicium in plurimis non ſecundum Leges ſcriptas, & ſtatuta, ſed voluntatem Principis conſtituitur.

Extra fines Imperii, ſine impetratâ à magno Duce venia, nemini ire licet, neque vero ullo extraneo Principum Legato licitum eſt, fines Moſcoviæ ingredi, abſque facta in anteceſſum adventus ſui denunciatione, quæ limitaneo Duci offertur, qui adventum Novi Legati nunciare tenetur.

Cum Magno Duci, negotia aliqua cum extraneis Principibus intercedunt, ſuos habet delegatos dictos *Welikis Poſti* ſive *Poſtance*, tum curſores, illis *Goniez*. Horum ultimi, tantum literas illis exhibent, ad quos miſſi ſunt, reliqui de negotiis minoris momenti tractare poſſunt.

Magni vero Legati rarius mittuntur, qui miſſi, propriis vivere ſumptibus obligati ſunt.

DIVITIÆ.

SUnt, qui reditus magni Moſcoviæ Ducis, calculo 22 millionum abſolvunt. Vectigalia hic mercibus imponuntur maxima. Rerum, quæ in judicium veniunt, decimæ exiguntur, ut & equorum peregrinorum, qui eo adferuntur venales.

Nemo

Digitized by Google

Nemo extraneorum quicquam vendere poſeſt, niſi prius Ærario Præfectus pro Principe potiorem elegerit partem. Inde Magni Ducis theſaurus omnium æſtimari poteſt ditiſſimus. Quin omne aurum & argentum in Moſcovia corradit, nec permittit, ut extra territorium quicquam efferatur, ſi non pro lytro quorundam captivorum.

Quando Legati ab exteris redeunt Principibus, omnia illis donata munera, ſua facit magnus Dux, illis aliquam pecuniæ ſummam & quandoque nihil pro illis reddens.

Ex pellium ingenti copia, magna Principi colligitur pecunia. Qui à Secretis Magno Duci ſunt, per omnes Provincias ſumma cum diligentia tributa exigunt, ipſa in theſaurum Principis inferentes.

Hoc autem Ruſſiam auri & argenti ditiſſimam reddit, quamvis nullas auri habeat fodinas, quod omnis generis pecunia in illam inferatur, contra nihil nummorum efferatur. Hanc adaugent merces ſerici uniones, mel, linum, cera, ſmegma, canabis, tum vero commercia cum Armeniis, Turcis, Tartaris, Polonis, Suecis, Hollandis, Anglis, Italis, Scotis, Danis, Germanis, Perſis, Livonis, frequentiſſima.

VIRES.

Est multorum ſententia, quod magnus Dux Moſcoviæ ſpatio 40. dierum 300. millia equitum & 100. millia optimorum ſclopetariorum & arcus tendentium congregare queat. Hodie nunquam in caſtra deſcendit, niſi ad minimum cum 300. millibus militum, hanc ſervans conſuetudinem, ut in anno, bellum præcedente omnem ſuam militiam luſtret.

Omnes Nobiles in bellum tenentur ire, ſine ulla exceptione & excuſatione negotiorum, vel valetudinis; quod ſi unus officio defuerit, ejus bona fiſco applicantur.

Nunquam prælium ineunt, niſi ſe ſexies viribus quam hoſtis eſt, ſuperiores ſciant. Prælia truci voce & clamore ordiuntur.

Cum totus exercitus iter facit, in 5. partes diviſus eſt, prima & maxima pars vocatur *Bolſoypolck* medium tenens & prælium inchoans, altera *Pertdanaipolck*. 3. *Nazadinaipolck* 4. *Naravoapolck*, ſive dextrum cornu 5. *Nalevapolck* ſiniſtrum cornu.

In castris magnam habent copiam aceti, vini adusti, panis biscocti.

Obsidendis locis parum sunt idonei, defendendis vero aptissimi.

Quibus Principi custodia præfidiariis cohortibus commissa est, X. millium selectissimi numero sunt.

Fortalitia quædam ad lacus dispositahabet, milite & instrumentis bellicis optime munita. In illis, fere quotannis noui sunt Rectores, & quandoque in uno loco tres, ubi primus supremam habet auctoritatem. Præcipua illorum fortalitia ex lapidibus exstructa sunt, Moscovia, Novogrod, Porca, Sloboda, Alexandria, pars Jaroslaviæ, Smolenscum ex cæspitibus confecta est. Hodie ad tempus, Moscoviticæ ditionis.

Hostes suos capitales habent Tartaros Præcopenses, hodie Polonos, qui antea felicius, quam nunc, cum ipsis bella gesserunt. Observatumque ab anno 1600. semper est, 20. millia Polonorum 60. millia Moscorum debellare potuisse. Hodie extranei militis plurimas habent copias, in quo omne robur situm est, nuper tamen admodum à Polonico exercitu non leviter attritum.

DESCRIPTIO TARTARIÆ. MORES GENTIS VETERES.

OMnes hodie dicti Tartari, olim nomine Scytharum continebantur. Hi in principio diffusas non tenebant possessiones, sed successu temporis tam evaserunt potentes, ut multas imperio suo subjecerint Provincias, maximasque superarint Nationes. Nunquam leguntur domiti, qui aliis ingens fecerunt negotium. Ita Darium in fugam dederunt. Cyrum cum universo exercitu deleverunt. Romanæ quidem fortitudinis famam, nunquam apud se exemplum experti sunt. Atque hic populus secundum naturam vivebat, nec ulla lege opus habebat. A furtis ex animo abhorrebant, & pecora sua nullis includebant stabulis, sed salva in apertis servabant campis. Auri notitia illis erat nulla, nulla ideoque alieni libido. Lactis & mellis simplicem amabant esum, contra frigus, pellibus incedebant induti. Cum ex bello redirent, omnium devictorum & occisorum hostium capi-

capita, Principi suo adferre tenebantur. Semel in anno quilibet Principum illis militibus vina dabant, qui aliquem hostium interfecerant, contra illis, qui nulla hostis cœde inclaruerant, vel alia fortitudinis actione se viros probarant, seorsim stare sine ullo ipsis habito honore imperabatur. Atque hoc maximum ducebant dedecus. Qui plures occidisset, illi duo vasa vini dabantur. Inter Deorum numerum colebant Vestam, quæ omnibus præesset, post hanc adorabant Jovem, Tellurem, quam Jovi nuptam credebant. Atque hos Deos, ut sibi essent propitii adorabant. Præterea Apollinem & Venerem venerati sunt, quibus additus est Mars, Hercules: nemini vero, nisi Marti templum ædificabant, ipsi sacra facientes ex centesima parte omnium illorum, quæ in bellis capta erant.

Bestiis etiam nonnullis sacra facere, imprimis equis. Porcorum genus tantopere odio habere, ut nullum inter alios greges pecudum pasci paterentur.

Siquis à Rege ad mortem damnaretur, ejus omnes liberi masculi, simul necabantur.

Fœdera inter se inituri, vas aliquod fictile magnum vino replebant, huic utriusque partis, fœdere conjungendæ sanguinem leniter emissum miscebant, mucrones gladiorum suorum, hastarum, sagittarum, hoc liquore contingentes: mox in fœderis verba utrimque jurabatur, additis horrendis execrationibus, quibus se devovebant invicem, si fidem ita datam fefellissent. Hoc dein vinum omnes tenebantur bibere, non solum in inita societate præcipui, verum etiam omnes reliqui illis adhærentes.

Rege illorum extincto, profundam in forma quadrati faciebant fossam, dein extis sublatis, odoriferas herbas in ventre demortui condebant. Mox impositum cadaver rhedæ, per omnes vectabant Nationes, apud quas demortuo honos habebatur. Interim Regis amici, illiusque aulici, in signum & testimonium tristitiæ sibi auriculas secabant, crines evellebant, brachia lædebant, nasos usque ad sanguinis profusionem radebant, sagittâ sinistram fodebant. Ubi vero omnibus provinciis exhibitum esset Regium cadaver, illud in provincia omnium à Regno remotissima relinquebant, ubi terræ dabatur, occisis ad sepulchrum nonnullis, qui ex præcipuis erant ministris, & charissima Regis concubinâ, ut essent,

eſſent, qui in alio mundo Regi ſervirent.

Non abſimilem ſuperiori, etiam in privatorum funere hunc ſervabant morem. Defunctum, ad omnes amicos vehebant, quorum quilibet in domo ſua, convivium inſtaurabat, pro illis, qui demortuum conſequerentur, ad tempus 40. dierum, in quorum exitu cadaver humabatur.

Viri ſe nunquam lavabant, illorum vero fœminæ, nuda ad lapides, & duriora ligna, fricabant corpora, cum ex nimia frictione intumuerat corpus, ex ligno cypri adhibebant cineres & odores, aliaque abluto aqua corpore medicamina, quod illis elegantiorem conciliabat formam.

Niſi per Regale ſolium, nunquam jurabant, quod ſi quis perjurus ope incantationum probatus eſſet, capitis luebat ſupplicium, illiuſque bona ipſi adjudicabantur, qui perjurum probaſſet.

Fœminæ proſtituræ pudicitiæ, adulteræ, furto infames, inter illos, teſtium nunquam habebant locum, nec ulla antiquitus homicidia inter illos reperta ſunt, quod magis legum transgreſſionem, quam delicti pœnam metuerent.

Hodie populi magno Chamo ſubjecti, ipſorum vicinis olim fuerunt obſequentes, quibus tributa ſolvere tenebantur, poſtea per Canguiſtum quendam, aliis Chinghim ſive Mareſchallum, ab aliorum potentia liberati ſunt, qui Primus Rex illorum anno Salutis 1187. vocatus eſt.

MORES TARTARORUM HODIERNI.

TArtari minoris ſunt ſtaturæ, pectora & brachia largiora habent, oculos magnos, palpebris denſioribus coopertos, latum vultum, parum barbæ, prolixiores miſtaces ex labiis propendentes, præſcindere per occiput crines ſolent, per ſinciput illos creſcere ſinunt; ubi longiores facti, illos poſt aures religant.

Equeſtri militiæ aptiſſimi, peditatu deterrimi ſunt.

Iter per Regiones facientes, pedites nunquam, ſemper equites equo vel tauro vecti conſpiciuntur. In honore ponunt, ſi ad collum equi ſui campanulam habeant appenſam. Elatâ loquuntur voce, & ubi canunt, ululatum potius luporum, quam cantum hominum crederes.

Nun-

Digitized by Google

Nunquam bibunt, niſi ad ebrietatem, quam in decore habent, nec ullis claudi volunt ædibus, tentoriis in aprico campiſque patentibus contenti. Hic populus, omnium reliquarum Orbis Nationum maximus eſt contemptor, quod neminem ſuo Principe honore digniorem credat. Omnes reliquos Chriſtianos, canis abjecto ſcommate impetunt, illos idololatras vocantes. Artes magicas crebrius exercent, ſomniaque interpretari ſuſtinent. Alienæ rei tanta flagrant cupidine, ut cum illos libido habendi inceſſit, illico deſideratum rapiant, ſi aliter haberi nequeat. Si quem in via offendant, qui liberi itus & reditus literas chami non habet, hunc capiunt, illumque ut mancipium ſibi vindicant. Pecuniam cum magno mutuum dant fœnore, Eleemoſynas pauperibus nunquam donant, verum, ſi quis prandentes vel cœnantes pauper compellat, ipſi licentiam, (bona ſane conſuetudine) accumbendi faciunt, in edendo & bibendo ſpurci ſunt, nec ullis in menſa utuntur mappis. Quidam illorum eo inhumanæ devenerunt ferociæ, ut captos hoſtes ſuper craticula toſtos devorent, in teſtimonium vindictæ in illis expletæ. Antequam vero aſſent inimicum, illius ſanguinem vaſis exceptum ſibi invicem propinant. Potus quotidianus illis lac jumentorum eſt. Aliquam ſinere perire ex cibis appoſitis partem, peccatum eſſe putant. Adeo vero avari & ſpurci ſunt, ut ſanum nunquam mactent & comedant pecus, ſed inquinatum, morbove correptum.

Pauco cibo contenti ſunt, ſingulo mane tres ſcyphos lactis evacuant, hac ratione ſæpius per integrum diem nihil comedunt aut bibunt. Quivis illorum tam maſculus quam fœmina, ultra unam non habet veſtem, Viri tegumenta ut mitras, rotundæ formæ, nec nimium profundas gerunt, quibus velut, caudæ adhærent. Æſtate veſtibus nigris, hyeme vel pluvio tempore, albis induti ſunt. Pelliceas etiam veſtes ut plurimum induunt, & ſi videri volunt, extus gerunt pellibus conſpicuas tunicas. Arcum optime tendere norunt, & valde expediti ſunt equites. Uxores & liberos ſuos ſecum in bellum ducunt, & imagines hominum quandoque equis imponunt, ut hoſtibus majorem copiarum numerus repræſentent. Fugam urgente neceſſitate minime putant indecoram. Catervatim confligere, ita etiam fugere ſolent, ubi pone inſequentes ſentiant hoſtes, ſagittas ſuper caput vibrant,

& ex improviſo gradus vertentes, circulo hoſtes claudunt, & acrius inſtaurant prælium, hac ratione ſæpius pro devictis habiti, victores hoſtium evaſerunt.

Cum aliquam invadere volunt terram, diviſo in partes exercitu illam adoriuntur, ut nemo poſſit evadere, potiti victoriâ, crudeliter in devictos ſæviunt, nulli, nec ætati imbelli, nec ſexui parcentes, exceptis mechanicis, quorum opera ad uſus utuntur communes. Fidem datam neutiquam ſervant, & in illos, qui ſeſe illis commiſerunt, fraudulenter agunt. Atque hoc genus hominum fornicationi eſt addictiſſimum. Equidem, quanquam tot uxores habeant, quas alere poſſint, nullo ſanguinis habito reſpectu, promiſcue matrimonia contrahant, excepta tamen matre, ſorore, filiâ, attamen flagitio Sodomiæ graviter vivunt inquinati.

Cum uxorem duxerunt, illam non citius præ ſuâ agnoſcunt conjuge, priuſquam illis liberos pepererit. Quâ de cauſſâ ſteriles repudii lege derelinquunt. Adulteria tamen ſecundum legis tenorem punire ſolent, à viris vel mulieribus commiſſa. Cuilibet uxori ſua eſt domus, ſua familia, quæ matronalis pudicitiæ tenaciſſimæ ſunt. Ubi ex bello viri rediêre, pecora in campum deducunt, illorum habentes cuſtodiam, tum venationibus vacant, & luctâ ſe exercent; Fœminæ rei familiaris curam gerunt, cibos, potum, veſtes aliaque curant. Hic populus ſuperſtitionibus quam plurimis onuſtus eſt. Urinam in publica platea mittere nefas eſt, quod ſi quis contra fecerit, illud forſan leve exiſtimans, ſine ulla venia occiditur, excepto uno loco, in quo quis naturæ tuto morem gerat.

Duos ſolent facere ignes, quos inter duas figunt haſtas, cordam uni arbori alligant, quæ alteram è regione attingit. Ab utroque latere duæ ſunt fœminæ aquam aſpergentes, verbaque obſcuro ſono murmurantes. Atque per medias illas haſtas, velut duas portas, illis ire opus eſt, qui purificari volunt.

Nullus peregrinus in conſpectum Regis admittitur, cujuſcunque etiam fuerit dignitas, niſi prius hac ratione purificatus. Delicta contra mores receptos, pluris faciunt, quam alia abominanda ſcelera.

Cum aliquis ex morbo decumbit, jamque morti vicinior eſt, tunc haſtam nigro appenſo linteo in loco, ubi æger decumbit

Digitized by Google

cumbit figunt, ut prætereuntium nemo intus eat. Extincto ægroto, amici ejus omnes conveniunt, illumque in loco, quem ſibi ille elegerat, condunt. Ubi bene profundam fecerunt foſſam, menſam, dapibus oneratam, tentorio erecto, juxta collocant. Mox cadaver pretioſis indutum veſtibus infodiunt, omniaque terrâ operiunt, una cum equo & jumento. Ditiores ſibi ex mancipiis morituri eligunt; qui in fronte candente notatus ferro, cum demortuo ſepelitur domino. His peractis, amici defuncti, equum alium accipiunt, & occiſum comedunt.

Defuncti uxores, oſſa pro animæ purgatione comburunt. Quod illorum victum ſpectat, oryzam valde amant. Lac deſtillatum etiam ut Arabes bibunt, à porcina carne plane abſtinent. Cum in via ſunt, ſtellam polarem, ignari viarum ſequuntur ducem, & cum ut plurimum in campis vivant, aſtrorum magnam habent notitiam. Argenti cuſi nullus apud ipſos uſus, niſi apud mercatores, reliqui rerum permutationem obſervant. Equi illorum quidem parvi, ſed robuſti & laboris patientes ſunt, hos *Bachmat* vocant. Ipſi etiam Tartari laborum & moleſtiarum patientiſſimi mortales, quibus deliciarum nomen incognitum eſt. Cum Principem demortuum ad ſepulchrum in montem Altay ferunt, omnes ſibi obvios in via trucidant, adeo ut Marc. Polan. ſcribat, cum, ſe in Tartaria agente, illorum Princeps Mogu ad ſepulchrum efferebatur, milites, qui cadaver ejus conſequebantur, ultra X. millia hominum ſibi obvia trucidarunt.

Incolæ Provinciæ Camul luſibus & ſaltationibus libenter vocant, & extraneos magna excipiunt affabilitate, quibus etiam uxorum ſuarum pudicitiam proſtituunt.

RELIGIO.

TArtari, qui ſub Imperio Magni Chami agunt, omnes unius non ſunt Religionis. Equidem horum quidam Mahometi ſequuntur confeſſionem, quæ his in oris recepta eſt circa an. 1246. Moſaicas Leges obſervant, & quæ vetere Lege imperata ſunt. Singulis diebus elatâ clamant voce. *Jahi illo Illoloth* hoc eſt, non niſi unus eſt DEUS.

Quidam in Catay Machometani ſunt, plures tamen idololatræ, quorum fides eſt, duos credere Deos, unum cœli

cœli, alterum terræ. A primo nihil petunt aliud, quam bonam valetudinem & bonum intellectum, ab altero fructuum abundantiam, & ingentem pecorum numerum.

Terræ Deum, uxorem habere & liberos credunt, sibi curæ esse pecora, & quotiescunque comedunt, cum maxime pingui carne, os idoli fœminam Deæ terrestris repræsentantis fricant. Deum cœli in alto servant loco, alterum vero terræ in inferiore. Animarum credunt immortalitatem, sed cum Pythagorica ex uno corpore in aliud migratione, talemve illas invenire sedem, qualem actionibus suis sunt promeritæ.

Divinum adhæc cultum exhibent soli, lunæ & quatuor Elementis, quibus sacrificia præstant.

Omnes Christianos nomine *Dzinthis*, h. e. paganorum vocant. Chaur, illis notat infidelem, canem & idololatram. Idola sua ex serico, panno conficiunt, ipsisque magnam habent reverentiam.

Nullam diem præ alia magis habent sanctam, nec uno tempore magis jejunant, quam alio, quod tamen Mahometani accurate observant.

Inter illos multi quidem reperiuntur Christiani, sed qui Nestoris sequuntur hæresin.

Est in Tartaria Archiepiscopus, qui magnum Chamum coronare solet.

REGIMEN.

PRinceps Tartariæ est, quem Turcæ vocant Ulucam, hoc est magnum Principem, & Moscovitæ Çzar Cataiski Cęsarem de Catay, cujus nomen in rubra scribitur tabula, literis aureis supra portas templorum, in illorum præcipuis Urbibus, vocaturque filius, umbra & anima Dei, ita ab omnibus colitur & timetur suis provinciis, ut ejus verba instar Legum inviolabilium rigorose observentur. Hęc absoluta Principis potestas à Canguiste orta est, qui factus Imperator Tartarorum, illos edocturus quantum sibi debeant obsequium 7. Principibus qui antea populum rexerant præcepit, ut propria manu suos occiderent infantes. Quod quãvis acerbum videretur parentibus, furorem tamen populi timentes, qui hunc Regem velut cœlo delapsum credebat

omnes

omnes ſuos liberos necabant. Ab hoc tempore, vita & mors Tartarorum ex ſola Principis pependit voluntate, nec quicquam eſt, quod illius ſiſtere mandata poſſet.

Neque ullus ſubditorum dicere poteſt, ſe quicquam in ſua poteſtate & bonis habere.

In ſigillo ſuo, quod literis publicis affigitur, his uti ſolet verbis Deus in cœlis, Chuichuch Chan in terris. Imperator robur eſt Dei & hominum. Hic Princeps nullos extraneos admittit Legatos, niſi prius purificatos, de qua conſuetudine ſupra actum. Cum Legati audiuntur, in genua ut procumbant opus eſt, qui à Principe ſingula verba maxima cum attentione percipere tenentur.

Juſtitia hic in delictis ſtricte & accurate ſervatur.

Duo Magnus Cham habet conſilia, unum belli, quod ex 2. prudentibus conſtat, alterum Status, in quo ſunt prudentia & uſu rerum maxime noti, quibus omnium negotiorum cura commiſſa eſt. Hi univerſo præſunt Regimini, & poteſtatem habent ſceleratos puniendi, deque aliis negotiis diſponendi.

In militia ſuas hordas habent, quæ ex multis conſtant hominibus. Tempore belli igitur, decumani, centumanis obſequentes ſunt, qui mille præſunt militibus. Illi vero illis iterum parent, qui X. millibus imperant. Inter has hordas, quidam non niſi Duces ſuperiores agnoſcunt, reliqui tributarii Moſcorum ſunt, alii Magno Chamo ſubſunt.

DIVITIÆ.

EX prædis, quas Tartari per Europam & Aſiam ipſamque Chinam & Moſcoviam diſpalata multitudine vagi, corraſerunt, non parvæ ſane illorum divitiæ æſtimari poſſunt. Illud etiam, quod adhuc hodie illorum conſervat ſtatum, eſt commoditas locorum mercaturæ exercendæ aptiſſimorum, cui accedit planicies Regionis, & multi navigabiles fluvii. Mercatura hic loci florentiſſima eſt, rerum nimirum ibi natarum. Abundat enim Regio oryza, ſerico, lanâ, rabarbaro, muſco, materiis ex pilis camelorum confectis, Marcus Pol. ſcribit, terram Chaindu producere multũ gingiberis, cinnamomi cariophillorum. Ad Principem, omnis Regionis pecunia pertinet, quam in 2. fortiſſimis conſervat locis, ex quibus nunquam

nunquam aufertur, adeo ut multorum fides ſit, illum inæſtimabilem poſſidere theſaurum. Quoniam etiam Urbs Cambalu in medio magnæ Provinciæ Catay ſita eſt. Multæ ad hanc ex India Orientali, China, aliiſque locis comportantur merces, præſertim uniones, ſericum, aromata & alia.

In Provincia Tenduc tres reperiuntur auri fodinæ, hujus metalli ditiſſimæ, ex quibus incolæ ingentes extrahunt divitias; verbo, nullus reperiri poteſt Principatus, ſimili nummorum incredibili copiâ ditior.

VIRES.

QUi illas penitus ſcrutati ſunt, invenerunt, præcipuè ſitas eſſe in Regionis ſitu, admodum commodo valdeque diffuſo: in magnitudine Urbium, ad noſtrum morem extructarum, ut ſunt Ergimal, Cerazam, Thebet, Caindu omni rerum copiâ victui neceſſariâ abundantes. Nervus virium Tartaricarum in multitudine bellatorum conſiſtit, qui ad nutum magni Chami parati ſunt. Arma illorum ſunt, arcus & ſagitta, quibus & fugientes, & urgentes alios, pugnant, & ut plurimum equites prælia ineunt. Ad manus, cum hoſtibus raro veniunt, nec niſi paucis ſarcinis in caſtris utuntur. Illi, qui fortiter rem geſſerunt, magna inde percipiunt præmia. Magnus Cham plerumque pro cuſtodia corporis ſui 12. millia militis equitis in ſtatione ſervat, reliqua militaris multitudo, omni tempore facile contrahi poteſt, cui ſtipendia exacte numerantur, adeo, ut nihil minus magno Chamo deſit, quam numeroſus, expeditus, & animoſus miles, ad omnia Principis mandata expromptus.

DE ORIGINE TURCORUM, ILLORUMQUE IMPERIO.

TUrcæ Gens Scythica ſunt, ante ann. DCC. in Aſiam minorem, Natholiam dictam, ingreſſi, ubi omnia horrendis vaſtationibus miſcuerunt, uſque dum civitates, arces, locaque munita, ſuæ feciſſent poteſtatis, populumque minoris Aſiæ, bellis minus aſſuetum, opprimerent.

Eo tempore Turcæ nullum habebant Principem, ſed palantes, ampliſſimam totius minoris Aſiæ terram ſubegerunt, atroci

Digitized by Google

atrociusque vexarunt. At cum Christianorum peditum trecenta & equitum C. millia. fortissimo Duci Bilioneo nomina dedissent, & mare trajecissent, ad occupandam terram sanctam, ubi sepulchrum Servatoris Nostri est, Turci quoque conglomerati, militiæ præfectum sibi Solymannum creârunt, & ita contra Christianos decernere statuerunt, sed ingenti cruentoque bello à Christianis victi, terga dederunt.

Ab hoc tempore non constat, Turcos aliquem Principem habuisse usque ad Ann. C. 1300. quo tempore tandem Ottomannus inclaruit & Turcarum Imperator declaratus est, quem reliqui Imperatores in Regimine secuti sunt.

MORES TURCORUM VETERES.

THraciæ incolæ, semper sunt habiti rudes & iracundi, illorumque tanta fuit copia, ut teste Herodoto nullâ vi superari possent, si concordes mansissent, & unius Imperio recti fuissent.

Hæc illis erat Religio, quod crederent, se in morte non mansuros, sed post discessum è vita, ad Deum Zamolxim ituros.

Hic Zamolxis discipulus fuit Pythagoræ, qui cum in Regionem suam redux esset, videretque Thraces suos barbarè & ferè brutali more vivere, ipsis Leges dedit, præcepitque, ut à malis abstinerent, ituri enim essent post hanc vitam, in aliam omnis felicitatis plenam.

Postquam ergo aliquem divinitatis cultum in animis Thracum reliquisset, se ipsis subduxit, desiderium sui post se illis relinquens. Quibusdam hoc negotii dabant, ut tres in altum tenerent hastas, & mox aderant alii, qui pedes manusque ligatum hominem, in altum jactu mitterent, quod si ille desuper præceps, hastis infixus, illico animam exhalaret, hoc in signum faventis Dei ducebatur, quod si vero aliquid superviveret, huic ferali sacrificio destinatus, improbus habebatur.

Cum tonaret, Thraces cœlum sagittis petebant, quasi Deos minis terrere vellent, significantes, quod præter suum Deum neminem alium vellent agnoscere.

Cum ipsis natus esset infans, illius in vitam ingressum, parentes circumfusi, lachrymis excipiebant, ipsi omnes miserias

ferias & neceſſitates enumerantes, quibus eſſet exponendus ideoque illius vicem, maxime infelicem dolentes. Verum ubi quis diem ſuum obiiſſet, illum riſu excipiebant, impenſe gaudentes, quod omnibus eſſet ſubductus miſeriis.

Plures ducere ſolebant uxores, & mortuo marito, fœminæ in certamen & duellum deſcendebant, unâ cum alia contendente, ſe magis charam defuncto fuiſſe marito. Ad hanc dirimendam controverſiam, conventus eſt inſtitutus, illave, quæ præ reliquis dilectiſſima marito conjux judicabatur, ſimul cum ipſo humabatur, cui proximi conſanguinei caput amputabant. Reliquæ omnes, latam in ſe injurioſam ſententiam, ſeque in amore defuncti poſtpoſitas, lachrymis teſtabantur, quod ideo infelices per omnem vitam judicari deberent.

Erat Thracum mos, ut ſuos venderent liberos, antiqua Gentis conſuetudine, nec parentes ſuorum liberorum ullam habebant curam, ipſis vagas libidines permittentes. Uxorum tamen caſtitatem & pudicitiam, apprime ſervabant inviolatam, quas caro coëmebant pretio.

Illis notæ quædam in fronte inurebantur, ſi quæ illis careret, ex vili forte judicabatur.

Quibus præcellens erat formæ venuſtas, mercatui exponebantur, & pro conſtituto pretio vendebantur deformeſque ſibi maritos emebant.

Decorum exiſtimabant, nihil prorſus agere, & ex raptu vivere, quin illi, qui agrum colebant, contemptui, & viles habebantur.

Marti, Bacho, Mercurio, Dianæ, ſacra faciebant. Humiles habitabant ædes, victualia ejuſdem erant quotidie pretii, vinearum vero nullus ipſis fuit uſus.

Regem electuri, multitudinem ſuffragiorum attendebant, quæ Regem faciebat. Nemo verò eligebatur, qui liberos habebat.

Regi ſuo abſolutam non concedebant in Imperio licentiam, ſed ipſi 40. adjudicabant aſſeſſores, qui ipſi in criminalium judiciis ſuffragia ferrent.

Quod ſi alicujus criminis poſtulatus eſſet, mortis deſtinabatur ſupplicio, ita tamen, ut nemo ipſi manus inferret, ſed fame enectus, ſua ſponte periret.

In funeribus magnorum, ita ſe gerebant. Illorum cadavera

vera in publicum deferebant locum, ubi per tres dies varias mactabant bestias ad sacrificium aptas. Mox ingens instaurabant convivium, & post aliquem ejulatum & querelas, terræ corpus mandabant, vel cremabant, dein sepulchrum altius in memoriam defuncti erigebant, instituto gladiatorum certamine. In arcu tendendo valde erant expediti, cujus se jactabant inventores. Eandem cum Scythis habebant loquelam.

MORES RECENTIORES.
EX BARTHOLOM. GEORGIEVIZIO QUI IN TURCIA XIII. ANNOS FUIT, BUSBEQUII EPISTOLIS. ET JOANN. BAPTISTA MONTALBANO.

TUrcæ nullas in templis habent imagines, præter inscripta verba Arabica, significantia, non est Deus nisi unus, Mahomet autem Propheta ejus. Quinque vicibus, ad orationem de die conveniunt, ubi pedes manusque & cætera in antecessum abluere tenentur, tum super capita ter aquam spargunt, hæc verba recitando *Elhemdu Lillahi* gloria Deo meo. Calceos autem, templa ingredi volentes exuunt, fœminæ cum viris nunquam apparent, sed peculiari sedent loco, rarioresque Templa frequentant. Cum orant, Viri pileos non deponunt, sed illos summis digitis attingunt; in genua provoluti, terram sæpe osculo excipiunt. Christianum, eorum sacris interesse nefas putant, quod pollui templa sua horum præsentia credant. Ubi Sacerdos per duas horas concionem habuit, duo pueri, qui preces decantant ascendunt, peracto cantu, incipit Sacerdos cum toto populo demissa cantare voce, pectusque palmis plangere, additis verbis *Jahi Illo Illoloth* h. e. non nisi unus Deus. Hujusmodi autem orationes tempore quadragesimali fiunt, & die Festo. Jejunant autem per unum' mensem & unam hebdomadem singulis annis, ita ut 12. annorum decursu, annum, & 12. hebdomades loco decimarum Deo offerant. Tota autem die, tempore jejunii non comedunt, ne panem quidem vel aquam. Visâ autem stella aliquâ, illis omnia manducare licet. Turcæ circumcisione utuntur non octava die, sed se-

ptimum vel octavum nati annos. Nomina autem illis, non circumciſionis, ſed nativitatis tempore imponunt, Sacerdotes illorum parum vel nihil à Laicis differunt. Eliguntur illi à populo, ſtipendium vero à Rege pro labore accipiunt. Uxores habent, & habitum ut ſeculares, cum ſtipendium non ſufficit, artem mechanicam exercent. Tantam vero reverentiam ſcriptis Mahometis exhibent, ut ſchedulam quomodocunque ſcriptam, humi jacentem tollant, & rimas parietum, illâ oſculo impertitâ, obſtruant, iniquum judicantes, ut literæ, quibus Dei & Mahometi Lex exprimuntur, pedibus conculcentur. Nemini etiam permiſſum eſt ut Alcuranum Chriſtiano vendat.

In Scholis illorum maſculi maſculos, fœminæ autem fœminas inſtituunt. Amant autem Aſtronomiam, Philoſophiam, & artem poëticam. Cum diſcunt, clara voce clamant.

Matrimonia ſine juramento contrahunt, & indotatas uxores ducunt. Nihil habet ſponſa in corpore cultus, vel ornamenti, quod non cogatur à ſoceris redimere. Ad divortium, mores conjugum diſcrepantes, vel ſterilitas ſufficiunt, judex autem de illis cognoſcit.

MORES TURCORUM.

PEregrinationes longinquas Turcæ non amant, ſed ſancta Regionis ſolum viſitant loca, magis Religionis ergò. Cum domum redeunt, aquam in utribus plateatim portant, illamque obviis ſitientibus gratis offerunt.

Multa in uſum pauperum habent Xenodochia ex Teſtamento Regum condita, ubi peregrinis cibus datur, nec ulli pernoctare ibi licet.

Victimas pariter immolare, apud illos conſuetudo eſt, votivas tamen ut plurimum, neque damnati votorum judicantur, qui ex morbo & periculis non emerſerint, cum conditione enim Vota nuncupant, dabo ſi dederis, &c.

In teſtamentis condendis ita procedunt. Si quis ex Muſolmannis moriens teſtamentum condere conſtituit, amicos, & vicinos adhibet, illoſque rogat, ut rivos deducere velint, ex longinquis partibus ante aliquod hoſpitale, aut templum ſive in locum aridum, pro anima ejus, pietatis gratiâ.

Alij

Alii ſervos captivos, libertate donant. Mulieres pecuniam militibus legant, pro certa Chriſtianorum cœde, idque animæ ſuæ ſaluti prodeſſe exiſtimant. Reges vero templa & hoſpitalia, extruenda conſtituunt, aliique ſi qui ſunt potentes.

Ubi quis mortuus eſt, tunc funus Viri, ſi vir eſt, ſi fœmina, fœminæ efferunt. In templis mortuos ſepelire nefas ducunt. In exequiis Monachi cum candelis præcedunt. Sacerdotes ſubſequuntur, cantilenas canentes, donec ad ſepulturæ locum perventum eſt. Quod ſi pauper fuerit defunctus, pro laboribus Religioſorum vicatim colligitur pecunia, illiſque pro præſtito officio datur.

Conditoria Regum in templis ſunt, inſtar altaris in altitudinem elata, ubi more Ethnicorum, panes, carnes novemque dierum cœna pro anima defuncti pauperibus exhibetur, tum vero avibus & formicis eſca. Æque enim Deo gratam eſſe ducunt Eleemoſynam, tam brutis, quam hominibus datam, cum ob amorem Dei offertur.

Nulla natio adeo addicta eſt venationi, quam Turcica. Equidem in aſpera & aditu difficilia loca ſe penetrant, cum feras ſectantur: quod ſi animal à canibus ſuffocatum eſt, illo non veſcuntur, neque ipſi ſolum, ſed nec Chriſtiani. Aprum occiſum Chriſtianis dant, quod Muſulmanni carne ſuilla veſci non debeant.

Ruſtici per ſervos ſuos agrum colunt, qui ſuo Imperatori decimam pendunt. Operarii, manu victum, & mercaturam ſtrenue exercent.

Balnea in Civitatibus multa habent, ubi bis vel ter lavant.

In criminalibus judicem communem tam Turcæ, quam Chriſtiani habent, homicidia illis morte puniuntur, furta ſuſpendio. Vir, qui adulterium commiſit, in carcerem conjicitur, poſt aliquot menſes pecuniâ redimitur, & mulier adultera ſuper aſinum vicatim & plateatim ducitur, flagris denudata cœditur, & lapidibus obruitur, viſcera bovis ex collo ſuſpenſa habens.

In ædibus ex lateribus factis habitant, partim ſole, partim fornace coctis.

Cultus corporis, ipſis eſt ex lana, lino, ſerico, ſatis magnificus, Promiſſus autem uſque ad talos, veſtes noſtratium dete-

deteſtantur, quod illis partes corporis nimium exprimantur.

Mulieres divitum, facie velata incedunt, & nunquam alienis Viris vultum aperiunt, nunquam in publicum prodeunt. Inter edulia maxime oryzâ delectantur, piſcibus valde abſtinent, carnibus omnibus, porcinâ excepta veſcuntur. Tabernas publicas non habent, ſed in plateis cibaria vendunt, Potum triplicem amant, ex ſaccharo, melle, dilutâ aqua, tum ex uvis paſſis acinis detractis, ex aqua roſacea addito melle. Ex muſto etiam potum parant.

Accumbunt menſæ ex corio factæ, decuſſatim vero, pedibus invicem complicatis, more ſartorum. Cibum capturi, orationem præmittunt.

Raptim autem, & magno cum ſilentio comedunt, nec in victum teſtudines adhibent, quod illis contrectatis ſe pollui credant, licet fœdos puerorum amores in deliciis habeant. Vini potus Turcis magno datur crimini, præſertim ſi ætate grandiores ſunt. Nec omnes comedunt piſces. Omnes uxores in abdito tenent, nec permiſſum eſt ſervis XII. annos natis, domum, ubi mulieres ſunt, ingredi, ſed infra 12. annum pueri, neceſſaria majoribus deferunt. Captivis fœminis non eſt permiſſum egredi, niſi cum Turca fœmina, domi etiam labori vocare adſtrictæ ſunt, cum captivis ſervis colloquia illis miſcere non licet, nec de libertate cogitare. Cæterum Turcæ extremas difficultates & anguſtias, mira patientiâ, ſobrietate, tum vero victus parcimoniâ conſtanter ferunt. Quin in illo maxime gloriantur, ſibique valde placent, ſi multa adverſa in vili naſcendi ſorte paſſi ſunt. Quapropter qui apud Principem primos tenent honores, fere omnes paſtorum & bubulcorum filii ſunt. Canem pro obſcœno & impuro animali habent, ideoque domo arcent, & in ejus locum felem amant, quod animal in maximis habent deliciis. Graviſſime ferunt, ſi quis beſtiam per multos occidat cruciatus, & voluptatem ex ejus laniena capiat. Solent adhæc Turcæ in honore erga amicos, & contumelia erga hoſtes eſſe nimii.

Hic illorum in excipiendis peregrinis mos eſt, ut acclamationis vocabulo *feliciter* utantur, locus à ſiniſtra apud illos dignior habetur, quod illam partem gladius honeſtet. Occulta flagitia levius, manifeſta graviter puniunt. Pietatis loco ducunt, Chriſtianum falſo accuſare. Duella

Duella in maximo crimine habent, quod per illa Imperatoris damno homines præter fas perire credant. In publicis rebus Turcæ omnia ad auctorem Deum referunt, quocunque etiam consilio instituta sint; modo feliciter procedant. Tempora Turcis nulla distinguit hora. *Talismannos* habent, homines Templorum ministerio dicatos. Hi mensuris ex aqua utuntur, quibus summo mane clamorem tollunt è celsa turri, in eum constructa usum, quo homines ad veneratione Dei hortentur, idem faciunt medio tempore, solis exortum & meridiem inter, & inter meridiem & occasum. Ultimùm, sole occidente, acuta utuntur voce illam grata modulatione flectentes. Itaque Turcis totus dies in 4. spatia dividitur.

In publicis judiciis, justitiam severam & brevem profitentur, ab uno constituto judice non datur appellatio. Quia judicibus & scribis exigua sunt ex litibus emolumenta, omnia apud ipsos ambitu & pecuniâ turbantur. Delatorum in rebus ad Imperium spectantibus, solertiam, præmiis provocare solent, domesticos susurrones nihili facientes. In judicio, Christianis testibus nulla habetur fides, non secus ac Hebræis. Horum centum, unius Turcæ testimonium superat. Delinquentium non terga, sed plantas pedum lictor verberat, projecto illorum in terram corpore: ubi plantæ ad lignum *Falaka* dictum colligantur, & ad mille plagas cum vitæ dispendio excipiunt. Cuilibet Urbi destinati sunt, qui carnes, panem, frugesque revisant. Si quem nimia extollit fama, is tanquam auctor seditionis, quondam evasurus è medio tollitur; talique majus periculum est ex magna fama, quam ex mala.

In delicto Majestatis, nocentes & innocentes juxta cadunt, omni nimirum atroci mortis genere. Cuique privato in propriam familiam necis est potestas. Cæterum, ipsa Turcica gens nec callida nec astuta, nisi quantum ex perfegis didicerit. Habitu corporis trux, ut plurimum fortis, magno satis corpore ad impetum valido, laborum omniumque calamitatum patiens. Capita abradunt, relicta in capitis summitate crinium particula, barbam vero pomittunt. Utensilia domi habent rara, supellex ad usũ, non ad pompam est. Illis, quibus uxor non est, super centones velut in bellis, quibus vero est, supra strata humi stragula cubare solent. Ex

coreacea mappa abſque ſcamnis & aulæis cibum capiunt. Paſſæ, aliique magnates, more Romanorum ſuper thoros pulvinaribus ſtratis innixi, etiam ſtabularios ſecum comedentes non dedignantur. Turcis, hoſpitalitatis jura commendata ſunt. Vino non adeo, quam carne ſuillâ abſtinent, quanquam utriuſque uſum lex prohibeat. Illi tamen, qui vinum ſemel biberunt, largius ſe illo ingurgitant, aduſtum vinum & Nicotianam, vulgo Tabacum, crebro bibunt, cum aliis ebullitis, floribus & aromatibus conditis, viniique colorem mentientibus aquis. In Ornatu Turcæ ſumptuoſi ſunt, qui nitidiſſimas ex omni genere & colore veſtes, auro argentoque fulgentes, ex purpura & holoſerico, non adſtrictas, ſed fluctuantes gerunt. In quo tamen luxu ingens ſimplicitas & parcimonia eſt. Equos auro pariter, & gemmis ornant, & tenaci tingunt colore, non niſi cum pilis pereunte. Argentum & aurum in bella geſtare vetitum, Caligas virides gerere capitale eſt, quod illo colore Mahometes veſtitus incedebat. Contra rubras ut plurimum geſtant, in Perſarum ignominiam, qui rubra habent capitum geſtamina. Caput in ſalutando nunquam aperiunt, ſed manu pectori appoſitâ, inclinatoque ſalutant capite. Ipſum Imperatorem & præcipuos Paſſas, ambabus pectori applicatis, venerantur. Abeuntes nemini terga vertunt, ſed paulatim retrocedunt, donec è conſpectu evadant. Inhoneſtum illis habetur, enſem in alium, quam in communem hoſtem ſtringere. Raræ inter ipſos rixæ, convitia, cœdes fere nullæ. Impatiens conſortis Regnum, Imperatoribus fraternas cœdes ſuadet, ideo Imperatores ſemper aliquot alunt, quorum opera in cœdendis fratribus, vel aliis magnatibus uti ſolent. Nulli apud Turcas reperiuntur mendici, Mercatoribus liberi itus & reditus permittuntur, ipſi Turcæ mercaturam non exercent, quibus in credendis pecuniis magna fides. Plebs humilis, in morem Hebræorum ſepelitur, erecto ad caput & ad pedes lapide. Imperatores in templis à ſe extructis ſepeliuntur, ad quorum ſepulchra faces, aut lampades ſuper gemmata candelabra perpetuo ardent. Lugubris habitus nullis, niſi ob Imperatoris mortem concedi-tur. Lunam, ut præcipuum Planetarum venerantur, & menſes ab eadem numerant. Præ foribus Templi, pecudes ſacrificant, & carnes inter pauperes dividunt. Imperator

nullam

nullam habet uxorem, & si multas intra septem mulieres alat, quæ tamen primogeniti fuerit mater, cæteris major, & Imperatoris uxor appellatur. Ad publica spectacula & cæremonias mulieres nunquam admittunt, illasque salvari Turcæ non credunt, sed in medio quondam loco post mortem fore.

RELIGIO TURCORUM.

TRes Cardinales in Mundo reperiuntur Religiones; Hebræa, Christiana, & Mahometana.

Ut priores duas linquamus, Mahometani suam primam & optimam esse jactant, in qua unum tantum colant Deum, memoriam sanctorum reverenter habeant, abstinentes ab homicidiis, adulteriis, execrationibus Dei.

Pro summo Propheta Mahometem agnoscunt, ejus Alcoranum cum maxima colunt veneratione.

Hic Pseudopropheta, talia suis imposuit dogmata. Quod in Principio creationis Mundi, Deus 4. res propria manu fecerit, primam dicit fuisse pennam, qua omnes res factas notavit, & quæ à Primordio mundi usque in ejus finem duraturæ sunt. Postea fecit hominem Adamum, ex vario coloris pulvere. Atque inde profluxit varia inter homines morum diversitas, & corporis constitutio. Postea thronum sedem Majestatis fecit, & ultimum paradisum. His peractis, tabulam confecit, in qua res in mundo duraturas consignavit.

Porro in suo Alcorano scribit, quod cœlum duas habeat portas, & duas claves, utramque auream, & quod unum cœlum factum sit ex aqua viridi, alterum ex aqua clara, reliqua ex Smaragdo, auro puro, hyacintho, nube plena luminis, flamma & igne, id vero quod sub cœlis est mare, est vivificans, & quæ alia hæc consequuntur.

Asserit adhæc, quod Angeli portent montem Caf super quem sedes Dei est. His angelis tam magna capita tribuit, ut si avis mille continuos volet annos, difficile tamen ab una aure, ad alteram pervenire posset. Paradisum smaragdo & jaspide & hyacintho relucere dicit.

Incolas Paradisi, variis coloribus, excepto nigro exornatos perhibet.

In cœlo omnis generis fructus, & carnes comedendas, tum vero pulcherrimarum fœminarum usum promittit. Hæc & similia impostoris Mahometi commenta partim ex pagana superstitione, tum vero etiam Judaica tracta sunt. Cum dogmata sua consignaret, duos habuit Judæos Apostatas, adjutores, unum sectæ Nestorianæ, alterum Arrianæ addictos.

Amplectitur vero doctrina Mahometi circumcisionem, & distinctionem mundorum & immundorum ciborum.

Divinitatem Salvatoris Nostri negat, qua impia assertione Arrianis vellificatur.

Igitur Turcæ unum confitentur Deum, & Christum Prophetam magnum agnoscunt, natum ex Virgine Maria. Crucifixum autem & mortuum esse negant.

Imaginibus nullum exhibent honorem, neque vero illas ferunt.

Dies Veneris, illis quietis est dies, sicut nobis Dominicus. Jejunia 30. dierum observant, quæ *Ramadan* vel *Romodan* vocant, in quibus nihil comedunt, nisi ubi nox venerit, tum omnis generis vescuntur cibis, excepta porcina carne & vini potu.

Festum Paschæ illis *Bayran*, etiam observant, quod per tres dies durat, quo tempore omnibus se oblectamentis reficiunt. Novilunium curiose observant, quod salutare in more habent.

More Judæorum circumcidi solent, non quidem 8. die, sed post 8. annum. Capanarum usum ignorant, sed in harum locum sacerdos in altam conscendit turrim 5. per diem vicibus, ex quibus alta voce populum compellat. Abhorrent vero Mahometani à nomine Turcico, quod apud Hebræos hoc nomen proscriptum notet, dici vero amant *Musulmanni*, hoc est bene credentes.

Reperiuntur vero inter Turcas 4. Sectæ, quæ modo vivendi discrepant. Illæ sunt *Torloques*, *Dervis*, *Kalenders*, & *Hugusmales*. Cum Christianis, liberam conversationem habent, cum illis comedunt, & negotia exercent, ita ut etiam quandoque matrimonia illis cum contrahant. Contra vero Judæos in magno habent odio, & nihili faciunt. Porro Turcæ ab omni execratione Dei & Christi abstinent. Hoc constanter affirmant, quod illi, qui Mahometi legem ac-

curate

curatæ obſervant, æternam vitam conſecuturi ſint, in qua illis Angeli in vaſis aureis lac, in argenteis vinum exhibituri. Omni etiam peccatori, in Alcoranum credenti, æternam vitam promittunt.

DE REGIMINE IMPERII TURCICI PRIMUMQUE DE PERSONA IMPERATORIS CONSTANTINOPOLI SPECTANDA.

TUrcarum Imperator, abſoluto & ſummo in omnibus ditionibus ſuis utitur Imperio, nec ullum ſocium vel Imperii æmulum patitur. Ubi ad Imperiale ſolium evectus eſt, omnes magni Baſſæ & Domini Othomannici Imperii, ad exhibendam Imperatori Venerationem conveniunt, ipſique fimbriam veſtis oſculo impertiunt. Dein ſolennes Conſtantinopoli, & per omnes Provincias inſtituuntur acclamationes, quarum ſenſus hic eſt obſervatus. Ut anima invicti Sultani Imperatoris N. gaudeat gloriæ gloriâ, & pace æterna, & ut Sultani Imperium in omni felicitate per longos floreat annos.

Quantum ad titulos Imperatoris Turcici, illi non niſi ſummum faſtum & ſuperbiam notant, cum ſe dicat Regem Regum, Dominum omnium Dominantium. Principem omnium Principum. Habitus Imperatoris ut plurimum mediocris pretii eſt, quin etiam ſuorum Miniſtrorum habitus cultum non excedit, niſi quando, recens natus Princeps circumcidi debeat, vel Legati audiendi ſunt, tum enim omni opulentiâ & magnificentia ditiſſimo veſtiri ſolet habitu.

Cæterum nemini licet Imperatorem oculis intueri, ſub delicto criminis læſæ Majeſtatis, quod nec ipſis Baſſis integrum facere eſt. Quin magno Mufti & Viſis, ſolum in conſpectum Imperatoris venire ad ipſum venerandum permittitur, qui complicatis manibus, oculiſque in terram defixis, coram ſe ſiſtunt, & mox in genua procumbunt, nec ipſum ſatis intueri audent.

Nemini ex magnatibus, in palatio, ubi Imperator cibum capit, quicquam loqui licet, quæ licentia loquendi non niſi ad moriones ſpectat, qui ſoli ridendi loquendique libertate gaudent.

Omnes patinæ, quæ in Imperatoris menſam feruntur, geminæ, & ex puro auro ſunt, numero 25. vel 30. cibus nec ſale, aceto, ulliſque aromatibus conditus eſt.

Solenne juramentum magni Turcarum Imperatoris hoc eſſe ſolet: Ego juro & promitto, per magnum Deum, qui cœlum & terram creavit, per animas 70. prophetarum, per meam animam, per illam meorum prædeceſſorum, me obſervaturum, omnia capita fœderis, & conſtitutæ amicitiæ in hanc uſque diem, & illa ſacra & inviolata cuſtoditurum, quemadmodum ſignis meis declaravi.

Omnes Baſſæ, ſupremique Imperii Magnates, obſtricti ſunt certis anni temporibus, tempore circumciſionis liberorum, & quando ab adminiſtratione officiorum redeunt, munera Imperatori offerre.

Quantum ad ipſum Imperii Turcici Regimen, & juriſdictionem, exploratum eſt, nullum unquam Principum, tot Provincias ac Regna imperio tenuiſſe, quot Othomannica domus armorum virtute obtinuit. Siquidem Imperii Othomannici fines, à Dalmaticis partibus, Italiæ confiniis incipiendo, ſeſe in Epyrum, totamque Pelopponeſum & Græciam extendunt, complectentes majorem in Oriente inſularum partem, continent 1500. milliarum Conſtantinopolim uſque. A littoribus Pont. Euxini, uſque ad ultimos Europæ terminos iidem uſque in Aſiam prolatantur, & ſpatio totidem milliarium, in Ægyptum ducti ad Nilum uſque, & ultimos Aſiæ limites proferuntur. Hinc itur in Africam cujus omnia fere litora Turcæ poſſident, uſque ad Freti Herculei anguſtias, paucis, quibuſdam exceptis, quæ à Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ poſſidentur. Omnes hic circuitus per mare dimenſus, complectitur ſpatium octo millium milliarium, neque vero huic terrarum circuitus minor erit.

Univerſum hoc Imperium, diviſum eſt ſub Regimine 20. *Beglerbeorum*, qui hodie Baſſæ dicuntur.

His, qui paulo ante 19. erant, Baſſa Cyprius cum magno Chriſtianorum damno acceſſit. Atque hi omnes perinde ac totidem Reges late imperant. In Europa tres ſunt, nimirum Græcia, Baſſa, qui major, cæteriſque potentior eſt, Budenſis, Temiſvarenſis. In Aſia tredecim numerantur, Natoliæ, Carammaniæ, Damaſci Aleppi, Tripolis, in Syria,

Syria, Babylonia, Balſara, Caramachaconani, Edræ, Livaſii, Maraſii, Cypri, In Africa tres ſunt, Cairus, Tripolis, & Algerium. Quibus omnibus adjungitur maritimus præfectus Belgierbejus dictus, qui littoribus & Inſulis Othomanico imperio ſubjectis præeſt vid. Theſoro politico nella Relatione di Conſtantinopoli p. 88.

Sunt præterea multi alii miniſtri, qui in aula magni Imperatoris vivunt.

Primum reperiuntur 4. Eunuchi albi, qui ex tribu Chriſtianorum à prima juventute delecti ſunt, hi præcipui, & primaria capita in aula Imperatoris ſunt.

Capi Aga magnus cubicularius Imperii Turcici, in palatio Imperatoris ſupremæ eſt auctoritatis, ſiquidem ille ſolus, quando ipſi placet, cum Imperatore loqui poteſt.

Secundus ab illo eſt *Chaſnadar Baſſi*, vel ærario præfectus, ad quod ipſi una clavis eſt, altera Imperatori.

Tertius *Chiſergi Baſſi*, magnus diſpenſator, vel ſupremus ornatus cuſtos, qui curam Imperatoris veſtium habet.

Quartus eſt *Serviagaſſi*, Præfectus aulæ, cui cura omnium palatiorum impoſita eſt.

Præter hos 4. Eunuchos ad hæc ſumma officia Sultani electos, alii plurimi ab officiis Imperatoris ſunt. Singuli horum Triginta in peculiari habitu, ſingulis præſunt officiis.

Quidam miniſtrorum, ipſis à menſa & patinis ſunt, in magno ſane numero, qui tamen à 4. reguntur.

Argibaſſi ſingulorum officia accurate obſervant.

Memmut Page, ſingulis diebus pro conſumpto pecuniam numerat.

Tertius eſt *Checaya* antigraphus curiæ, qui alienos examinat calculos.

Quartus vocatur *Mutpariazi*, qui amanuenſis officio eſt. Qui minoribus præſunt officiis, vocantur *Baltagis*, comitatus deductores numero 200. *Boſtangis*, hortorum præfecti numero ultra 800. ciborum magiſtri 500. ſtabularii 800. Equidem in palatio Imperatoris 14. millia numerantur tam maſculini, quam fœminini ſexus.

Exeunte extra palatium Imperatore, & in aliam provinciam diſcedente, ſecum comitatum 36. millium Janizarorum ducit, qui in pedeſtri ſtatione cuſtodiam corporis Imperatoris

peratoris conſtitut ſunt 44. millia *Spaſi* ſive levioris armaturæ equites habet, mille *Capigis* 2. millia *Solachis*, qui quotidie latera Imperatoris ſtipant, 4000. *Chaous* Legationibus adhiberi, & juſtitiam exequi ſolent. 500. Nobiles cibum ad menſam miniſtrant, uſque ad portam cameræ. Stabulariorum 3. ſunt millia. Venationis miniſtrorum 3000. Qui pro culina Imperatoris ligna cœdunt 8000 ſunt *Thavegiis* ſive proviſorum mille. *Therezi* ſartorum palatii 25000. piſtorum 600.

Quum iter in bellum inſtituitur, miniſtri armamentariæ artis 46. millium ſunt.

Dicti *Sebegis*, in fabrica armorum ſe occupant, & qui arma polire ſolent ſunt 14. millium. Inter aulæ magnates 4. præcipui Baſſæ ſunt, qui cum Imperatore totam machinam Imperii Turcici regunt. Eſt magnus *Vizir*, mari præfectus, 3. *Aga* Janizarorum. Capitaneus Conſtantinopol. qui *Vizir* vocatur, eſt velut Pro-Rex totius Imperii & omnium exercituum Imperaroris; magnus adhæc Cancellarius & caput conſilii.

Capitaneus ſeu maris præfectus. Ammiralis & Generalis militiæ navalis. *Aga* Janizarorum, Equitatui Turcico univerſo præeſt. Capitaneus Conſtantinopoli civitatem regit. Hi 4. Baſſæ ſummæ ſunt auctoritatis, qui etiam coronam Imperatori auferre, & illam alteri dare poſſunt. Hæc, & aliorum minorum officia, ut & magnificentiam Baſſarum vid. Les eſtats in deſcript. Turc. p. 117.

VIRES ET MILITIA IMPERATORIS TURCICI.

IMperator Turcicus centum quadraginta quinque millia equitum in ſuo Imperio diſcriptorum tenet. His annumerantur 15. millia portæ (quæ aula Imperatoris dicitur) equitum. Hi ſoli ex Principis ærario (*Caſna* dicto) ſtipendia mernetur. Illorum arma ſunt haſta, ſcutum, arcus. Præter galeam arma fore nulla habent defenſiva. Hi omnes milites pacis & belli temporibus, in ſtipendiis ſuis detinentur, adeo, ut Imperator aliquod ſuſcepturus bellum, nullos inſolitos adaugere ſumptus teneatur. Præter Janizaros. Turcæ pedites habent nullos, illi duodecim millium numerum

Digitized by Google

rum explent, vel etiam minori calculo absolvuntur. Janizari vero plerumque ex Christianis oriundi sunt. Hic peditatus, militiæ Turciæ præcipuus nervus est, deligenterque educatur. Stipendia singulorum quotidie sunt 4. ad novem usque asperos, & tribus singulis mensibus ex ærario Principis solvuntur.

Maritimas quod spectat Vires, illis Imperator Turcicus præ reliquis Principibus instructissimus est. Equidem in navali pugna habere solet plus quam trecenta navigia actuaria; computatis 14. onerariis, quas *Maonas* vocant. Præter hæc, multas alias triremes nullo negotio ædificare potest. Nam ubi ad Euxini litora opifices mittuntur, qui nemoribus densissimis consitus est, quam plurimas, brevi tempore extructas habebit, ita ut ultra mille aureos quælibet triremis non constet.

In tanta vero navium & triremium copia, remiges, nautæ & milites, reique nauticæ periti, in pauco sunt numero. In classibus, quodam utuntur hominum genere, dicto *Alappi*. Ex his 20. circiter singulis imponunt triremibus. Ex Persia adhuc alii advocati sunt, dicti *Chiurdi*, qui classi ad militiæ usum imponuntur. Quemadmodum vero illos, terra feroces & bellicosos, ita mari imbelles, & nihil curandos, esse constat. Cæterum hoc negari nequit, quod Imperium Turcicum nulla ex parte ad necessarium belli usum munitum sit, quia forsam muniendi peritiam Turcæ non callent, & nimium multitudini roboris virium suarum fidunt. Adjungendus hic est ordo & dispositio belli Turcarum.

DE OFFICIIS AULÆ TURCICÆ, ILLIUSQUE MINISTRIS ET ORDINE MILITIÆ EX JOANNE BAPTISTA MONTALBANO NON ITA PRIDEM EDITO.

FUlcimen Turcicæ potestatis ingens *Ianizerorum* turba est, qui velut prætoriani milites, Dominum custodiâ circumdant, & omni in subditos grassantur libidine. *Spai* equitibus priscis

priſcis ſimiles ſunt. *Baſſa Sangiaki* & *Beghi*, inſtar Senatorum ac Nobilium ſunt. *Chiauſſii*, *Capigiique* Tribuni, & Centuriones dici merentur. *Subaſſi* & *Azamoglani*, inſtar lictorum & aparitorum ſunt, qui latera Imperatoris ſtipant.

Janizeris ad honores rariſſimus patet aditus, ne ſecundæ fortunæ impatientes, rudes ſubditorum mores turbis implicent, & Imperatori minus fidos reddant. *Spai* vero, quibus cultior eſt animus, ad omnis generis dignitates evehuntur. Non tamen ideo *Janizeris* validiores aut magis metuendi, cum vix 1800. ſint.

Azamoglani hoc eſt tributi filii, qui teneris unguiculis exempti ad 12. uſque ætatis annum inter dura laborum & inopiam exercentur, ignarique parentum, pro tutela & obſequio, vel potius ſervitute Imperatoris educantur. Horum 26. millia numerantur, omneſque *Byzantii* commorantur, quibus ſolum duo aurei, quolibet menſe ad victum & veſtis annua dantur.

Vezirii Paſſe velut purpurati ſunt Senatores, per quos provinciæ & imperia reliqua adminiſtrantur. Ut quod olim apud Romanos Legati Provinciarum Præfectique erant, hoc illi Turcis ſunt.

Beglerbey titulus notat, quod Dominus ſit. Igitur *Paſſa Beglerbei* Legati dici poſſunt, quod alicui *Vezirio* ſemper in Provincia ſubſunt, & ſibi addictum ejus partem velut Legati adminiſtrant. *Teſtardarii* velut procuratores ſunt, quorum munus eſt, tantum imperatorios curare reditus.

Sangiaki & *Begi* præfecti dicendi. *Vezirorum* incertus eſt numerus, ſicut etiam *Paſſarum*, nam qui ſemel eo munere functi ſunt, ſemper nomen ac dignitatem retinent. Sex *Byzantii* commorantur, è quibus ſupremus colligitur Senatus, cui *Vezirius* primus (ipſis *Vezir Azem*) magna præſidet auctoritate, illoque in bellum diſcedente, *Vezirius* alter *Caimeham* hoc eſt locum tenentis nomine ſurrogatur. Atque hi *Vezirii* multis provinciis ut Ægypto, Arabiæ, Babyloniæ, Græciæ, Hungariæ Gubernatores dari ſolent. Qui ex adminiſtratione *Byzantinum* redeunt, quia fas non eſt, ſupra dictum ſupremi Senatus numerum excedere, recentior, nomine ac dignitate retentis, loco cedit, niſi contrarium voluerit Imperator.

Paſſarum numerus, qui haud ſatis unquam conſtat, numero

mero *Veziriorum* quintuplo ſemper major eſt. Hi quanquam dignitate *Veziris* minores ſint, ſemper tamen & ubique maxime ſunt conſpicui, ideoque filii ſororum vel filiarum Imperatoris ut plurimum cum *Veziris* matrimonia ineunt.

Teſterdaris in certo ſunt numero, quod Imperatoris cenſus valde ſint magni, plurimoſque requirant procuratores, qui uni ſuprimo ærarii præfecto, ſemper *Byzantii* agenti, rationes reddere, omnemque pecuniam emittere tenentur.

Sangiaki permulti ſunt, & unius cujuſque Urbis Præfecti, cui minores ſubſunt pagi.

Begis nulla eſt in Imperatoriam militiam poteſtas, aut inſigniorum uſus, niſi in proprios privatos milites. Illi vero ditiores ſunt quam *Sangiaki*.

Chiauſſi illi ſunt, qui per Provincias ad Præſides Imperatoris mandata perferunt, & exequi curant, quod munus apud illos imprimis honorificum eſt.

Capigii atrocioribus rebus admoveri ſolent, ut in inferenda morte & ſupplicio, præfectis & Gubernatoribus.

Capigii numero ſunt quadringenta, octonis aureis quolibet menſe ſtipendii loco donati.

Chiauſſi quingenta ſunt, & pro ſtipendo 30. aureos percipiunt. *Subaſſi* velut lictores aut magis ſatellitum & apparitorum præfecti dici poſſunt. Hi ordinariæ militiæ proprii ſunt miniſtri, quorum incertus numerus eſt, incertaque ſtipendia, nec tam Imperatori, quam ejus miniſtris famulantes.

Mutefar Aga & *Solakis*, pedites Sagitarii ſunt ambidextri qui utrumque Imperatoris latus claudunt. *Mutefar Agà* ex omnibus partibus & Religionibus conflati ſunt, aut excellente corporis fortitudine, vel quavis alia bellica Virtute conſpicui, quos tantum honoris gratiâ Imperator loco emeritorum habet militum. Horum 500. ſunt, queis ſingulis menſibus ſexaginta aurei in ſtipendium numerantur.

Coloniarum delectus, Auxilia, Socii, Reges & Tetrarchæ iidem hodie Turcis eſſe videntur, qui olim Romanis fuerunt. Siquidem capta Urbe qualibet, potentiores capite plectuntur, vel exilio puniuntur. Ubi *Ianizerorum* ſpajorumque numerus ſuppleri debet, tunc ex Chriſtianis ſubditis, æque ac Turcis delectus haberi ſolet, quo impuberes uti dictum à parentibus avelluntur, ut proprii obliti generis,

erga

erga Imperatorem novum obsequium & amorem à teneris annis imbibant.

Auxilia ex subditis, potissimum vero è Christianis conscribi solent, præsertim ex Hungaria, Dalmatia, Illyrico, Mæsia, Epiro, Thracia, Macedonia, quandoque ex ipsa Græcia, atque Asia. Hæc primum in hostes impellere solent, & primo objiciunt furori.

Classes penes Turcas per *Passas*, *Sangiakos*, *Begos* & *Raisias* regi solent.

Classes duas habent instructas, unam Bosphoranam, alteram Africanam, Africana plerumque variis in locis dispersa agere solet, quæ tamen ad nutum Domini paratam se sistit. Bosphorana pariter divisa, quæ tamen brevi tempore in unum cogi potest. Præcipuæ classis nervus *Byzantii* hyemat.

Universæ classi, ex *Veziriis* unus, quandoque duo præsunt, Alter Præfectus Generalis *Capitan Passa* dictus, alter ejus locum tenens. His in singulos menses mille aurei sunt assignati, præter alios innumeros proventus.

Numerus, uti in aliis rebus, sic etiam in triremibus exactus non servatur. Equidem 300. triremes ex constituto esse deberent, & tamen ultra 80. vel ad summum centum non reperiuntur. Pro illa classe, hominum quatuor aluntur millia, captivis, aliisque damnatis militibus exceptis.

Cæterum, Turcæ bella impigre obire solent, quanquam hyeme ab armis cessent. Exiguis ad bellum impedimentis ac sine muliebri turba abeunt. Penu, illis nauticus panis est, cum carne siccata farina, quæ in pulmentum excoquitur.

Universim plus equite valent, pedestre robor in *Janizerorum* præsidio est, quos nullis adhuc præliis fusos memorant. Equos habent formâ & expeditâ velocitate præstantes. Inter arma lanceis, & ensibus falcatis, latiore ferro, sed breviore quam nostri utuntur, quibus uno ictu loricas leviaque tegumina media scindant, clavam & acinacem alii ad ephippium appensum gerunt, missilibusque decernunt.

Pedites arcu, sagittis, vel sclopeto, & framea more Janizerorum prælia ineunt. Equites arcu & sagittis certant.

Illorum animas, qui in prælio perierunt, in cœlum statim putant recipi,

Est

Eſt ipſis militum genus quos Deli vocant. Hi pericula parvi admodum faciunt, & ſe verſicoloribus ſagis mirifice exornant, carnes ſibi perforant ac ſcindunt, foraminibus plumas aliaque inſerunt, ſciſſuris clavam aut frameam appendentes, ut nimirum in ſufferendis vulneribus patientiam, ipſiuſque vitæ contemptum oſtendant.

Adhæc, nihil magis Turcis ignotum eſt, quam artes bellicæ aliaque ſtratagemata. Pugnantes, omnia populantur, devaſtant, incendunt, & ultimâ ruina volvunt. Fides in bello ipſis nulla, niſi quæ utilis, materia belli facilis. Obſequii erga ſuperiores ſtudioſi, in ſubditos ac minores, ſuperbiâ, avaritia intolerabiles. In caſtra ipſe Imperator raro proficiſcitur, cui minime expedit in tam vaſta imperii mole caput rerum omittere, Sed *Vezirius* primus cum omnimoda ſemper emittitur poteſtate, cui nihil aliud præſcribitur, quam ut videat, ne quid Reſpub. capiat detrimenti. Conſilia belli, cunctis aliis præſentibus pertractantur. In caſtris rariſſime eveniunt ſeditiones. In quibus remedia ſeveritate quæri ſolent, quod potius miſericordia ex uſu ſalubris aſtimetur.

OPES.

COmmunis fert ſententia, Turcum quotannis 8. aureorum miliones exigere, de quibus ſex tantum eroganur 2. vero reconduntur: ſeorſim vero reditus conſiſtunt in 2. millionibus Caracciorum, tribus millionibus & quingentis millibus ex portoriis & vectigalibus, computatis animalium emolumentis. Porro in quingentis millibus aureorum ex bonis locatis, demum uno millione ex cenſibus bonorum caducorum, quæ fiſco inferuntur. Præterea exigere Imperator ſolet centum ſexaginta millia aureorum, ex tributis & penſionibus diverſorum Principum. At vero, quod ſi Turca, quemadmodum in cæteris, licentia in exigendis nummis abuti vellet, infinitam propemodum pecuniæ ſummam corradere poſſet, præſertim Conſtantinopoli, ubi incredibilis auri & argenti vis ex ſpoliis tot Regnorum coacervata cuſtoditur.

Digitized by Google

SERIES IMPERATORUM TURCICORUM ET PRIMUM DE ORIGINE OTHOMANNORUM EX JOANNE CUSPINIANO.

QUI primus in hac gente nomen tulit Othomannus, Galatiæ natales suos debet. Siquidem anno circiter millesimo, ducentesimo & quinquagesimo è Perside 4. familiæ cum totidem Ducibus, exercitibusq; per Europam,& Asiam late sunt vagatæ. Quarum auctores dicti sunt *Assembecci*, *Candelori*, *Garamanni*, *Othomanni*. Candelori Sinopen Regionemq; circa pontum occuparunt. Caramanni Ciliciam. Horum ultimus Abrahamus, auxilium contra Othomannos à Pio Pontifice per Oratores petiit. Utraque familia à Mahomete Othomanno, Turcorum Cæsare pulsa, ad patrocinium Assembecci confugit. Caramannus inter Mahometem & Soldanum Ægypti Dominum medius, cum utroque ambiguo marte pugnavit, & amicus Christianorum, Mahometi flagrans odio, multa perpessus est. Ubi vero minoris Armeniæ & Capadociæ terras possideret, sæpe quadraginta millia Assembeccus armatorum coëgit, dictus Usuncasan, qui Othomannis plures abstulit Urbes, Capadoces Armenos, Mesopotamios, omnesque finitimos subegit populos: ductâ in uxorem Imperatoris Trapenzuntii filia Christiana. Hic quoque Sarochum expugnavit, magni Tamerlani Nepotem, & multa alia præclarè gessit. Post mortem patris, filios non eadem excepit felicitas, multa enim illis Othomanni, multa alii, de Imperio sustulerunt.

Ultima Othomanni familia, eodem tempore Duce Othomanno, in Asiam primum minorem irruptionem fecit, succesſuque temporis reliquas familias supplantavit. Post sub Bonifacio V. Imperante Heracleo, Lex Mahometica circa annum Christi sexcentesimum prodiit. Anno Christi octingentesimo quadragesimo octavo, Seraceni ingenti multitudine Jerosolymam oppugnarunt,& Italiam vastarunt: & anno 1254. quatuor prædictæ familiæ *Assembeccorum*, *Candelorum Carmannorum* & *Othomannorum* prodierunt. Ex his ultimis, Soldanus magnus à meridie egressus, contra Orientem, omnes Regiones ad mare usque occupavit, terram spatio-

ſpatioſam & in ſeptem partes diviſam ſeptem ſuis Ducibus, quos ſecum attulerat, diſtribuit, illæ ab inhabitatoribus ſic ſunt dictæ. Othmaneli, Ermeneteli, Germenteli, Garchaneli, Andingeli, Menteſcheli, Karamaneli quoniam primus Dux lingua patria Othmanbeg, alter Ermenbeg, tertius Germenbeg, quartus Garchanbeg, ſeptimus Karamanbeg appellati ſuut. Primus vero Othmanbeg paulo poſt omnes devicit, ac ſuſtulit, Regionibuſque expulit. Cui diu reſiſtebat Carambeg, cum quo ſæpius decertans re infectâ domum ſemper rediit, ut apud Turcas proverbium eſſet, Karamanbeg futurus eſt perpetuus. Tota tandem à Mahomete Amuratis filio familia Karamannorum periit. Othmanbeg ſuis poſt nomen reliquit, ut omnes Othmanagli hoc eſt filii Othman dicerentur.

SERIES IMPERATORUM.

ANNO	
1259.	Oſmã Ertogrulis filius.
1328.	Urchan.
1359.	Morad I.
1389.	Abuhezid ſive Bajazet Hildrin, Κεραυνὸς, λαίλαψ.
1406.	Saleiman.
	Muſa.
	Iſa.
1412.	Muhammed I
1421.	Morad II.
1451.	Muhammed II.
1481.	Abulezeid ſ. Bajazet. II.
1512.	Selim I.
1519.	Suleiman.
1566.	Selimus II.
1575.	Murad III.
1595.	Muhammed III.
1604.	Achmed. I.
1617.	Muſtafa.
1618.	Oſman II.
1622.	Muſtafa.
1623.	Morad IV.
1640.	Ibrahim.
1648.	Muhammed IV. hodie imperans.

DESCRIPTIO REGIONUM IMPERIO TURCICO SUBJECTARUM.

GRÆCIA.

MORES GRÆCORUM HODIERNI.

UT antiqua momumenta, de his terris, Regimine, admirandiſque Græcorum paſſim vulgata miſſa faciamus,

ratio instituti postulat. Inpræsens nostri temporis Græcorum mores primis labris attingemus.

Qui hodie vivunt Græci in misera constituti sunt servitute, exceptis nonnullis paucis, qui modo sub Venetorum imperio degunt. Equidem Turca maximam Græciæ partem, tam continente, quam vero Maribus clausam, possidet. Illi qui sub Imperio Venetorum sunt, mitius vivunt, propter Religionis respectum. Tanta vero nunc Barbaries Græciam, olim omnis eruditionis matrem, pervasit, ut nulla in Urbe Academia reperiatur, nulla liberorum educatio ulli cordi sit. Omnes eadem utuntur linguâ, nimirum Græca corruptâ, quidam tamen cultius loquuntur.

Urbium incolæ, qui Venetos Dominos agnoscunt, æque perfecte Italicam ac Græcam linguam sonant. Illi etiam qui sub Turcico tremunt jugo, Græce & Turcice loquuntur. Nobiles ditioresque, illorum imitantur morem, & habitum quorum sub Imperio sunt. Plebs vero tam sub jurisdictione Venetorum, quamvero Turcorum, aliisque locis & insulis nihil ex antiquis retinet moribus. Omnes habent longos crines in occipite, præcisos in fronte, omnibus curta est supellex, nec lectis indormiunt, plumis refertis, sed in culcitris. Fœminæ cum viris nunquam comedunt, qui piscium potius, quam carnium esu delectantur. Albani, ut Scythæ iracundi sunt, validi vero in præliis pedestribus. Hi prædis summopere inhiant, & diversa à Græca & Sclavonica dialecto utuntur.

Qui in Epyro habitant, tempore æstatis catervatim extra suam Regionem excursiones faciunt, ob nimiam scilicet sterilitatem terræ, indeque in Macedoniam, Romaniam, & Natoliam abeunt, ubi pro Turcis operas manuarias exercent. In autumno domum redeunt, ubi per hyemem commorantur.

GRÆCORUM RELIGIO NOSTRI TEMPORIS.

GRæci à Romana Ecclesica (longum tempus est) secessionem fecerunt, sibique constituerunt Patriarcham, quem pro capite agnoscunt. Sunt autem in tota Græca Ecclesia 4. Patriarchæ, nimirum Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hyerosolimitanus, & Antiochenus. Verum illi qui in vera

sunt

ſunt Græcia, non niſi unum Patriarcham Conſtantinopolitanum agnoſcunt, illorum lingua à Moſcovitica parum diſcrepat.

Maxima vero Græcorum, Monachorum, & Sacerdotum caterva per totam Græciam diffuſa eſt. Ubi quælibet certum ſolvens tributum libero utitur Religionis exercitio, quamvis à Barbaris, qui nunc Græciam inundarunt, variis affligantur calamitatibus,

Montem Athos Græci in magna habent veneratione, in quo magna ſunt monaſteria & plurimi Religioſi, qui Græcæ Religionis ritus ibi exactè obſervant. Hos Turcæ plurimi faciunt, adeo ut illis etiam eleëmoſynas colligant. Nemo inter illos eſt, qui in otio viveret, ſed omnes aliquam artem mechanicam exercent.

Habitus illorum valde exigui eſt pretii, neque ſubucula ex lino gerunt, ſed lana aſpera. Literarum planè ſunt rudes, ita ut nec ſcribere, nec legere norint. Peregrinis, qui per montem illorum iter faciunt, ſine expenſa pecunia cibum gratis Præbent.

INSULÆ ARCHIPELAGI, QUÆ TURCO PARENT. MORES INCOLARUM.

QUanquam hujus inſulæ habitatores ad Græcorum in pleriſque vivant morem, in multis tamen ab ipſus diſcrepant.

Et quidem ingens hic eſt Piratarum numerus, qui undiquaque incolas invadant. Quapropter in multis locis excubias, præſertim in altis montibus, collocant, ut illorum adventus à longinquo ſciri queat. Noctu faces accendunt, ne imperati inveniantur.

Inſula Pathmus à Chriſtianis incolitur Græcis, qui ibi omni fruuntur ſub Turca libertate, ſoluto certo tributo, quod illis imponi ſolet: habent etiam Turcicum Magiſtratum. Terra à Chriſtians colitur.

Qui Inſulam Cos incolunt, hac, viſo ſerpente laborant ſuperſtitione, ut credant eſſe filiam Hypocratis.

latium egredi non licebat, timentes ne lapidarentur. Illē qui permittebat sua imminui bona, ipsi infamiæ nota inurebatur. Regimen in tres partes dividebant, primum in illo locum assignabant Sacerdotibus, alterum terram cultoribus, tertium militibus. Sacerdotum erat, omnes controversias tam politicas quam alias dirimere. Ruricolæ fruges in commune dividebant. Sacra Deorum cum musica & hymnis peragebant jactantes, quod Jupiter de cœlis ad se descenderit.

Aurum & argentum, aliaque metalla alio transferre ulli, nec Sacerdotibus extra Templa sub pœna capitis ire permissum erat.

Sacra illorum dona & imagines deorum accuratissime observabant.

Terram illam, quæ 200. stadiorum post delubra erat, sanctam coluērunt. Judæi qui Judæam, Samariam, & Galileam aliasque Regiones incolebant, peculiares suos observabant ritus, per Moysen à Deo imperatos, quibus alii ritus ex longa consuetudine accesserunt, quos impense custodiebant: cujus rei documenta plurima, tam apud Veteres, quam recentiores auctores reperiuntur, nec opus est illis his, utpote maximam partem Christianis notis immorari.

MORES HUJUS TEMPORIS.

MEdiam Natoliam vilioris conditionis homines incolunt. Turcæ, qui per omnes hujus ditionis locos dispersi sunt, magis simplices & bardi, quam ulli alii sunt, neque tam cruentos habent mores, atque illi, qui Christianam ejurarunt Religionem. Nullæ ibi Nobiles reperiuntur stirpes, sed omnes æquales sunt conditionis, & velut mancipia. Ruricolæ pigri & otiosi vivunt, & exiguam curam colendæ terræ impendunt. Capadocia à Græcis incolitur, aliisque Turcis, Judæis, Arabibus Armeniis. In Cilicia pauci commorantur. Palæstina omnium Nationum, sicut Arabia, frequens est. Solent Religiosi S. Francisci, qui maximam partem Itali sunt, creare Equites S. Sepulchri, illorumque magnus magister, patenta peregrinis concedit, qui se eo conferunt.

Natura Arabes fusci, animosi, subtiles, superstitiosi, nego-

Digitized by Google

negotiis dediti, vindictæ cupidi & turbarum, novarum rerum ſtudioſi, magni latrones, viatoribus maximi inſidiatores ſunt. Adhæc plus callidi quam potentes, prælia ſine ordine ineunt, ex omni parte hoſtes urgentes, donec catervas perrumpant. Ubi ab amicis impetuntur, ſtatim diffugiunt, mox iterum coituri. Arma illorum ſunt arcus, ſagitta. Qui per Arabiam deſertam, iter in mediis arenis faciunt, ſtellas ut conductores obſervare tenentur, neque viatoribus illo ſe conferre ſine apparatu ciborum & amicorum eſt integrum.

Fœminarum amori, Arabes admodum ſunt additi, quas plurimas ducunt, neque ulli permittunt, aperta facie in publicum procedere.

In Felici Arabia multi ſunt, qui pecuariæ rei operam navant, reliqui ſe mercaturâ occupant.

Veri Arabes ſub tentoriis agunt, illi vero qui in oppidis degunt, Mauri vocantur. Theſaurus illorum conſiſtit in camelis, equis, & armis, quæ loco hæreditatis liberis relinquunt.

Incolæ Turcomannorum magni prædones ſunt, qui ex Tartaris originem ſuam trahunt, & ſub tentoriis vitam degunt, pecudes paſcentes. Alii horum terram laborant, & mechanicas artes exercent. Optimos ibi Tapetes conficere ſolent.

RELIGIO.

PRæter Mahometanos, qui in omnibus his commorantur Regionibus, etiam alios diverſæ Religionis mortales reperiri eſt. Sunt enim ibi primum Judæi, dein Chriſtiani, qui partim Eccleſiam Romanam ſequuntur, partim etiam privatim vivunt. Catholicam Romanam Eccleſiam ſequuntur mercatores Veneti Raguſiani, Franci, aliique plurimi mercatores, qui in Alia Syria, &c. mercatum exercent. Hi à Religioſis S. Franciſci omni ope juvari ſolent, qui Hieroſolymæ & Betlehemi habitant.

Hujus loci incolæ converſi ſunt per Bartholomæum Bolonienſum ordinis S. Dominici, qui factus fuit Epiſcopus anno 1337. ſub Joanne XII. hodie tantum 12. oppida

abundat. Qui Pamphiliam incolunt, reditus magnos faciunt ex materiis quas *Camelot* vocant. Capadocii ex argento ſuo ingens ſibi parant commodum, tum vero ex ferro, aluno, criſtallo, jaſpide, pretioſis lapidibus, alabaſtro.

Cilicii magnam habent copiam pulchræ materiæ camelot dictę, ex qua à peregrinis magnum percipiunt lucrum. Qui in Judæa ſunt, à peregrinis, qui ad S. Sepulchrum eunt, pecuniam accipiunt. Phœnicia mercatu celebris Regio eſt, quo Arabia felix præſertim beata eſt, ob abundantiam aromatum, unionum, & lapidum pretioſorum. Præter hæc odorifera thura toto præſtat mundo. Mecca locus mercaturâ clarus eſt, in quem multi ex Æthyopia, India, &c. confluunt mercatores, reliquum commodum à peregrinis viatoribus percipitur. Aden locus eſt, præ reliquis à mercaturâ & divitiis commendatiſſimus, ob multitudinem mercium, quæ ex India, Æthyopia, Perſia, huc adferri ſolent.

VIRES.

OPpidum Burge in Bythinia ubi Imperatores Turcici per aliquot tempus fuerunt, valde munitum eſt. In Caramania conſpicitur Urbs Laranda, cujus fortalitium plurimi æſtimatur. In Paphlagonia conſpicitur Amaſia, ubi munita reperitur arx, in colle ædificata, & præſidiario Turcico milite munita. Nec contemni debet Urbs Trebiſonde in Capadocia, quod ſatis munita, ab illo tempore quo à Turcis tenetur.

In ditione Ayaman in Arabia, tres magnæ conſpiciuntur Urbes valde munitæ, puta Manta, Narua, Baila. Præter ingentem arcium numerum. Aden valde munita eſt, in qua multus præſidiarius degit miles. In Syria arx Damas ſatis commoda eſt, nec illa contemni debet, quæ in Antiochia eſt. In Comagena Urbs Alep magni eſt pretii. Reliqua loca hujus Regionis in minore ſunt pretio.

DE STATU REGIONUM TURCÆ IN AFRICA SUBJECTARUM.

MORES VETERES.

HujusRegionis fœminarum quęlibet, antiquitus ex femore ſuſpenſum æreum circulum gerebat, quod adhuc

huc hodie in plurimis obſervant Africæ locis, præſertim intra Mauros, qui promiſſum gerunt capillitium, in quibuſdam locis ita erant ſordidi, ut morderent & occiderent repertos pediculos dentibus. Hi dicebantur Andrimachides, qui cum pœnis juncti erant, quorum mos erat, filias ſuas innuptas in medium producere, Regique deflorandas exhibere, qui ex omnibus unam forma & corpore præſtantiorem eligebat, illorumque votis ſatisfacturus, cum illa concumbebat, priuſquam in mariti poteſtatem traderetur. Alii ex his capillos ex occipite longos promittebant. Sinciput calvum gerentes, contrarium hujus alii præſtabant. Hujus Gentis natæ ſingulis annis diem certaminis in Feſto minervæ inchoabant, in honorem hujus Deæ, confligentes invicem lapidibus baculis pro ſanguine uſque. Quæ in hoc minus Virgineo certamine mortem oppetierant, pro imminutis Virginibus habebantur, illæ vero quæ victrices evaſerant, quæſitis colebantur honoribus: illas velut coronatas curru ad Tritonidem locum circumvehebant.

Hic populus promiſcuo mulierum abutebatur amore. Quantum ad liberos, ex hac thori confuſione ſuſceptos, illi proximi ephœbis, in medium parentum aducebantur, quibus quemcunque eligendi, ſibique ſervandi poteſtas dabatur, atque ita pater amplius non erat in incerto. In hunc finem ſingulis ternis menſibus conventus indicebatur.

Ex his oriundi oris, perfidiâ laboraverunt, adeo ut etiam in proverbium Punica fides venerit, illos notans, qui ſemel datâ fide non ſtarent.

Ab omni tempore callidi fuerunt, quo nomine Hannibal Romanis ſatis innotuit, nec ipſis unquam defuit animus, etiam in factiones & invidiam expromptus. Rex Tremiſorum non niſi cum præcipuis ex aula loqui conſueverat, in ſignum affectatæ magnificentiæ.

MORES HUJUS TEMPORIS.

INcolæ hujus Regionis eodem fere vivunt modo quo illi, qui Fez, & Marocco Regiones incolunt. In quibuſdam Turcorum imitantur mores, quorum Imperium comiter obſervant.

Qui ex his oris originem ſuam traxerunt, nunquam Turcas ama-

amabunt, adeo ut exorto tumultu, illi inter primos esse solent, qui contra hos provinciarum suarum occupatores insurgant.

Cæterum, hujus Regni populi natura, optime ad sanitatem disposita est, laborum & ægritudinis patiens, & gravescentis senectutis plerumque capax, quæ nullis morbis obnoxia est.

Qui Provinciam Bugiam incolunt, divites Nobiles civilesque sunt. Quibus similes in tota barbarie frustra quæres. Veterem hanc observant consuetudinem.

Tunenses, præsertim Nobiles, nunquam sunt Divites, quod commercia nulla velint exercere. Illorum mores ad aliorum provincialium mores compositi sunt, excepto, quod hi in literis magis, quam alii, sint exercitati. Illi ex Carthagine valde sunt superbi, quanquam reapse miseri.

Ultimum, omnes Regiones mari proximæ prædonibus & latronibus plenæ sunt, in his multi Christiani reperiuntur, qui miseram serviunt servitutem, præsertim in Urbe Alger.

RELIGIO.

OMnes has incolentes oras, aperte Mahometanam Religionem profitentur. Mancipia Christiana, in sua quidem vivunt Religione, sed quæ cum infinitis miseriis & calamitatibus conjuncta est, ut vivi martyres merito dici possint. Cum duriorem habeant conditionem quam illi, qui in Regno Marocco degunt.

REGIMEN.

TRemissorum Rex, inter alios ministros Præfectum belli habet. Hic cum eadem, quâ Rex pollet auctoritate, in bellum ire solet. Hunc sequitur à Secretis magnus Secretarius, qui nomine Regis respondet. Ærario præfectus, cum illo, qui tributa distribuit. Capitaneus portæ dein est, vel Magnus cubiculo præpositus, qui se Regi sistit quando audientia datur. In cubiculo suo Rex ministerio mancipiorum suorum tantum, & fœminarum eunuchorumque utitur.

DIVI-

DIVITIÆ.

HÆ Regiones præ reliquis opibus sunt florentissimæ, ob mercatorum, qui eas frequentissimi adeunt, insignem abundantiam, excepta Tripoli, ubi piratæ sedem suam habent. Præter mercaturam, pastus etiam pecorum & mancipiorum frequentia, (qui suis dominis ad labores omnis generis obstricti sunt) illas ditat. Genuenses & Veneti illas sæpius visunt oras.

DESCRIPTIO BARBARIÆ HODIERNÆ, EX ITINERARIO LEGATI REGIS GALLIÆ Dn. DE BREVES IN ORIENTEM MISSI MORES GENTIS.

FŒminæ Turcorum prostratæ sunt pudicitiæ, quæ pro fœdo quæstu omnibus se prostituunt, ut peregrini, cum illis, non secus ac feris, pro castitate sua depugnare teneantur. Habent in hac Regione Turcæ musicam ex 4. Instrumentis constantem, quæ harmoniam valde dulcem exhibet. Tympana gemina habent, quorum unum nostro simile est, quo tybicines in pagis ex collo suspenso utuntur, illudque pulsant, alia sunt ex ære composita. In Nuptiis, circumcisione, aliisque festis solennibus majora adhibent tympana, quæ tam magna sunt, ut illis bajulandis 6. homines non sufficiant.

Tam illorum, quam aliorum fœminæ totum corpus panno subtiliore involvunt, ut præter oculos nihil pateat, loco calceorum, utuntur linteo subtili, quod usque ad malleolos porrigitur. Tibias & brachia pretiosis exornant lapidibus. Ungues sibi tingunt, herba aliqua dictâ Turcis & Mauris *Quena*, sibique palpebras & supercilia ut & capillos antimonio incenso, nigra faciunt.

VIRES.

PRæcipuæ Vires in Alger consistunt in X. millibus militum, qui ibi sustentantur, tam pacis, quam belli tempore.

Digitized by Google

pore. Suntque ibi 6000. Janizarorum, igitur quos ſunt C. *Mauſloulagas* ut vocant, 100. *Boniochaſſis*, 600. *Odobaſſis*, reliqui ſunt *Jodalches*, vel ſimplices milites ultra 3. millia.

Janizari corpus militiæ conſtituunt, & abſolutè ſtatum regunt, modo ſane tumultuario & peregrino, non pluris ipſum Imperatorem, quam alium Baſſam facientes. Hæc gens deperditæ malitiæ eſt, ex omni colluvie peſſimorum mortalium conflata, quæ ſplendido incedit habitu, armis egregie munita.

Præter hos milites locus etiam à Mauris & Judæis incolitur, quorum hic eſt magna copia, ſed hi rerum valde ſunt egeni. Longo, more Regionis, utuntur habitu. Cum Mauris arma tractare non liceat, commerciis operam dant.

DE ÆGYPTO.

MORES ÆGYPTIORUM VETERES.

ÆGyptii olim ad admirationem, ingeniis excelluerunt, adeo, ut Macrobius Ægyptios vocet artium mare quod hujus Regionis incolæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Medicinæ, aliarumque multarum artium inventores fuerint.

Primum cognitioni aſtrorum animos applicabant, & magiæ naturali inter illos celebri.

Primi XII. nomina Deorum invenerunt, ſtatuas erexerunt. Fæminæ illarum nunquam mercaturam exercebant. Nulla in Templo Sacerdotis officium præſtare potuit, ſupremus ex ſacerdotibus illis erat pontifex, cujus dignitas ad filium ejus devolvebatur.

Parentes ſenio graves, alere ex officio filii tenebantur.

In luctu, barbas promittebant, & longiores alebant crines. Fabas nunquam ſerebant, quas etiam comedere nefas erat. In ſacris tauros & vitulos, immolare conſueverant, vaccarum holocauſtum plane erat interdictum. In coviviis, hanc obſervant conſuetudinem, ſublatis epulis, corpus ex ligno factum ferebatur, & cuilibet convivarum oſtendebatur, cum hac ad quamvis allocutione: ede, bibe, nam ubi fueris demortuus ſimilis eris huic ſtatuæ.

Juvenes Ægyptiorum magnum ſenioribus faciebant honorem, quibus in via locum cedebant, & in conventibus de loco ſurgentes, commodiorē & primum ipſis offerebant.

Veſtes

Veſtes ex lana templa adituri, deponere tenebantur, neque demortuos cum illis humare permiſſum erat.

In vivendi ratione ſobrii admodum erant, quod ad menſam nihil quam cæpas, ovum, & vitulinam adferrent.

Reges tantam erga ſubditos adhibebant clementiam, ut ſubditi pro illorum vita & ſalute, ſe, liberoſque & omnia ſua bona conſecrarent. Demortuum Regem acerbiſſime luebant, veſtes ſcindere, templa claudere, nulla feſta celebrare, fora non frequentare, bis de die pro renovando luctu convenire, & in illo carminibus defuncti Regis vitæ ſanctitatem & Virtutes canere, in ſolenni ſervabant conſuetudine. Quouſque tempus luctus durabat, nullo cocto utebantur cibo, à vini potu & omnis generis delicatis ferculis abhorrebant, corpora nec unguentes, lavantes, nec in lecto dormientes, vel cum uxoribus agentes. Per totum vero tempus miſerabili ejulatu & lamentis mortem Regis urgebant, non ſecus ac ſi proprios perdidiſſent liberos.

Omnium vero mortalium Ægyptii maxime erant ſuperſtitioſi, & potius in idololatria ſua ridiculi, quod præter ſtatuas, etiam vivas & mortuas beſtias cultu proſequerentur.

Cum ex his diis aliquis eſſet mortuus, cadaver ejus linteolis involvebant, thure & balſamo unctum, illi magno cum clamore & ejulatu ſupremum venerationis honorem exhibentes, & lugubri habitu incedentes: ſi quis unam ex his beſtiis occidiſſet, nullis mediis à morte liberari potuit.

In noviſſimis honoribus, quibus demortuos colebant, nimium ſumptuoſi & curioſi fuerunt Ægyptii. Equidem ubi illorum parentes vita deceſſerant, velatis capitibus totam plorantes oberrabant Urbem; tandiu, donec cadaver eſſet humatum, ut alios illorum hic taceamus ritus. Solennia funerum triplicis erant Generis, unum valde ſumptuoſum, alterum non ita, tertium vilioris pretii. Poſtquam cadaver ad illis, quibus hoc datum erat officii, unctum eſſe, demortui laudes, juſtitiam, pietatem, ſapientiam, &c. decantare orſi ſunt, Deos rogantes, ut in beatorum ſedem adſcriberentur. Ultimum, omnes Ægyptii pro Nobilibus habiti ſunt: qui tamen pigritiæ molliciei, jactantiæ, mendacii macula notati erant, qui alienigenas dominos ægre ferebant, ſeditionibus, injuriis inferendis apti, & Legum rudes: ſuperbi, furioſi, æque laborantes ac nocentes aliis.

MORES

MORES HUJUS TEMPORIS.

HOdie pauci ex antiqua Ægyptiorum progenie reſtant. Hodierni incolæ vel Chriſtianam, vel Mahometam ſequuntur Religionem. Qui intra Urbes habitant, albicante colore, qui rura incolunt, nigricante tincti ſunt. Maximam partem bonæ ſunt indolis, & omnibus liberæ, valdeque in converſatione accepti. Verum habitatores Ægypti inferioris, reliquis civilitate morum potiores ſunt. Equidem pars in media Provinciæ ſita, à peregrinis raro viſitur, nec niſi à quibuſdam Æthiopibus. Altera vero quam mare alluit, ingens hominum multitudo frequentat, ex Europa, Barbaria & Aſſyria eo confluens. Has incolentes partes, læto & hilari ſunt animo, quo reliquas omnes Nationes ſuperant, præſertim ſaltandi mirifica conſuetudine.

Æſtivo tempore materia ſericea, hyeme, panno in veſtium uſum utuntur.

Omnes in capite tiaram gerunt, quam vulgo Dulipan vocant, hocque in hunc uſum, ut ſectæ hominum ab invicem diſtinguantur. Fœminæ in publicum nunquam, niſi velatâ facie prodeunt, Teſtatur de illis Leo Africanus, quod ſæpius in tabulis ſuis recentiores comedant caſeos, ſaleque optime conditos. Lacte etiam certo modo concreto veſcuntur, à quo genere ciborum peregrini ne quicquam comedere poſſunt.

Ædes tam exiles habitant, ut illas potius canum & ferarum, quam vero hominum manſionem crederes.

Maximam temporis partem, in arborum ramis quieſcunt, ut tranſeunte vento refocillentur.

Omnes equidem Ægyptii & Arabes, inter omnes alias Nationes, noctu humum cubile, leviter tecti habent. In natando admodum ſunt expediti, quod corporis exercitium incolis Nilus ſæpius extra ripas ſe evolvens; totaſque terras inundans ſuaſit, quo cimbis deſtituti, negotia ſua commode queant natando exequi.

Alexandria oriundi, & in Ægypto viventes, plerumque Arabice loquuntur. Verum Turcæ his permixti, peculiari utuntur dialecto. Troglodítæ plerumque, rudes, barbari, & paupertate miſeri ſunt.

RELIGIO.

TOta Ægyptus diverſarum Religionum aſſeclas habet, in qua Mahumetani, Chriſtiani, Judæi vivunt, quorum ultimi in minori numero & æſtimio ſunt. Quantum ad Chriſtianos, illi Ægyptum incolentes, vel extranei, vel in eadem Regione nati ſunt. Extranei, propter commercia eo confluunt, quæ in Alexandria & Cair florentiſſima ſunt. Eo non ſolum Veneti, Florentini, Raguſii, Galli, Angli, verum etiam Religioſi qui Jeroſolymis degunt commigrant, & ſacra ibi locorum adminiſtrant.

Chriſtiani in ipſa Ægypto nati, ab inundatione Barbarorum & crudelitate Sarracenorum & Turcorum liberiores, 50. millium numerum non excedunt. Quanquam vero Chriſtiani illorum locorum, quemadmodum & nos baptizati ſint, attamen ſimul more judæorum circumciſionem obſervant. Mille ſunt anni, & quod excedit, ex quo hæreſin Eutichianam profitentur, cujus errore ſe ab Eccleſia Romana ſeparant, ſacra ſua, lingua Chaldaicâ peragunt, Euangelium primum Chaldaicè, dein Arabice dicunt. Sacerdote cantante, pax vobis, tunc qui illos inter, natu minimus eſt, circumit, & manus illorum qui ſacris interſunt contingit.

Hi Patriarcham Alexandrinum pro capite agnoſcunt, & fidem Præsbyteri Joannis ſequuntur. Vetus Ægyptiorum Regimen, ſtatumque Regiminis uſque ad tempora Romanorum, (ubi Ægyptus in Provinciam redacta eſt) tum vero poſt tempora Romanorum qui fuſius cognoſcere deſiderat vid. Les eſtats, in deſcriptione Africæ p. 1265. 1271 1274.

JUDICIUM POLITICUM. DE POTENTIA TURCICI IMPERATORIS EX ORATIONE PHILIPPI CALLIMACHI.

TRia ſunt ſecundum quæ potentia Imperii alicujus judicari ſolet: Armorum, atque hominum multitudo, divitiæ, res geſtæ.

Ac ſane quanquam in Aſiæ illis diffuſis locis, Græcis & Latinis

Latinis ſcriptoribus pariter celebratis, quæ Turco nunc parent; tot florentiſſima olim Regna ſteterint, multitudine hominum, & frequentia Urbium celeberrima, hodie tamen ibi nulli priſci indigenæ ac cultores inveniuntur, ſed Natio Turcica ubique diſperſa, numero ſane pro tanto Imperio minus valida. Nec multum diſpar eſt ab Aſiæ ſolitudine. Status Regionum, quæ Chriſtianis ademptæ ſunt, in quibus aliquot Tranſlatitii ex Aſia Turcæ, pauci Græci, Bulgari, Servi, Epyrotæ omnes fere agriculturæ intenti & in occaſionem excutiendi jugi parati. Quod divitias attinet, ſi (quod verum eſt) illæ, in hominibus tributa & vectigalia pendentibus conſiſtant, pro explorato haberi debet, cum tanta pro conditione Imperii hominum ſit raritas, vectigalia etiam minora fore. Et quanquam tot Nationum prædas quondam convectarint, quibus immenſas ſibi cumulaverant opes, illæ tamen continuis bellis, illiſque cum Venetis in hæc uſque tempora graviſſimis protractis, ut plurimum infelici marte exhauſtæ ſunt, adeo ut illam ſua mole laborantem, rerumque vacuam Imperii Turcici machinam concordes Chriſtiani Principes facilius eſſent everſuri. Plura in eandem materiam apud dictum vid. auctorem. De duratione Imperii Otomannici, multa magni Viri diſſeruerunt, quæ ſane, vel ideo diu diuturna amplius eſſe nequeat, quod Tyrannica ſeveritate & non clementia ſubditi Imperii Turcici regantur. Ideo Imperium Otomannicum apud Bocalinum (in capit. quo errores Imperiorum examinantur) Europæ Principes falſe ridet, quod clementia & manſuetudine ſubditos ſuos tractent, ſibique barbarum & tyrannicum regendi morem exprobrent, cum per illam manſuetudinem à ſubditis ſuis indigniſſima quæque ferre cogantur. Verum teſte Polyb. lib. VI. *Ille Reipub. ſtatus optabilis & firmus eſt, in quo & privatim ſancte innoxieque vivitur, & publice juſtitia & clementia vigent.*

DESCRIPTIO PERSIÆ.
MORES PERSARUM VETERES.

Mos erat Priſcorum Perſarum, ut ſua palatia in altis montibus ædificarent, in quibus theſauros & pecuniam ex tributo ſubditorum perceptam ſervabant.

Cuilibet plures ducere uxores permiſſum erat, aliaſque concubinas etiam. Præmia viris dabantur, qui plurimos generaſſent filios, qui non niſi quinque annos nati, in parentum ſuorum conſpectum adducebantur. Intentio hujus legis hæc erat, ut interea liberi diem ſuum obirent, parentes illorum nullam haberent triſtitiæ materiam, quod illo non cognoverint. Adulti vere nuptias celebrare ſolebant.

Juventus Perſarum, à quinto anno ad 24 uſque, equitare & arcum tendere & præſertim vera loqui diſcebat. Rectores Juventutis omnium erant ſapientiſſimi, ſobrii, continentes. Pedeſtre iter aliquot ſtadiorum, per nives, arenas, & rivos conficere, continuis quandoque laboribus fatigari, juventus tenebatur.

Mane terram & hortos colebant, à meridie piſcationibus, & venationibus ſeſe occupabant, ubi prædas, ſagittis conſequebantur. A. 20. anno ad 50. uſque, ſtudia ſectabantur, foris litibus & mercaturæ ſtudiis non diſtinebantur: De mane conſilia inire, de illis vero non niſi perbene poti concludere ſoliti, exiſtimantes, mulius ex calido cerebro deſtinationes rerum profluere.

Potiores fortunæ conditione, ſibi obviam facti oſcula dabant, inferiores, potentioribus magnam præſtabant reverentiam. Demortuos, cera unguebant, magorum cadavera, canis dilaceranda relinquentes.

Deteſtandam ſervabant more gentis conſuetudinem, ut filii cum parentibus amore jungerentur.

In conſpectu Regis ſputum emittere, nefas ducebant, in aliquo ære eſſe, vilem valde rem exiſtamantes. Cælum ipſis pro jove colebatur, ſicut & ſol, cum luna, venere, igne, terra, aqua, vento, nullis tamen in uſum ſacrificiorum altaribus vel templis extructis. Aquis magnum habebant honorem, igitur in illas ſpuere, mingere, mortuorum cadavera projicere, ſub capitali pœna interdictum erat.

Qui Regi erat inobediens, poſtquam capite eſſet & brachiis vitiatus, inhumatus in campum projiciebatur. Inter illos, Parthi pro animoſis & valde fortibus habiti ſunt, & priuſquam divitiæ ipſis ſuperbiam perſuaſiſſent, ruſtico incedebant more.

Quantum ad armorum exercitia, militem non ex liberis ſubditis, ſed mancipiis ſuis conducebant. Qua de re, nemini

mini permissum erat de servo liberum facere, igitur illos multo complectebantur amore, & cum cura fovebant, quos illorum proprii liberi, in bellicis exercitiis exercebant, arcum tendere, equum tractare, &c. docebant. Auri & argenti usus tam vilis erat populo, ut illo non nisi ad vestium ornatum uterentur.

Quidam Autorum scribunt, quod illi, qui liberis erant destituti, amicis suis conjugum suarum copiam facerent, ut illorum ope patres fierent.

Religionis Deorumque curam curatius observabant, contra superbi, seditiosi, fraudulenti, opinionum sectatores, in negotiis admodum erant secreti, in verbis pauci, & potius metu pœnæ, quam respectu reverentiæ Magistratibus suis obsequia præstabant.

Medi molles & effœminati semper sunt judicati, egregii tamen equites, & qui arcum optime tendere noverant. Regi plurimus uxorum numerus, subditis, non nisi septem, permissus erat. Fœminæ dedecori vertebatur, si quæ se unius solum mariti uxorem diceret, igitur quælibet ad minimum 4. pro maritis agnoscebat.

In ineundis pactis, sanguinem more reliquorum Græcorum effundebant: cibus illorum ex radicibus maximam partem erat, nec alias feras nisi domesticas in quotidianum pastum mactabant. Assyrii olim duas habebant tunicas, quarum una erat promissior, altera brevior. In publicum prodituri, sceptrum manu gerebant, ornatu de cætero conspicui.

Virgines Nobiles quotannis in publicum vehebantur forum, & publicâ præconis voce vendebantur. Præmittebant vero pulchriores. Illis vero quas elegans non commendabat forma, pecunia, procos conciliabat. Mandatum erat publice, ut cum quis in morbum incidisset, consilium ab illo peteret, qui ex eodem morbo laborasset, tenereturque ab ipso consilium sanandi morbi sequi. Atque hoc in publica erat consuetudine, priusquam medicinæ cognitio invaluisset.

Cadavera hominum melle ungebantur, illorumque funera more Ægyptiorum celebrabantur.

Assyrii nunquam matrimonialis thori inibant consuetudinem, nisi prius frigida loti,

In honorem Veneris, quædam Virgines cum peregrino amorem colebant, in quem uſum, catervatim in templa coronis aliiſque ornamentis elegantes ibant. Tum proci expoſitam pudicitiam placentium ſibi pecunia emebant. Ex his inhoneſtis amoribus collecta pecunia, in commoda templorum ſervabatur. Strabo de aliis teſtatur, quod ſuo tempore 70. annorum Senes morti dabantur, ex levi ſane cauſa, cujus proximi conſanguinei dein cadaver comedebant. Vetulas ſuffocare ſolebant. Qui nondum ſeptuageſimum annum egreſſus erat, non manducabatur quidem, ſed terrâ obruebatur.

MORES HUJUS TEMPORIS.

HOdierni Perſarum mores maxime mites & grati ſunt, inter illos qui ultimas mundi oras incolunt. Commendantur præſertim à liberalitate, nec adeo barbari, quam Indi & Scythæ ſunt. Verum, multa prædiți ſunt affabilitate, contemptui alios non habentes, ſed bona politica regendi ratione ſecuri.

Plurimi illorum reperiuntur, qui in arte Medica & Aſtrologia, ut & Poëſi valde excellunt, ut cum admiratione loquantur. In mercatura exercenda pariter ſunt ſeduli, artium mechanicarum ſtudioſi. Fratres cum ſororibus, aliique proximæ agnationis mutuam inter ſe fovent amicitam. Nobilitati magnus apud illos habetur honor, contrarium Turci faciunt, imagines familiarum nihili æſtimantes.

Multi apud illos reperiuntur Illuſtres, divitiiſque clari. Humanitate inſigni prædiți ſunt, potiſſimum erga peregrinos, quibus omnem benevolentiam & humanitatis ſtudia probant. Has vero illorum virtutes vitium ſuſpicionis inquinat. Hac de cauſa mulieres illorum, ſe peregrinis tuto nequaquam poſſunt monſtrare, licet in reliquis multa fruantur libertate, quæ Turcicis mulieribus nulla eſt, quod inſtar mancipiorum vivant. Perſarum fœminas eximia formæ venuſtas commendat, cui adhuc elegantior accedit ornatus, adeo, ut pulchriores alibi vix reperiri eſt.

Hæc autem Perſarum indoles eſt, ut affectibus ſuis nimium indulgeant, & omnis generis voluptatibus vacent, amoris oblectamenta, & ſceleſti puerilis, inter præcipua habentes.

Habitus

Digitized by Google

Habitus illorum magnificus eſt, gemmis intertextus gratis perfuſus odoribus. Lingua Perſica, quod grata & dulcis eſt, etiam in multis aulis uſu frequens reperitur. Ab illo vero tempore, quo Mahometi hæreſin receperunt, Arabicam linguam loquuntur.

RELIGIO.

Post obitum Mahometi, auctoris ſceleratæ & per orientem diffuſæ hæreſis, Alii, Ababequer, Omar, & Oſman, ſe invicem unus præ alio pro illius vero jactant ſucceſſore. Ex hoc certamine natæ ſunt quatuor principales ſectæ.

Alii auctor illius fuit, quam vocant Imemiam, quam Perſæ amplexi ſunt, non ſecus ac Indiani & plurimi Arabum & Africanorum.

Perſæ, inter alias Orientales nationes ſuâ conſpicui ſunt Religione, Rex Perſarum Iſmael Sophi, ſuam ab Aliis deducens originem, ipſi magnam attulit auctoritatem.

Reperiuntur etiam in Imperio Sophii quidem Judæi, quorum prædeceſſores in Aſſyria fuerunt.

In Coroſa provincia Perſiæ illa ſecta tenaciter obſervatur, quæ in Græcia olim fuit condemnata.

Neſtoriani etiam ibi ſuas habent ſedes, nec non inter Armenios Chriſtiani, qui metu Turcicorum armorum eo ſe omnes contulerunt.

Cæterum, Perſæ (ut teſtatur Olearius) unum tantum credunt Deum, qui cœlum & terram creavit, Myſterium vero trium in Deo perſonarum non credunt. Salvatorem Noſtrum magnum Prophetam, verum Deum eſſe negant.

Porro etiam credunt omnes Angelos & Diabolos corpora habere, nam Alii qui Perſis ſanctiſſimus habetur, dicitur aliquando Diabolum occidiſſe. Hanc adhuc tuentur opinionem Angelos labi, Diabolos reſipiſcere poſſe. Illorum diem Dominicam, Veneris die Religioſe colunt. Ut à Judæis & Chriſtianis ſacrorum adminiſtratione diviſi eſſent. Nullas habent Conciones, ſed preces tantum peragunt. Priuſquam templa ingrediuntur, primum corpora lavant, tum verſus meridiem procumbunt. Quia nullis

untur campanis, tenentur quidam in Templi ſummitate ſtare, populumque alta voce ad Sacra vocare.

Alii pro ſancto & divino Viro habent, contra vero execrantur *Ababeker* cum omnibus ſuis aſſeclis. Fides illorum Mahometana eſt, & cum Turcis Alcoranum pro ſuo agnoſcunt. Cum vero Alcoranus multis in locis difficilior ſit intellectu, duos habent, qui illum interpretantur. Unus eſt *Tzafarſtaduck* aſſecla *Alii*, alter *Haniſſe*, diſcipulus *Alii* creditur. Perſæ interpretationem *Tzafars*, & Turcæ, *Haniſe* ſequuntur, diſputant etiam, invicem quis potior *Mahumedis*, potuiſſet eſſe ſucceſſor. Præter *Mahumedem* XII. *Imamen*, pro magnis habent Prophetis. Horum nomina ſunt: *Alii* primus, *Haſſan*, *Hoſſein*, *Seinel*, *Abedni*, *Mahumed*, *Kakur*, *Tzafar*, *Saduk*, *Maſai*, *Kaſum*, *Riſa*, *Mahum*, *Taggi*, *Alii*, *Naggi*, *Askeri*, *Mehedi* ultimum, multas non ſolum ducere uxores, verum etiam concubinas Perſarum Religio permittit.

REGIMEN.

PErſarum Regimen magis politicum eſt, atque reliquorum Mahometiſtarum, & quod potentia Regalis, ad meliorem regulam politicam exacta ſit, quam in aliis hujus ſectæ addictis Regionibus. In Reliquis Regnis, Reges Nobiles exterminant, mancipiorum contenti ſervitio. Fratres è medio auferunt, vel oculis privant. Contra Reges Perſarum, humaniter fratres tractant. Nobilitatem magni faciunt, & ſubditos cum clementia habent, qui tamen magnis muneribus Regem, Illiuſque miniſtros ſemper placare tenentur, ſi quos negotiorum ſuorum ſperant ſucceſſus.

Qui miniſtri in aula Regis ſunt, ex enumeratione Ampliſſimi Viri Olearii in Hiſtorica Perſiæ relatione vocantur.

Primarius *Eahtemad Dowlet*, ſive Regni Cancellarius à Regis ſecretis & conſiliis. Huic totius Regni cura commiſſa eſt, ideoque titulo Pro Regis gaudet & pro libitu de rebus diſponit.

2. *Kurzibachi* caput eſt ſupra X. vel 12000. militum, pila & arcum gerentium, qui paſſim per provincias habitant, libereque vivunt, & ubi in caſtra eunt, ſub illius Imperio eſſe, tenentur.

3. *Meheter*,

Digitized by Google

3. *Meheter*, sive à cubiculo, qui præsens Regi in omnibus conventibus esse debet tam die, quam nocte, ideo in ædibus concubinarum excubare semper solet. Majorisque auctoritatis illius apud Regem sermo est, quam ipsius Cancellarii.

4. *Wakenais*, Consiliarius Cameræ vel à Secretis, qui Regias scribit literas, tum publica per universum Regnum Regis nomine mandata. Hujus officium etiam est, reditus & impensas Regni notare, in quem usum ipsi 40. Scribæ suas præstant operas.

5. *Diwanbeki*, supremus Regionis judex, qui in judiciis ad mortem damnatos, vita exuit. Ipsi in judiciis *Seder*, & *Kasi* Ictorum nomine adsistunt.

6. *Kulagasi*, supremus ministrorum Rector est, quorum octo millia numerantur.

7. *Eischikagasi Baschi*, magnus Mareschallus, qui supremus est supra 40. *Eischikagasi*, & alios *Imamculi Sulthan*. Hi in diversis habitant locis, & quolibet medio anno in aula præsentes esse debent. Hi excubias portarum habent.

8. *Jesaul Sohebet*, peregrinorum Mareschall, qui illos excipit.

9. *Hasir* aulæ præfectus, omnium illorum curam gerit, quæ ad culinam spectant.

10. *Tuschonat*, culinæ præpositus, & Regiæ mensæ provisor.

11. *Dawatter* Secretarius, qui Sigillum, chartam, atramentum aliaque Regi ministrat.

12. *Myr-achurbaschi*, supremus stabuli Præfectus.

13. *Myrischikar* supremus Venationis magister.

14. *Sekbahnbasci*, supremus Venationis super Canes præfectus.

15. *Jesaulkor*, Regis Mareschallus qui Regi viam parat.

16. *Saffretzii*, qui Regi cibum ad mensam scindit & ministrat.

17. *Abdar*, qui aquam Regi ad lavandas manus porrigit.

18. *Chasinedar*, Thesauro præpositus.

19. *Ambardar*, Annonæ præfectus.

20. *Jesaul Neser*, qui Regios servat calceos.

21. *Mehemander*, qui peregrinis Legatis, quam diu in Regione ſunt, adeſſe, illiſque ſervitia præſtare tenentur.

MINORIS CONDITIONIS MINISTRI SUNT.

1. *Iſchikizibache*, Vigilum præfectus.
2. *Tzabedar*, magiſter artis equeſtris.
3. *Tzartzi*, præco Regiorum mandatorum.
4. *Shelaudarbaſchi*, ſervis præpoſitus qui equorum curam gerunt.
5. *Kitabdar*, Bibliothecæ præfectus.
6. *Meamer*, Architecturæ regiorum palatiorum præpoſitus.
7. *Moſtof*, Aulæ Scriba, qui alios ſub ſe habet miniſtros.
8. *Seraider*. ædium præfectus.
9. *Klitar*, clavium curam gerens.
10. *Muſchrif*, Scriba Rationum.
11. *Scherbedar*, bellariorum adminiſtrator.
12. *Canati*, piſtor Sachari.
13. *Omaizdar*, qui Regios pueros, alioſque miniſtros tendere arcum docet.

DIVITIÆ.

PErſiam, ſericum incredibili abundantia confectum ditat. Hoc non ſolum incolis, verum etiam multis peregrinis Nationibus, ſatisfacit. Adhæc in Perſia mercatura unionum, & pretioſorum lapidum celebris eſt, quibus commoditas maris navigabilis accedit.

Bactrianorum Ditio, metallorum & pretioſorum lapidum ferax eſt. Ut ſmaragdi, chryſolitis, hyacinthi, ex quibus incolæ magnas conſequuntur divitias. Qui divitias Perſici Monarchæ ſcrutati ſunt, in uno earum non acquieſcunt calculo. Siquidem nonnulli ipſi tres milliones, alii quinque annumerant. Non videtur tamen veriſimile, Regem magnas poſſidere divitias ex his quidem duabus rationibus. Prima eſt, quod Tammas Sophii publice mandarit, ne tributum ab illis amplius exigeretur, qui Regionem vel ingrederentur,

derentur, vel etiam ab illa discederent. Illud tributum ad 90. millia *Tomans*, hoc est ad millionem & 800. millia coronatorum ascendit. Altera ratio est, quod omnes Persiæ status in VII. provincias sint divisi. *Ispaan* reddit 700000. coronatorum. *Syras* etiam tantum: Ex decimis fructuum quos terra producit maximi colliguntur reditus, tum vero ex minis & tabernis. Equidem illi, qui tabernas aliquas collocare volunt, certum Regi tributum quotannis pendere tenentur. Ex donis quoque non parvi colliguntur thesauri, non secus ac ex aliis bonorum confiscationibus.

VIRES.

VIres hujus Regni, magis in robore suo, quam multitudine hominum consistunt. Triplicis ordinis ibi sunt milites. Primum Rex continuo stipendiis sustentat, alter est illorum, qui Timarioti vocantur, & in equestri sunt militia, illis assignatæ terræ, loco stipendii sunt, peditatus in minori est abundantia, etiam maritimis Persæ minime pollent viribus. Tertius ordo est peregrinorum, pro nummis ex Tartaria conductorum. Armorum rerumq; ad militiam spectantium nullam fere norunt præparationem, quanquam metallis illorum Regio abundet, ideo nec obsidere Urbes, ne vallum struere aut quicquam horum simile facere norunt, Vires suas in equitatu numeroso ponentes. Ad ignorantiam artis militaris aliud discordiæ inter subditos accedit malum, quod ex duobus fontibus promanare videtur, primus est nimius Imperantis fastus, alter, itinera minus expedita, & fluvia navigiis impervia.

Siquidem omnes fluvii in mare Caspium se diffundentes, mediam velut Regionem siccam relinquunt. Deserta adhæc loca, plurimique montes, Regionem ab invicem separantes, illam non dissimilem Hispaniæ præstant.

Quantum ad numerum equitum, quem Rex in castra expedire potest, observatum est in bellis, quæ inter Ismaelem & Selimum, & eundem Ismaelem & Solimannum intercesserunt, quod ultra 30000. equitum producere potuerit, leviter tamen armata, & quæ minus terrere possent. Illi, qui aliquas habent opes, eadem cum nobis utuntur armatura, reliquis arcus, & telum sufficiunt. Quod

vero

vero Sophi tantam jacturam, ut plurimum in bellis patiatur, culpa eo ſita eſt, quod nimium peditatui ſuo fidat, nullum pedeſtre robur vel etiam munitiones locorum curans. Plura de inſtitutis, moribus, rebuſque geſtis Perſarum ſcire cupientes remittimus ad Petrum Bizarum Sentinatem. Henric. Porſium. Philipp. Callimachum Jacob. Geuderum. Joſeph. Barbar. & Ambroſ. Contaren. Joan. Thom. Minadoum & alios.

SERIES REGUM PERSIÆ. EX DESCRIPTIONE TAXEIRÆ.

Kajumarras, pro prudente, animoſo, & liberali benignoque habitus, electus eſt Rex: cujus pedes ſubditi in ſignum ſubjectionis oſculo exceperunt.

Fuit filius Aram filii Semi, filii Noë, quem Perſæ vocant ſecundum *Adamum*. Habuit Filium *Nacek Kajumarras*, qui à Sicariis interfectus eſt.

Ouxangh Rex Perſiæ, ſibi traditum Imperium bene rexit, habuit filium dictum Tamures, lapide eſt occiſus cum 50. annos imperaſſet.

Tamures Diuband Rex Perſiæ, qui voluit ligare Diabolum, hic populo remiſſionem tributorum fecit. Mortuus eſt in *Uzbek* in civitate *Balk* cum 30. annos imperaſſet.

Jambxed Rex Perſiæ, ſecundum alios filius Tamures, ſecundum alios conſobrinus ejus, homo magnâ prudentia præditus, & valde animoſus. Granaria conſtituit & vinum in Perſia invenit.

Zoachk Tyrannus Perſiæ, dum quæreret *Frayhdum* filium *Jambxed*, quem mater ſecretum tenebat, occiditur à *Kaoah*.

Frayhdun factus Rex Perſiæ, honorat & muneribus afficit *Kaoah* ductâ uxore filios ſuſcepit, qui inter ſe bella geſſerunt.

Fuit *Frayhdun* bonus Rex, ſapiens, & amicus bonorum valde animoſus & liberalis.

Manucher Rex Perſiæ.

Naudar Rex Perſiæ.

Bazab Rex Perſiæ.

Kaikobad Rex Perſiæ.

Kaykaus Rex Perſiæ.

Kaykozrras

Kaykozrrao Rex Perſiæ.
Loraſph Rex Perſiæ.
Guſtaſph Rex Perſiæ.
Bahamandaraz Rex Perſiæ.
Darab Kebar Rex Perſiæ.
Darab Sequer vel *Kuchek*.
Aſcandar vel *Alexander*.
Inter regnum Perſiæ.
Xapur Rex Perſiæ.
Ardxir Baba Khon Rex Perſiæ.
Xapur zabel hetaf Rex Perſiæ.
Baharon Kermonxa Rex Perſiæ.
Yazdgerd, Rex Perſiæ.
Baharon Gur Rex Perſiæ.
Yazdgerd Rex Perſiæ.
Hormoz Rex Perſiæ.
Pheruz Rex Perſiæ.
Belax Rex Perſiæ.
Kobad, Rex Perſiæ.
Keſere Anuxiron Rex Perſiæ.
Hormoz, Rex Perſiæ.
Khozrrao Paruez Rex Perſiæ.
Kobad Xypuyhe Rex Perſiæ.
Ardxir Xyruyhe Rex Perſiæ.
Xarear Tyrannus Rex Perſiæ.
Joon Xir Rex Perſiæ.
Turon Dekt Regina Perſiæ.
Jaſancedab Rex Perſiæ.
Azarmit Dokt Regina Perſiæ.
Keſere filius *Jaſancedah* Rex Perſiæ.
Ferrogzad Rex Perſiæ.

Yazdgard, ultimus Rex Perſiæ in illa prima parte.

Poſtea Arabes Perſiam invaſerunt.

Mahumed, vulgo dictus Mahoma poſtmodum X. annos imperavit cui mortuo, poſt multas turbas & certamina ſucceſſit.

Abubakar, cognomento *Kalefalis*, quod nomen primarium aliquem notat Virum, quo etiam omnes ejus ſucceſſores dein uſi ſunt.

Homar ſecundus *Kalifach* Perſiæ.

Oſman

Digitized by Google

Oſman tertius *Kalifah* Perſiæ.

Morts Alii quartus *Kalifah* Perſiæ.

Acem quintus *Kalifah* Perſiæ.

Mauvya ſextus *Kalifah* & Dominus Perſiæ, anno ſalutis 662.

Yhezid ſeptimus *Kalifah* & Dominus Perſiæ, anno ſalut. 682.

Mauvya factus *Kalifah*. 8. & loco depoſitus, anno ſal. 685.

Marwan nonus *Kalifah*, qui Arabes ſuperavit, an. ſal. 686.

Abdel Malek decimus *Kalifah*, anno ſalutis 703.

Oelijd undecimus *Kalifah*, qui per Perſiam ſuum ampliavit Imperium, anno ſalut. 716.

Soleymam duodecimus *Kalifah*.

Hamar Tertius decimus *Kalifah*, anno ſalut. 720.

Yhezid 2. quartus decimus *Kalifah*, anno ſalut. 724.

Oxon quintus decimus *Kalifah* & Perſiæ Dominus, anno ſal. 773.

Oelid 2. ſextus & decimus *Kalifah* & Perſiæ Dominus.

Yhezhid 3. & ſeptimus decimus *Kalifah* & Perſiæ Domin.

Ebrahem Octavus & decimus *Kalifah*.

Marwan ſecundus, nonus & decimus *Kalifah*, anno ſalut. 751.

Safah Califah Vigeſimus, anno ſalut. 754.

Abu Jafar Kalifah vigeſimus primus, anno ſalut 763.

Mahadij, Bila Kalifah 22. anno ſalut. 777.

Eladij Bila Muſa ben Mahadi 23. *Kalifah*, anno ſalut. 787.

Arraxid Bila Harun Kalifah quartus & vigeſimus, anno ſalut. 804.

Mahamed Amin Kalifah 25.

Mahamun Ben Arun Kalifah 26. anno ſalut. 821.

Abu ezach Matacon Kalefah 27. anno ſalut 829.

VVacek Kalifah 28. anno ſalut. 838.

Almoto VVakel Bila Jafar Kalifah 29. anno ſalut. 850.

Mentacer Bila Kalefah trigeſimus.

Abul Abas Hamed Kalifah, 31. anno ſalut. 860.

Moſta Hhin Kalifah 32.

Almatez Bila Kalifah 33. anno ſalut. 886.

Motadij Bila Kalifah 34.

Almat Hamet Bila Kalifah 35. anno ſalut. 868.

Matazed Bila Hamed Kalifah 36. anno ſalut. 898. &c.

Mektafi

Digitized by Google

Moktafii Bila Kalifah 37. anno ſalut. 907.
Moktader Bila Kalifah 38. anno ſalut. 909.
Jafart ben Matazed Kalifah 39. anno ſalut. 926.
Kaher Bila Mahamed Kalifah 40. anno ſalut. 935.
Razij Bila Mahamed Kalifah 41. anno ſalut. 939.
Moktafij Bila Ebrahem Kalifah 42. anno ſalut. 943.
Moſtachfii Abdela Kalifah 43. anno ſalut. 944.
Motyah Bila Kalifah 44. anno ſalut. 949.
Tuyaha Abdel Carim Kalifah 45. anno ſalut. 979.
Kader Bila Hamed Kalifah 46. anno 1030.
Kahem vel *Alkahem Kalifah* 47. anno ſalut. 1034.
Almocktadij Bila Kalifah 48.
Almoſtazer Bila Kalifah 49. anno ſalut. 1119.
Almoſtarxed Bila Fazele Kalifah 50. anno ſalut. 1136.
Raxet Bila Kalifah 50. anno ſalut. 1139.
Almoktafij Bila Kalifah 52. anno ſalut. 1161.
Almoſtanget Bila Iſſuf Kalifah 53. anno ſalut. 1119.
Almoſtanzy benur elah Acon Kalifah 54. anno ſalut. 1180.
Nacer, vel *Nacete Ladin Kalifah* 55. anno ſalut. 1226.
Alzaher, vel *Alzaher Bila Mahemed Kalifah* 56. anno ſalut. 1227.
Almoſtancer Bila Manſur Kalifah 57. anno ſalut. 1244.
Almoſtacem Bila Abdula Kalifah 58. anno ſalut. 1258.

Sequuntur nomina Tartarorum & Mogolorum, qui in Perſia Imperium tenerunt.

Chinguyskan filius *Sukijh Padur.*
Oktaykahon, filius *Chinguyskan.*
Gayukham filius *Oktaykahon.*
Manchukahon filius *Tulykan.*
Vlahkukan, Germano ſucceſſit.
Haybkaykhan filius *Vlahkukhan.*
Hamedkhan, antea dictus *Nicudar Oglan.*
Argonkhon filius *Hahkaykhon.*
Badukhan filius *Turgahe*, filius *Turgahe*, filius *Vlahkukhan.*
Gazun filius *Argon* filius *Habkaykhan.*
Alyaptu dictus *Sulton Mahamed Argon.*
Sultan Abuſayd Bahederkhon filius *Alyaptu.*
Teymurlangh filius *Bujankan.*
Mirzahxarok filius *Teymur.*
Ologbbek qui in vita patris ſui *Mirxarrok* terris *Turkeſtam* præfuit.

Mirzah

Mirzah Abdelatife.
Mirzah Abdula frater *Abdelatife.*
Mirzah Sulton Abusayd filius *Mahamed.*
Mirzah Sulton Hamed filius *Abusayd.*
Mirzah Pabor consobrinus *Hamed.*
Mirzah Sultan Ocem filius *Mansur.*
Bahadi, o pedy Amazon, & *Musafar Mirzah.*
Miromxa filius *Teymurlangh.*
Mirzah Abubaker Germanus *Homar.*

Hic quædam restant aliæ relationes de illis, qui ex diversis familiis orti in Persia regnarunt. Illæ leguntur apud Hispanum Pedro Teixeira lib. 11. 56. 57. 58. &c. de la Relacion de Los Royes de Persia.

TABULA REGUM PERSIÆ, JUNCTIS ANNIS REGIMINIS.

		Regnavit annos	Menses
	Kayumarras,	40	0
	Syamek	0	
	Ouxangh	50	0
	Thamures	30	0
	Jambxed	0	0
Abraham	*Zoahk*	0	0
	Fraydhun	0	0
Moyses	*Manucher*	120	0
	Naudar	7	0
	Afraciab	12	0
	Zaab vel *Bazab*	5	0
Salomon	*Kay Kobad*	100	0
	Kay Kaus	150	0
	Kay Khozrao	60	0
	Lorasph vel *Loraseph*	120	0
	Gustasp	120	
	Bahaman daras dast	0	0
	Ardxir	112	0
	Homay mulier	30	0
	Darab	12	0
	Schander vel *Aschander*	14	0
	Inter Regnum.	72	0
	Xapur	60	0
	Ardxir Babakhon	50	0

At.

Atque hi omnes Regimen in Perſia habuerunt quod quidam Reges eſſe volunt.

Xapur Zabel Ketaf	•		
Ardxiſr Farzand Hormax	0		
Xapur	60		
Baharon Kermon Xá	15		
Yazd Gerd	22		
Keſeré Khozrrao	0		
Baharon Cur	0		
Narſij vel *Narſa*	0		
Baharon Gur	0		
Narſij vel *Narſa*			
Baharon Cur	23		
Yazd Gerd	0		
Narſij	0		
Jazd Gerd	21	0	
Hormoz Farzand	1	0	
Feruz,	6	0	
Sufara,	0	0	
Feraz,	6	0	
Sufara,	0	6	
Feruz,	26		
Belax,	5	0	
Jamaſp,			
Kobad,	43	0	
Keſerè Anuxiron vel *Nanxirvan*,	48	0	0
Hormoz,	12	0	0
Baharon Chubij,		0	0
Khozrrao Paruez,	38	0	0
Kohad Xyruyhe,	0	8	0
Ardxir Xyruyhe,	0	2	0
Xarear,	1	0	0
Joon Xyr,	1	0	0
Turon dokt Regina,	1	4	0
Jacanceda,	0	0	6
Azarmij dokt Regina,	0	6	0
Keſeré,	1	0	0
Ferreghzad,	0	1	0
Yazd Gerd,	20	0	0

SEQUUNTUR DICTI KALEFAS DE BAGADAD QUI IN PERSIA IMPERARUNT AB ARABUM IN ILLAM INGRESSU.

Homar,	1	0	0
Osman vel Otman,	11	6	0
Morts Alij,	4	6	0
Acen:	0	6	0

EX STIRPE HUMYA.

Mawya,	20	0	0
Yezid,	3	0	0
Mawya 2.	0	1	10
Marwan,	1	0	0
Abdel Malek,	21	1	0
Oelijd,	9	8	0
Soleyman,	2	6	0
Homar vel Homer	2	5	0
Yezid 2.	4	8	0
Oxon,	19	8	0
Oeleid,	1	2	0
Yezijd 3.	0	6	0
Ebrahem,	0	2	0
Marwan 2.	5	0	0

EX STIRPE EBEN ABAS.

Safa,	4	9	0
Abu Iafar,	23	0	0
Mahadij Bila,	10	1	0
Eladij bila Harum,	23	0	0
Mahamed Amin,	4	7	0
Mahamun,	12	7	0
Abu Ezach Mataeon.	8	0	0
VVacek,	5	9	0
Almotowakal bila Iafar,	12	0	0
Montacer,	0	6	0
Abul Abas Hamed,	5	9	0

Vacancia

Vacancia del Calefado,	0		0
Moſtahhin,	1	4	0
Almatez bila,	3	6	0
Motadij bila,	0	11	0
Almat. Hamed Bilahamed,	9	9	0
Mokafij bilan,	4	0	0
Moktader bila,	7	0	0
Iafar,	20	0	0
Kaher bila Mahamed,	1	6	0
Razij bila Mahamed,	4	0	0
Moktafij bila Ebrahenz.	4	0	0
Moſtachfij Abdala,	4	4	0
Mutya bila Fazele,	29	6	0
Takya Abel Karim,	17	2	0
Kader Bila Hamed,	41	4	0
Kahem vel *Alkahem Beamaryla Abu Jufar Abdula,*	44	4	0
Almoktadij bila,	19	5	0
Almoſtazer bila,	15	6	0
Almoſtaxerd bila fazele,	17	2	0
Raxet bila,	2	0	0
Almoktafi bila 3.	24	0	0
Almoſtanger bila Iſſaf,	11	8	0
Almoſtan Zy benur Elah Acen,	9	0	0
Nacer vel *Nacere ladinla*	47	0	0
Alzaher, vel *Alzaher bila Mahamed,*	0	9	0
Almoſtancer bila Manſur,	17	0	0
Almoſtacem bila Abdula,	15	7	0

MOGOLI VEL TARTARI QUI IN PERSIA IMPERARUNT.

DESCENDENTES à CHINGUYSKAN.

Chinguyskha,	1	0	0
Otkay Khaon,	13	0	0
Gayuk Khaon,	1	0	0
Manchu Khaon,	13	0	0
Ulaku Khaon,	6	0	0
Haybkay Khaon,	17	0	0

Hamed Khan, vel *Nicudar Oglan*,	2	2	0
Argon Khan,	3	0	0
Baidu Khan,	1	0	0
Gazur Khan,	8	9	0
Aliaptu Khan, qui postea dictus est. *Sultan Hamed*,	12	9	0
Sulton Abu Sayd Bahader Khan.	19	0	0

MOGOLI VEL TARTARI DESCENDENTES DE TEYMURLANGH QUI IN PERSIA REGNARUNT.

	Teymurlangh,	36	0	0
	Mirzah Xarrok,	43	0	0
	Ologhbek,	2	0	0
	Mirzah Abdelatife,	0	6	0
	Mirzah Abdula,	1	0	0
	Mirzah Sulton Abusayd,	18	0	0
Maurenahar,	*Mirzah Sulton*	28	0	0
Maurevach,	*Hamed*,	38	0	0
Maurenahar,	*Mirzah Babor*,	2	0	0
Karason,	*Mirzah Haydigar*,	38	4	0
Karason,	*Mirzah Sulton Ocen*, *Bahadij* vel *Pedij*,	1	0	
	Azamo & Mazafa Mirzah fratres juncti.			
	Myro Xa,			
	Mirzah Abubakar,			

TURCOMANNI EX STIRPE KARA KUYONLU QUI IN PERSIA IMPERARUNT.

Kara Issuff,	14	0	0
Amir Scandar,	16	0	0
Joon Xa,	32	0	0
Acen Alii.	1	0	0

TUR-

Digitized by Google

TURCOMANNI EX LINEA AKUYOLU QUI IN PERSIA IMPERARUNT.

O Zun Acenbek,	11	0	0
Sulton Kalil,	0	6	0
Yacub bek,	12	10	0
Bayſanger Mirzah,	1	0	0
Roſtambek,	5	0	0
Hagmedbek,	1	0	0
Alwan bek,	1	0	0
Morodbek,	1	0	0

XA ISMAEL SOFII EJUSQUE DESCENDENTES QUI IN PERSIA REGNARUNT.

XA Iſmael Sofij,	20	0	0
Xa Thamas,	53	0	0
Xa Iſmael,	1	10	0
Xa Mahamed cœcus,	7	0	0
Xa Abashaſtaoy.	53	0	0

Scha Sefi.
1641. Scha Abas. II.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER UNDECIMUS,

EXHIBENS

INDIÆ

ORIENTALIS ILLIUSQUE OMNIUM PROVINCIARUM DESCRIPTIONEM,

EX FIDE DIGNIS ET RECENTISSIMIS AUCTORIBUS DESUMTAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

MORES SINENSIUM.

EX ACCURATA DESCRIPTIONE TRIGAUTII S. J.

MORES GENTIS.

SINENSES, Urbanitatis admodum ſunt obſervantes, ut totum ferè tempus in ea conſumant. In ſalutationibus nec caput aperire, nec pedem movere, aut amplexu ſe invicem proſequi, moris habent. Vulgaris humanitatis ritus, apud illos hoc modo peragitur: In ſuperioris togæ manicis, (quas laxiſſimas geſtant) collectas habent manus, quas ambas unitas, unà cum manicis primum in altum modeſte erigunt, ex adverſo conſiſtentes; & hanc ſyllabam geminantes, *Zin*, *Zin* cujus vocis nulla eſſe dicitur ſignificatio alia, niſi quod ritum Urbanitatis exprimat.

Quando amici in vicis ſibi occurrunt, & alter alium ſalutat, totum ſolent (complicatis in manicas manibus) inflectere corpus, caputque ad ſolum uſque demittere, quod venerationis officium ab utroque, vel etiam à pluribus eodem exhibetur tempore: hunc ritum ipſi dicunt *Zoye*. In hoc exhibendo, gradu inferior, ſuperiorem ad dextram locat, In boreali vero plaga, ſiniſtra, potior habetur dextrâ. Sæpenumero hoc ritu peracto, vices permutant, ut qui ad dextram ſteterat, ſiniſtræ locum occupet, ut ita is, qui primum in honoratiore loco exceptus eſt, alteri ſibi habitum rependat honorem. Hic Urbanitatis mos per vicos frequens eſt; domi vero ad aulæ caput, ex adverſo Janùæ, ubi tum ad eandem cœli partem uterque reſpicit, hoc utuntur more.

Si quando majore venerationis cultu defungi volunt, erga illos, qui vel diu abfuerunt, vel quibus gratias agere, vel de aliqua re gratulari opus habent, aut alia ex cauſa, tum exhibita modo dicta ſalutatione, uterque in genua provolvitur, frontem ad ſolum demittentes, mox in pedes erecti, ſe iterum inclinant, & genua flectunt, idque diverſis

tribus vel 4. faciunt vicibus. Cum vero majori ut Magistratui, Principi, hic salutationis habetur honor, tum is ad aulæ caput stans, hunc excipit cultum, ipseque manibus unitis, eodem loci flexo poplite, modice corpus incurvat. Hoc eodem cultu Sinenses sua colunt simulacra, domi vel in templis collocata.

In compellando se invicem, nunquam secundam usurpant personam, utunturq; variis loquendi formulis, sive præsentem sive absentem compellent. Cum de se, ipsi loquuntur, nemini nisi hero, vel superiori cum infimo loquenti, primæ personæ pronomine, uti permissum est, tot vero, se ipsos deprimendi habent formulas, quot alium elevandi. Loco Primæ personæ *ego*, nomen suum ponunt proprium, cum vero Parentes suos, fratres, filios nominant, honoratiore titulo utuntur. Ubi autem de rebus propriis sermo est, illas adhibent voces, quæ modestiam exprimant, quas omnes in numerato habere oportet nisi inurbanus esse velis.

In mutuis salutationibus hos observant ritus. Qui alterum visitat, ad ingressum, libellum profert, qui nihil aliud continet, quam Salutionis nomen cum modestiæ epithetis, pro ratione cujuslibet tam salutati, quam salutandi. Hunc libellem Janitor ad herum defert. Cæterum si plures ub uno, vel unus à pluribus salutantur, semper pro numere salutantium, aut visitatorum libelli reperiuntur. Hi autem 12. ex charta candida constant paginis, & sesqui palmum oblongi sunt. Opus etiam est, Janitori commendare, ut hospitum nomina in commentarium referat, domosque illorum qui salutatum venerunt, ne intra tertium diem, memoria susceptæ salutationis excidat; qui mos curatius observari ab iis debet, qui frequentius salutantur. Si quis salutatus domi non sit, vel exire nequeat, tunc libellum ad fores ædium deponere mos est, testes quasi adhibitæ salutationis. Quo magis autem is honoratior est, qui alteri hoc humanitatis exhibet officium, eo majori charactere nomen suum per librarium adscribit.

Cum sibi mutuo munuscula mittunt, id quod apud ipsos fieri assolet, eodem quoque utuntur libello, in quem præter proprium nomen, etiam seriem munerum referunt, quæ transmittuntur, singula vero singulis versibus concinne describunt. Illa quæ mittuntur munera, præter ullam inurbanitatis

banitatis notam, & reijci & recipi poſſunt, aut etiam remitti, idque ſine ulla offerrentis læſione, quod cum fit, ſimili libello vel gratiæ referuntur, vel munera modeſte remittuntur, vel ea quæ accepta ſunt adſcribuntur, aut ſeries eorum quæ rependuntur exprimitur, idque non ſine varia rituum, quos longum eſſet commemorare, urbanitate. Nec etiam inſolens eſt, ut Sinæ pecuniaria munuſcula offerant, nam aureos ſæpe decem, aut quinque, nonnunquam etiam pauciores, ſuperiores inferioribus & contra tranſmittunt.

Illi, qui Magiſtratus gerunt, aut literariis honorum gradibus præ aliis conſpicui ſunt, quoties ſalutationum peragunt officium, peculiari muneris ſui induuntur habitu, qui non parum à quotidiano diſcrepat. Illi qui extra officia publica vivunt, viri tamen graves ſunt, proprium etiam habent alios ſalutaturi indumentum, à vulgari abhorrens. Quod ſi ex improviſo alter in alterum incidat, hoc peculiari ſolennique veſtium ornatu non cultus, tunc ſalutationem ſolenni ritu alteri non exhibet, donec alter eumdem induat habitum, in quam cauſam famulus herum conſequens, urbanitatis togam porrare ſolet, quod ſi hoc non fiat, tum ille qui hoc ſalutandi paludamentum induerat, ſtatim exuit, & in quotidiana ſua veſte ſalutationis ritum peragit. Si plures fuerint, qui aliquem viſitant, horum primarius hoſpitis ſedem, aut ſedes ſingulas, utraque accipit manu, & in ſuo honoratiſſimo aulæ loco collocat, tum propriis manibus illas excutit, quamvis nullo pulvere obducta ſint, tametſi etiam ſedes jam ſint collocatæ. Singulas tamen contingere, & aptius collocare mos eſt. Hoc pariter illi qui ſalutantur præſtant, in eundem fere modum. Hoc dum fit, cui id exhibetur officii, ad latus adſtat, receptis intra manicas manibus, leviterque elevatis, ac mox depreſſis, gratias agit, & exhibitum ſibi honorem modeſte recuſat.

Cæterum hoſpites extraneos in primo collocare ſolent loco, neque fas eſt contra receptam conſuetudinem morem illum declinare.

Ubi cuncti conſedêre, unus domeſticorum famulorum cultior præ reliquis habitu, manibus elegantem portat tabulam, & in illa pro numero hoſpitum ſcutellas quæ potione, *cibo* repletæ ſunt. Quibus aliquid ex bellariis mixtum

tum eſt ; ad quod capiendum argento cochleari uti opus eſt. Famulus ab honoratiore principium capit, ſuam cuique ſcutellam porrigens, ad herum uſque, ultimo ſedentem loco, ſi diutius conſident, iterum atque iterum obambulat, illudque bellariorum fruſtulum toties variat. Exituri hoſpites, antequam ex aula egrediantur, juxta limen, ut antea conſiſtunt, corporaque ritu uſitato flectunt: quos herus uſque ad limen ædium exequitur, ubi iterum ſe inclinant, tum herus illos rogat, uti vel equum vel ſellam conſcendant, quod illi facere recuſant, herumque ut ſe in ædes recipiat rogant. Tunc herus domus, in limine, ſe hoſpitum ſubducit oculis, moram illis equos conſcendendi permittens, vel in ſella conſidendi: mox repente prodit, abeunteſque ſalutat, vocem hanc *Zin* uſurpans, ambaſque intra veſtem manus conditas in altum tollens; ac mox deprimens, id quod & illi, qui ipſi aderant hoſpites, ſimul faciunt: mox famulum mittit; qui citato curſu abeuntes conſequatur, illos heri ſalutet nomine, hoc etiam hoſpites viciſſim faciunt, & per famulos ſuos reſalutant.

In conviviis, Sinæ non minus officioſi, quam frequentes ſunt, cum etiam conviviis ſacra peragant. Inter edendum nec utuntur fuſcinulis, nec cochlearibus, aut cultris, ſed contra bacillis teretibus, ſeſquipalmum longis, quibus quemlibet eſcæ genus ori admovent, omnia fruſtatim diviſa in menſam adferuntur, niſi natura mollia, ut ova, &c. Potu etiam in vehementi æſtu, fervente utuntur, tum vino, quod illis ad longiorem expedit vitam, adeo ut nemo Sinarum calculari morbo obnoxius ſit.

Cum quiſpiam ad ſolenne invitatur epulum, pridie, vel etiam, pluribus diebus ante convivii diem, is qui alterum invitat, libellum mittit ex iis, qui ſupra ſunt deſcripti, nomenque invitati urbane apponit.

Priuſquam accumbant hoſpites convivator unam è pateris ex auro, argento, vel marmore & ſimili materia elaboratam vino plenam in ſuo diſco utraque tenet manu, illamque primum locum occupaturus, inclinatione corporis, ſubmiſſa ſalute impertit, mox ex aula in atrium progreditur, denuo factâ inclinatione hanc vini pateram vultu ad Auſtrum converſo, cœli domino bibit, & in ſolum effundit, dein repetita inclinatione in aulam redit, aliamque

pateram

pateram accipiens, præcipuum convivam demisso in terram corpore salutat, & in medio mensæ latere collocat. Quoniam Sinæ nihil ciborum manu contrectant, ideo nec sub initium, nec finem convivii, manus lavant. His peractis ritibus, simul omnes, invitatori flexo corpore, honorem faciunt, & tum inter se, unus alteri corpus inclinat; postea ad mensam considunt.

Quoties bibitur, Convivii dominus pateram accipit, leviterque erectâ, ac mox demissâ, reliquos ad bibendum invitat. Eodem tempore, singuli ad invitatum conversi, idem faciunt, & ita simul omnes bibere incipiunt. Lento tamen bibunt tractu, ut magis sorbere, quam bibere videantur, contrario Europæorum more, qui plenis hausti bus pateras siccant.

Prima exhausta patera, fercula paulatim inferuntur, ex quibus simul omnes, quoties unum attingunt, unumque ex eo frustulum carpunt, & ori admovent, bacillis adhibitis. Hoc autem convivæ studiose observant, nequis prius in mensa bacillum reponat, priusquam is, qui primum in convivio locum obtinet, id fecerit.

Toto convivii tempore, sermonem de rebus lætioribus habere solent, vel comœdia spectatur, aut cantor vel musicus aliquis instrumento convivas exhilarat.

Iis vero omnibus vescuntur cibis, quibus Europæi, nisi quod pisces cum carnibus misceant. In convivalibus mensis, nullus est panis usus, sed neque oryzæ, nisi in quibusdam epulis minus solennibus. In conviviis varios exercent ludos, in quibus qui succumbit, potare cogitur, cum magno reliquorum applausu festisque clamoribus. Nemo tamen ultra Vires ad bibendum compellitur, sed amice tantum invitatur. In capiendis cibis, moderatiores sunt, sæpe etiam accidit, ut quis ab Urbe discessurus, septem vel pluribus interfit conviviis, ut omnibus satisfaciat amicis. Morem habent, ut Regi suo plurima externa exhibeant officia. Hunc nemo alloquitur, præter Eunuchos illos, qui in palatii penetralibus famuli sunt; tum Regios propinquos, qui intra ejusdem palatii commorantur fines, quales sunt filii ac filiæ. Reliqui Regem non nisi supplicibus libellis accedunt, qui tot venerationis formulas continent, ut non nisi ab exercitatis componi queant.

Quoli-

Eam rem Sinæ tanti faciunt, ut ſtupori ſit. Nam adhunc honorem impetrandum, nullis parcunt ſumptibus, & ut rem ſacram in familia conſervent. Nec minori ſunt in pretio alii nonnulli tituli, duobus tribuſq; characteribus expreſſi, quos viduis Rex confert, quæ ſecundas nuptias uſque ad decrepitam ſenectam recuſarunt, vel ſenibus, qui ſcreleris puram vitam peregerunt. Has inſcriptiones ſupra limen exponunt, Neque vero id ſolum Reges, ſed etiam Magiſtratus amicis præſtare ſolent. Ipſis quoque Magiſtratibus de Repub. optime meritis, Arcus, publico precio è marmore erigi ſolent, quales apud nos in triumphis conſpiciuntur. Idem exhibent Urbes civi ſuo, qui aliquam inſignem dignitatem, aut in literariis examinibus primas obtinuerit.

Quicquid pretioſum, aut affabre factum in univerſo Regno habetur id quotannis ad Regem tranſmitti ſolet.

Quater ſingulis annis ſub quatuor anni tempeſtatibus curiales omnes Magiſtratus ad priſcorum Regum & Reginarum ſepulchra convenire, ſuoſque ritus & donaria ibi doponere ſolent; ad hunc ritum ſe aliquot diebus ante, prius præparant, indicto juſtitio & jejuniis, quæ Religioſe privatos inter parietes ſervare mos eſt.

Proxima venerationum officia, ſecnndum Regem Magiſtratibus ſuis deferunt, idque ſolitis loquendi formulis exequi ſolent, tum vero officioſis viſitationibus: ad quas nemo cum jure adſpirare poteſt, niſi qui aliquod in Repub. munus geſſerit. Illi qui propria culpa honore Magiſtratus exiderint, reverſi tamen in patriam, ſolenni ſæpe Magiſtratus cultu inſignes procedunt, & Magiſtratus Urbani ipſos in honore habent.

Si quis Magiſtratus egregie ſuo defungitur officio, & de Repub. bene meruit, is magnis muneribus afficitur, & diſcedens Urbe, ocreas ſuas, Magiſtratus inſigne, ad perpetuum beneficii monumentum rogatus, relinquit, quæ publico incluſæ Scrinio, una cum variis in ejus laudem verſibus ac ſcriptionibus aſſervantur. Aliis vero qui majoris ſunt ſubſellii, in loco publico marmor erigitur, in quo illorum in Rempub. merita, eleganti ſcriptura conſignata ad poſteritatis memoriam perdurant. Nec deſunt, quibus publice templa magnis extruantur impenſis, ariſque ſtatuæ imponantur, quæ illorum exprimant imaginem, quantum

per

per artificis induſtriam fieri poteſt. Tum cenſus annuus & certi deputantur homines, qui perpetuos odores, & ſemper viventes accendant lucernas. In quam rem, ingentia ex ære campano thuribula ſtatuuntur, ad eundem ritum, quo ipſi ſua idola venerantur; quem tamen cultum ab illo Diis conſecrato diſtinguere ſolent, quamvis plebs hos cultus juxta habere ſoleat.

Omnes Sinarum libri, qui de moribus agunt, toti ſunt in excitandis filiis ad præſtandam parentibus obſervantiam, in qua, tam exprompti & ſolliciti ſunt, ut nulla Gens alia toto terrarum orbe cum Sinis comparari queat. Receptum in aſſidendo obſervant ritum, ut nulla ratione in æquali ſitu, & longe minus ex adverſo conſideant, ſed ad latus alterum. Hic ritus etiam diſcipulis erga Magiſtros ſuos notus eſt. Magna etiam veneratione cum iis colloquia miſcent, & qui tenuioris fortunæ ſunt, illis ad terminum uſque vitæ laute copioſeque neceſſaria vitæ ſubminſtrant. In nullo tamen ſunt Religioſiores, quam dum iis parentant, & ultima perſolvunt.

Lugubris vero Sinarum veſtis, non pulla, ſed candida eſt, In luctu parentum, filii cannabina veſte aſperrimâ induuntur, primis ſaltem menſibus, & ipſa forma talaris tunicæ, pilei, calcei detriti miſerabilem lugentibus circumdant faciem. Patrum ordinis Franciſcani Inviolabilem conſuetudinem ſervant, ut luctus patris aut matris in triennium pertrahatur. Cujus rei hanc reddunt rationem, ut parentibus ſuis, qui illos primo ætatis triennio ulnis portarunt, pietatis vicem exolvant In cæterorum propinquorum luctu, lugendi tempus contractius ſervant, pro ut quiſque viciniore vel remotiore conſanguinitate aliquem attigerit. Cæterum vel annuo, vel, alias trimeſtri ſpatio luctus terminatur.

In funere Regum, legitimum lugendi tempus triennium abſolvit, omnibus ſane Regni finibus. Sed jam edicto Regis pro menſibus dies computantur, atque ita menſem unum totum Regnum, ex Regis obitu conceptus mœrorem publica profitentur triſtitia. Cæterum, funebres Sinarum ritus juſto continentur volumine, atque ita cum aliquis è familia diem ſuum obiit, ſuperſtites, ad quos funus ſpectat, eum librum conſulunt, ut ad præſcriptum rituum, funebris pompa inſtituatur, eo in volumine non ſolum præſcribuntur

bantur, sed etiam vestes spectandæ exhibentur. Tum pilei, calcei, Zonæ, & alia rituum solennia. Cum aliquis ex primariis Viris esse desiit, filius demortui aut sanguine proximus cæteros propinquos & familiares libello admonet, mœsta verborum sollennium formula, idque intra tertium, quartumque ab obitu diem. Hoc tempore feretrum fabricant, & illi eo cadaver includunt, aulam candido panno vel floreis insternentes. In medio aram extruunt, feretrumque locant cum effigie demortui. Ad eam aulam intra præstitutos dies, qui 4. vel 5. inter primarios esse solent, omnes propinqui & amici conveniunt, ipsi pariter funebri veste induti, cuilibet vero certa ad hoc humanitatis officium destinata hora est, hinc in ara accendunt odores, binosque defuncto locant cereos: quibus accensis, quaternas inclinationes & genuflexiones expediunt. Dum hæc ita peraguntur, filius defuncti unus, aut plures ad latus adstant, funebri induti veste, flebiliter, modeste tamen lamenta edentes. Post feretrum, omnis mulierum domesticarum turba, cortina tamen tectâ inconditos planctus & ejulatus miscent. Solennis quoque mos est, papyrum vel sericeos pannos coloris albi exurere, quod ea de causa faciunt, quia existiment, se, vita functis vestem ministrare, in benevolentiæ & observantiæ testimonium.

Non raro etiam filii parentum cadavera feretro inclusa ad tres & quatuor annos domi asservant, & bitumine ita rimas illinunt, ut nihil fœtoris transmittant, quo tempore illis cibum potumque per singulos dies exhibent, non secus ac si in Vivis essent. Filii tamen non in sedibus solitis, sed humili scabello considunt, nec somnum in lecticis, sed in stramineis culcitris capiunt. Carne per id tempus vesci, vinum bibere, balneis uti, cum uxoribus esse, conviviis interesse, intra certos menses in publicum egredi, nefas est. Ex modo dicta austeritate verò, semper nunc aliquid remittunt.

Cum jam efferri debeat funus, propinqui & amici alio invitantur libello, qui omnes candida veste induti cõveniunt, ultima defuncto persoluturi. Hæc vero ita instituuntur. Variæ virorum ac mulierum statuæ, elephantorum, tygrium, leonum papyraceæ vero omnes præferuntur, quæ dein coram tumulo incenduntur. Funus longa serie idolo-

rum miniſtri comitantur, & profani precum recitatores, Hi varios ritus in itinere peragunt, & tympana, fiſtulas cymbala, tintinnabula, aliaque muſica inſtrumenta pulſant, ſubſequitur feretrum ingenti apparatu & pompâ ſplendidum: illud ſequuntur filii baculis innixi, veluti præ nimio luctu defatigati, dein mulieres intra candida vela, ſanguine proximæ ſella funebri geſtantur. Defuncti vero extra patriam domum revehuntur, etiam cum magnis ſumptibus. Dicenda nunc pauca de ſponſalibus & nuptiis ſunt. Utraque in teneris peraguntur annis, ſponſum & ſponſam ætate pares eſſe volunt, conſenſus filiorum non requiritur. Primates, intra ſuum genus uxores ducunt, Plebei pretio ſibi uxores comparant, quas quoties volunt repudiant. De connubiis Regum Chinenſ. Vid. P. Alvaro part. 4. p. 151. Regia proles, in connubiis non ſpectat ſanguinis Nobilitatem, ſed ſolum corporis Venuſtatem. Plures tamen Regiæ uxores conjugali gaudent titulo, una verò præcipua eſt, quæ cum marito menſæ aſſidet, reliquæ illius pediſſequæ ſunt. In connubiis hoc religioſe obſervatur, ne quis ſibi cognominem ducat uxorem, licet nulla ſanguinis inter illos intercedat neceſſitudo. Nemini licet novum ſibi fingere nomen. Gradus affinitatis & conſanguinitatis nullam apud ipſos habent rationem. Sponſa nullam à parentibus habet dotem, ſed omnem ſupellectilem ex mariti ſumptibus ſibi comparat.

Quilibet natalis dies apud Sinas feſtus eſt, & munuſculis, epulis, aliiſque lætitiæ ſignis celebratur. Solennis etiam apud Sinas is habetur dies, quo filii virilem pileum, illud permittente ætate ſumunt, non ſecus ac olim Romani juvenes, cum virilem togam, exuti prætextam induebant. Ea ætas eſt annorum 20. nam ad hoc uſque tempus ſolutam aluerunt cæſariem.

Sed maxime ſollennis toto Regno celebritas, quæ ab omnibus æque ſectis colitur, eſt; in anni recurrentis inito, primo noviluuio, & iterum primo plenilunio, ubi etiam lucernarum eſt feſtivitas. Nam in ſingulis ædibus, quilibet ingenioſas lucernas accendere ſolet, quas variâ exſtruxit arte, nimirum è papyro, vitro, velo, quæ omnia eo die in foro habentur venalia. Per eos etiam dies nocturnis horis varie concurritur, & lucernæ in draconis morem ſibi mutuo innexæ à bacchantibus circumferuntur. Multa quo-

que

que ſulphureo igne ludicra, & feſti ignes emittuntur, quibus domus & vici inſigni ardent ſpectaculo. Reliqua fuſius explicata vid. apud citat. auct. lib. 1. c. 8.

RELIGIO SINENSIUM.

Qui Sinam incolunt, idololatræ ſunt, exceptis nonnullis locis, in quibus Ieſuitæ Religionem Chriſtianam, jam ibi florentem propagarunt. Idola quæ ab ipſis coluntur variâ ſunt figurâ. Inter alia unum adorant idolum corpore, humeris, & brachiis conſtans. Huic tria ſunt capita, ſe invicem intuentia, omnibuſque tribus æqualem attribuunt potentiam, quod non levę indicium ſuggerit, illos olim cognitionem Religionis Chriſtianæ habuiſſe. Quidam ibi etiam imagines, quæ Apoſtolos repræſentant invenerunt, quas illi Philoſophorum eſſe dicunt, qui in illis oris ſecundum Virtutem vixerunt, & ideo Angeli cœli facti dicuntur. Imaginem adhæc mulieris eximiæ pulchritudinis, & intra brachia infantem tenentis habent. Hanc adhuc virginem, dicunt peperiſſe, magnique Regis filiam fuiſſe.

Quod cœlum omnes viſibiles res & inviſibiles creavit, credunt. Hoc prima Alphabeti literâ notant, dicentes; illi ſupra omnes res ſuperiores Regimen eſſe. Hoc ſecundum ſolem maximum adorant. Alium adhæc colunt *Canſay*, dictum ſpiritum, cui rerum inferiorum tribuunt curam, & quod vita & mors hominum in illius ſint manibus. Huic Canſay tres alii ſubſunt pariter Spiritus, qui ipſum in Regimine adjuvant. Illorum nomina ſunt *Tanquam*, *Teiquam*, & *Tzuiquam*, & quilibet horum ſingularem habent potentiam. Tanquam, pluviæ gerit curam, & aliarum rerum terreſtrium. Teiquam ille eſt, per quem naſcuntur homines, qui bellorum, ſeminum & frugum res curat. Tzuiquam mari Regimini præeſt, rebuſque in illis contentis.

His rite ſacra faciunt, votaque nuncupant.

In Sanctorum numerum multos retulerunt mortales, qui reliquos potentiâ, ſapientiâ, induſtriâ ſuperarunt, vel ſeveram exegerunt vitam. Dæmoni ſacra faciunt, ne illis noceat. Plurima pariter tenent idola, ex quibus præcipua hæc ſunt.

Primæ ſanctitatis idolum dicitur *Sichia*, cui tribuitur inſtitutio.

ſtituo. Vivendi ad regulam Religioſorum, qui nunquam matrimonium contrahunt.

Adhæc Deam aliquam colunt dictam *Quanina*, quæ filia dicitur Regis Tzonton cui tres (ut illi dicunt) fuerunt filiæ, quarum hæc nubere noluit, ideo à patre male tractata, multis miraculis ſe ſanctam comprobavit.

Quaninam *Neoma* ſequitur, quam filiam alicujus Principis illius Regionis credunt, à connubio abhorrentem, & ideo ſanctam æſtimatam.

Sunt & in hac opinione, quod cœlum, terra, & aqua conjuncta invicem fuerint, ab omni tempore, quodve unus in cœlo dictus *Tayn* per ſummam ſuam ſapientiam, qua fuit præditus à cœlo terram ſepararit, cœlumve in ſuperiore ſua parte, terram in infima, pro conditione indolis ſuæ manſiſſe.

Hic creavit hominem ex nihilo, dictum Panſon, & fœminam Panſone. Panſon creatus, per conceſſam ſibi à Tayn potentiam, alium ex nihilo creavit hominem, dictum Tanhom cum aliis 13. fratribus. Hic Tanhom ingenti fuit præditus ſapientiâ, omnes res creatas ſuo deſignavit nomine & per informationem *Tayn* omnium rerum virtutem & medendi artem cognovit. *Tanhom* & fratres ejus, multos habuerunt liberos, quorum maximus *Teijencom* dictus. Hinc credunt Sinenſes, illorum genus duraſſe per aliquot millia annorum. Poſtea cum *Tayn* ſibi illatam ulciſci vellet injuriam, quam ab illis, quos fecerat, acceperat, quod illum amplius ſupremum Dominum (ſicut promiſerant) agnoſcere nollent, cœlum ruere fecit, quod *Tayn* iterum erexit, aliumque in terris creavit hominem, dictum *Lotzizam* 2. gemino cornu præditum, ex quibus odor provenit, unde nati reliqui viri & mulieres. Hic vero *Lotzizam* diſparuit, cum multos homines & fœminas in mundo reliquiſſet. Ex hoc igitur omnes reliquos proveniſſe credunt: qui in mundo vivunt. Primum ex *Lotzizam* natum, *Azalam* vocarunt, qui vixit 900. annos. Poſt illius obitum, cœlum alium creavit dictum *Atzion*, qui 800. annos vixit. Poſt natus eſt *Uſao*, qui præter alia, veſtes facere illos docuit. Hunc excepit quidam dictus *Huntzii*, qui inventor ignis fuit, docens artem coquendi & aſſandi. Poſtea aliquam fœminam dictam

Hantzibon

Hantzibon proveniſſe credunt, ex qua natus *Ochoutey* qui varias adinvenit res & matrimonia inſtituit. Hic *Ochoutey* filium habuit dictum *Ezomion*, qui fuit inventor Medicinæ & Aſtrologiæ & colere terram docuit. De illo fabulantur, quod ſeptem herbarum venenoſarum ſpecies ſine ullo Valetudinis vel Vitæ damno comederit vixeritque 400. annos. Atque hæc illorum de creatione mundi ſuperſtitio, non aliunde profluxiſſe videtur, quam ex acceptâ forte ab aliis Veteris fœderis à Moyſe conſcripti hiſtoriâ, ad lubitum detortâ.

Cæterum, animarum credunt immortalitatem, cum præmiis & pœnis, quæ quemlibet ex bene vel ſecus actis, manere debeant. Animam de cœlo originem ſuam habere dicunt, quod ipſi hoc dedit, ut immortalis ſit, & quod quilibet, qui ſecundum leges patrias vixerit, nullave injuriâ aliquem affecerit, in cœlum elevari poſt mortem debeat, contra, qui in flagitiis vitam exegerit, in conſortio diabolorum futurum,

Credunt etiam aliquem locum, in quo animæ quæ in Angelos transformari debeant, ab omni peccato debeant purificari, quod, dum in corpore agerent, commiſerunt. Plebs vero credit, quod animæ quæ male vixerunt, priuſquam in infernum damnentur, ob male facta ſua in bruta pecora commigrent.

Contra, bonorum animas in corpora Regum & magnorum Dominorum tranſire, quibus cum magna agunt lætitia.

Plurima apud illos reperiuntur monaſteria & loca ſancta, per omnes villas & oppida ſacra.

Religioſorum 4. tantum ſunt ſpecies, quarum cuilibet unus præfectus dictus Tricon in illorum lingua, & cuilibet Provinciæ Provincialem conſtituit, Religioſi omnes raſa capita & barbas gerunt.

Filius natu maximus alicujus familiæ, ſe nequit addicere ordini Religioſorum, ideo quod omnes filii natu maximi obſtricti ſint parentes ſenio confectos alere. De mane, & noctu adolere ſolent ſuis idolis.

Academias in toto Regno habent ſplendididas, in quibus ſtudia Philoſophica tractant, & Regionis Leges docentur, ſine ullo habito perſonæ reſpectu.

Doctos ibi magni faciunt, in quos ſummos conferunt honores Reliquas illorum ceremonias numero quam

Digitized by Google

plurimas fusius legere est apud Trigaut : & nuper edito insigni opere Atlante Sinico Martinii.

REGIMEN SINENSIUM.

OMnium hujus Regni latissime diffusarum Provinciarum Regimen, unus *Rex* administrat, ignotaque Chinensibus Comitum, Marchionum & Ducum nomina sunt. *Rex* omnia officia Nobilibus confert, cujus tanta est Majestas & veneratio, ut non sicut *Rex* colatur, verum sicut Deus adoretur. Illud ex hoc liquet, quod in omnibus Provinciis Regis imagines reperiantur, ex auro factæ, veloque tectæ, coram quibus in novilunio locorum Magistratus, & alii magnates in genua procumbunt, ipsi divinum honorem facientes. Scriptas à bis mille annis observant Leges, quarum idem à principio, usque ad hæc tempora permansit vigor & auctoritas. Quarum notitia cum ad omnes honores certa sit via, reperiuntur quam plurimi, qui animos ad illarum cognitionem applicant. Igitur toti sese occupant in disputando in materia de optima regendi ratione.

Alter modus ad honores perveniendi à virtute militari peti debet. Præcipua dignitas est Pro-*Regis*, tum Visitatorum, consiliariorum, Gubernatorum.

Cum officia distribuenda sunt, omnes *Loytias* (quæ vox illis Equitem sonat) conveniunt, exámenque candidatorum dignitatum instituunt, qui postquam Legum, Regni, & jurium gnari, virtutisque cultores probati sunt, ad dignitates evehuntur, fidem dantes, se fideles Regi fore. Mox per illos equites ad campanorum sonum & tormentorum explosionem per plateas ducuntur. Adhibitis illam in rem aliis pluribus cerimoniis.

Rex in Urbe *Taybin* consilium suum habet, ex XII. auditoribus sive consiliariis, unoque Præside constans.

Qui ad dignitatem consiliarii adspirat, opus est, ut instructus sit non solum scientiâ rerum Naturalium, politicarum, & statutorum Regni, verum etiam Astrologiæ peritissimus esse debet.

Sunt enim Sinenses in hac opinione, ut quicunque se hoc supremo consilio dignum probare velit, futurarum rerum notitiam habeat, necessum sit, quæ non nisi ex Astrologia addisci possunt.

XII. Illi

Digitized by Google

XII. Illi auditores sive consiliarii, consilium ut plurimum habent in Regis palatio, ubi 13. subsellia 6. ex auro squalida, reliqua sex ex argento, ultimum, pretiosis gemmis exornatum & in medio reliquorum positum.

Electio novi consiliarii, per alios Auditores & Præsidem instituitur, & à Rege confirmatur.

Qui Regi ex consilio negotia proponit, Præses est, qui si morbo, vel aliis impeditus sit negotiis; alius ordine & dignitate primus Auditorum, illud facit.

Consilium dictum, omnium rerum quæ in Provincia geruntur scitu dignarum, singulis mensibus accuratam habet notitiam. Tenentur enim Rectores Provinciarum omnes, secundum mandatum expressum, singula quæ in illis eveniant illico Regi scribere, & quamlibet remotissimæ sint Provinciæ, cursores tamen publici in certum se sistere tempus tenentur, qui ubi omnes advenerunt, junctim nova conferunt.

Hæc ubi consilium vidit & examinavit, factaque super his dissertatione, ad Regem negotium defertur. Inde facto aliquo decreto, omnia fide & summa taciturnitate peraguntur.

Quanquam vero Consilii magna sit auctoritas, nemo tamen Pro-Regum vel Gubernatorum, tantam habet potestatem, ut per viam justitiæ, aliquem ad mortem damnare posset, sine expresso in sententiam latam Regis consensu, excepto tamen belli tempore, ubi supremo militiæ Præfecto, & ejus collegæ hæc competit potestas.

Provinciæ de Paquia & Tolanchia per magnum consilium Regis reguntur, illosque ministros, quos eo Rex ablegat, reliquarum Provinciarum quælibet, suum habet Vicegerentem, vel Gubernatorem, qui in præcipua Urbe residet, illis dictus *Insuanto*. Pro-Rex supremum in provincia obtinens Magistratum Personamque Regis repræsentat, & *Cosmon* dicitur.

Secundus dignatione in Provincia Gubernator vocatur *Insuanto* corrector in qualibet agens urbe, ubi nec Vice Rex, nec Gubernator reperitur, *Tutan* appellatur, atque hic corrector negotia maximi momenti cujuslibet Urbis exequitur cum dicto *Insuanto*.

Tertius in præcipua dignitate *Ponchasi* est, Præsidem velut agens

agens rationum multis adjutus consiliariis & officiorum ministris, quorum officium est, reditus cujuslibet Provinciæ in Fiscum colligere.

Quartus præcipuorum Regis ministrorum *Anchasi* est, Præses justitiæ civilis, juxta ac criminalis, qui cum suis auditoribus sibi coadjutoribus omnes processus componit. Quinto etiam primarii honoris nomen est. *Ayto*, qui Generalis provisor est & Præses Consilii bellici, & potestatem urgente necessitate conducendi habet militis.

Præter modo dictos judices, quidam etiam alii inferiores reperiuntur. Hi sunt, *Cantoc*, qui magnus est.

Prochinsi, qui Regis habet Sigillum. *Autzatzi*, qui velut Urbium est præpositus. Ultra alii tres sunt dicti in illorum lingua *Huitay Tzia* & *Tontay*, qui velut præpositi & judices Urbis sunt. Hi in ædibus suis justitiam administrant. Siqui in judicium vocatus injustus repertus est, hic ad alium mittitur judicem *Zonpo* dictum, cum schedula, in qua genus pœnæ qua puniri debeat scriptum est.

Adhæc alii ibi reperiuntur ministri, quorum unus dicitur *Tompo*, qui victualium curam habet.

Tribuc qui sceleratos & otiosos punit. *Quinche*, qui velut magnus Prætor est. *Chomcan*, curam habens carcerum. *Quinchay*, qui nunquam à curia discedit, nisi in gravissimis negotiis quæ pacem & tranquillitatem Regni spectant. Hoc apud illos accurate observatur, ne Pro-Rex, Gubernator, vel Auditor in illo natus sit loco, in quo illo defungitur officio, omnibus his ministris Rex satis ampla præbet stipendia, ideo quod nihil à partibus litigantibus donorum capere debeant. In omnibus processibus, tam civilibus, quam criminalibus, Judices in scriptis procedunt, acta faciunt, & testimonia publice in præsentia ministrorum publicorum audiunt.

Cum quilibet judicum non ultra triennium in officio perduret, finito tempore rationem administrati officii reddere tenetur. Princeps vero singulis annis in omnes Provincias Visitatores mittit, dictos *Leuchiz* qui integerrimæ vitæ & justitiæ addictissimi sunt. Hi visitatores, incognito ex loco in locum iter faciunt, in omnesque querelas tacite inquirunt, quæ super judices Provinciarum forte instituuntur: quod si reos alicujus delicti judices reperierint, illos capere & punire, vel ab officiis suspendere, vel penitus removere, illos vero

qui

qui mandato munere bene ſunt defuncti, donis honorare non nequeunt. Atque hac ratione omnes qui juſtitiæ adminiſtrandæ præſunt, ſedulo allaborant, ne quicquam committant erroris, unde ſibi dedecus & pœna emergat.

Nemini per mare iter facere peregrino, ſine conſenſu Regis, Regnum ingredi, mercatori ſine cautione ad tempus præfinitum reditus, ſub pœna exilii, alio ſe conferre integrum eſt. Hodie vero Gubernatores portuum hanc licentiam mercatoribus ſine expreſſo Regis conſenſu facere ſolent, ut in vicinis provinciis mercaturam exerceant.

Si quis aliquid alteri debeat, & ſolvere non vult debitum, ternis monetur vicibus, ut debitum ſolvat, ſi mandato non paret, fuſtibus pro qualibet vice mitius & gravius excipitur.

Viduis ad egeſtatem redactis, liberos ſuos vendere licet. Pauperes, ſibi à Magiſtratibus conſtituta certa habent alimenta. Atque hæc brevius de Sinenſi Regimine ſufficiunt.

DIVITIÆ.

CHina inter omnes Mundi Regiones, ditiſſima habetur, quod omnium rerum ibi maximus ſit confluxus, quæ non modo ejus incolis, verum etiam proxime adjacentibus ditionibus, ſatis eſſe, facilique negotio ob alluens mare, hinc inde tranferri poſſunt. Ingens ex India, unionum provenit abundantia, vaſorum porcellinorum, lanæ, ſerici, omniſque generis materiarum: adhæc ſacchari, mellis, rhebarbari, & quanta ibi non eſt abundantia? Reditus Regis Chinæ aſtimantur ad 26. milliones auri in annum. Ex ipſo ſalis vectigali quotannis Rex 24. miſſia coronatorum accipit, præter ingentia auri & argenti pondera, quæ ſeorſim Regi ex provinciis munerum loco feruntur, accedit tributum ſingulorum capitum, à quo tamen exempti ſunt miniſtri juſtitiæ, & militis vectigalia mercium, decimæ ex omnis generis fructibus, reditus ex fodinis. Ex quorundam fide dignis relationibus conſtat, quod in Provincia Pagvia Rex 2. milliones 740000. ſubditorum habeat, ex Provincia Canton 3. milliones 600000. hominum, ex Olam 2. milliones ducenta quadraginta millia. Ex Cinſay tres milliones 1300. & quadraginta quinque millia. Ex Suſuam 2. milliones 50000.

Ex Tolancia, ubi Rex ſuam habet ſedem 6. milliones 8010. millia. Ex canſay 2. milliones 13000. & 5. millia. Ex Oquiam 3. milliones 800. millia. Ex Aucheo 2. milliones 840000. Ex Honan 1. millio 20000. Ex Xanton 1. millia 944000. Ex Quicheu 2. milliones 34000. Ex Chequeam 2. milliones 244000. Ex Sancii, quæ eſt minima ex XV. Inſulis 1. millio 662000. & 500. Atque tantus hominum propemodum infinitus numerus, Regi Chinæ tributa ſolvit. Præter has divitias, ſuos Rex in qualibet Urbe principali habet theſauros, ibi à longo tempore cuſtoditos.

Quantam percipiat Rex ſummam ex variis mercibus, legere eſt apud. Auctor. Les Eſtats hic p. 1568.

VIRES.

EX enumerata ſuperius incolarum Chinæ, immenſa multitudine, abunde patet, quantis illa polleat viribus. Verum, talis eſt conditio Chinenſium, ut magis parta tueri, quam augere ſtudeant.

Præterea in qualibet Provincia Conſilium belli Rex habet, cum militiæ præfecto Generali, cui ingens ſubeſt militum numerus, adeo, ut pro occaſione nata, facili negotio magnæ tam terreſtres, quam maritimæ copiæ produci queant. Omnia caſtella, portas, urbes, copioſus tenet miles, ex quibus nemini egredi, vel illas ingredi licet, niſi impetratâ in anteceſſum à judice veniâ.

Militum in hoc Regno diverſa eſt conditio, quidam indigenæ Urbium ſunt, quos *Ceum* vocant, alii milites peregrini ſunt, & per menſem vel annum in officio ſunt, & vocantur *Pon*. Quilibet cohorti militari tam 100. quam 1000. militum præfectus, ſuam domum ſuper murum extructam habet, in qua ejus nomen reperitur conſignatum, idque in illo loco, ubi quoad bellum durat manere tenentur. Singulis menſibus, belli ac pacis tempore, luſtratio militum inſtituitur.

Equites quatuor portant gladios, & ſimul cum 2. pugnant. arma illorum ſunt arcus, ſagitta, telum, gladii, ſclopeta.

Adhæc maritimæ militiæ curam Rex habet exactam, in qua magnus, eſt claſſium apparatus, cum maris præfectis, qui omnes in Regnum aditus diligenter obſervant.

Captos

Digitized by Google

Cap: os in bello, Sinenſes non occidunt, ſed in finibus Regni in militari ſtatione aſſervant, illiſque ſtipendia dant.

Quot peditum equitumque millia per omnes XV. Sinæ provincias numerentur, videre eſt apud auctor. Les Eſtats in deſcript. Chinæ p. 1571. ubi incredibilis militaris multitudinis legitur numerus.

Quantum ad Vicinos Regni, nullius tanta eſt potentia, ut Sinenſibus nocere queat, excepto magnæ Tartariæ Chamo, qui Sinenſe Regnum occupavit. Japonenſes plus nocent Sinenſibus rapinis, & deprædationibus, quam aperto bello.

SERIES REGUM CHINÆ.

Vltey primus Rex Sinenſium dicitur, vir ingentis magnitudinis, cujus alitudo quatuor ulnas ſuperabat. Hic uſum auri & gemmarum introduxit, & auctor fuit, nequis filium ad aliam quam paternam vitæ functionem daret. Totum Regnum in Urbes, oppida, & villas diviſit, nec ullam fœminam voluit eſſe otioſam. Imperavit 100. annos relictis 25. liberis, ex 4. uxoribus.

Ex ejus linea 116. Reges ipſi in Regno ſucceſſerunt, & per annos 2257. Imperarunt. Ultimus ejus lineæ fuit Trinzon, qui odio ſuorum laborans, ubi regnaſſet 40. annos, ex inſidiis occiſus eſt, Tartaros hoſtes expertus.

Anchoſo dein per duos annos regnavit, magni animi homo.

Futey unus ex filiis ipſi ſucceſſit, qui 7. annos Regnavit, & juvenis obiit.

Mater Futey ſceptra poſtea geſſit, per 18. annos cum omnium applauſu. Ejus Mariti, ex alia filius ipſi ſucceſſit, qui 23. annos Imperio præfuit, cujus ſucceſſor fuit.

Cuntey ejus filius qui 16. annos & 8. menſes regnavit.

Huntey filius Cuntey 54. annos in imperio fuit.

Chantey ejus filius 13. annos regnavit.

Chantey patris ſucceſſor 25. annos 3. menſes imperavit.

Chantey filius ejus 16. annos 2. menſes ſceptra geſſit.

Tzentzey ejus filius 26. annos 4. menſes imperio præfuit.

Cuthey ejus filius, per 6. ſolum annos regnavit.

Pintatey filius Authey quinquennale Regnum habuit.

Tzintzumi filius Authey fratri ſucceſſit, regnavit ſolum tres annos 7. menſes.

Huy-

Digitized by Google

Heyhannon frater Tzintzumy & Pintarey, 6. annis Regno præfuit.

Benthey filius Cubum imperio 28. præfuit.

Vnthey ejus filius tredecim annis imperavit.

Othey ipsi succeſſit & per VI. annos 5. annos imperium rexit.

Yanthey filius Othey per 8. ſolum menſes regnavit.

Antey ejus filius 18. annorum Regnum habuit.

Tantey ejus filius poſt patrem cito obiit cum per tres menſes in Imperio fuiſſet.

Chitey ejus filius ſceptrum unius anni tenuit.

Quantey frater *Tantey* & *Chitey* ipſis ſucceſſit, & 21. annorum imperium tenuit.

Linthey ejus filius 22. annis imperium rexit.

Yanthey filius Linthey 31. annos Rex fuit.

Hic cum minus intellectu polleret, in odium ſubditorum incidit. Hinc 4. Tyranni emerſerunt, quorum nomina ſunt *Cincoam*, *Soſoc*, *Guanſian*, & *Guanſer*.

Poſtea hoc Regnum in tres partes diviſum manſit, una & quidem præcipua, partes ſecuta eſt Laupij, altera Soſoc. tertia Cincoam

Atque ita Regnum per aliquod tempus manſit, uſque dum Cithey filius Laupij, fratri in imperio ſucceſſit

Ciambutey Tyrannus quidam ſe ipſi oppoſuerat, ſed hunc ille occidit, tantaque valebat potentia, ut diviſi Regni partes iterum conjungeret, quod per 41. annos diviſum fuit. Poſtea ſolus per 25. annos Imperio præfuit.

Fontey ejus filius dein 17. annos imperavit.

Ut paucioribus res exprimatur 15. Reges ejuſdem fuerunt lineæ qui 176. annos Imperium tenuerunt.

Ultimus horum Regum fuit *Quiontey*, contra quem ſe oppoſuit quidam Tzuy, fueruntve ex ejus linea tres Reges qui 37. annos regnarunt.

Contra ultimum ſe oppoſuit *Tunco*, qui optime Imperium adminiſtravit, & ſucceſſores 21. Reges habuit, qui per 294. an: regnarunt.

Ultimus horum dictus eſt *Troncon*, qui Virginem eximiæ pulchritudinis ex monaſterio uxorem ſibi ſumſit, quæ ipſum dein occidere juſſit, & ſola in Regno regnavit per tempus 40. annorum.

Tontzon

Digitized by Google

Toutzon ad imperium evectus, scelus fœminæ ultus est. Hic ex sua familia 7. Reges habuit, qui 20. annis regnarunt. Ultimus fuit *Coucham* cui se opposuit Diam, qui Regnum obsedit, duos Reges ex sua habuit familia, qui 18. annis Imperio præfuerunt.

Uton contra ultimum horum arma sumsit, & ex sua familia tres habuit Reges, qui ultra XV. annos non regnarunt.

Outzin se opposuit ultimo ex his tribus, & duos successores post se reliquit suæ familiæ, qui 9. annos & tres menses imperio præfuerunt.

Tozo contra ultimum se opposuit, qui cum filio solum 4. annos Imperium administravit.

Anchin bellum contra filium Tozi gessit, quem occidit, & in Regno successores habuit duos ex familia Vitey primi Regis, oppugnavit ultimum ex stirpe Anchia, ipsumque occidit. Fuerunt ex linea Zaitzon 17. Reges, qui omnes in pace Imperio per 300. annos præfuerunt.

Ultimus hujus lineæ dictus est *Tepim*, contra quem magnus Tartariæ Cham dictus Uzou bellum movit. Hic Chinam invasit, & Imperium ejus occupavit. Hinc per 93. annos 9. Tartarorum Reges regnarunt.

Tzintzoum ultimus ex novem, omnium fuit nefarius & in culpa, quod Regnum in partes scinderetur, & quod unus eligeretur dictus *Hombu* ex antiqua Regum familia, homo magnarum virium, qui tantum potentia sua profecit, ut Tartaros ex omni Regno ejiceret. Ex linea Hombou XII. fuerunt Reges. Ex his undecim per 200. annos regnarunt. Ultimus dictus est *Bonog* & fratri in Imperio successit.

REGNUM JAPONIÆ.
MORES INCOLARUM.

JAponensium plerique subtili pollent ingenio, & exprompta memoriâ. Nemini paupertatem suam exprobant, convitia, furta, consuetudinem jurandi, & omnis generis ludos ex animo detestantur. Multum sibi ob eximiam corporis venustatem placent. Vivido sunt maximam partem animo, & in sexagesimum usque annum arma tractare norunt.

Digitized by Google

norunt. Exiguam alunt barbam, crines quidam in anteriore capitis parte, alii in posteriore alunt. Nobiles parum crinium in ulteriore parte gerunt, plebei medio capite calvi sunt. Victus potentiorum, opiparus & exquisitus, vilioris conditionis hominum, ex oryza & herbis est. Tædii & laborum patientes, gloriæque valde cupidi, injuriarum contra impatientes sunt, qui tamen vindictæ animum studiosè occultant, exinde nomen proditorum nacti sunt. Plurimi ex illis natos suos liberos coquunt, ut hac ratione necessitatem illos nutriendi evitent. Unum tantum sermonem habent, sed tot diversis permixtum verbis & locutionibus, ut in plures linguas videatur esse divisus. Inter arma sclopeta habent, pugiones, aliaque leviora & ad pugnam expeditiora. In luctu albis utuntur vestibus. Pro potu delicato aqua utuntur, cui pretiosum immittunt pulverum, dictum *Chie*. Quidam etiam Vina bibunt, quæ à peregrinis accipiunt. Venationes valde amant, & sæpius ferina carne domesticoque vescuntur pecore.

In Urbe Banoum Scholam habent, in qua Bonzes juventutem informant. Adhuc inter ipsos Seminarium Jesuitæ habent, in Bungo.

Si quis Nobilium, flagitium aliquod admisit, illius ædes magna militum clauditur turma, quæ ipsum cogit, ut sibi ipsi violentas inferat manus. Hoc recusantem, ipsi trucidant. Carceres apud illos nulli sunt, sed pœnas de sceleratis in aperto campo sumunt, vel illos proscribunt.

RELIGIO.

JAponenses in Religione eandem cum Sinensibus fovent opinionem. Illa vero dicta incredibilis & abominabilis est. Doctores & concionatores illorum sunt *Bonzes* in XI. divisi sectas, multum opinionibus discrepantes. In illo tamen omnes conveniunt, ut providentiam Divinam negent, & animarum immortalitatem. Hæc tamen impietatis secreta, non nisi cum Nobilibus communicant, & cum plebe non nisi de pœnis infernalibus in futurâ vita agunt.

Matrimonia illis contrahere fas non est, ut & aliis Religiosis, qui diverso habitu induti incedunt.

Suas

Digitized by Google

Suas etiam habent Academias, quarum præcipua Frenojama eſt.

Præcipui Deorum quos Japonenſes colunt ſunt Fotoques & Capes, quorum primus in numerum Deorum relatus eſt, ob inſignem, quâ pollebat, eruditionem. Alter ob egregia facta & ſingulares inventiones.

Adorant præterea Japonenſes ſolem & ſtellas, alii, non niſi cœlum, quidam cervos divino honorant cultu, ut & alias feras ſylveſtres, adhæc, Deum Amide, Xaque, Cames. Inter hos idololatras ingens Chriſtianorum numerus eſt, qui ſancto Chriſtianæ Religionis Zelo præditi ſunt, adeo ut nec quæſitiſſimis tormentis à vera Religione dimoveri queant.

REGIMEN.

POtentia & magnificentia hujus Regni Principis, non in vicinorum amicitia, ſed auctoritate Regentis conſiſtit.

Quamprimum Rex aliquas indeptus eſt poſſeſſiones, vel terras inter amicos & ſibi fide probatiſſimos, illas mox dividit, atque hi omnia tam publica quam privata poſſident bona, cum dandi uni, alteri ſuum auferendi, abſoluta abutatur poteſtate.

Præterea quod Principes indies mutentur, populi amorem ſibi parare nequeunt, neque vero ipſi populo ullam probant benevolentiam.

Qui Regimen in hoc Regno adminiſtrant, ſunt, in Machau 3. homines præcipuum gerentes Magiſtratum, omnium Statuum. Hi ſupremam habent auctoritatem, & de omnibus rebus judicant. Primus qui velut ſummus Pontifex eſt, dicitur *Zazo* curam rerum Sacrarum gerens. Alter *Uco* ſuper omnes dignitates & honores, Tertius *Cubama*, belli & pacis curam gerens.

Populus in 5. ordines diviſus eſt, in primo quidam ſunt, qui aliqua pollent auctoritate, vocanturque communi nomine *Tones*. Alia porro inter illos nonnullorum dignitas eſt, quæ noſtris Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus correſpondet. Sub altero ordine illi continentur, qui aliquod in rebus Eccleſiaſticis habent officium, calvis capitibus & raſo mento incedentes, ſine fœmi-

fœminis agunt, in varias divisi sectas. Omnes vero communi nomine vocantur Bouzes. Tertius ordo est Nobilum & Civium. Quartus complectitur mechanicos, ultimus, ruricolas. Omnes criminum rei, mortis pœnâ afficiuntur, vel ad minimum exilio feriuntur. Fures in furto deprehensi in currum imponi solent, & per publicum, vehi, postmodum suspendi, ut ab omnibus conspici queant.

DIVITIÆ.

IN Japonia mercatura insigniter floret, Præter alias merces, & oryzæ abundantiam, quæ sola onerandis quampluribus navibus sufficit, uniones in maxima ibi reperiuntur abundantia. Adhæc pretiosorum etiam lapidum magnam ibi reperies copiam, quæ duæ res ad ingentes Regionis divitias satis sunt. Rex ex sola oryza 2. milliones nummorum percipit, exceptis aliis muneribus, quæ reliqui Reges, aliique publicis præfecti officiis, ipsi offerre tenentur, tam belli, quam pacis temporibus. Hinc facile conjicere est, quanti Regi, ex aliis pretiosis mercibus accrescant thesauri.

DESCRIPTIO STATUS REGIS BRAMIDARUM SIVE PEGU. MORES BRAMIDARUM EX DESCRIPTIONE BELGICA ABRAH. ROGERII QUI IN ILLIS FUIT ORIS.

BRamidarum gens nomen suum deducit à quodam Bramma, quem pro capite suo agnoscit. In varias vero sectas divisa est, vel ratione professionis, vel modo vivendi. Ratione professionis, sex diversæ reperiuntur Sectæ Bramidarum: *VVeistnouwa*, *Seivia*, *Smaerta*, *Schaerwaecka*, *Pasenda*, *Tschectea*. Illi, qui modo vivendi à reliquis Braminis divisi sunt, vocantur *Jagus* quod si quidam *Soudraes* eandem amplectantur vivendi regulam, vocantur *Iogus*. Atque hi ratione vitæ distincti, vocantur vel *VVanapraſtas*, vel *San Iasis* vel *Avadoutas*.

VVanapraſtas, cum liberis & uxoribus intra nemora & sylvas agunt, ubi ex fructibus arborum, & quæ tellus fert vivunt, nullo se labore occupantes. Quidam horum adeo

sunt

ſunt ſuperſtitioſi, ut ne mininam radicem de terra evellant quod peccatum exiſtiment, occaſionem præbere, ut à corpore anima divellatur. Atque hi pro ſanctis judicantur.

Illi, qui vocantur *San-Faſiis* homines ſunt, qui mundum & mundana omnia gaudia contemnunt. Ideo ſtrictiorem vivendi rationem obſervant. Illis non eſt fas uxorem ducere, non niſi ſemel in die edere, nullis æneis vaſis uti. Sed ex fictilibus cibum capere, & bibere: totamque vitam ex eleemoſynis ſuſtentare. Nullam etiam pecuniam, aurum, argentum, aut ulla alia bona poſſidere, vel certas habere manſiones poſſunt. Igitur ſingulis diebus alium quærunt locum, niſi quod certo anni tempore per duos menſes in uno loco licentiam habeant commorandi, & ille locus quem ſibi elegerunt ſanctus habeatur, tunc enim per totam vitam ſuam in tali habitare non nequeunt, in reliquis uti dictum, non niſi per noctem.

Hi vero *San-Faſiis* ſex capitales hoſtes vincere tenentur. 1. *Cama*, rerum cupidinem, 2. *Groota*, iram, 3. *Lopa*, avaritiam, 4. *Madda*, ſuperbiam, 5. *Liefde*, res mundanas, 6. *Matſara*, vindictæ cupidinem. Atque in hoc certamine, per totam vitam depugnare tenentur.

Qui *Avadoutas* vocantur, liberioris vitæ ſunt, nec adeo arctas ſervare tenentur regulas atque *San-Faſiis*. Hi non abſtinent ab uxoribus ducendis, & Sanctiores tamen, quam *San-Faſiis* eſſe volunt, illa abjicientes, quibus etiam illi utuntur, neque fictilibus vaſis in uſum ſervatis aut veſte quibus corpora tegant, ſed plane nudi incedunt, nonnulli, tantum panniculi ſolum habent quantum tegendis naturalibus ſufficit.

Hi cineribus corpora ſua conſpergunt, & cum fame laborant, muti in ædes aliorum intrant, & ſtipem porrecta manu poſcunt, ſtatimque comedunt acceptum. Hi *avadoutas* ab Ethnicis pro ſanctiſſimis habentur, creduntur que ſummum perfectionis gradum obtinere.

Ex Bramidis ſolum Bramidæ naſcuntur, neque alius illud nomen tueri poteſt, quanquam cuilibet permiſſum ſit ſecundum regulam Bramidarum vivere, ut eo evadat perfectior. Hæc Bramidis ſolennis eſt conſuetudo, ut liberos ſuos recens natos per X. dies pro impuris habeant, ut & ædes in quibus infans natus eſt, ideo nemini propinquorum duran-

te hoc tempore illas intrare licet. Decima die ædes, omniaque in illis utenſilia lavantur, polliunturque XII. die ignem faciunt illis dictum *Homam* in quem præter alia thus immittunt ſuper hunc accenſum ignem aliquas recitant preces, ubi extingui vult, nomen infanti indunt, quod illis inter alia commune eſt. Ut *Nainopa*, *Naraina*, *Beirewa*, *Damerſa*, *Padmanaba*, *Ragoa*, *Tirrenaia*, *Marlepa*, *Dewela*, *Tannopa*, *Carpa*, *Wellopa*, *Rama*, *Sancra*, *Goyenda*, *Warreda*, *Weinketi*. Poſtquam infanti nomen impoſuerunt, ejus perforant aurem, qui tamen mos non eodem ſemper obſervatur tempore. Hoc vero votum notare volunt, quo ſe illorum Deo *Wiſtnou* vel *Eſwara* devovent, ſe in illius cultu & Religione conſtanter perdurare velle. Perforatâ infanti aure, ipſi fauſta quæque & ſalutaria apprecantur.

Omnium Bramidarum officium in illo conſiſtit, ut alios doceant. Ideo proprios ſuos liberos omni doctrinâ imbuunt, aut ſi illis non vacat, præceptores illis alunt Bramidas, neque ullum ad hoc admittunt officium, cum hac ratione ſuum imminui honorem credant.

Inter alias Bramidarum domeſticas curas, præcipua hæc eſt, ut liberis ſuis maturè de bono proſpiciant matrimonio: ita tamen, ut ſponſa annis minor ſit ſponſo, quæ ſi plenis nubilis annis non nubat, à nemine Bramidarum poſtea uxor ducetur: ideo filiabus ſuis mature parentes, præſertim ditiores de proco proſpiciunt. Dum juvenis virginem aliquam ſponſam ambit, ſerio attendit, in occurrentia ſibi mali vel boni ominis ſigna, ſi prima dies mali quid portendat, differt in proximum diem ſuum propoſitum, ab hoc, in tertium, quod ſi & tertius dies ſiniſter eveniat, plane à propoſito abſtinet connubii voto. Cum utrinque in pacta matrimonii conventum eſt, ſponſæ parens donum betel dictum ſponſi amicis donat, teſtaturque coram omnibus, ſe filiam ſuam in matrimonium N. collocaſſe; certo vero tempore matrimonia contrahunt, nimirum Februario, Majo, Junio, Octobri & Novembri menſibus. Cum tempus matrimonii contrahendi venit, ignem *Homam* dictum faciunt, ex arbore ipſis dicta *Rawaſittou* quæ ſancta habetur. Hic ignis velut teſtis eſt contracti matrimonii, quo urente, quidam Bramidarum preces ſolennes habet, poſt ſponſus ter cineres manu capit, illos in caput ſponſæ ſpargens, id

quod

quod etiam ſponſa facit. Tum pater ſponſæ ſponſam veſtibus pretioſis, margaritis & unionibus exornatis pro conditione fortunæ induit, ſponſi pedes lavat, matre aquam miniſtrante. Hoc facto, ſponſæ manum prehendit, in illamque aquam immittit, cum aliqua pecunia, quam in nomine Dei ſponſo poſtea tradit, dicens; jam mihi in te amplius nullum jus.

Dum verò pater ſponſæ manum ſponſo porrigit, tum præſto ipſi etiam eſt ligula, ex qua aureum caput idoli cujuſdam dependet quod *Tali* vocant. Hoc *Tali* adſtantibus monſtratur, & à ſponſo in collo ſponſæ colligatur. Atque ab hoc tempore firmum & ratum eſt illorum matrimonium, quamdiu vero vinculum Tali non acceſſit, matrimonii pactum ſine ullo dedecore diſſolvi poteſt.

Poſt mortem mariti *Tali* crematur, quo pacto, matrimonium ſolutum notatur. Ante aliquot ante nuptias dies, matrimonii pacta publica fieri ſolent, per ſuſpenſa tentoria ipſis dicta panda & 4. in ordinem diſpoſitis arboribus, quæ ſigna notant, in tali domo ſponſam eſſe. Primo concluſi matrimonii die, pater ſponſæ, epulas amicis & pauperibus exhibet per 5. dies per quos etiam accenſus ignis *Homam* durat. 7. die ſponſus cum ſponſa in publicum prodit, nonnulli per præcipuas vias publice vehuntur, & quilibet amicorum equo, vel elephanto inſidet. Poſt ſponſa in ſponſi ædes deducitur, in quibus tres vel 4. dies manet, ſi adhuc ætate minor, & cum marito eſſe, impar eſt, in patris domum redit, ſi vero maturior annis eſt, apud virum habitat. Cum liberi Bramidarum matrimonia contraxerunt, amplius non *Bramaſariis*, ſed *Grahaſtas* vocantur. Ultimum nemini Bramidæ in matrimonium liberos dant, niſi ex gente Bramidarum genito. Plura de matrimoniis Bramidar. vid. apud dictum Rogerium c. XII.

Hanc conſuetudinem Bramidæ adhæc obſervant, ut duas horas vel unam ante ſolis ortum ſurgant. Excuſſo primum ſomno, nomen Dei ſtatim nominant, in cujus meditatione lecto incubantes ſemi horam impendunt: ubi ſurrexerunt, faciem, manus, & pedes lavant. Hoc peracto, aſſeri inſident vel tapeti, vultum verſus orientem vel ſeptemtrionem vertunt, nunquam ad meridiem vel occidentem. Aſſeri inſidentes hiſtoriam canunt; de *Gasjendre Mootsjam* (hoc

est deservato elephante, cujus historiæ enarrationem vid. cap. XVII.) Si ante solis ortum ipsis adhuc aliquod restat tempus, illud concionibus in honorem Dei impendunt. Tum surgunt, & os cum dentibus, totumque corpus in rivo proximo vel domi lavant, puramque vestem mox induunt. Postea ex putea extractam adhibent aquam, illamque ter in os quod tamen digito non contingunt injiciunt, & interea 24. nomina Deorum nominant dicta illis *Japon*. In enumeratione nominum 24. partes corporis sui tangunt. Exorto sole, ter volas aqua complent, quam in terram effundunt, adhibitâ singulis vicibus oratiuncula, atque hoc in honorem solis peragunt. Inde vero iterum ter in os aquam injiciunt, & in genua provoluti, solem adorant, dein idolum suum *Salagramma*, lavant, & aliis defunguntur cerimoniis. Appropinquante vespero, ante solis occasum, Bramidæ iterum corpora sua lavant, iterumque se signant, & 24. Deorum nomina proferunt, aquamve ut in matutinis oris, ita vespertinis soli effundunt.

Ethnica illa Natio novum suum anum à mense Aprili orditur, in cujus certo die solenne festum celebrant quod vocant. *Samwat-tsaradi panduga*, hoc est festum anni: nam panduga notat festum. *Samwattsarum* annum *adi* primum in mense annum. Annum per 12. menses metiuntur, quos vocant. *Tseitram*, Aprilem, *Weinjacam*, Majum, *Jestam*, Junium, *Ajadam*, Julium, *Srawanam*, Augustum, *Badrapadam*, Septembrem, *Aswijam*, Octobrem; *Carticam*, Novembrem, *Margisaram*, Decembrem; *Poujam*, Januarium; *Magam*, Februarium, *Paelgouwan*, Martium; Septem dies laboribus habent destinatos, quibus planetarum indiderunt nomina.

Sicut Græci olympiades observarunt, ita quoque hi post decursum sexaginta annorum, annos iterum de novo numerant. Annos vero non per numeros, sed per facta & gesta numerant, ut non anno tertio quarto &c. sed anno *Bipawa Sachela*, &c. Sicut porro Christiani annos numerant à nato Christo, ita illi, à quodam Rege *Salawagena*, hic vero calculus non nisi in magnis rebus adhibetur, quarum memoria memorabilis est.

Cum in Bramidarum Natione quatuor sint diversæ capitales sectæ, ex hi 4. duæ *Settrea* & *Soudra* piscibus, carnibus,

bus, omnibus eduliis excepta carne vaccina veſcuntur.

Stemma vero Bramidarum ab eſu omnium viventium animalium abſtinet, quod cum Pythagoricis commune habere videtur, qui deſtructionem & ſeparationem animæ à corpore credunt, quæ in aliud corpus dein migrat. Cæterum in capiendis cibis Bramidæ valde ſunt moderati, quibus minime delicatis utantur, potus illorum etiam nonnihil acerbior eſt. Lacte ex vacca plurimum delectantur, cui herbas & radices adhibent, adeo, ut inter illos ebrietatis & gulæ vitium nunquam reperiatur, quod in Catulum 5. numerum peccatorum quorum remiſſio difficilis eſt, retulerunt. Sunt vero illa 5. peccata hæc. 1. Cum matre rem habere, ſub qua noverca & uxor Sacerdotis intelligitur. 2. Bramidam occidere. 3. Bona furto auferre. 4. ebrium eſſe. 5. cum illis amicitiam habere qui talia faciunt.

In morbis Bramidæ hunc obſervant morem, ut non per miſſionem ſanguinis, ſed inediam curentur. Si in deterius vergat valetudo, moris habent, aliquas pro ægroto recitare preces, & eleemoſynas pauperibus dare. Ægrotus interim continuo nomen Dei in ore habet, ſi ipſum deficiat vox, amici illud continuo nominant. Credunt enim quod ſi ægrotus ad extremum vitæ halitum uſque, nomen Dei nominare poſſit, illum illico poſt obitum in cœlum penetrare. Moriens maritus, uxorem ſuam interrogat, utrum cum illo velit mori & comburi, quod ſi promittat, ex promiſſo tenetur. Credunt equidem quod nulla fœmina poſt mortem mariti ſui ſine peccato vivere poſſit. Hæc & alia fuſius apud citatum auctorem leguntur, quo benivolum lectorem remittimus.

RELIGIO BRAMIDARUM.

ILLI qui *Weiſtnouwaes* vocantur, dicunt, quod *Wiſtnou* aut *Permael* ſupremus Deus ſit. Contra *Seiriaes* dicti, quod non *Wiſtnou*, ſed *Eſwa* ſummus ſit.

Igitur non ſolum unum, verum etiam ſummum Deum credunt, cui nemo par potentia ſit.

In hoc vero omnes conveniunt, quod *Bramma* mundum, omniaque in illo per potentiam ſibi à Deo conceſſam creaverit. Unde vero *Bramme* originem ſuam acceperit, varia

& fabuloſa aſſerunt. Cæterum, non ſolum omnium rerum creationem, ſed etiam Regimen & conſervationem huic Brammæ adſcribunt, quod Deus hanc ſibi curam imponere nolit, ut circa conſervationem mundi, reſque in illo mundanas ſe occupet, ſed omnia Vicario ſuo regenda relinquat. Ille etiam Bramma, terminum vitæ humanæ conſtituit ad ſummum centum annorum, & hominibus divitias honores, omniaque bona tribuit. Hic Bramma creditur ab ipſis alios habere vicarios, in partes curarum, adſcitos. Inter hos præcipuus eſt quidam *Devendre*, qui magnam rerum habet adminiſtrationem, & caput eſt ſuper omnia octavi mundi. Octo vero mundi in præcipuis 8. terræ plagis verſus occidentem, orientem, &c. diviſi jacent. Aſſerunt præterea quod *Wiſtnou* qui pro ſummo colitur Deo humanam aſſumſerit Naturam, & in infimum mundum deſcenderit, ſub varia animalium ſpecie. Cum Epicuro & Metrodoro hanc fovent opinionem, quod plures mundi ſint, qui in forma ovi aquis innatant, quæ extra mundum ſunt.

Quod etiam ante hunc mundum in quo vivimus, alius fuerit, & ante illum quoque alius futurus ſit, & ita porro, conſtanter aſſerunt, adeo ut æternitatem mundi ſtatuere videantur, & quod alius iterum hoc finito expectari debeat. Qua ratione æterna temporum perennitas ab illis concluditur.

Quatuor præcipua æva mundo à Braminis adſcribuntur. Primum vocant *Critaigom.* 2 *Treitagom.* 3. *Dwaparugom.* 4. *Kaligom.*. Ex his jam ultimum credunt currere. Nec inficias eunt, ſtatum hominum in primo ævo longe fuiſſe meliorem, quod in hoc homines in omni juſtitia & æquitate vixerint. Diabolum quidem tum fuiſſe, nullam tamen homines lædendi poteſtatem habuiſſe. Secundum ævum, multum juſtitiæ habuit. Ultimum extitit omnium peſſimum. Tamen hoc illis vulgare eſt, ut Mundum ovi figuræ includant.

Angeli ab his paganis vocantur *Dewetaes* & Diaboli *Raetsjasjaes*, & ſecundum illorum opinionem, ab hominibus originem traxerunt. Pater utriuſque dicitur fuiſſe *Kaſſiopa*, qui 2. habuit fœminas, unam dictam *Diti* matrem *Dewetaes* alteram *Aditi*, matrem *Raetsjasjaes* Quidam ex his ultimis ad illorum opinionem peſſimi fuerunt homines, ob

ſcelera

ſcelera in exilium pulſi, ut ſtipem per orbem vagi rogare teneantur. Prohibiti ullo fructu terræ veſci. Igitur *Beirewa* filius *Eſwara* ſuper his inſpectionem habet, curatve, ne vel exiguum gramen de terra evellant.

His poteſtas hominibus nocendi, non eſt permiſſa. Contra alii ſunt diaboli dicti *Raetsjasjaes*; genus diabolorum peſſimum, quod multis nocet hominibus. De creatione hominum hæc habent principia.

Credunt quod non DEUS ipſe, ſed quidam *Bramma* creator hominum ſit. Hic in principio IX. homines creaſſe dicitur. Ex his IX. hominibus, & aliis à Bramma ex uxore ſua *Saraſwati* ſuſceptis, genus humanum propagatum creditur.

Inter omnia creata hominem præcipium eſſe affirmant, non quidem qua animam, ſed qua corpus. Quod animæ immortales ſint, & in omnem æternitatem durare debeant, communis Bramidarum eſt opinio. Unde vero illæ ſint ortæ, certi illis aliquid non conſtat. Quidam tamen illorum credunt, quod ab æterno fuerint in Deo, & ideo æternis gaudiis affici. Quod poſt mortem corporum in alios, etiam bruta migrent, alii exiſtimant; quæ tamen in bruta migratio pœnæ loco eſt.

Religioſo cultu non ſolum ſupremum Deum, minorem Deum, ſed etiam Dæmones colunt. Illum verò in internum & externum dividunt. Internus in illis conſiſtit; ne homo ſuperbiat, ſed animam ſuam Deo commendet. Ut in illius maneat ſervitiis, & ſemper magnus Dei amicus ſit Ipſius infinitam Majeſtatem cogitans. Ut ſemper de illius Majeſtate loqui libenter audeat, ipſique ſecundum Bramidarum doctrinam ſerviat. Exterior cultus in templorum aliorumque ſacrorum locorum ædificatione, tum vero cerimoniis conſiſtit. Hæc & alia plura fuſioribus deducta leguntur apud citatum Belgicum auctorem Rogerium, quo benivolum remittimus lectorem.

Digitized by Google

SERIES ALIQUOT REGUM INDIÆ INTRA GANGEM ALIORUMQUE REGNORUM ORIENTALIUM. EX ACCURATO MS. CL. VIRI GEORGII HORNII.

REgum Indiæ circa A. Ch. 970. fundavit quidam Raja Bethoura, à quo longa serie descendunt Reges, usque ad A. Ch. 1527. quo Mogoles ex posteritate Tamerlanis Tartari in Indiam venerunt, eamque sibi subjecerunt, à quo tempore hæc series Regum fuit.

1527. Babur Padischa.
1532. Humajun. Quo pulso India varie dilacerata fuit, & dum exulat Humajun in Persia, interea regnarunt ex priori Regum Dellycinorum familia.
1540. Schir Scha Tyechmecha.
1544. Selim Scha.
1552. Firuz Scha Ibri Selim. Muhammed Adel.
1553. Ibrahim.
1554. Scander Lud.
1556 Humajun recuperat Indiam.
1565. Muhammed Tzeladin Akbar.
1605. Selim Muhammed Ziahangir.
1627. Tzihan Scha Bedin Muhammed Chorum.

SERIES REGUM TAHUANTISUYO SIVE CUZCONIS QUOS HODIE PERUVIA HABET.

1. 1200. MAnco Inca. 2. Roca Snichi.
2. MLloque Yupangui.
4. Mayta Capac.
5. Capac Yupangu.
6. Inca Roca.
7. Jahuarhuacac.
8. Viracocha.
9. Pachacuter.
10. Yupangu.

11. Tu-

11. Tupac Irea Yupangu.
12. 1481. Huagna-Capac.
13. 1523. Guaſcar & Atahualpa qui vulgo Atabalipay ſtrangulatus ab Hiſpanis.

IMPERATORES JAPONIÆ.

IN Japonia multis ſeculis imperarunt Dayri, quorum nomen & ſeries nobis nondum innotuerunt.

Hos Dayros imperio exuerunt illi qui hodie imperant, quorum hæc eſt ſeries.

1550. Nubunanga.
1558. Faxiba Quabacondonus.
1607. Fideri Samma.
1616. Ongoſchio.
1617. Comboſamma.

REGES MEXICANORUM.

EX PUREHASO.		EX ACOSTA.
An. cIↃ. ccc. XXIV. Tenuch.	LI.	Mexi Dux.
LXXV. Acamapichtli.	XXI.	cIↃ. ccc. LXXII. Acamapixtli XL.
XCVI. Huiçilihuitl.	XXI.	cIↃ. cccc. XXII. Vitzilovitli XIII.
cIↃ. cccc. XXII. Chimalpupuca.	X.	XXXV. Chimalpopoca III.
XXVII. Yzcoalci.	XIII.	XXXVIII. Iſcoalt XII.
XL. Gueguemoteçuma.	XXIX.	L. Motezuma XXVII.
LXX. Axayacaci.	XII.	LXXVIII. Tiçocic IV.
LXXXII. Tiçoçicatzi.	IV.	LXXXI. Axayaca XI.
LXXXVI. Ahuizozin.	XVI.	XCII. Autzol XI.
cIↃ. IↃ. II. Montezuma.	XIX.	cIↃ. IↃ. II. Motezuma XIX.
cIↃ. IↃ. XXI. mexico ab Hiſpanis capta.		Finis Regni mexicani.

Digitized by Google

LIBER DUODECIMUS,

EXHIBENS

DESCRIPTIONEM

INDIÆ

OCCIDENTALIS SIVE AMERICÆ ALIARUMQUE DITIONUM SECUNDUM ACCURATA DOCUMENTA

IOANNIS DE LAET.

NOVA

Digitized by Google

NOVA FRANCIA

MORES.

INCOLARUM INSULÆ QUÆ TERRA NOVA DICTA. MORES.

INcolæ hujus ditionis moribus aſperi & feri ſunt, ſine ulla Dei cognitione, & omnis rationis politice vivendi, expertes. In vivendi more habituque corporis, cum illis, qui continentem incolunt, multum conveniunt. Illi qui balænas piſcatum eo ſe conferunt, teſtantur; hujus populi indolem ſatis eſſe tractabilem, modo cum humanitate habeatur. Chriſtianis, in operibus ſuis continuo aſſiduam præſtant operam, non tam ſpe lucri alicujus, quam ſpontanea benevolentia, modo parum panis ex labore conſequantur. Nullas certas habent manſiones, ſed pro neceſſitate, aut libitu modo hic, modo alibi commorantur, in tuguriolis, ex baculis conſtructis, ferarumque pellibus coopertis. Inter *Capo de Raz*, & *Capo Briton*, inveniuntur ſcelerati mortales, cum quibus, nullum haberi poteſt commercium: nigricante colore, aduſta facie, complicatis ſuper caput crinibus, utentes telo & ſagittis, quibus omnia expedite feriunt.

DE MORIBUS FERORUM HOMINUM QUI HANC INCOLUNT ORAM.

AUctor *Eſcarbor* dictus teſtatur; illos lætos omnino genio eſſe, maximamve temporis partem ipſis ridentibus inter jocos elabi, ita tamen ut quodammodo auſteri eſſe videantur. Lente loqui amant, in medio ſermone ſubſiſtunt, mox pergunt, quaſi re altius cogitata. A menſe Septembri, in Octobrem uſque menſem, piſcationibus anguillarum, ſe pro more recepto exercent. Has anguillas in uſum hyemis duratas ſervant. Anguillis conſumptis, feras venantur, in

quarum

quarum penuria, aliquot dierum jejunio famelici esse solent. Tum canes suos, & pelles quibus vestiuntur comedunt. Duo vitia hos imprimis premunt mortales, nimia in inimicos crudelitas, & mendaciorum fraudumque artificia. Cæterum nullis vivunt legibus adstricti, vel ullas alias bonas observant consuetudines, more ferarum quibus omnis rationis sensus ademptus est. Dicit *Jaques Quartier* quod Deum quendam colant dictum *Cudruagny*. Incantatores etiam quosdam habent, dictos *Pillotois*, quos familiariter cum Diabolo colloqui credunt, qui ipsis præcipit, quid in bello agendum sit. Somniis suis multum fidunt. Hic populus forma corporis non indecorus est. Viri quam fœminæ nigricante colore prediti sunt. Hyeme exuvias ferarum induunt, æstate nudi incedunt, Virgines illarum quatuordecim vel 15. annos natæ, libere cum juvenibus agunt, & quicunque illis placuerit, illum sibi eligunt maritum. Quod si maritus nullos ex uxore susceperit liberos, illam ipsi repudiare, & aliam ducere fas est. Mortua uxore, omnia in fossam utensilia sepeliunt, simulque cum illis cadaver humant. Animarum credunt immortalitatem, dicuntque, quod postquam ex corpore migrarunt, tunc in aliam migrant Regionem, ubi amici illorum, defuncti reperiuntur. Semper in timore vivunt, sæpiusque metu, se invadentium hostium, somno excutiuntur, armaque corripiunt, ac si jam præsentes essent, qui illis nocerent. Hæc de illis feris vera sunt, qui in principio hujus oræ habitant quam *Montaignets*, *Canadiens* & *Souriquois* vocant. Ultimum, nunquam ultro cogitant, quam de præsente hyeme, quæ incuria multa illos pati sinit adversa.

DE MORIBUS ILLORUM FERORUM, QUI VOCANTUR ALMOUCHIQUOIS.

HI capillos suos omnes in anteriore parte capitis tondunt, & in posteriore promissos gerunt, in varioque flectunt ductus. Faciem suam rubro tingunt colore, tum vero etiam nigro, id quod & alii faciunt barbari. Formam corporis decoram habent, quæ nullis fœda est maculis. Arma illorum sunt hasta, pilum, & sagitta. Agriculturam exercent,

Digitized by Google

exercent, quam alii, contemnunt, in Majo menſe ſerunt, in Septembre metunt. Certas ſemper habent ædes, nec ita crebro manſiones ſuas, quam alii mutant.

VIRGINIA.

DE MORIBUS POPULI, QUI ORAM *MONTAINES* DICTAM COLIT.

HAbitus horum mortalium ex pellibus ferarum eſt, cibus, frumentum turcicum, ex quo placentas conficiunt. Arma illorum ſunt arcus & pila acutis lapidibus præfixa. Nullas habent ædes ſed ſub dio vivunt. Omnia ſua ſemper ſecum portant. Videtur eſſe populus multa humanitate præditus, ad furta tamen præſertim ingenioſa, valde proclivis. Tabaci uſum ex illo creduntur bene callere, quod fiſtulas tabaci æneas habeant. Hoſpitalitatem multam peregrinis exhibent. Teſtatur Henricus Hudſon, quod cum apud illos appuliſſet, illico ipſum convivam ſecum habere voluerunt, emiſſis ad venandum Viris, qui ſtatim cum avibus telo transfixis reverſi, ad cœnam etiam canem mactarunt. Cum vero apud illos manere nollet, rati, quod illorum arcus & ſagittas timeret, confractas in ignem ipſo vidente, conjecerunt. Religio huic populo aut Dei cognitio nulla eſt. Diabolo tamen ſacra faciunt, quem *Menutto* vocant. Omnia etiam illa, quæ captum hominum ſuperare videntur *Menutto* dicunt. Suos qui velut ipſis imperant *Sakmos* vel potius Sagimos habent. Suſpicax & vindictæ avidus eſt hic populus, in omneſque horas mutabilis. Forma corporis omnibus non eſt eadem, quidam enim longioris, ut *Seſqueshæmocken*, alii brevioris, ut dicti *Whigcocomocos* ſaturæ ſunt. Nigrum capilitium, parum barbæ habent. Ingenia ſubtilia, & facilimæ apprehenſionis. Iracundi, minus tamen furaces, quod timeant ne incantatores furtum revelent. Mulieres illorum non niſi cum voluntate mariti peregrino vocant amori. Quælibet familia diſtinctas habet terræ portiones, ex quibus cum ſuis vivit. In veſtitu multis utuntur ferarum pellibus, hyeme piloſis, æſtate vero glaucis. Fœminarum brachia, pedes & mamillæ nigris punctulis infecta ſunt, quibus multæ ferarum exprimuntur figuræ. In qualibet aure ut plurimum tria habent foramina,

mina, ex quibus varia ſuſpendunt ornamenta viri etiam ſerpentes virides, alii in capite pennas & alas avium gerunt, quidam etiam manum hoſtis arefactam. Brachia & capita rubro colore tincta ipſis ſunt ex Radice *Locore*, quod contra hyemale frigus & æſtivum calorem bonum exiſtimant. Domus ex lignis flexibilibus conſtructas incolunt, ſuperneque ſtragulis tectas. Nomina ex openione parentum ſuorum ipſis indita ſunt. Liberos ſuos valde amant, hos in profluente toties lavant, unguentiſque afficiunt, ut callum contra frigus & æſtum obducant. Viri venationibus, fœminæ domeſticis curis incumbunt.

RELIGIO.

ILlorum Religio ita comparata eſt, ut omne illud adorent, quod ſibi nociturum ſciunt, neque illi ulla ope reſiſtere poſſunt: ut ſunt ignis, aqua, tonitrua, bombardæ equi, &c. Dœmonem tamen imprimis colunt, illum *Eſte* vocant, cui magis ex timore, quam amore ſerviunt. Suos etiam habent incantatores dictos *Pauxoranem.*

REGIMEN.

QUanquam hic populus valde ſit barbarus, aliquam tamen Regiminis habet formam, Supremumque aliquem Dominum & Monarcham *Pouhatan* dictum, ſecundum loca quæ incolunt. Alias vocatur *Wahunſonacoak*. Habet ſuas hereditarias ditiones, ut *Pouhatan Arrohateck Appamatucke. Pamaunke*, *Youchtanund* & *Mettapanient*. Præ Regia illius eſt *Orapack*. Tot habet uxores, quod libido ſuadet. Ex his Regi cubanti una ad caput, altera ad pedes ſedet, ubi ſurrexit, una illius dextrum, altera ſiniſtrum claudit latus, Potiores dignitate liberi Regis non ſunt, ſed primum fratres, poſtea ſorores. Nullas habent ſcriptas leges, niſi quaſdam receptas conſuetudines. Voluntas Regis ſuprema lex eſt, qui pœnas libere à ſubditis ſumit, à quibus valde timetur. Inter pœnas quibus afficere ſolet noxios & hæc eſt, ut manus & pedes ligati, ad ignem circumvolvantur donec vivi toſti, moriantur, ut alia ſuppliciorum genera hic prætereamus.

FLO-

Digitized by Google

FLORIDA, DE MORIBUS EJUS INCOLARAM.

HUjus ditionis incolæ coloribus corpora ſua tingunt, Mares porrectæ ſunt ſtaturæ, decoroque corporis habitu promiſſos alentes crines. Magni alias ſunt diſſimulatores, & defraudatores, viribus validi & ad pugnas expediti. Præter arcum & pila, nulla habent alia arma: juventutem in curſu exercent, propoſito præmio expiditius currentibus, & illis qui diutius ſpiritum trahere norunt.

Fœminarum forma pariter eſt venuſta quibus etiam moris eſt, ut corpora pingant, quemadmodum. Viri A juventute album habent colorem, quem poſtea unguentis depravant. Audacia mulierum hic tanta eſt, ut etiam flumina natando trajiciant, in uno Brachio infantem portantes. In altiſſimas etiam facili negotio enituntur arbores, multi in hac Regione reperiuntur hermaphroditæ, qui maxima bajulant onera, & victum in caſtra vehunt. Agrum nunquam ſtercorant, ſed illi ſemen commiſſuri, illum exurunt. Tempere meſſis Rex per ſuos miniſtros omnes ad publicas evocat operas Hyeme per 4. menſes in ſilvis latitant, ſibique parvos cunicilos faciunt, ex ramis palmarum. Carne Crocodili libenter veſcuntur, quæ alba ſane & muſcum valde redolet.

NOVA HISPANIA MEXICANORUM MORES.

HUjus populi cura magna in educandis liberis obſervata eſt; quibus certas pictas proponunt figuras, in illis notitias rerum, pro captu ætatis liberis imprimentes. A primis annis ipſos ſacerdotibus præſentant, vel etiam militiæ magiſtris; ut quamprimum annis maturiores evadant, alterutrum genus vitæ amplectantur, interim illos eouſq; domi ſervant, ipſis pro ratione ætatis cibum miniſtrant. Delinquentes ſpinis ex *magnes* Caſtigant. Matrimonia contrahentes, hunc obſervant morem: Certæ fœminæ quas *Amanteſa* vocant, ſponſæ veſtem in tergum convolvunt. Illa in conſortio proximæ agnationis mulierum, ad ſponſi domum deducitur, & in ſtragulam juxta ſponſum collocatur. Mox, ſponſæ

ſponſique veſtes connectuntur, ſacrificium diis exhibetur & convivium ſolenne inſtauratur. Atque ita matrimonium conſumitur.

REGIMEN.

QUondam Regimen politicum ariſtocratice hic fuit adminiſtratum, poſtea ſibi Regem elegerunt, qui non jure ſanguinis, ſed electione imperabat. Electio penes magnates mexicanos, & vicinos Reges ſtat, qui ad hoc ſpectant Imperium tanquam vaſalli, illos Regis Electores vocant *Tlacohecalcatl*, & poſt Regem dignitate præcipui ſunt. Hi ſupremum habent militiæ Ducem dictum *Tlacatecatl*, & *Ezuahuacatli*. Tandem etiam habent ſacerdotes dictos *Tlillancalqui*, dominos nigræ domus, quod ſe ungant oleo nigro. Regi certis ab officiis ſunt miniſtri, tam in jure adminiſtrando, quam juſtitia exigenda. Sunt ipſis in provinciis Gubernatores dicti *Petlacalcatli* tum alii *Calpique* ad exigenda tributa. In libris pictis impreſſa habent cujuſlibet Provinciæ tributa. Annum à Martio incipiunt menſe, totumque in 18. menſes diſtinguunt, & cuilibet certa imponunt nomina, ſuorum feſtorum incidentium. Cuilibet menſi 20. adſcribunt dies, quibus etiam ſua ſunt nomina. Succeſſionem Regum plenius fuſiuſque deſcripſit Acoſta.

REGMUM PERU
MORES INCOLARUM.

QUemadmodum loca hujus provinciæ, ex Indole Regionis diverſa ſunt, ita etiam diverſos moribus producunt incolas. Nam qui planitiem incolunt, ſub dio degunt. Viris, ſubucula ad genua uſque promiſſa erant, ſuper brachia, tenui tegebantur palliolo. Uterque ſexus linteolis diverſi coloris crines innectit. Qui in *Serrania* ſunt, robore corporis multum reliquos antecellunt, non minus ingenii acumine. Viri Veſtibus utuntur ex lanificio gregis proprii confectis. Fœminarum color albicans eſt, quæ maritis ſuis valde ſunt morigeræ, & fideles in negotiis coadjutrices. Præcipua illorum exercitia in venatione ſita ſunt, in qua tum ad quatuor millia congregatis rotam, junctis invicem manibus faciunt, feramque intus claudunt, & maximo

maximo clamore exagitant, donec fera esse desinat seque capi permittat.

Ordinarium illorum triticum *Maiz* est alias dictum *Zara* potum quoque ex Africa, habent hic ex *Maiz* & aqua componitur. Multis adhæc aliis radicibus ad potum utuntur, quarum nomina hic tacebimus.

Per omnia itinera quæ per Provincias ducunt, dispositа reperiuntur diversoria, quæ *Tambos* vocantur, in usum iter facientium extructa. Incolæ natales suos locos non facile relinquunt, nisi forsan coacti illud facere ob nimium rigorem illorum *Caziquen*. Egregia pollent staturâ, intellectu præditi insigni, & quasvis artes facile imbibunt. Longævi adhæc sunt, viribusque corporis validi. Vitio vero mendacii obnoxii, novorum cupidi, in horas mutabiles, ebrietati addicti, nec facile boni Regiminis patientes. Qui ex illis Christianam amplexi sunt fidem, non citius sacro baptismo tingi volunt, quam in ultimo mortis articulo.

DE INCOLIS BRASILIÆ. ILLORUMQUE MORIBUS. EX GEORGIO MARCGRAVIO, QUI ILLAS PERLUSTRAVIT ORAS.

HUjus terræ incolarum naturalium, quatuor sunt Nationes suis distinctæ nominibus, nimirum *Tubinambu Tobajara*, *Petiguara*, *Tapniya*.

Ob mixturam vero variarum nationum, aliæ quinque distinctæ hic reperiuntur hominum species. Equidem is qui ab Europæis parentibus patre atque matre hic natus est, appellatur *Mozombo*.

Qui natus ex patre Europæo & matre Brasiliana dicitur *Mameluco*.

Natus ex patre Europæo & matre Æthiopissa *Mulato* vocatur. Natus ex patre Brasilienſi & matre Æthyopica. *Cariboca* & *Cabœles* audit. Ortus ex utrisque parentibus Nigritis *Criolo* cognominatur. Hic quædam Æthiopissa gemellos peperisse dicitur, unum album alterum nigrum, quos auctor vidit, ut & Æthiopes senes barbâ magnâ planeque canâ capillisque capitis canis. Adhæc juvenem octodecim an-

norum, maximè album, crinibus crispis & albis, cuteque albissima, qui tamen ex patre, ac matre nigritis erat natus. Incolæ Brasilienses qui inter Christianos degunt, staturâ sunt mediocri, robusti, humeris largis, bene compositi, quia inter illos difficile invenies distortum, vel luscum, aut claudum, quod sane mirum videri debet, cum infantes, nunquam fasciis involvant. Ligant tamen Brasilienses, recens natorum infantum crura certis fasciis, quas vocant *Tapacura*, eâ nimirum de causa, ut robustiora fiant. Brasilienses oculos habent nigros, nasum compressum, os amplum, capillos nigros rectosque, mulieres mediocris statura commendat, bene dispositæ robustæque sunt, nec inelegantis formæ. Comas alunt nigras, partuque faciles sunt.

Annos suos numerant ab exortu Heliaco Plejadum, quas *Ceixu* vocant, atque ideo annum eodem denotant nomine: accidit autem is ortus nostro mense majo. Ut autem numerum annorum ætatis suæ retinere possint, singulis annis unam reponunt castaneam, de *Acaju* quam ipsi *Acaju*, *Acay* appellant. Fructus illius arboris singulis annis semel maturus fit.

Diu plerumque vivunt, & videre inter illos licet multos senes, qui centesimum superarunt annum, neque facile nisi in decrepita ætate canescunt.

Puerorum ingenia satis habent docilia, nisi quod illi hebetiores sint, quando ex ephæbis excesserunt.

Tranquillè, compositisque inter se agunt moribus, nisi quando poculis indulgent, tunc enim saltationibus, & cantilenis plurimâm partem de nocte solida demunt. Viri æque ac mulieres ebrietatis vitio laborant, à quo non facile se divelli patiuntur, unde in rixas & contentiones faciles sunt.

Pigritiæ quoque valde sunt obnoxii, & laborum curarumque pertæsi, paucis contenti vivunt, & terræ fertilitas ipsorum subvenit negligentiæ, divitias, ex illisque nascentia mala ignorant, neque calcari ad labores opus habent. Fœminæ illorum hospites advenientes lachrymis excipiunt, singularique alloquuntur sermone. Quo pacto vero mortuos suos deplorent, vid. Joannem Lerium qui inter Tupinambos diu egit. *Tapuiyæ* autem quando pater aut mater illorum moritur, omnes capitis capillos sibi evellunt,

de

de quibus poſtea dicetur. De veſtitu illorum hæc pauca notata ſufficiant Viri ſubligaria, jam ex linteamine plerumque induunt, Quidam quoque induſia habent, & utuntur pileis, maximam tamen partem nudo incedunt capite, capilliſque more Luſitanorum tonſis, calceos nullos gerunt, ſed nudi incedunt, quidam etiam ſolum ſubcinctorio panno lumbos tegunt, cætera ſine veſtitu.

Mulieres longis veſtiuntur induſiis, ex linteo vel goſſypino panno, præter hæc veſtimentorum nihil habent. Viri pariter ac fœminæ, & infantes, variis coloribus cutem tingunt, nigro, rubro, flavo, ad quem uſum ſuccum è fructu *Janipaba* adhibent. Capillos capitis in humeros uſque promiſſos alunt, inferius verò æqualiter præciſos, in fronteque ad lineam detonſos gerunt. Pallia ex filis craſſis conficiunt, inſtar retis nexa, hinc cuilibet nodo pennam internexunt, ita ut totum pallium ex pennis quaſi conſtet.

Auriculas ita perfodiunt, ut digitum foramini poſſes immittere. Perforatæ auri, lignum digitum oblongum, vel os cercopithecorum imprimunt. Viri labia inferiora perforant, foramenque lapide aliquo, criſtallo vel ſmaragdo aut Jaſpide magnitudine nucis avellanæ exornant, talem lapidem *Metara* vocant, & ſi viridis vel cæruleus fuerit *Metarobi* dicitur.

Ad utrumque etiam oris latus buccas habent perforatas, nimirum conjugati Viri ſolum, Cuilibet foramini lignum indunt, figura & magnitudine pennæ anſerinæ, quod inſtar infixi prominet clavi, vel etiam aliquem immittunt lapidem dictum *Tembe coareta* Nares quoque ſæpius perforant, quibus ligna *Apiyati* dicta indunt.

Corpus varie pingunt, atque inſuper toti corpore plumas avium varii coloris agglutinare ſolent. Vocant hunc actum *Acamongui.*

Brachia quoque certis corallis è plumis avium factis rubris, flavis, exornant, vocantque *Aguamiranga.* Pennas inſuper Struthionum multas vel araræ in orbem quaſi colligunt, filoque craſſiore connectunt, atque adligant lumbis, ita ut inferiora corporis tegant, hunc ornatum vocant *Aracoaya.*

Ex fructu Aquay qui triangularem formam habet, monilia faciunt, quæ cruribus infra ſuras circumligant, qui

cortices inter ſaltandum ſonum quendum edunt.

Mulieres partes genitales ſolum herbarum vel foliorum faſciculo tegunt. Hi autem mores inter Gentiles frequentes ſunt. Qui vero Chriſtianorum ſacris nomina dederunt, illorum moribus utuntur. Cæterum ſuppellex Braſilienſium admodum curta eſt, ita ut cum loca mutent, omnia ſecum portent quod officium mulieri competit, quæ muli inſtar onerata, neceſſaria bajulans maritum ſequitur.

Præcipua illorum ſuppellex rete eſt, ipſi *Ini* dictum, Luſitanis *Rede* in quo dormire ſolent.

Speculis ex Europa allatis admodum delectantur, loco patinarum, utuntur cucurbitis, quæ multas variaſque habent ſpecies. Cochlearium vicem digiti præbent, menſa, terra, vel ſcamnum eſt.

Cum peregre iter faciunt, mulier maritum ſemper, & quocunque ſe vertat etiam in militiam ſequitur. Maritus præter arma nihil portat. Neque vero multis ſe onerant cibis, ſed tenuis parvaque ſufficit farina, ita leviter onuſti, cum laribus peregre abeunt, parum de nummis vel commodo hoſpitio ſolliciti, quibus ſecundum naturam ex tenui viventibus, ſylvæ commodum diverſorium, campi virentes, ſtratos lectos, hauſtus aquæ, vini præſtantiam, parva parabiliſque eſca, varias præſtant delicias.

Cum domi agunt, Viri mane cum arcubus & ſagittis ſuis in ſylvas & campos abeunt, ad figendam aliquam feram, vel avem, vel piſcatum exeunt, mulieres contra plantaria adeunt, ſolitiſque defunguntur laboribus. Feras variis modis capiunt, vel enim illas ſagittis figunt, vel in terra foveas faciunt profundas. Piſces in fluviis vel ſagittis figunt, vel hamis capiunt, Cibus & potus Braſilienſium hic eſt: Carnem variam animalium ſylveſtrium uſurpant, avium, ut & piſcium variorum, etiam teſtaceorum & cruſtaceorum: fructus itidem arboreos, & terreſtres tum varia legumina.

Carnem coctam vel aſſam comedunt, vel etiam toſtam.

Ignem eliciunt ope duorum lignorum, uno molli, altero duro, durum acuunt, & applicant molli.

Piſces minores foliis herbaceis, aut arboreis involvunt, cineribuſque calidis operiunt, ita brevi tempore ad ci-

bum

bum parati ſunt, licet neque cocti, neque aſſi dici poſſint.

Farinam duobus vel tribus poſterioribus digitis manus dextræ præhenſam, inter edendum ori injiciunt, ita dextre, ut vix aliquid pereat. Interdiu, imo noctu ſæpeus comedunt, neque ſtata obſervant edendi tempora. Cibum vero cum ſummo ſilentio capiunt, raroque inter edendum bibunt, ſed jam bene ſatiati.

Potus illorum ordinarius aqua frigida eſt, vel fluviatilis, quæ hic & clara, & valde bona reperitur.

Vulgare autem eſt Braſilienſibus, ut ex variis fructibus, radicibuſque diverſos faciant potus, qui vini præbent guſtum. Primum vocant *Cavi* ex Acaybæ Arboris fructu maturo, quem manibus exprimere ſolent.

2. Eſt Aipii ex radicibus. 3. *Pacobi* ex fructu arboris pacobete. Reliqua potus genera videantur, apud Auctor. lib. 8. p. 274.

Arcus ex duro ligno factos habent, quos *Guirapara* & *Urapara* vocant. Cordas arcuum è goſſypio contorquent. Sagittas ex arundine ſylveſtri. Cuſpides ſagittarum ex ligno in acumen exeunte. Tapuyarum nationes nonnullæ nullis utuntur arcubus, ſed ex manu ſagittas mittunt.

Tapuyæ clavas habent ex ſolido nigro ligno confectas dicuntque *Japema.*

Tubas ex oſſibus humanis faciunt, quas Canguenca vocant.

Saltationibus ſupra modum delectantur, quas generali nomine *Guau* dicunt.

Habent etiam inter ſaltandum varios cantandi modos.

Pueri quoque certos exercent luſus, quos ſuis nominibus auctor notavit.

DE TAPUIYORUM MORIBUS ET CONSUETUDINIBUS EX RELATIONE JACOBI RABBI, QUI PER ALIQUOT ANNOS INTER ILLOS VIXERAT.

HI plerumque incertis vagantur ſedibus, inſtar Nomadum, certos tamen inter limites intra quos caſtra

mutant, ſecundum mutationem anni tempeſtatum. Regulum habent dictum *Otshicayaynæ* qui ſingulis diebus, de mane & noctu conſultis in anteceſſum divinationibus, proclamare jubet, quo proximo mane promoturi ſint. Ubi conceſſuri, quid ibidem acturi. Mane priuſquam iter aggrediantur, flumina tentant, corpuſque abluunt, & arena nitidiſſima corpora ſua fricant, rurſuſque abluunt. Inde vero egreſſi, artus ſuos ita extendunt, & contorquent, ut articuli crepitent. Poſtea ad focum accedunt, & calefacti, denticulis quorundam piſcium corpora ſcabunt, ut ſanguinem eliciant, quod ad demendam laſſitudinem præſens eſſe remedium exiſtimant. Teſtatur Rabbi ſeſe id ſæpius expertum eſſe ac utile comperiſſe.

Ad lapidis jactum, à Reguli tabernaculo, duo trunci arborum jacent, unius paſſus intervallo ab invicem remoti, gens autem reliqua in duas turmas diviſa ex adverſo conſiſtit. Hinc unaquæque turma unum ex robuſtiſſimis eligit, qui truncos illos ſuccolare, & quam celerrime portare queat; qui locum caſtrorum primus attigerit, reliquos tardius venientes ſibilo excipit. Fœminæ quoque certando, luctando, currendo ſe exercent, quibus certaminibus duæ præſident fœminæ, quæ de ſingulis judicant actionibus. Cum juvenes ad nuptias animum applicant, venatum exeunt, ſectanturque feras, tum mel ſylveſtre colligunt, idque omne ad Patres puellarum quas amant deferunt, qui ſi filias, plenis annis nubiles habent, Prophetas ſuos & ſortilegos cum medicis advocant. Illi vero Regulum ad deliberandum adeunt. Regulus porro per præconem adoleſcentes procos in proximum extra caſtra convocat, ubi plurimi tum adoleſcentes cum puellæ conveniunt, & conjunctim per ſylvas oberrant, donec ad locum venationi deſtinatum perventum ſit, hinc conſultò ferarum latibula perveſtigant, quæ ubi invenerint, citato curſu ad reliquos redeunt, tum omnes armis accincti cum canibus feras ſectantur, ubi illas claudere poſſunt, tanto cum impetu in illas ruunt, ut ducentas quandoque ſimul capiant. Extis exemptis, canibuſque objectis, in caſtra feras pertrahunt. Accurrunt poſtea fœminæ, miniſterio culinæ promptæ, primum viſcera torrent, Viriſque exhibent comedenda, tum præuſtis pilis ferarum carnes concidunt, carbonibus imponunt, & ita com-

commeſſando hilariter diem conſumunt. Dein ad Reguli Tribunal accedunt, Conſilium de ineunda in proximum diem venatione rogaturi: ubi certum acceperunt reſponſum, ad cantilenas in cohortes concedunt, ex cantu enim omen, male vel bene ſucceſſuræ venationis capiunt, poſt peractam venationem, iterum ad convivia redeunt, qui domi manſerunt, farinam ex radicibus factam ad epulas conferunt.

Hoc in more poſitum habent, ut Adoleſcentibus foramina in genes terebrent, atque hæc veluti ſponſalia ſunt, neque enim prius hanc adoleſcentes conſuetudinem ſubeunt, priusquam in amorem apud virginem hæreant. His peractis, per triduum & ultra conviviis indulgent, in iſto vero inuptiali convivio, Regulus ipſe, ſuas cuique partes deſtribuit.

Solent autem matres cavere, ne filiæ cum maritis ſint, cum menſes habuerint, id quod ſorti, legis ſuis & Medicis indicant & Regulo, tandem ita ſponſa ad thalamum ſponſi adducitur, maritique potitur. Ultimum mater ſponſæ cantilenis celebratur, quod decus virginale expugnare non paſſa ſit, quod ſi mater maturam Viro habeat filiam, quam tamen proci ſponſam non ambiunt, tum mater filiam ſuam ſub oculis rubro pingit colore, illam ad Regulum adducens, & mentionem de illa facit. Tum Regulus ad ſe vocat juvenculam, illamque in ſtorea juxta ſe collocat, fingens ſe medici partibus fungi; manus ergo ad focum calefacit, ſeque iis primùm poſtea & juvenculam demulcet, poſtea ſeque virginemque herbæ Indicæ fumo vulgo Tabacci afflat, tum mulibria ferit arva, ſi ſanguinem forte eliciat, hunc delingit, idque honorificum putant.

Fœminæ uterum ferentes, à virorem conſortio abſtinent; Enixæ autem, in ſylvas ſecedunt, & infanti umbilicum concha præcidunt, unaque cum ſecundinis coctum devorant. puerperam autem, pariter ac infantem mane & veſperi frigida abluunt, nec licet fœminæ quamdiu infantem lactet cum viro conſueſcere, niſi forte ille unicam tantum habeat conjugem.

Quod ſi fœmina cum altero rem habeat, idque viro innotuerit, illam actutum domo eliminat, ſi vero exerciti adulterii arbiter ſuperveniat maritus, utrumque impune occidere poteſt, tam alii matrimonii obſeſſorem, quam vitiatam.

Regulus *Jandui* in medio tabernaculi ſui ingentem habet cucurbitam, ſuper floream ita diſpoſitam, ad quam ſine mandato ejus nemini licet accedere, aut illam cucurbitam in troſpicere, cum vero tabacum accendunt, fumum in illam expirare fas eſt, feras & mella quæ inferuntur, juxta illam deponunt, donec ut auferantur Regulus imperat. Singulari autem veneratione cucurbitam illam excipiunt, in qua lapides quidam ſunt, qui in majori pretio habentur quam aurum. Habent quoſdam Medicos vel potius præſtigiatores, qui populo miris artibus imponunt, miſeriſque perſuadent, ſe ex eorum corporibus, animalia, lapides, aliaque exſugere, quæ ipſis videntibus evomunt. Reguli quoque ſibi medendi facultatem arrogant, itaque matres infantes ſuos ægros ad Regulum adducunt, qui illos fricat, Tabacoque conſputat, quod ſi infans nihil minus ſpiritum exhalet, à matre, & proximis conſanguineis comeditur.

Martio & Aprili menſibus, ingens aquarum vis de montibus deſcendit, ubi capiendis piſcibus operam dant, Poſtquam vero fluvius intra alveum ſuum concedit, in conſuetas ſuas ſedes redeunt, ſementique faciendæ vacant. Prius ac ſemina terræ credant, ſolum à ſuperſtitioſis, & Prophetis illorum ab ortu ad occaſum luſtratur, ſeminaque fumo Tabaci perfumant, autumantes id ad fæcunditatem plurimum facere. Divinatores quoque ſuos de anni fertilitate ſollicite conſulere ſolent, qui variis diverſique coloris plumis exornati dolis offrænatum, & credulum vulgus ductant, & de rebus caſſa memorant.

Plejadum exortum imprimis venerantur, illaſque ſtellas numinis colunt loco, canendo choreaſque ducendo, imprimis in loco ad id deſtinato; illac tendunt, poſtquam fructus fere ad maturitatem pervenerunt. Hic autem adoleſcentes haſtiludium exercere parati, poſt triduum cantando ſaltandoque exactum, ſe certamini parant: & primo quidem ſuras vinciunt lento quodam vimine, è quo calceos confectos induunt, poſtea melle capita inungunt, capilloſque poſtica parte ſubligant, faciem variis pingunt coloribus, fronti albas applicantes plumas, dorſo faſciam inſtar caudæ aptant, brachiis, volucris alas (*Koſetug* vocatur) cervici quoque rubras circundant pennas. Ita ornati per triduum certant, victores, ovantes ſaltant.

Vitâ

Vitâ functorum cadavera, intra caſtra portant, ubi medici & ſortilegi illa exenterant & poſtea oſſilant, partes à vetelis torrentur, & ab iiſdem & conſanguineis cum planctu devorantur, ſummi namque amoris ſignum eſſe exiſtimant, amicos intra propria viſcera condere. Atque hic quidem mos inter plebem uſu increbuit. Digniores à dignioribus comeduntur, exceptis nonnullis oſſis, quæ à proximis conſanguineis in nuptialia ſervantur convivia; que tum in minimas contunduntur particulas, & bellariorum vicem præſtant, quamdiu autem demortui oſſa ſuperſunt, proximi amicorum & ſanguine junctorum ſibi, capillos in ſignum luctus evellunt.

MORES TAPUYIORUM. PER ELIAM HERCMANNUM.

HI robuſto ſunt corpore, procero; craſſo, & amplo capite, coloris fuſci, nigro capillitio, & aſpero, quod ſuper cervicem propendere ſinunt, in fronte verò ad aures uſque tondunt, quidam Europæorum more id faciunt. Illorum magi, apud illos magni habentur, & de futuris prænunciant. Malos genios provocare norunt, qui ſe illis in perſona Tapuyiorum ſiſtunt, interdum illos ſub ſpecie muſcæ & alterius minoris animalis advocant. Hoc multi vidiſſe teſtantur, Veneratio alios cum colunt, ex fœminarum ululatu trucique clamore fieri ſolet.

Regulum ſuum valde colunt. In bellum iturus, illos antecedit, cui tamen domi parca præſtant obſequia. Porro cum omnes nudi incedant, Regulus cum primatibus à vulgo dignoſci ſolent, partim capillitio, partim unguibus. Regulo namque capilli in coronam ſunt tonſi, & ungues pollicum longiſſimi Illius autem conſanguinei, aliique bellici miniſtri ungues alunt longos, & ex omnibus digitis præminentes, decorum enim exiſtimant, præſegmina quam longiſſima alere.

Pueris quoque ſeptem vel octo annos natis, auriculas perforant, ut & labium inferius ſupra mentum, dicentes; quod hac ratione illi demum in hominum numerum aſciſcantur.

Fœminæ, ſi mortuum enixæ ſunt fœtum, ſtatim illum devorant, ajunt enim illos melius condi non poſſe quam intra mater-

maternorum viſcerum in quibus antea latebant, receſſus.

Infantes illorum, (quod peregrinis videtur incredibile) nona vel decima hebdomade ambulare incipiunt, ipſaſque ad natandum aquas ingredi ſolent, quare nemo, (cujuſcunque ſexus & conditionis ſit,) invenitur, qui bene natare ignoret.

Adhæc ad ſummam & decrepitam ſenectam aſcendere ſolent, ita ut inter illos reperiantur, qui centum & quinquaginta, aut ſexaginta, etiam qui ducentos annos exigant. Ingenio ita ſunt impensè improbo, ut etiam intimi amici, qui ad ædes illorum ſalutant, rariſſime ſine accepto maleficio inde diſcedant.

DE CHILENSIBUS ILLORUMQUE MORIBUS.

HI ut plurimum ſatis ſubacto robuſtoque gaudent corpore, colorem albo & fuſco mixtum habent, nigros & craſſos capillos, Illi, qui apud Hiſpanos ſtipendia merent, prolixos, intonſoſque capillos geſtant, verum qui adhuc ſui juris ſunt, & cum Hiſpanis belligerant vulgo Ucais dicti, attendere illos ſolent, ne ab hoſtibus ſuis, apprehendantur, hoc igitur ſigno, ab aliis dignoſcuntur.

Caput grandius, faciem latam habent, imberbes, quia illam evellunt, duabus mytulorum conchis arcte connexis, non ſolum vero è mento & genis, verum etiam ſequioribus corporis partibus capillos evellunt, mares juxta ac fœminæ.

Capite nudo incedunt, nec niſi redimiculo capillos capitis ſubligant, ipſis dicitur *Tariwelonco* prioreſque illud paulo pretioſius portant. Nonnulli etiam ornamenti loco exuvias volucrum gerunt.

Fœminæ quoque capite nudo, ſolutiſque incedunt comis, quas tamen certo ſubligant temore, videlicet cum muliebri menſtruo laborant vitio. Præterea panno ſe amiciunt, quem è lana ſuarum contexunt ovium, Pannus hic diverſorum eſt colorum, quem etiam viri in proprium vertunt uſum. Pedibus incedunt nudi, niſi quod feſtivis diebus caligas affabre factas induant. Calceorum uſum plane ignorant, omnes autem Chilenſes mudicei ſunt amantiſſimi, quare

quare ſingulis diebus mane ſeſe abluunt, etiam gelu aquas ſtringente.

Ipſorum domicilia, tuguriola, ſeu caſæ humiles ſunt, ex ſtramine vel arundine confectæ, neque enim oppida vel civitates inhabitant, ſed in unum locum per familias congregantur.

Supellectilem valde exiguam habent.

Omnis ſollicitudinis experres vivunt, neque ſerunt, neque metunt, niſi quantum in proximum ſufficiat annum. Ex pecudibus enim vivunt, quibus tamen non adeo abundant.

Sementem hac ratione peragunt. Octobri menſe, familiæ aliquot conveniunt, laborumque ſocietate initâ, mares uno alteroque die terram fodiunt, aut etiam arant, ſemina ſpargunt, reſidua laborum fœminis permittunt. communiter ab ortu, uſque ad occaſum ſolis comedunt & potant, cum domi ſunt, quando vero foras abeunt, vel in caſtris agunt, bis de die tantum ſunt ſaturi Aquam ſolam raro bibunt, ſed fructuum ſucco miſcent.

Tot uxores ducunt, quot alere poſſunt. Opulentiores plures habent, illaſque à parentibus emunt, unde proverbium apud illos, quod illi divites ſint, qui multas habeant filias. In matrimoniis contrahendis, non tam rationem habent formæ, quam virium, quamvis nec genus puellarum floccipendant. Uxorem ducturus, puellam non alloquitur, verum tantum ſuos conſanguineos, opem illorum implorans, qui ipſi quilibet pro ſua conditione, ovem, porcum, vaccam &c. largiuntur. Tum apud patrem filiam in uxorem depoſcit; poſtea de pretio conveniunt, & penſiones inſtituuntur, quarum ſingulæ, vel ovis, vacca, &c. ſunt, itaque puella empta proco cedit, mox pater dimidiam partem pretii, in nuptias impendit. Quod ſi nova nupta durius à marito tractatur, illam per vim abducunt, aliique uxorem locant. Viri, ditiores ſingulis uxoribus caſas exſtruunt, illaſque pro affectu viſitant. Poſt partum, mulieres frigida abluuntur, confeſtimque ad munia ſua redeunt. Adulteras ſtatim trucidant. Viduis ad ſecunda vota tranſire quidem licet, ſi tamen liberos habentes inuptæ manent, id honeſtius eſſe ducunt. Quod ſi nullos habeant, cum cæteris bonis ad hæredes tranſeunt.

DE

DE CHILENSIUM RELIGIONE. EX GEORGI MARCGRAVI RELATIONE.

CHilenſes extra omnem cultum divinum agunt, nullum dierum attendunt diſcrimen; poſt obitum nihil de homine reſiduum manere credunt. Diabolum tamen boni adverſarium noverunt, vitam ſummum bonum judicant, ubi quis illorum, diem ſuum obiit, illum à Diabolo abreptum dicunt: id quod ſuo idiomate *Alverey* vocant.

Quidam tamen illorum adeo omnis numinis expertes non ſunt: credunt enim aërem ſpiritum, quem appellant *Pillan*, & illum in ſympoſiis ſuis potiſſimum venerantur.

Tonitru *Pillan* vocant, quod pro numine agnoſcunt. Cum vero tonitru auditur, ad arma concurrunt, credunt enim quod tonitru illos moneat, hoſtes ſuos Hiſpanos jam ad eſſe. Eo etiam tempore ſagittam ſumunt, aut ſecurim lapideam inſtar cunei, terræque infigunt; ubi circumſtantes truces emittunt voces, orantes, ut *Pillan* hoſtes ipſorum perdat.

Omnes præterea, fortes & eximios viros nomine *Pillan* inſigniunt, ipſiſque divinas tribuunt Virtutes. Cum tabacum accendunt, fumum illius ſingulari cerimonia in aërem exhalant, dicentes, accipe hæc *Pillan*, quo pacto, aliiſque modis Numini ſacra facere ſolent.

Quod ſi quis veneficii aut incantationis reus ſit convictus, talem ſine ullavenia, aut diſſimulatione vivum comburunt, cum omnibus quæ poſſidet.

Nullos habent ſacrificulos aut alios miniſtros, qui *Pillan* ſacrificent: neque ſortilegos, verum tantum illos qui cum *Pillan*, comœdiam probe agere, cantuſque ducere norunt, quos ſane magni faciunt.

Spiritum etiam alium ſive falſum numen colunt, dictum *Maruapoante*, quod ipſis indicat, quando potiſſimum uxorem ducere & concumbere debeant, credunt etiam illas ex concubitu *Maruapoante* gravidas fieri. Interrogati vero quomodo cum illo ſpiritu colloquantur, reſpondent, id fieri per inſpirationem aut in ſomniis, ubi ipſi antea cantibus operam dederunt. Atque in hiſce duobus nominibus univerſa illorum conſiſtit ſuperſtitio.

DE

DE CHILENSIUM REGIMINE POLITICO ET ARMIS EX GEORG. MARCGRAV. QUI IN ILLIS ORIS HABITAVIT.

ILlorum Regimen penes optimates est, quos *Ulmen* vocant, quando vero unus est, *Palmen*. Alibi dicuntur Casique à quibus indigitantur *Caracæ*, nam *Casique* nomen ab Hispanis ex insul. Americæ translatum est.

Ejusmodi interdum *Ulmeni* sive *Curacæ* inter illos plurimi sunt, quandoque numero 25. interdum quinquaginta, immò & centum aut plurimis familiis præsunt. Horum vero regimen præcipue in administrando consistit bello, vel in conventibus generalibus indicendis, cum nimirum de rebus magni momenti dileberandum est: ipsi enim hujusmodi conventus convocant. Nequeunt autem tributum aliquod exigere, vel illis alia onera imponere, præter illa quæ summa flagitat necessitas; imperare tamen possunt, ut adversus hostes egrediantur: quo casu ipsi præire opus habent.

His vero Generalibus, seu populi Rectoribus, non est permissum de rebus publicis privatim cum aliquo deliberare, sed omnia consilia palam habere tenentur, præsente omni populo, ut omnem amoveant suspicionem. Hæc Curacæ dignitas, vel munus inferioris Rectoris, à potentibus in liberos velut hereditas transmittitur, si vero nulli extent liberi, ad proximos consanguineos & affines.

Quod si vero hæredes parum sint gerendo Magistratui idonei, astutiores sibi illam dignitatem occupare solent.

Electio vero *Nentogues* seu Rectoris alicujus communitatis hunc in modum instituitur; loco vocanti is, qui ad illud adspirat officium, rationes facultatum suarum expeditas habere solet, illi namque necessitas incumbit, primores populi insigni convivio sibi consiliare. Rebus autem rite paractis, convocat *Curacas* omnes, & communitatis Pulmenos, in locum publicum illi actui destinatum, qui cum ibi frequentes adsunt, orationem ad illos habet, genus suum opes, amicos fortiaque prædicans facta, multaque alia, quæ ad rem facere existimat. Hac ratione petit, se in defuncti locum surrogari: Dein unus Curacarum aut Pulmenum orationem orditur, com-

commendat que conditatum qui confestim Patroni sui collo circumdat collare, ex turcoidibus compositum, aut certis conchis albis factum, quas auri instar æstimant. Electus in se recipit, se omnia pro communi salute acturum, muneris-que sui bonam habiturum rationem. Deinde orator ille collare à candidato acceptum, inter reliquos primores dividit; totus tandem hic actus in longum tempus productum, absolvitur lætitia & commessatione. Eodem quoque modo eligunt *Apocuracam*, hoc est supremum Rectorem, Arma ipsis sunt hastæ, lanceæ, utuntur & clavis ferro asperatis, gladios hispanicos nudos gestant. Morè quoque majorum sagittas & arcus usurpant, lapillis asperotos & internecivo veneno tinctas, neque tamen id omnes faciunt. Meliori equitatu quam peditatu pollent, galeas & thoraces ex crudis tergoribus vaccarum componunt, ita ut ictu gladiorum vix penetrari queant. Victores valde crudeles sunt, captivorum enim occisorum corda emunt, & adhuc palpitantia laniant. Fœdera ita faciunt: unus ad alterum sagittam mittit, quam invitatus, si fœdus percutere vult dextra tangit, & vice juris jurandi se obligat. Hocque præcipuum inter illos habetur fidei vinculum. Ad eundem prope modum cum legere vel scribere nesciant, unum ex fidis mittunt Ministris, qui negotium alteri nuntiet, se sagittam, cui fascia est alligata & amorem notat, dextra tenere manu. Quod si alter aliquid renunciare cupit, addit alteram fasciam, sagittamque remittit, si autem opus sit alios quoque moneri, prior sagittam curat fascia retinet, & ad alios sibi fœdere junctos per suos deferri curat.

DE STATU REGIS JAPONIÆ.
MORES.

IAponenses maxima ex parte subtiles, circumspecti, dociles, & bonâ memoriâ pollêtes mortales sunt. Nemini suam exprobrant paupertatem, mendicandi tamen artem fugiunt & detestantur, non secus ac alia latrocinia. Consuetudines jurandi, & omnis generis ludos contemptui & opprobrio ducunt. Multum ob formæ præstantiam gloriantur, & arma sexaginarii usque ferre solent. Nobiles ulterioré capitis partem capillis rarioribus tegunt, & ægre ferunt, si quis illorum minimam

nimam partem tangat. Plebs & ruſtici mediam capitis partem calvam gerunt.

In comedendo duobus utuntur baculis, quos ita dextre adhibent ut nihil ſibi excidere patiantur.

Qui conditione pauperes ſunt, herbis, oryza & piſcibus victitant, ditiores contra valde ſumptuoſe & delicate vivunt, laborum ob gloriæ cupidinem valde ſunt patientes, vindictam optime diſſimulant, ideo pro proditoribus habentur. Multi ex illis recens natos infantes ſuos occidunt, ut neceſſitatem illos nutriendi evitent. Uno quidem tantum utuntur ſermone, qui tamen tot peregrinis abundat verbis, ut in novam dialectum abire videatur. Characteres illos integros, illis notant ſenſus, & verba. Arma illorum ſunt Sclopetum, acinax telum aliaque. Cum lugent, album induunt veſtitum. Potui pulverem pretioſum immiſcere ſolent. Venationem valde delectantur, cum quis Nobilium crimen admiſit, ejus ædes multitudine hominum obſident, illum cogunt, ut ſibi violentas inferat manus, quod ſi illud facere recuſat, ipſi ædes ingrediuntur, illumque cum omnibus ipſius domeſticis occidunt.

Nullos habent carceres, ſed reos in apertis caſtigant campis, aut illos proſcribunt.

RELIGIO.

JAponenſes ſunt in Religione ſimiles Chinenſibus, multis erroribus & impietati obnoxii. Illi qui Bonzes vocantur illorum Sacerdotes & Doctores ſunt, diviſi in undecim diverſas ſectas, in illo ſolum convenientes, quod providentiam divinam & immortalitatem animæ negent. Nemini etiam ſecreta Religionis ſuæ niſi Nobilibus communicant.

Multas habent publicas Scholas, quarum præcipua in Trejonama eſt. Fuit quondam Japoniæ Rex qui in hoc loco 3800. templa extruxit.

Præcipui in Japonia Dii quos colunt ſunt *Fotoques* & *Capet* primus horum in numerum Deorum relatus eſt, propter ejus inſignem doctrinam & vitæ auſteritatem. Alter vero ob bene facta, & peculiares inventiones. Adorant porro Japonenſes ſolem, ſtellas, alii cœlum, quidam etiam cervos, & alias ſylveſtres feras. Proxime Machau extructum eſt templum dedicatum cuidam litterarum & ſcientiarum

Digitized by Google

Deo, atque hic diabolus sub forma variarum bestiarum adoratur, interrogatus quis sit, respondet se esse Regem boum Ibidem Deus aliquis infernalis conspicitur, aspectu terribilis, qui peccata hominum notat. Qui tædio vitæ capiuntur quendam Amide invocant, ut eo citius moriantur tum vero aliam *Xaque*, unam ex præcipuis diis. Inter hos Idololatras multi inveniuntur Christiani, in Religione magis quam nos ardentes, & à patribus Jesuitis conversi.

REGIMEN.

QUi hic maximam imperii tenet auctoritatem Rex, acquisitas Provincias & Regna inter amicos dividere solet, qui propriis expensis tam belli, quam pacis temporibus, Regi sua officia præstare tenentur. Igitur inter paucos potentia & divitiæ Regni divisæ sunt. Cum aliquis officio suo in Provincia exauctoratus est, illico etiam ipsius Ministri, aliis deponi solent, sint vero in Machau 3. homines, qui præcipuum gerunt Magistratum supremaque pollent auctoritate. Primus qui velut Pontifex est dicitur *Zazo*, rebus sacris præpositus. Secundus dicitur *Uco* honoribus & dignitatibus præpositus tertius vocatur *Cubama* pacis & belli curá gerens.

Hic populus Japonensis in 5. ordines divisus est. Primus illorum est qui aliqua pollent auctoritate, dicunturque *Tones*. Est etiam inter illos non secus ac nos dignitas Ducum, Marchionum, Comitum. Alter ordo illos complectitur, quibus sacrorum commissa est cura, qui mento & capite rasi incedunt, cœlibesque vivunt, in varias divisi sectas, vocantur communi nomine *Bonzes*. Tertius ordo Civium, & Nobilium est. In quarto sunt opifices, ultimus agricultorum.

Omnia crimina morte puniuntur, vel exilio publico expiantur, prout mitiores vel duriores habeant judices. Capitis pœna plerumque sceleratus irrogatur fures curru per publicum vecti, tandem suspendio puniri solent.

DIVITIÆ ET VIRES.

IN Japonia commerciorum usus florentissimus est; cujus Oryza, peregrinorum plurimas naves onustas reddere solet Unionum etiam hic magna est copia, quorum gravis & rotun-

Digitized by Google

rotunda figura eſt. Adhæc multi pretioſi lapides & auri copia hic reperiuntur, quæ hoc Regnum divitiis valde potens præſtat. Quantum ad Regem, ipſi alii Reges dona ferre tenentur, ſua præſtare tenentur officia, tam belli, quam vero pacis temporibus. Nec parvæ Vires exinde Regis Japonenſis judicari poſſunt, quod, 2000. navium poſtquam 50. Regnorum Dominus eſſet factus, conficere in bellum juſſerit, ipſi etiam Japonenſes multo pollent robore, adeo, ut exigua illorum manus Chinenſium magnas copias profligare queat.

STATUS REGIS DE PEGU.

MORES.

INcolæ Pegu mediocrem habent ſtaturam, agiles & robuſti & tamen bellis minus idonei ſunt. Nudi omnes incedunt, niſi qua partes verendas Albo panno capita ſua obvelant amoribus fœminarum valde indulgent, in quarum gratiam campanulas aureas & argenteas gerunt. Quidam exiſtimant illos à Judæis ortum traxiſſe, qui confines erant tempore Salomonis his Regionibus. Ipſi vero & Peguſi ſtulte aſſerunt quod ex cane & fœmina Chinenſi prognati ſint. Omnis generis, ſuperſtitionibus & voluptatibus addictiſſimi mortales. Regnum Siam incolentes, omnis generis voluptatibus dediti ſunt, efflictim fœminas amant, & gulæ ſtudioſiſſimi ſunt.

Muſicam valde adamant, Mechanicas artes plane negligunt, illiſque peragendis mantipia ſua alunt. In publicis (quas habent) ſcholis Leges & Religionem ſuam profitentur. Scientias vero lingua peculiari & à communi diſcrepante docent habitum corporis magnificum præ ſe ferunt.

Incolæ Regni Cambaya, validi ſunt admodum, navigationum ſtudia & commercia ſeduli tractant. Mores tamen illorum valde ſunt barbari, homines & pecora juxta exiſtimantes. Poſt obitum Virorum, fœminæ ſe in ignem præcipitant, & poſt mortem Regis non ſolum fœminæ, verum etiam aliqui Nobilium de ſtudio in flammas proſiliunt.

Illi ex *Tarneſſey* ex variis animalium vivunt generibus Terræ ſine mappa comedentes incumbunt, potus illorum eſt aqua ſaccharo permiſta. Lectos alte habent ſtratos Terram co-

lunt, cum fœminis nunquam concumbunt, niſi prius cum albo aliquo Chriſtiano vel Mahometo conſueverint, quod ſi aliter fœminæ faciant illas poteſtatem occidendi habent. Sacerdotum demortuorum cadavera cremant, vaſis oleo myrrhaque &c. repletis, clauſa. Tum 20 vel 30. idolis ſervientes picti pectora palmis, plangunt, gemitus alioſque ejulatus ob defunctum emittentes. Elapſis poſt hæc xv. diebus, fœminæ defuncti omnes ſuos invitant conſanguineos, quibus in loco cremati mariti convivium exhibent, quod variis ritibus ſolenniter celebratur. Prope locum convivii profunda conficitur foſſa, quæ materia combuſtibili plena accenditur, juxta hanc vidua defuncti choreas inſtituit ſericea tecta tunica & ubi animam ſuam precibus miniſtrorum Diaboli commendavit præceps in foſſam irruit, hic mos inter maxime conſpicuos uſu frequens eſt.

RELIGIO.

ILli & Siani Auctores eſſe dicuntur omnis ſuperſtitionis in illis locis uſitatæ, Deum tamen cœli & terræ Creatorem credunt, qui bona malaque munerum & pœnarum compenſatione proſequitur. Quod homo bonum & malum ſpiritus ſecum habeat comites credunt. Multa ædificant templa, extruuntque ſtatuas. Sacrificuli illorum panno induti ſunt luteo, quod is colorem ſolis referat. Vina bibere ipſis magnum eſt opprobrium. Quin Sacerdotes lapidant convictos potus vini. Sæpius jejunant, temporeque jejunii omnes in Templa ad audiendas conciones confluunt. Mundum aliquando cœpiſſe & per 8000. annorum duraturum eſſe jam vero 6. millia effluxiſſe credunt.

Docent adhuc, mundum in igne periturum, & quod ſol tum 7. oculos habebit, qui omnes rivos & flumina exſiccabunt, omnibus combuſtis duo reperiri debent in cineribus ova ex quibus naſci debeant mas cum fœmina qui mundum iterum renovabunt.

Idolorum ipſis ingens eſt numerus, inter alia 4. adorant Elementa, & quilibet ſibi moriens unum eligit elementum in quo velut ſepeliatur. Ita qui terram adorant, humantur, qui ignem, comburuntur, qui aërem, ſuſpenduntur, qui aquam, ipſi immerguntur.

Qui

Digitized by Google

Qui ſapientiores in Pegu ſunt infinitos mundos Deoſque credunt, mundos tamen ſibi invicem ſuccedere debere autumant. Tria poſt mortem credunt loca, in uno beatitudo, altero damnatio, tertio *aneantiſſement* annihilatio eſſe debet.

Conventus Sacrificulorum in vicinis templis Idolorum inſtituunt quibus raſa capita & mentum eſt. Hi à conſortio mulierum plane abſtinent. Triginta in annum Dies jejunant. Qui alicui bona abſtulit, illum in futura vita illius fore mancipium, cui quid abſtulit credunt.

REGIMEN.

REx hujus Regionis, abſolutus eſt Dominus omnium hujus Regni ditionum, quas pro certa pecuniæ ſumma ſuis miniſtris elocat: vel in ſuſtentationem donat. Hi contra obſtricti ſunt belli & pacis temporibus Regi certa præſtare officia.

Solet etiam Rex Pegu inter alios cuſtodiæ ſuæ miniſtros mille habere Chriſtianos, qui omnia aulæ exequuntur officia, & quibus ſe Rex tuto permittit.

DIVITIÆ ET VIRES.

OB inſignem terræ fertilitatem hæc Regio valde dives eſt quam Nilus tot divitiarum ferax perluit. Ex oryza equis elephantis auro, unionibus argento ſtanno, & magna eo confluentes mercatores commoda hauriunt.

Nullum dubium eſt Regem Bramenſem valde eſſe potentem, quod Rex Siam quem Regno ſpoliavit, ſex millia in militari cuſtodia habuerit 30. millia Elephantes, quorum 3000. bello apta erant. Adhuc 20. millia equitum & bis centena & quinquaginta millia peditum.

STATUS MAGNI MOGOR. MORES GENTIS.

QUi Cambayam incolunt, maximam partem mercaturæ dediti ſunt, armis tractandis plane inutiles. Omnes hic nudi incedunt, niſi qua ſequiorem corporis partem tecti, in capite purpureas gerunt mitras. Carnes non comedunt, ſed ex oryza hordeo aliiſque inanimatis rebus, vivunt. Cum una tantum muliere matrimonium Vir contrahit, nec

niſi unum mulier habet maritum. De mane equis vel Elephantis vecti, Miniſtri ante fores pallatii Regem ſuorum ſalutatum veniunt cum ſonitu & clangore tubarum & cornuum ipſi velut proſperum voventes diem. Regnum Bengala, à pluribus peregrinis incolitur Nationibus ob aëris gratam clementiam & Regionis fertilitatem. Ex hac plaga oriundi colore albi, ſubtiles & humani rebuſque quas tractant valde intenti, ideoque fraudibus obnoxii. Nudi vero ſicut reliqui Indi non incedunt, ſed ſubucula ad genua promiſſa gerunt. Illorum Rex olim ut plurimum eligebatur inter mancipia Abyſſinorum, quibus tota repleta erat curia. In vivendo delicati & ſcientiarum rudes ſunt, uti etiam alii ex Cambaya. Gangem fluvium incolæ maxime venerari dicuntur, qui hoc de illo ſibi perſuadent quod in illo loti ab omnibus ſuis commiſſis peccatis mundentur. Nemini vero Rex in hoc flumine lavacrum concedit niſi quis certam ideo ſolverit pecuniam.

RELIGIO.

MAhometi ſecta adeo per Europam, Africam, & Aſiam diffuſa eſt, ut omnes propemodum orbis partes illius, quadam colluvie infectæ ſint, ſicut etiam magni Magor ditio, quæ hanc ſectam cum aliis Idololatriæ erroribus permiſtam ſequitur.

DIVITIÆ ET VIRES.

HÆc ditio ſerico, aromatibus, pretioſis lapidibus, aliiſque mercibus ditiſſima, non obſcure Regionis hujus dotes teſtatur. Penitius Regis theſaurum excutientibus invenitur, quod quondam 500. auri tonnæ & argenti ex illius ærario fuerint protractæ. Miſit etiam magnus Mogor donum. Solymanno Turcarum Imperatori æſtimatum 600000. coronatis ut ſibi ſuppetias præſtaret.

Quantum ad Vires illius, in numerato habere dicitur centum quinquaginta millia equitum & centum millia peditum, cui militum ingenti multitudine militaris vis armaturæ ingens accedit apparatus. Pro certo etiam creditur quod magnus Mogor ſpatio exigui temporis triginta millia equitum & quinquaginta millia Elephantum producere queant.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum magnus Mogor vires nullas habet maritimas, tam quod portubus careat, quam quod Lusitanos habeat vicinos qui omnem ipsi claudunt Cambayam, cum propugnaculis fortrissimis Damam, & de Diu.

STATUS REGIS CALICUTI. MORES POPULI.

CUm Rex calicuti sibi virginem matrimonio jungit, non prius cum illa in thorum conscendit, priusquam cum præcipuis Regionis sacerdotibus concubuerit, quibus pro hoc officii genere Rex quingenta coronatorum donat. Ubi Rex quietem capere vult, in terram corpus sine ullo tapetis usu prosternit, sacerdotibus undique stipatus, qui ipsi etiam prandenti vel cænanti adsunt. Rex cum Regina, nunquam magnifico incedunt habitu, incolæque Regionis omnes fere nudi sunt. Rege in venationem exeunte, sacerdotes, in aula Reginæ custodiam suscipiunt. Si qui reperiantur amici qui uxores duxerunt, in fidem amicitiæ sæpius per mutationem uxorum invicem faciunt, liberi tamen suos sequuntur parentes, cum vero una fœmina plures passa est viros, quem enixa est infantem, illi tradit viro, qui sibi videtur commodus, neque tum viro oblatum, repudiare integrum est. Defatigatis terra foliis strata cubile est, qui Regem sequuntur purpureas circa caput gerunt fascias. Omnes valde longos crines alere solent, quos defuncto Rege una cum barba præscindunt, in signum tristitiæ, ideo conceptæ.

Fœminarum omnis labor in operosa conciliatione pulchritudinis solum consumitur, equidem in publicum exeuntes, quamvis nudæ sint, auro tamen & Margaritis, pretiosisque lapidibus, onustæ conspiciuntur.

RELIGIO.

QUi hanc mundi incolunt plagam Calicuti, unum Deum credunt creatorem cœli & terræ, fingunt tamen illum esse otiosum, & mundi universum Regimen Diabolo permisisse quem cœlo ortum ideo Judicem hominum fore credunt. Ipse Rex Calicuti in palatio suo Domum Orationum habet figuris Diabolorum repletam, qui triste sane & hor-

rendum ſui præbent ſpectaculum Sacrificatores illorum Bramidæ ſunt, qui tetuntur illa idola quolibet mane roſacea aqua, lavare diffuſo coram odorifero, liquore, Ubi ſacerdotes ſacrificium idolo faciunt, brachia & pedes auro & argento exornant Rex nunquam cubitum it, priuſquam unus ex Bramidis cibum Diabolo obtulerit, neque Rex neque illius præcipui aulæ Miniſtri carnem comedere poſſunt, ſine expreſſo Bramidarum conſenſu.

Remiſſionem peccatorum ſingulis annis populo faciunt. Illa inſtituitur in templo Idoli cui ſacra parant. Hoc in medio ſtagno ædificatum eſt, gemino ordine columnarum circum ſeptum, cum lampade inſignis magnitudinis figuram Naves repræſentantes oleique circum circa lucem ſpargentis pleno. In hoc ſtagno loti templumque ingreſſi, oleo à ſacerdotibus aſperguntur. Poſt ad ſacrificia accedunt, exbibitoque venerationis cultu (quem Diabolo reddere mos eſt) diſcedunt, ipſiſque Bramidæ univerſum peccatorum remiſſionem impertiunt. Hoc templum velut publicum aſylum eſt, in quo nemini alterum criminis poſtulare licet.

REGIMEN.

DEfuncto Rege, illius liberi Patri in Regno non ſuccedunt, ſed filius ſororis ejus Princeps Calicuti creatur. quod illam Bramidam dicant. In homicidio commiſſo, reus criminis vivus palo infoditur, dein vero ſuſpenditur. Quantum ad debita, ſi creditor debitorem ſibi nolle ſolvere videat, accipit ex viridi arbore corticem, cum hoc debitorem perſequitur, inventum huic alligat, obteſtaturque nomine Bramidæ & Regis, ut priuſquam ſolverit loco ſe non moveat. Quod ſi quis in hoc conditione conſtitutus aufugiat, ſine ulla remiſſione occiditur. Secundum Regem præcipui Regno ſunt ſacerdotes, ſecundi ab his ſunt Naires, qui velut apud hoc nobiles ſunt. In tertia claſſe ſunt mechanici, quartus ordo habet piſcatores, quintus illorum eſt, qui pyper, vinum & nuces colligunt, in ultimo reperiuntur illi qui oryzam ſeminant, qui tamen ab aliis parvi penduntur.

VIRES.

TAlis hic obſervatur conſuetudo, ut pueri ſeptennes in bellum veluti in ſcholas mittantur, quorum membra

ante

ante diſcrimen oleo ungere ſolent, quâ ratione incredibilem corporis agilitatem conſequuntur. Arma illorum quondam erant arcus, gladius, clypeus, poſtquam vero Luſitani has oras ingreſſi ſunt, pulveris tormentarii uſum dedicerunt, artemque ſclopeta conficiendi. In prælia nudi exeunt, ſepæ fugam ſimulant, mox iterant gradus & ſecurum petunt hoſtem.

Eſt inter illos militiæ ordo dictus *Amoques* qui cum maxima animi vehementia injuriam ſuis illatam vindicant. Quod ſi Regem quiſpiam occiderit, non prius ceſſant antequam in furore animi de reo pœnam ſumant: quapropter quo major. eſt. numerus illorum *Amoques* eo ſe Reges exiſtimant potentiores.

STATUS REGIS NARSINGÆ. MORES GENTIS.

DItiores hujus Regionis more turcorum faſcias varii coloris in capite gerunt. Plebs in veſtimentis verenda tegit, reliquum totum corpus nudum relinquens. Rex illorum in bellum iturus veſte pretioſis gemmis, auro & argento diſtinctis incedit indutus. Incolæ nunquam panem comedunt, cujus loco carne & piſcibus utuntur. Mos hujus eſt Regionis, ut parentes liberos ſuos pro vili vendant pretio, multi etiam urgente neceſſitate ſe ipſos venundant. Principes magni æſtimant ut Nobiles loco mancipiorum habeant, qui ſæpe filias illorum ducunt & Domini evadunt.

RELIGIO.

POpuli Narſingæ unum credunt Deum, Dominum hujus univerſi, poſtea etiam Diabolum omnis mali auctorem quem majore cum cultu proſequuntur quam omnium rerum Creatorem. Huic magnifica extruunt templa in quibus quidem perpetuo vivunt qui idola colunt, tum vero fœminæ puellæque corpore quæſtum facientes. Duæ vero hic loci reperiuntur ſectæ ſecundum ſimplicitatem conſcientiæ viventes: quarum prima eſt *Baneanorum*, altera *Bramidarum*; de quibus in peculiari loco dictum eſt.

DIVITIÆ.

CReditur pro comperto, quod Rex Narſingæ 12. milliones auri ex reditibus percipiat, & quod tres vel duos cum dimidio impendat: reliquum in militiæ uſum vel familiæ ſuſtentationem impenditur. Ducentos habet Capitaneos inter quos ditiones ſuas diſtribuit, quorum quidam decies centena millia auri ſeorſim inter reditus numerant, ita ut Rex tertiam partem ſibi capiat & Capitanei duas tertias poſſideant.

VIRES.

PLerumque in ſtatione militari Rex Narſingæ quadraginta millia militum habet, qui tanquam Nobiles ſunt omni bello parati. Cum vero in caſtra eundem eſt, copiæ illius augeri ſolent, cum ſtupenda Elephantum multitudine. Peditatus ejus plerumque conſtat ex haſtariis, gladiariis. Noſtro tempore duo fuerunt militiæ præfecti, ſeditioſi, unus dictus *Virapânay* alter Vengapatir. Singulis annis Rex Narſingæ expeditum habet in omnes occaſiones militem, qui multoties luſtrari ſolet.

DE IMPERIO REGIS ABYSSINORUM. MORES GENTIS VETERES.

CRediderunt Veteres quod Æthyopes primi fuerint cultus deorum inventores & cerimoniarum introductores. Geminæ ſortis habebant literas, quaſdam ſacras vocabant, reliquis Nationibus præter ſacerdotes incognitas, aliæ populo erant communes. Figuræ literarum ſpecies certas animalium repræſentabant tum vero inſtrumenta Mechanicorum, humanas corporis partes & alia. Quælibet figura peculiarem ſuam habebat ſignificationem. Ex Sacrificulis illi habebantur ſanctiſſimi, qui furibundi eſſent vim aliquam divinitatis mentiti. Talis in Regem eligebatur & à populo adorabatur: tanto vero Regem proſequebantur amore ut quod ſi ille cœcus vel claudus eſſet, omnes ſibi alterutrum oculum in Regis gratiam eruerent & claudicarent. Mortuo Rege, pudori ducebant ſimul cum illo non occumbere, credentes,

tes, quod in hac actione vera laus perfectæ consisteret amicitiæ.

Antiquitus insula Merve sedes Regis Æthiopum erat quam Pastores incolebant, venationibus prudentes & terram laborantes. Fœminæ arma tractabant, sibi labia perfodientes ex quibus æneum circulum suspenderunt.

Quidam horum solem adorabant orientem, convitiis contra occidentem lacessebant. Demortuos alii in aquam projiciebant, alii humabant, quidam etiam intra penates fovebant; ipsis omnia anni novalia offerentes. Ex illis dignissimus Regia Corona habebatur, qui alios forma corporis præcelleret & pecori pastum præbere posset adeoque divitiis afflueret.

MORES HUJUS TEMPORIS.

INcolæ hujus Regionis nigri sunt, & rerum omnium rudes habitus illorum ex pellibus ferarum est, Nobiliores exuvias leonum & tygridum portant. Ædes humiles inhabitant, quæ exigui pretii sunt. Portas semper illarum tenent apertas, cum nemo in alterius ingrediatur ædes. Crudam bonum carnem comedunt cusi argentei usum ignorant, pro quo rudi pondere aurum habent. Ingenio præditi sunt lento, & tardo, & apud se crescentes res in nullum usum convertere norunt, potentiores miseram plebem cum magna habent severitate, characteribus Arabicis in scripturis utuntur. Per Regis vitam nunquam jurant, nigrum vestitum nisi in luctu nunquam induunt. Mortuos per quadraginta dies elugent. Ætatem nimiseram non attingunt quæ ipsis intra quadragesimum annum finitur.

RELIGIO.

QUi sacerdotis Joannis Imperio subsunt, maximam partem Christiani sunt, alios etiam hic reperies tributarios Mahometanos, qui tamen in fide sæpe nutant.

Cæterum Abyssini, judaicam sequuntur Religionem, Christianam fidem per Eunuchum Reginæ Candaces aulicum accepere, cujus historia in Factis SS. Apostolorum legitur observant autem Abyssini circumcisionem, & Moysis Leges, sabathi die sacris operam dant infantes 40. dies natos demum baptizant, & filias 60. die vero Dominica vel sabathi

bathi tantum baptizant. Sacerdotes, non niſi ſemel & cum una matrimonium poſſunt contrahere, Religioſi omnes ſunt ex ordine S. Anthonii. Virgines Veſtales non poſſunt nubere, Fœminis templa non licet ingredi, niſi certo tempore.

REGIMEM.

HUjus Regni Monarcha omnes ſuos ſubditos ſub æquali tenet ſervitutis jugo Audito Principis nomine, omnes corpora flectunt, terram manu contingunt. Fuit Abyſſinorum Regum conſuetudo, ut ſe tantum ſemel in anno populo ſpectandos exhiberent poſtea ter in publicum prodierunt.

Rex ſuis miniſtris libera voluntate multa beneficia dat & aufert, de bonis tam Religioſis quam aliis libere diſponit, quolibet anno omnes Baſſæ ad præſtandum Regi juramentum vulgo homagium conveniunt.

Natu maximus in parentis ſui bona ſuccedit, ſecundum leges Regni. Antiqua lege Regi in uno loco ultra duos dies commorandi poteſtas non conceditur.

Prima in ejus Regno dignitas eſt ſacerdotum, altera prudentum, quos vocant *Balſamates* & *Tenquares* tertia Nobilium eſt, quartus ordo illorum eſt, qui ſtipendia accipiunt. Judices, cognitiones criminum ad provinciarum Gubernatores deferunt. Fœmina adulterii convicta ab illo occidi debet quem illa offendit.

Rex ſacerdotis Joannis ſecundum Euſebium primus ex Gentilibus Chriſtianam amplexus eſt Religionem, & ſanctum recepit Baptiſmum.

DIVITIÆ.

HIc auri & argenti tum vero aliorum metallorum incredibilis invenitur abundantia, modo incolæ in his perquirendis naturæ bonis eſſent ſagatiores. Triplices hic Rex habet reditus, nimirum ex fundis ſuis, mancipiis mineralibus, à populis ſolutis multa loca plena auro argento, lapidibus pretioſis habere dicitur; ſingulis annis ſacerdoti Joanni quinquaginta bonos equos mittit, & magnam ſerici abundantiam.

VI-

Digitized by Google

VIRES.

HUic Monarchæ ſubjectus populus nullis pollent viribus, quod more mancipiorum tractentur. Nullum adhæc armorum & fortalitiorum novit uſum, omni hoſtium injuriæ & prædæ expoſitus, arcu tantum & lancea ſe defendunt, injuriis adhæc quinquaginta dierum ita ſe macerant, ut nullas poſtea ſentiant vires.

Mos talis inter illos invaluit ut quilibet paterfamilias ex tribus, unum filium in militiam dare cogatur. Collectus inde 12. millium numerus pro cuſtodia Regis corporis eſt: multos autem vicinos habet hoſtes, qui ipſum variis exercent moleſtiis.

DE REGNO MONOMOTAPU.

MORES.

HUjus populi ſtatura mediocris eſt, qui nigri ſunt bonæque valetudinis, ditiores panno, pauperiores pellibus ferarum veſtiuntur. Arma illis arcus & ſagittæ ſunt, Principi nunquam niſi in genua procumbentes ſerviunt, in conſpectu illius ſedere, non niſi præcipuis integrum eſt.

Victus incolarum eſt oryza, piſces oleum Celeres equitatu ſunt & numerum uxorum prolixum alunt.

RELIGIO.

SUbditi Regis Monomotapu unum Deum venerantur, quem *Mozimo* vocant. Mahometi vero ſecta illas etiam pervaſit oras quæ inductos Chriſtianos & Patrem Conſalvum occidere juſſit, de hoc à Luſitanis monitum pœnitentia quidem cœpit, ſed hi vindictam volentes navali prælio ipſum ſunt adorti, ductore *Barret* præcipuæ Luſitanicæ Nobilitatis. Pace fruſtra petita à Rege qui magno tremore percuſſerant Regem inclementia aëris perierunt. Ab hoc tempore exiguus ibi Chriſtianorum remanſit numerus, & nunc maxima incolarum pars in tenebris Religionis falſæ agit.

RE-

REGIMEN.

HIc Monarcha tenet omnium vaſallorum ſuorum hæreditates ut ipſi eo magis fidi ſint. Nulli hic reperiuntur carceres, quod cauſæ in inſtanti pro commiſſa culpa per teſtimonia decidantur. Nullum vero crimen atrocius caſtigatur quam ſacrilegium latrocinium & adulterium quanquam plures ducant uxores, liberi tamen ex primùm ducta ſuſcepti ſui ſunt hæredes.

DIVITIÆ ET VIRES.

IN propatulo eſt quod in magna (quæ hic reperitur) metalli fodinarum abundantia, huic oræ divitiæ deeſſe non poſſint. Rex à ſuis nullum aliud exigit tributum, quam dies quoſdam operarum. Magno Rex hominum gaudet numero, animis quidem excitatis melius, quam armis inſtructo.

REGNUM CONGO.

REgio Congo nigros producit incolas, fœminæ lutei ſunt coloris. Mediocris vero ſtaturæ uterque ſexus eſt, vultus inter illos magna eſt diverſitas quidam ſufflato alii arido, omnes tamen truci præditi ſunt.

Ex Provincia Pamba nati viribus pollent maximis, ut medium cervum tranſverſo ictu diſſececent. Provinciæ ſunt incolæ pluris æſtimant ferrum, quam alia metalla. Contra ſolis æſtus ramis arborum & avium utuntur alis: ædes humiles incolunt, ruditerque factas quod mechanicam nullam ſciant artem. In inſula *Loande* commorantes piſcaturam exercent, in prandio nunquam bibunt, poſtea vino vel aqua melle mixta delectantur.

Cum alicui honorem habent, in genua provoluti, manus complodunt, donec ſalutatus vocem emittat *Fujo*, *Fujo*, *Fujo*, quæ apprecationem felicitatis notat.

Peregrinos quidem furtis ſæpe, ſuos nunquam impetunt, omnes illarum fœminæ in amorem proclives ſunt præſertim peregrinorum, ſexus potior quam ſequior nudis incedunt capitibus artificioſe invicem complicatis crinibus. Victus illorum

lorum ex variis fructibus piſcibus & carne eſt. Præcipui Viri ſoli in ſtragulis cibum capiunt, Naturæ opes nunquam in terram faciunt illud grande peccatum exiſtimant, ſed foramine facto, ſe levant. Magnam Regi ſuo exhibent reverentiam, viaſque per quas incedere debet omni cura præparant Rex publice juſtitiam, ſine magnis adminiſtrat ceremoniis omnes diveſarum virtutum herbas optime norunt.

RELIGIO.

QUanquam ſcintilla Chriſtianæ Religionis in his etiam oris gliſcat, multis tamen idololatris repletæ ſunt, quorum quidam ſolem, pro ſupremo colunt Deo, alii lunam venerantur quidam etiam Dracones adorant, terram nutricem omnium rerum: Verbo, omni falſa inbuti ſunt opinione.

Accepit vero regnum Congo religionem Chriſtianam tempore Don. Joannis ſecundi Regis Portugalliæ, de quo auctores egerunt inter quos eſt Ces eſtats hic.

REGIMEN.

HAbet in qualibet Provincia Rex ſuum Gubernatorem, in præcipua ditionis urbe commorantem adhuc multi Magnates hic vivunt qui Regen pro abſoluto Domino agnoſcunt. Hi dicti ſunt *Mani* ut Mani Loarda, *Loanda* & Rex quæſitiſſimo à ſuis colitur honore, judicia non ad ſcriptas leges ſed receptas conſuetudines peraguntur, nemo in toto reperitur Regno qui aliquid proprii poſſideret, cum omnia Regis ſint, etiam peculium filiorum Regis ad Regem ſolum ſpectat.

DIVITIÆ.

VIx ſatis haberi poteſt judicium divitiarum quibus Regnum de Congo abundat. Equidem metalla ibi frequentiſſima ſunt, tum vero ebur, adhuc incolæ mercaturâ ubique florentiſſimi ſunt, & Regi innumeros congerunt theſauros. Conchilia ibi etiam in magna colliguntur abundantia, Provincia Pamba argenti fodinis &c. frequens eſt. Ex mancipiis ingens Luſitanis eſt quæſtus, quos vili emptos in alias ablegant provincias.

Tela linearia Provinciæ Congo maximi eſt apud peregrinos

nos pretii. Nec deeſt huic oræ cryſtalli carius venditi acervus Angola præter tributum, etiam dona Regi ſuppeditat.

VIRES.

COpioſiſſimus incolarum numerus ſub hujus Monarchiæ Imperio acquieſcit. Hi ad omnis generis arma, prompti & apti ſunt, loca arte munita hic nulla ſunt, ideo Europæis vix commode reſiſtunt, alios vicinos levi domant negotio.

Pamba vero omnium Regnorum Congo firmius eſt præſidium, ex qua contra Rebelles arma expediuntur, & plumos habet milites, adeo ut urgente neceſſitate 400. millia militum ſecundum morem Regionis armari poſſint. Viribus maxime validi, longos gerunt gladios & largos, Helvetiorum repræſentantes, Præter gladium etiam arcus pugnatoribus eſt.

Hæc ſola Provincia in bellum expedire poteſt ſeptuaginta, vel octuaginta millia militum atque ex his Regni Congo Vires æſtimari non nequeunt.

DESCRIPTIO REGNI MAROCCO. ET FEZ.

MORES VETERES.

SUnt nonnulli qui exiſtimant, hujus Regionis populum ex Paleſtina ortum eſſe, qui per Aſſyrios expulſi eo loci commigrarunt. Ex aliorum ſententia Aſia ſunt oriundi. primum in Græciam profugi, poſtquam extorres ſedibus, agerent, fuerunt quondam ibi viri excellentiſſimi, omnique eruditione clari, & hic populus moribus cultiſſimus fuit, qui omnibus ſuis vicinis terrori & venerationi fuit Victum ſuum ex captura ſimiarum quærebant quarum ingens in montibus oberrabat multitudo.

In loco illis *Han Liſman*, dicto, certo conveniebant anni tempore jam nocte appetente, factiſque ſacrificiis, lumina extinguebant, tunc quilibet primam ſibi obviam mulierem in talamum rapiebat, his vero mulieribus interdictum erat ut cum viris ſuis eſſent. Itaque quicquid ex hoc petulanti loco natum eſſet, à ſacerdotibus Templi nutriebatur.

MO-

MORES HODIERNI.

INcolæ Fez, & Marocco, ſimiles fere cum Arabibus habent mores, niſi quod magis illis civiles ſint. Honorum valde ſunt cupidi, vix magis alios inconſtantes & fraudulentos invenies, perfidia nullibi magis quam hic frequens eſt, ubi jactabundos, ſuſpicioſos habes mortales, cæterum valde agiles corporeque diſpoſiti ſunt, præſertim in certamine equeſtri, loca diſerta vultuque vacua plerumque incolunt in illis rem pecuariam colentes. Qui montem Atlantem proximi accolunt præ reliquis omnibus ditiores habentur. Vexationem valde amant, quæ ipſis etiam rerum aliarum furta & rapinas ſuaſit, in lingua ſua pœſin maximi faciunt. Fœminæ ad maritos ituræ faciem manus & brachia coloribus pingunt, exiſtimantes quod hac ratione valde ſint pulchræ. Illi qui fœminas nondum habent barbam alere non poſſunt, maritati, illico illam promittunt, artium mechanicarum & ſcientiarum aliarum plane ſunt rudes. In terra Suz proximè urbem Feſtent nulla alia in uſu eſt moneta quam aurea, atque hæc terra audaces & valde animoſos alit mortales.

Populus provinciæ Marocco humanus & liberalis eſt, in præcipuis Urbibus Lex Mahometi legitur, qui incolunt rura more ferarum vivunt, peregrinos tanquam arbitros in ſuis adhibent controverſiis, Feſtorum dies religioſe colunt, Latrocinia nullo habito proceſſu morte puniuntur.

Quantum ad Regnum Fez, incolæ Provinciæ Algar, omnes fere ſunt Arabes divites, & ſumptuosè veſtiti, validi adhæc. Igitur Regi de Marocco in bellis admodum utibilis gens ditionis *Elhabat*, viribus, & animoſo impetu pollent. Qui in Arrif ſunt parum civiles habentur, contra veto robuſti & animoſi.

In terra Caret Montis Sahid incolæ nullum pendunt tributum, & ferrum pollire norunt. Montis Teza incolæ Regem ſuum non timent, qui contra ipſum arma ſæpius capiunt. Ex monte Gavata, timidi mortales ſunt qui extra montes ſuos prodire non audent.

Montis Baronois incolæ albo colore præditi ſunt & fœminas eximiæ pulchritudinis habent. Illi de Fez, multis de-

lectantur balneis, publiciſque diverſoriis. Mulieres etiam venalis habent pudicitiæ illaſque publice fovent, homines quoque ſunt nullius artis aut operis mechanici gnari. Cum quidam matrimonium ineunt & ex primo conjugio liberos ſuſceperunt, convivium amicis exhibetur, quorum quilibet dona offert ſponſis, ab hoc ſolenni ritu nemo eſſe poteſt impunis.

In laboribus ſuccinctas gerunt veſtes eodem colore tinctas, elocandis filiabus parentes opimam dotem dare ſolent, nuptiarum pacta à Notario publico conſignari ſolent, quod ſi maritus nuptam non acceperit virginem, illam parentibus remittit, quod magno vergit dedecori.

In choreis ſeorſim viri fœminæque ſaltare conſueverunt, nec niſi unus una vice, alter altera.

Ludos omnis generis digniores abominantur, illiſque ſolum plebs delectatur.

Liberos ſuos in ſcriptura & lectura ſedulo inſtruunt, non ex libro quidem, ſed ex tabula: Quotidie articulum ex Alcorano ediſcunt, quem intra aliquot 2. vel 3. finitum, iterum legere incipiunt.

In Fez, quidam reperiuntur dicti *Elcaneſin* illi inquirendis theſauris per montes & rupes, ſe occupant, Chimiſtas etiam quam plurimos iſta habet ditio, qui admodum ſpurci ſunt, Muſicæ & variorum inſtrumentorum amatores.

RELIGIO.

OMnes hujus Regionis incolæ Mahometani ſunt exceptis mancipiis qui ibi agunt. Inveniuntur vero in Mahometana Religione plurimæ ſectæ, & quarum cuilibet ſuum eſt caput, ut *Elheſembnu*, *Abilhaſen*, *Elharit Ibnu*, *Eſed*. &c.

Hos doctores multi ſequuti ſunt, & in diverſas diſceſſerunt factiones. In ſacrorum adminiſtratione variis utuntur cerimoniis, veſtem enim dilacerant, ubi graves hymnos cantant, dicentes ſe igne amoris divini accenſos.

Quidam ex illis credunt, quod homo per bona opera divinam & angelicam naturam ſibi poſſit parare.

Credit porro hic populus, quod planetæ, elementa, & cœleſtes ſtellæ dii ſint. Illorum lex ipſis hoc ſuadet, ut incognito per totum mundum eant, more ſtultorum & maximorum

Digitized by Google

morum peccatorum. Sub hac Religionis prætextu multi ſcelarati per Provincias vagantur, & plurimis noxas faciunt. Præter Mahometanos etiam Judæi ibi reperiuntur, qui ſæpius ejecti, illo demum redierunt. Chriſtianorum qui hic vivunt, plerique mancipia & ſervi ſunt. Hi continuis fatigantur laboribus, adeo ut ne noctis quidem habeant quietem. Inter hos etiam ſacerdotes Chriſtiani ſuæ ejuſdem cum illis conditionis, qui illos in fide Chriſtiana informant.

REGIMEN.

HAbet Rex in Marocco ſuum Conſilium, & unam juſtitiæ Cameram, in omnibuſque ſuis Provinciis & principalibus oppidis ſuos habet Gubernatores. In omnibus his Provinciis nullus unquam imperavit, qui populi ſuffragiis fuiſſet electus. Reges igitur ſucceſſio potius, quam electio facit, admoventurque huic dignitati præcipui & maxime ſtrenui militiæ præfecti. Quilibet vero Princeps ante mortem ſuam hoc cum ſtatibus ſuis paciſcitur, ut poſt obitum ſuum filium vel fratrem, Regem faciant.

Ex Nobiliſſimis ſubditorum Regni creantur, Regis magnus Conſiliarius, Secretarius, Theſauro Præfectus, & magnus Aulæ Magiſter, tum vero qui militiæ præſunt, equitum præfectus. In qualibet Urbe Gubernator conſtitutus eſt. Commiſſarii juſtitiam adminiſtrant ſecundum legum diverſitatem. Adhæc Barones dignitate habent, quorum quilibet arcem & oppidum poſſidet, ex quibus ſua percipit commoda, & Regi cum certa militum manu re exigente ſervire tenetur. Prævifor etiam annonæ ibi notatus eſt cujus cura in Victualibus Regno & Regi neceſſariis occupatur.

Magiſter ceremoniarum in Fex. coram Rege procumbere in genua ſolet, ubi audientia datur.

Singulis annis Rex plerumque in caſtris agit, tam ob cuſtodiam Regni quam pacem conſervandam.

DIVITIÆ.

HÆc Regio omni rerum apparatu inſtructiſſima eſt, frumenti fructuumque omnis generis ditiſſima. Ex materia *Camilos* dicta magnus incolis provenit quæſtus. Cæterum Rex de Marocco, omnium bonorum quæ ad ſubditos ſpectant,

absolutus est Dominus. Primitias & decimas à suis subditis semper exigit, tum vero tributum ab illis, qui xv. Annum egressi sunt ut alia media taceamus ex molendinis, focis, terris, percipienda.

VIRES.

QUantum ad Vires Rex fortalitia magni momenti non habet, si non ad littora maris ubi sunt Capo de Aquero, Larache, & Tervan Armamentaria ipsi instructa desunt, illud tamen in Marocco visitur bene instructum. Porro militari multitudine valde abundat Reperiuntur expedita 2700. equitum duo millia sclopetariorum qui partim in Fez partim Marocco agunt, in ultimo vero ut plurimùm. Sunt adhæc 6000. equitum Nobilium, qui vestitu splendidi equitant in tertio militiæ ordine, illi in magno numero sunt, qui agriculturam exercent.

Quartus ordo sub variis Regionum Gubernatoribus dispositus est, ut ad omnem parati sint necessitatem. Præter illos militiæ ordines, omnes sane incolæ cujuscunque status & ætatis ad bella promptissimi sunt, quod hac laborent opinione, ut si quis Christianum interfecerit in instanti paradisum adeat. De hoc etiam mulieres persuasæ sæpius cum viris arma corripiunt, & in gravissima condescendunt prælia, mirum ergo videri non debet si cum innumero exercitu Rex in castra prodire queat. Anno salutis 1562. *Mulay Abdala* in exercitu habeit 200000. hominum. In tanta vero multitudine hoc Regi malum semper nascitur quod ultra 3. menses in castris exercitum habere nequeat, ex defectu commeatus tantæ multitudinis minus sufficientis.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CATA-

CATALOGUS
MATERIARUM.

PAG.

MOres Hiſpanorum Veteres. 241
Mores Hiſpanorum Recentes. 243
Mores Veteres Gallorum. 321
Mores Gallorum recentes. 323
Morum Gallicorum ſcriptores. 327
Mores Veteres Anglorũ. 379
Mores hujus temporis. 381
Mores Scotorũ Veteres. 382
Mores Recentes. 383
Mores Hibernorum Veteres. 384
Mores Hibernorum Recentes. 385
Mores Romanorum Veteres. 476
Mores recentiores. 478
Mores Urbinatum. 535
Mores Neapolitanorum Veteres & hujus temporis. 541
Mores incolarum terræ Laboratoris. 561
Mores hujus temporis. 562
Mores Veterum Siculorum. 569
Mores hujus temporis. 570
Mores Sardorum Veteres & recentiores. 579
Mores Veteres Genuenſium. 581
Mores hujus temporis. 582
Mores Veteres Corſicæ, & recentes. 591

PAG.

Mores Veteres Longobardorum. 596
Mores Mediolanenſium. 598
Mores Mantuanorum. 604
Mores Parmenſium. 610
Mores Incolarum de Modena. 614
Mores Mirandulanorum. 620
Mores Venetorum Veteres & Novi. 621. 622
Mores Paduanorum Veteres & Novi. 637
Mores Vincentinorum. 638
Mores Veronenſium. 640
Mores Breſſanorum. 641
Mores Bergamaſcorum. 643
Mores Incolarum qui forum Julii incolunt. 644
Mores Iſtriam incolentium. 645
Mores Cretenſium Veteres. 646
Mores hujus temporis. 647
Mores Florentinorum. 650
Mores hujus temporis. 652
Mores Lucenſium Veteres & recentiores. 664
Mores Sabaudorum. 668
Mores Helvetiorum Veteres & hujus temporis. 677
Mores Zurichorum. 689
Mores Bernenſium. 690
Mores Helvetiorum. 691
Mores Lucernæ populi. 693
Mores illorum ex Uri. 694
Mores illorum ex Suitz. 695

CATHALOGUS

PAG.

Mores Undervaldiæ populi. 696
Mores Goarienſium. 697
Mores Baſiliorum. 699
Mores Friburgens. 701
Mores Schauf hauſiorum. 702
Mores Badenſium. 703
Mores Griſonum. 705
Mores Genevæ incolarum. 708
Mores Lotharingiorum. 713
Mores Germanorum. 718
Mores Alſatorum. 753
Mores Incolarum Palatinatus Rheni. 756
Mores Moguntinorum. 760
Mores Trevirorum. 762
Mores Eyffel incolarum. 763
Mores Marchion. 764
Mores Aquiſgranenſ. 765
Mores Colonienſium. 766
Mores Leodinenſium. 767
Mores Weſtphalorum. 769
Mores Padebornenſium. 770
Mores Suevorum. 772
Mores Auguſto Vindelic. 774
Mores Landgrafiatus Haſſiæ. 779
Mores Bavarorum. 780
Mores Paſſavienſium. 783
Mores Saltzburgenſ. 783
Mores Neuburgenſ. 784
Mores Saxonum. 785
Mores Miſnienſium. 789
Mores Lipſienſium. 789
Mores Anhaltinorum. 790
Mores Brunſwicenſium. 791
Mores Leneburgorum. 793

PAG.

Mores Bremenſium. 794
Mores Mecelburgenſium. 795
Mores Brandeburgorum. 796
Mores incolarum de Anſpach. 798
Mores Culmbachenſium. 799
Mores Pomeranorum. 799
Mores Francorum. 800
Mores Bambergenſium. 802
Mores Francofurtor. ad mænum. 803
Mores Nurebergenſium. 803
Mores Hungarorum. 805. 806
Mores Bohemorum. 809 810
Mores Sileſiorum. 812
Mores Moravorum. 815
Mores Luſatorum. 816
Mores Auſtriæ incolarum. 816
Mores Tirolenſium. 818
Mores Stiriæ Gentis. 819
Mores Carinthiorum. 819
Mores Brabantinorum. 829
Mores Flandrorum. 831
Mores Lucenburgorum. 833
Mores populi Unitarum Provinciarum. 837
Mores Hollandorum. 851
Mores Zeelandorum. 860
Mores Geldrorum. 861
Mores Friſorum. 864. 865
Mores Friſorum Occidental. 869
Mores Gröninganorum. 869
Mores Friſorum Oriental. 871
Mores Ultrajectinor. 872
Mores Trans-Iſulanor. 874

Mo-

	PAG.
Mores Danorum.	881
Mores Norwegiorum.	893
Mores Iſlandorum.	894
Mores Polonorum.	899. 900 &c.
Mores Lithuanorum.	917
Mores Samogitar.	922
Mores Boruſſorum.	961
Mores Gedanenſium.	966
Mores Suecorum.	971. & ſequent.
Mores Finlandorum.	990
Mores Livonum.	991
Mores Lubecenſium.	997
Mores incolarum Coloniæ Agrippinæ.	999
Mores Hamburgenſ.	1000
Mores Moſcorum.	1005
Mores Tartarorum.	1014 & ſeq.
Mores Turcorum.	1022
Mores Græcorum.	1043
Mores incolarum in Archipelago.	1045
Mores incolarum in Inſula Cypro.	1045
Mores Arabum.	1047
Mores Africanorum.	1051
Mores Barbarorum.	1054
Mores Ægyptiorum.	1056
Mores Perſarum.	1059
Mores Sinenſium.	1081
Mores Japonenſium.	1101
Mores Bramidarum.	1104

REGIMEN SACRUM.

	PAG.
STatus Eccleſiaſticus Hiſpaniæ.	245
Status Religionis Galliæ.	328
Status Eccleſiaſticus Angliæ	393. 394. &c.
Status Eccleſiaſticus Italiæ.	483
Status Eccleſiaſticus Regni Neapolitani.	542
Religio Siculorum.	572
Status Religionis Sardorum.	580
Status Religionis Genuæ.	583
Religio Corſicæ.	594
Status Eccleſiaſticus Venetorum.	625
Religio Cretenſium.	648
Status Religionis.	679
Religio Surichorum.	689
Religio Bernenſium.	690
Religio Lucernenſium.	693
Religio illorum ex Uri.	694
Religio ex Suitz.	695
Religio Undervaldiæ.	696
Religio Glarienſium.	698
Religio Appenzel.	698
Religio Baſileorum.	699
Religio Friburgenſium.	701
Religio Schafhauſ.	702
Religio Badenſium.	703
Religio Griſonum.	706
Religio Genevæ.	709
Religio Germaniæ.	726
Religio Alſatorum.	754
Status Religionis Alſatiæ.	757

	PAG.
Religio Ducis de Zweybruck.	758
Religio Spiræ.	759
Religio Wormatiæ.	760
Religio Moguntiæ.	761
Religio Trevirorum.	762
Religio Badenſis.	763
Religio Mardicæ.	764
Religio Aquiſgranenſium.	765
Status Religionis Coloniæ.	766
Religio Leodienſium.	777
Religio Weſtphalorum.	769
Religio Padebornenſium.	770
Religio Bergenſium.	771
Religio Auguſtæ.	774
Religio Ulmenſ.	775
Religio Wittenbergenſium.	777
Religio Landgrafiatus Haſſiæ.	779
Religio incolarum Bavariæ.	780
Religio Ratisbonenſ.	782
Religio Paſſavienſ.	783
Religio Saltzburgenſ.	784
Religio Neuburgenſ.	784
Religio Saxonum.	787
Religio Miſnienſ.	789
Religio Lipſienſium.	789
Religio Magdeburgenſium.	790
Religio Brunſvicenſium.	791
Religio Luneburgorum.	793
Religio Bremenſium.	794
Religio Brandeburgorum.	797
Religio incolarum de Anſpach.	798
Religio Culmbachenſ.	799
Religio Pomeranorum.	800
Religio Francorum.	801
Religio Witzburgenſium.	801
Religio Bambergenſium.	802
Religio Francofurtor. ad Mœnum	803
Religio Schweinfurtorum.	803
Religio Nurebergenſ.	804
Religio Ungariæ.	807
Religio Bohemorum.	810
Religio Sileſiorum.	813
Religio Moravorum.	815
Religio Luſatorum.	816
Religio Auſtriæ.	817
Religio Tirolenſ.	818
Religio Stiriæ Gentis.	819
Religio Carinthiorum.	820
Religio Carniolæ.	820
Religio Belgii ſub Hiſpan.	827
Religio Brabantinorum.	829
Religio Flandrorum.	831
Religio Limburgorum.	833
Religio Fœderati Belgii.	838
Religio Holandiæ	855
Religio Zeelandorum.	860
Religio Geldrorum.	861
Religio Friſorum.	867
Religio Friſorum Occident.	869
Religio Groninganor.	870
Religio Friſor. Orient.	871
Religio Ultrajectinor.	873

Reli-

	PAG.
Religio Tranſiſulanor.	874
Religio Danorem.	882
Religio Norwegiorum.	894
Religio Iſlandorum.	895
Religio Holſatiæ.	898
Religio Poloniæ.	905
Religio Lithuanor.	920
Religio Samogitar.	923
Religio Boruſſorum.	963
Religio Gedani.	969
Religio Suecorum.	976
Religio Finlandorum.	990
Religio Livonum.	992
Religio Lubecenſium.	998
Religio Hambur.	1001
Religio Moſcorum.	1008
Religio Tartarorum.	1019 & ſeq.
Religio Græcorum.	1044
Religio Cyprid.	1046
Religio Arabum.	1049
Religio Africanorum.	1053
Religio Perſiæ.	1063
Religio Ægyptiorum.	1058
Religio Sinenſium.	1091
Religio Japonenſium.	1102

REGIMEN CIVILE.

	PAG.
Regimen Civile Hiſpaniæ.	249
Regimen Provinciæ Leonen.	276
Regimen Ordinis S. Jacobi.	277
Regimen Ordinis Calatravæ.	277
Regimen Ordinis Alcantaræ.	278
Regimen Civile Galliæ.	330
Regimen Politicum Angliæ Vetus.	401. &c.
Regimen Scotiæ antiquum.	422
Regimen Hibern. Vetus.	427
Regimen Hiberniæ recentius.	429
Regimen Politicum nuper conſtituæ Reipub. Anglicanæ.	472
Regimen Civile Pontificis.	486. & ſeq.
Regimen Politicum Ducis Urbini.	536
Regimen Politicum Regni Neapol.	543
Regimen terræ Laborator.	563
Regimen Politicum.	572
Regimen Politicum Sardorum.	580
Regimen Politicum Reipub. Genuen.	583
Regimen Politicum Corſicæ.	595
Regimen Politicum Ducatus Mediolan.	600
Regimen Politicum Mantuæ.	606
Regimen Politicum Parmenſium.	610. 612
Regimen Ducis de Modena.	614
Regimen Mirandulani Ducis.	620

CATHALOGUS

	PAG.
Regimen Politicum Venetorum.	626
Regimen Vincentinorum.	639
Regimen Veronenſium.	641
Regimen Breſſanorum.	642
Regimen Bergamaſcorum.	643
Regimen Fori Julii.	643
Regimen Iſtrienſium.	646
Regimen Cretenſium.	648
Regimen Civile Florentiæ.	653
Regimen Politicum Lucenſium.	666
Regimen Politicum Sabaudiæ.	669
Regimen Helvetiorum Ducis.	680
Regimen Politicum Bernenſ.	680
Regimen Civile Zurichor.	689
Regimen Lucernenſium.	693
Regimen illorum ex Uri.	694
Regimen Suitz.	695
Regimen Underwaldiæ.	697
Regimen Glaris.	698
Regimen Appenzel.	698
Regimen Baſileor.	700
Regimen Friburgenſ.	701
Regimen Schauf-hauſiorum.	702
Regimen Badenſ.	703
Regimen Griſonum.	706
Regimen Genevæ.	710
Regimen Alſatorum.	754
Regimen Alſatiæ.	757
Regimen Ducis de Zweybruck.	758
Regimen Spiræ.	759
Regimen Wormatiæ.	760
Regimen Moguntiæ.	761
Regimen Civile Trevirorum.	762
Regimen Eyfel incolarum.	763
Regimen Badenſ.	764
Regimen Marchiæ.	764
Regimen Aquiſgranenſ.	765
Regimen Civile Coloniæ.	766
Regimen Leodinenſ.	768
Regimen Weſtphaliæ.	769
Regimen Padebornenſium.	770
Regimen Bergenſium.	771
Regimen Suevorum.	773
Regimen Epiſcopi Auguſt. Vindel.	773
Regimen Ulmenſium.	776
Regimen Wirtenbergæ.	777
Regimen Landgrafiatus Haſſiæ.	779
Regimen Bavariæ.	780
Regimen Ratisbonenſ.	782
Regimen Paſſavienſium.	783
Regimen Saltzburgenſ.	784
Regimen Neuburgenſ.	784
Regimen Saxonum.	787
Regimen Miſnienſium.	789
Regimen Lipſienſium.	789
Regimen Magdeburg.	790
Regimen Anhaltinor.	791
Regimen Brunſvicenſ.	792
Regimen Lineburgor.	793
Regimen Bremenſium.	794

Re-

PAG.

Regimen Meckelburg. 796
Regimen Brandeburg. 797
Regimen incolarum de Anſpach. 798
Regimen Culmbachenſium. 799
Regimen Pomeranorum. 800
Regimen Francorum. 801
Regimen Wirtzburgenſium 802
Regimen Bambergenſium. 802
Regimen Francofurtorum ad Mœnum. 803
Regimen Schweinfurtorum. 803
Regimen Nurebergenſium. 804
Regimen Archiducis Auſtriæ. 805
Regimen Ungariæ. 808
Regimen Bohemorum. 811
Regimen Sileſiorum. 814
Regimen Moravorum. 815
Regimen Luſatorum. 816
Regimen Auſtriæ. 817
Regimen Tirolenſ. 818
Regimen Stiriæ. 819
Regimen Carinthiorum. 820
Regimen Carniolæ. 820
Regimen Belgii ſub Hiſpano. 827
Regimen Brabantinorum. 830
Regimen Flandrorum. 832
Regimen Limburgorum. 833
Regimen Politicum Fœderati Belgii. 840
Regimen Politicum Hollandiæ. 855

PAG.

Regimen Zeelandorum. 860
Regimen Geldrorum. 862
Regimen Status Noviomagi, Bommelenſis, Zutphan. 863
Regimen Friſorum. 867
Regimen Friſorum Occident. 869
Regimen Gröningiorum. 870
Regimen Friſor. Oriental. 871
Regimen Ultrajectin. 873
Regimen Daniæ. 883
Regimen Norwegiæ. 894
Regimen Iſlandiæ. 895. 896
Regimen Holſatiæ. 897
Regimen Politicum Poloniæ. 906
Regimen Lithuanor. 920
Regimen Samogitar. 924
Regimen Poruſſorum. 963
Regimen Polit. Gedani. 969
Regimen Suecorum. 977
Regimen Finlandorum. 990
Regimen Livonum. 992
Regimen Lubecenſium. 998
Regimen Colon. Agrip. 999
Regimen Hamburgi. 1001
Regimen Moſcorum. 1011
Regimen Tartarorum. 1020
Regimen Turcorum. 1033
Regimen Cypridum. 1046
Regimen Africanor. 1053
Regimen Perſiæ. 1064
Regimen Sinenſium. 1094
Regimen Japonenſ. 1103
Regimen Bramidarum. 1106

CATHALOGUS

DIVITIÆ OPES VIRES.

PAG.

Divitiæ Opes & Vires, Hiſpaniæ. 271
Divitiæ & reditus Regis Hiſpaniæ qui ex omnibus ejus ditionibus colliguntur. 280
Divitiæ Vires, Potentia, Galliæ. 238
Divitiæ & reditus Angliæ. 432. &c.
Divitiæ & reditus Scotiæ. 437
Divitiæ & reditus Hiberniæ. 440
Divitiæ & reditus Ducis Urbino. 536
Divitiæ & Vires Regni Neapolitan. 553. 554
Divitiæ Vires & reditus Genuæ. 589
Divitiæ Corſicæ. 595
Divitiæ & reditus Mediolanenſium. 598
Divitiæ & reditus Mantuanorum. 604. 605
Divitiæ & reditus Parmenſium. 611
Divitiæ, Vires Ducis de Modena. 616
Divitiæ Ducis Mirandulani. 620
Divitiæ & reditus Venetorum. 631. 633.
Divitiæ, Vires & potentia Vincentinorum. 639
Divitiæ & Vires Veronenſiu.

PAG.

Divitiæ Vires Breſſanorum 641
Divitiæ Vires Bergamaſcorum. 643
Divitiæ Vires. 644
Divitiæ Vires Iſtrienſium. 641
Divitiæ Vires Cretenſium. 650
Divitiæ & reditus Florentiæ. 657. 658
Divitiæ & Vires. 665
Divitiæ & reditus Sabaudiæ Ducis. 669
Divitiæ & Vires Helvetiorum. 685
Divitiæ Vires Helvetiorum. 692
Divitiæ Helvetiorum. 694
Divitiæ illorum ex Uri. 696
Divitiæ illorum ex Suitz. 696
Divitiæ Undervaldiæ. 696
Divitiæ Baſiliorum. 701
Divitiæ & Vires Schafhauſiorum. 702
Divitiæ Griſonum & Vires. 707
Divitiæ Vires & potentia Genevæ. 712
Divitiæ & Vires Lotharingiorum. 714
Divitiæ Germaniæ & Vires. 735
Divitiæ & reditus Alſatiæ. 756

Di-

PAG.

Divitię & reditus Alſatię. 757
Divitię Ducis de Zweybruch. 758
Divitię & reditus Moguntię. 761
Divitię & Vires Trevirorum. 763
Divitię Vires Marchion. Badenſ. 764
Divitię Vires Marchię. 765
Divitię & Vires Calonię. 767
Divitię & reditus Leodinenſ. 768
Divitię Weſtphalorum. 770
Divitię Bergenſium. 771
Divitię Suevorum. 773
Divitię Epiſcopi Auguſt. Vindel. 774
Regimen Auguſtę Vindelic. 774
Divitię & reditus Auguſtę. 775
Divitię Ulmenſium Vindelic. 777
Divitię & reditus Wirtenbergę. 778
Divitię Vires Landgrafiatus Haſſię. 780
Divitię Vires Bavarię. 781
Divitię & reditus Paſſavienſ. 783
Divitię Saltzburgenſ. 784
Divitię & reditus Neuburgenſ. 785
Divitię Miſnienſium. 789
Divitię reditus Madeburg. 790

PAG.

Divitię & Vires Saxonum. 788
Divitię Lipſienſ. 790
Divitię & reditus Arhaltinor. 791
Divitię & reditus Brunſvicenſium. 792
Divitię Vires, reditus Luneburgorum. 793
Divitię, reditus Bremenſium. 795
Divitię Mekeleburg. 796
Divitię, Vires reditus Brandeburgorum. 798
Divitię & reditus de Ansbach. 798
Divitię Culmbachenſ. 799
Divitię Pomeranorum. 800
Divitię Francorum. 801
Divitię Wirtzburgenſ. 802
Divitię Bambergenſ. 803
Divitię Nurebergenſ. 804
Divitię Vires Auſtrię. 805
Divitię Urgarię. 808
Divitię Bohemorum. 811
Divitię Vires Sileſiorum. 815
Divitię Moravorum. 816
Divitię Vires Luſatorum. 816
Divitiæ Auſtriæ. 818
Divitiæ Tirolenſ. 818
Divitię Vires Stirię. 819
Divitię Belgii ſub Hiſpano. 828
Divitię & Vires Brabantinorum. 831
Divitiæ Vires Flandrorum. 832
Divitię Limburgorum. 833

CATHALOGUS

PAG.

Divitiæ, Opes & Potentia Fœderati Belgii. 847. 850
Divitiæ reditus & Vires Hollandiæ. 857. 858
Divitiæ Vires Zeelandorum 861
Divitiæ Vires Friſorum. 869
Divitiæ Gröningiorum. 871
Divitiæ Vires Friſorum Orientalium. 872
Divitiæ, Vires Danorum. 886. 887
Divitiæ reditus & Vires Norweg. 894
Divitiæ & reditus Iſlandor 897
Divitiæ & Vires Holſatiæ. 898
Divitiæ Regni Polon. 910
Divitiæ Lithuanorum. 921
Divitiæ Vires Samogitar. 924
Divitiæ Vires Boruſſorum. 965
Divitiæ & Vires Gedani. 970
Divitiæ Vires Suecorum. 979
Divitiæ Finlandorum. 991
Divitiæ Vires Livoniæ. 993
Divitiæ & potentia Lubecenſ. 998
Divitiæ Colon. Agripin. 1000
Divitiæ Vires Hamburgi. 1002
Divitiæ & Vires Moſcorum. 1012
Divitiæ Tartarorum. 1021
Divitiæ & potentia Turcorum & de Ordine Militiæ. 1036. & ſeq.
Divitiæ Vires Arabum. 1050. & ſeq.
Divitiæ Vires Perſiæ. 1067
Divitiæ Sinenſium. 1097
Divitiæ Japonenſium. 1104

SERIES REGUM ET ILLUSTRIUM FAMILIARUM.

SEries Regum Hiſpaniæ. 289
Series Illuſtrium Familiarum Galliæ. 245. 2. 6. &c.
Series Regũ Galliæ. 354. 359
Series Regum Angliæ. 442 &c.
Series Illuſtrium Familiarum Angliæ. 445
Series Regum Scotiæ. 451
Series Regum Hiberniæ. 465
Series Pontificum. 507
Series Ducum Urbini. 539
Series Illuſtrium Familiar. Regni Neapolitan. 548
Series Principum Neapolitan. 557. &c.
Series Nobilium Familiar. ſedis Capuan. tum reliquarum. 563. ſeqq.
Series Regum utriuſque Siciliæ. 577
Series Regum Longobardorum. 597
Series Ducum Mediolanenſium. 601

Series

MATERIARUM.

PAG.

Series Ducum Mantuanorum. 706
Series Marchiorum Montisferrarienſ. 609
Series Ducum Parmenſium. 613
Series Ducum de Modena. 617
Series Ducum Mirandul. 621
Series Principum Florentinorum. 660. &c.
Series Sabaudiæ Ducum. 671
Series Ducum Lotharingiæ 714
Series Imperator. Germã. 727
Series Regum Daniæ. 887
Series Nobilium Holſatiæ. 899
Series Regum Poloniæ. 924
Series Regum Sueciæ. 981
Series Imperatorum Turcicorum. 1042
Series Regum Perſiæ. 1068 & ſeq.
Series Regum Chinæ. 1099

PRÆTENSIONES.

PRætenſio Regis Hiſpaniæ. 307
Prætenſio Regis Galliæ. 369
Prætenſio Anglorum. 469
Prætenſiones Pontificis. 527 & ſeq.
Prætenſiones Mediolanenſ. 603
Prætenſiones Venetorũ. 635
Prætenſio Ducis Sabaudiæ. 673
Prætenſio Ducis Lotharingię. 715
Prætenſio Germaniæ. 821
Prætenſio Regis Daniæ. 893
Prętenſio Regis Polonię. 959

RATIO STATUS.

RAtio Status Regis Hiſpaniæ. 311
Ratio Status Regis Galliæ. 372
Ratio Status Angliæ. 470
Ratio Status ſedis Romanæ. 531
Ratio Status Ducatus Mediolan. 602
Ratio Status Venetorum. 634
Ratio Status Magni Ducis Hetruriæ. 661
Ratio Status Sabaudiæ. 673
Ratio Status Helvetiorum. 687
Ratio Status Germaniæ. 820
Ratio Status Unitarum Belgii Provinciarum. 874
Ratio Status Regis Danię. 893
Ratio Status Regni Poloniæ. 960
Ratio Status Sueciæ. 989

JUDI-

Digitized by Google

CATHALOGUS MATERIARUM.

JUDICIUM POLITICUM.

	PAG.
Judicium Politicum de Hispania.	313
Judicium Politicum de Gallia.	373
Judicium Politicum de Urbe Roma.	532 & 535
Judicium Politicum de Regn. Neapol.	567
Judicium Politicum de Genua.	593
Judicium Politicum de Mediolanenſ.	603
Judicium Politicum de Florentia.	663
Judicium Politicum Lucenſium.	667
Judicium Cardinal. Oſſati de Italiæ Principum potentia & affectu erga Papam.	674
Judicium Politicum.	687
Judicium Politicum de Germania.	821
Judicium Politic. de Holand.	859
Judicium Politicum de Repub. Belg. Fœderat.	875
Judicium Politicum de Polonia.	960
Judicium Politicum de potentia Turcici Imperatoris,	1058

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google